00048499

NOT TO BE ISSUED
OUT OF THE LIBRARY.

THE
ASIATIC SCOIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016

ALPHABETUM TIBETANUM

MISSIONUM APOSTOLICARUM
COMMODO EDITUM.

PRÆMISSA EST DISQUISITIO

QUA DE VARIO LITTERARUM AC REGIONIS NOMINE, GENTIS ORIGINE MORIBUS, SUPERSTITIONE, AC MANICHAEISMO FUSE DISSERITUR.

BEAUSOBRII CALUMNIÆ IN SANCTUM AUGUSTINUM, ALIOSQUE ECCLESIÆ PATRES REFUTANTUR.

STUDIO ET LABORE

FR. AUGUSTINI ANTONII GEORGII
EREMITÆ AUGUSTINIANI.



48499
48499
ae
Ex: c. 9
1762

ROMÆ MDCCLXII.

TYPIS SACRÆ CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE.

SUPERIORUM FACULTATE.

00048499

PRÆFATIO.

MAGNOPERE vereor, ne primo ſtatim aſpectu *Alphabeti Tibetani* titulus oculos Tibi, atque animum acriter pungat, eique mox celeri argutoque ſtilo ſubjectum velis Grajum illud, ac tritum Athenienſium ſermone proverbium: Χάρητος ὑπόσχεσις *Charetis promiſſio*. Aliud frons pollicetur, aliud Operis ſtructura exequitur. Quicquid pars prior *Alphabeti* loquitur, totum fere eſt de *Butta* & *Xaca* Tibetanorum; de ἄλφα, & βῆτα vix quicquam. Sed oro Te, ne mecum præpoſtere agas, neve Tibi accidat, quod dici ſolet, Πρὶν τοὺς ἰχθύας ἑλεῖν, τὴν ἅλμην κυκᾷς: *Antequam piſces ceperis, muriam miſces*, paucis accipe, quæ fuerit & mei conſilii ratio, & hujus Alphabeti fortuna ex tempore nata. Tum de me ſenties, ut voles, ut Tibi lubebit.

Propoſitum erat ab initio, nullis interjectis parergis, primum Tibetanorum characterum formas, Syllabarium deinde, quod *Sigefridus Bayerus in Academia Petropolitana* tandiu exoptarat, omneſque demum ſcribendi legendique regulas exhibere. Aditum ad hæc aperiebat *præfatiuncula*, quam poſtea ex hoc loco ſubmotam ad limen

partis ſecundæ rejiciendam duximus. Et jam e carcere egreſſus in curſu verſabar, quum nova quædam, & inopinata rerum facies obviam veniens eunti ita me in ſui admirationem rapuit, ut in ipſa via ad ſingula, quæ ſeſe mihi explicabant, attente conſideranda ſubſidere coegerit.

Multa legeram de Tibetanorum Litteris apud Viros Doctos barbaricæ hujus eruditionis ſollertiſſimos Indagatores. Idem ipſe *Theophil. Sigefrid. Bayer.* T. I. Theſaur. Epiſtol. La-Croz. pag. 18. de earum antiquitate ſcribens: *Tangutica elementa*, ait, *a Brachmanibus eſſe accepta eodem tempore, quo ſuperſtitio Indorum Septentrionem Scythaſque pervaſit*: Indicis nanque ſimilia, *quantum in re obſcura conſequi potuit*, ex ſimilibus arithmeticis notis, quibus Tangutani utuntur, ſe deprehendiſſe conjecit. Subditque continuo: *Mongalos, qui Sinas tenent, litteras ſuas utique a Tangutanis, ſeu Tocharis, ut Pachymeres eos nominat, ſeu Tartaris Gingiſcanidibus accepiſſe, hos autem a Neſtorianis Chriſtianis*. Mongalorum autem litteras pag. 55. cit. Theſ. Epiſtol., ni malus ſim ego interpres, *Oiguracas* vocat. Non tam recentioris ævi, neque vero Neſtorianæ originis *Oiguracas* tradidit *Guillelmus de Rubruquis*, qui, obſervante *Deguignes* in Deſcript. M. Tartar. P. II. T. I. H. G. Hun. p. XXXIV., Neſtorianos in iis Regionibus commorantes linguam ſuam & litteras ab Oiguris potius, quam Oiguros a Neſtorianis accepiſſe affirmat. *La-Crozius* Tangutanorum elementa *Oiguraca* ratus contra quam ſenſerat Bayerus, cui viſa ſunt *Delbergjin*, ſic *Ahmed Arabſiadi* appellata, ſuſpicatus aliquando eſt T. III. Theſ. p 20. *Indorum & Tartarorum litteras Perſicis originem ſuam debere, Perſicas vero veteribus Ægyptiis*, vel uti ſcribit p. 84. *Syriacis, Aſſyriis, & Chaldaicis* ita ab Antiquis vago quodam loquendi genere, & ſine linguarum diſcrimine ſæpiſſime nuncupatis. Nam in re prorſus incerta nutans ep. 42. *ad Joan.*

Cham-

Chamberlaynium labitur in Bayeri ſententiam de litteris Tangutanis ortis a Neſtorianis: *Habent*, inquit, *Orientales Tartari ab* Huyris, *ſive Juguris, qui Chriſtiani Neſtoriani erant, teſte* Joanne de Plano Carpini *eas litteras, quibus modo utuntur*: Neſtorianorum vero litteræ *Syræ* erant ejus generis, quæ *Eſtrangelo* Græca voce dicuntur, a *Mendæis* Manichæorum erroribus proculdubio infectis derivatæ. Ceterum Syrorum litteras una cum Religione Chriſtiana in remotiſſimas Orientis regiones translatas pluribus oſtendit; nec diſſimulat exemplum *Manetis, qui, cum Perſa eſſet, litteris tamen, & lingua* Syrorum *uſus eſt iis libris ſcribendis, qui poſtea magnam Eccleſiis Chriſtianis cladem intulerunt*. Poſtquam denique *obſervari* juſſerat *vetuſtiſſimas ipſas Brachmanum litteras vix aliunde, quam a Perſis, aut ab Aſſyriis repeti poſſe*, eodem plane argumento, quo probat *ceterorum Indorum litteras ab iis derivari, quas* Hanſcrit *appellant, quibus Brachmanes utuntur, quod & ceteras Indorum gentes ſuperſtitiones ſuas ab iis hauſiſſe appareat*, XACAMQUE, *qui vanis religionibus Orientales plagas obligavit inter Brachmanes educatum, multa confirment*, probat etiam *Brachmanum* litteras una cum *Xacæ* religione in Tibetum fuiſſe invectas. Mirabar quod idem ipſe *La-Crozius* ep. 31. ad *Bayerum* narrat de *Tanguticis characteribus* ab Erudito quodam Viro, Amico ſuo, obſervatis in *Inſcriptione prope Baſtonem reperta in nova Anglia*, edita jam in *Tranſactionibus Philoſophicis Anglorum* an. MDCCXIV., quanquam nec ab Eo an. 1724., nec a me hucuſque viſa. Vix enim credibile mihi videbatur tantam eſſe Tangutanorum gloriam, & vetuſtatem, ut vel ipſa litterarum elementa haberent, quæ a ſe primum Americanis tradita oſtentare poſſent. Audieram quid fama ferret, quidve nonnulli contenderent de Typographica arte ante annos mille & amplius in Regno Tangut inventa: aliaque

id genus pauca de *Palæographia* Tibetanorum perſpecta habebam.

Eam nihilominus opinionem de *Tibetano Alphabeto* hactenus gerebam, quam de Græco Latinove omnes communiter gerimus. Divina credimus *Sancta Evangelia* ſive Græcis fuerint, ſive Latinis litteris exarata, ſed litteras & apices quantumvis eleganti ductu formatos, auroque micantes nihil divini continere arbitramur. Res & Myſteria a SPIRITU SANCTO revelata colimus, non atramenti, non auri argentique materiem, non linearum flexus, non ſcalptos, non conflatos litterarum typos, non ipſas denique elementorum figuras, quæ cum hominum inventa ſunt, tum etiam profanis plerunque, ineptis, ſordidiſque mentis noſtræ imaginibus pingendis inſerviunt. Sed mea me fefellit opinio.

Aliud quid longe majus atque præſtantius de litterarum ſuarum natura, ac dignitate Tibetani opinantur. Iſtas uti prodigioſa quædam munera e Cælo demiſſa venerantur; Deoque *Sapientiæ* འཇམ་དབྱངས་ *Giam-Jang* tanquam auctori, & artifici principi referunt acceptas. Hujus Numinis ductu formam *Alphabeti Tibetani* condidit ac pinxit སམ་ཏོ་བྷད་ *Sam-tan-Put-rhà* Sanctus ille Maxi-

ད ད
ཧ
འ

mus in eorum ſacerrimo བཀའ་འགྱུར་ *Cha-ghiur*; & inſcriptis tabulis ad Mare Caſpium ætate noſtra repertis frequentiſſime commendatus, haud aliter quam *Thoth* ſive Mercurius, qui litteras Ægyptias primum invenit duce & conſiliario *Thamò*, ſeu *Ammone* Thebano, uti narrat Plato. Rem geſtam conferimus in An. circiter Chriſti LX., quo primum tempore *Xaca* cultus innoteſcere cœpit Sinis ac Tibetanis.

Ne-

Neque his tantum finibus continetur ſuperſtitio; nam longius multo progreſſa neſcio quid originariæ divinitatis ex archetypis & primævis litterarum formis in ectypas illarum imagines dimanare, & effluere exiſtimant Tibetani. Cautum proinde Iis eſt, ne ſine honore qualeſcunque characterum figuræ habeantur; præſertim ſi དབུ་ཅན་ *U-cen*, *majores* fuerint auro linitæ, fulgidoque colore depictæ. His enim litteris ſcriptum putant a *Xaca* diſcipulis *Magnum Cha-ghjur*; atque ob eam etiam cauſam ante Pluteos, ubi tam venerandi Codicis exempla aſſervantur, lumina diu noctuque ardentia fovent. Si quas humi diſperſas viderint, continuo colligunt, eaſque ſtatim vel in *lypſanothecam* recondunt, vel in aliquo ſaltem honeſtiori loco religioſe collocant: nefas eſſe rati tam ſacrorum elementorum imagines neglectui expoſitas præterire. Lhaſſæ in Hoſpitio PP. Capuccinorum ſub ſcalis ad ſuperiora ducentibus repoſitæ erant capſulæ Typorum, quos Roma ſecum in Tibetum attulerant. Id ubi cognorunt *Xacaitæ*, conqueſti ſunt vehementer, quôd tam indecoris ſedibus tanta illa ac veneranda ſuppellex contemta jaceret: neque ſibi ultra licere putarunt eas adſcendere ſcalas, ſub quibus res adeo ſanctæ latebant, ne illas pedibus terere, & conculcare viderentur. Ex his, quæ mecum inter viam communicarunt laudati PP. Capuccini e Tibetanis Miſſionibus reduces, protinus intellexi tam arcto & inſeparabili vinculo apud eas gentes duo hæc, *litteras* & *ſuperſtitionem*, inter ſe cohæreſcere, ut alterum ſine altero nec pertractari, nec cogitari queat. Ut enim video, quemadmodum defluunt radii a natura Solis, ſic litteras ab ipſa Dei ſubſtantia defluxiſſe concipiunt. Simile quiddam de *Vedam* Bramhæ, deque *Atzala* Iſureni libro, opinantur Indi.

Quum de *Tanguti* nomine diſſerens ex Bayeri ſententia indicaverim ea voce ſignificari aptiſſime poſſe *Ter-*

ra

ræ vel *Cæli Dominum*, illud etiam conjiciebam litteras *Tangutanas* ideô ſic appellari, quôd ab hoc ipſo Numine natas arbitrarentur indigenæ. Ac ne te prætereat, cur præſertim Meridionalem Tibeti partem *Tangutum* nominari dixerimus, ſcito me in hoc locô ſecutum eſſe Johannem a Plano Carpini, alioſque Scriptores exteros, qui recentius de Tibeto egerunt: inſtructi magis a Chorographicis Informationibus finitimorum Tartarorum, quam Incolalarum. Sed quid proprie eſſet ſingularis iſte *Terræ* vel *Cæli Dominus*, necdum ſatis mihi aperiebat *Tangut*.

Hinc me continuo verti ad vocem *Tibet*: in cujus etymologia evolvenda *Deus Butta* ſuâ veluti ſponte ſeſe mihi continuo prodidit. Noram & hanc peregrinam eſſe gentis ἐπωνυμίαν, ſed ejus indolis atque naturæ, ut quod maxime quærebamus, perſpicue demum & apte manifeſtare poſſet. *Ti-bet* enim a Perſis & Arabibus deductum eſt a *Ti-bot* & *Ti-bout*: hoc vero recta oritur a gentili *Pot-Jid*, quo certe nomine non ante famoſi *Buttæ* tempora inſigniri ea natio cœpit.

Cognitus erat *Butta Legiſlator* ille Sammanæorum celeberrimus ex *Clem. Alexandrino*: cognitus etiam ex D. Hieronymo *Budda* ex virgine natus, aut idem, aut ejuſdem plane originis ac *Budda Manichæus*. De his *Cotelerius* in Obſervationibus ad Recogn. S.Clem. ſcribit: *Apud* Socratem *Terebinthus, ſeu Buddas natum ſe ex virgine affirmat: propter veterem, ni fallor, Buddam* [*Clem. Alexandr. Buttam,*] *de quo poſt alios Ratramnus Lib. de Nativ. Chriſti c. 3. Spicilegii Acheriani tom.* 1: An certe *Brachmanorum* ſequemur opinionem, *ut quemadmodum illi ſectæ ſuæ auctorem* Buddam per virginis latus narrant exortum, *ita nos Chriſtum fuiſſe prædicemus*? Num vero in Tibeti nomine *Butta* iſte lateret, paullo implicatior res erat, nec ſatis hactenus expedita. Eam nos expedire, & in lucem

pro-

promere tentavimus. Oſtendimus *Pot*, ſive *Pota*, & ex vernacula pronunciandi ratione *Bod*, *Boda*, & *Bouda*, aperte exprimere *Buddam*, unde Tibetani vulgo ſunt appellati *de Botam*, *Buttantes*, *Buttiani*, atque *Buddiſtæ*.

Reſtabat vox altera *Jid*, quam nos ceu proprium quoddam *Buddæ* cognomen & attributum ſpectavimus. Singulare illud ac tantopere decantatum Buttæ ex virgine nati prodigium ſtupidæ illi ac nimium credulæ genti olim perſuaſiſſe putavi, ut Ei vel *Unici* vel certe *Unigeniti* nomen aptarint. Id enim erat, quo maxime Buttam a reliquis omnibus diſtinctum efferrent, eumque a communi naſcendi more alienum ſupra ceterorum conditionem altius evectum præmonſtrarent. Ad hæc ſignificanda nullum mihi nomen neque tam aptum, neque tam idoneum viſum eſt, quam *Jebid* Phœnicium, aut *Ihido* Syrum, utrumque indicans *Unigenitum*, aut *unum* illum inſignem Heroa tam grandi miraculo natum. Utrique, uti & Hebraico, & Ægyptio, aliiſque ejuſdem ſignificationis vocabulis, cognatum perſpiciens Tibetanum *Iid*, *Unigenitum* fere ſemper expoſui. Neque *Bout-Iid* diverſum arbitror a *Sam-tan-pout-rha* Alphabeti inſtitutore, cujus nomen, (me quidem interprete,) aliud nihil ſonat, quam *contemplatorem Buttam magnum Legislatorem* atque *Magiſtrum*. བསམ་གཏན་ *Sam-ten* enim, ſive *Sam-tan* Contemplatorem deſignat: *Labarumque Contemplatorum* ordines ceteris omnibus eminent: & *contemplatio* apud Tibetanos ſanctitas perfecta eſt, & abſoluta beatitudo. Hujus contemplationis *Pout-rha* Butta ſcilicet Magiſter, & Legislator magnus appellatur.

Præter *Buttam* habent Tibetani *Xacam*, a quo pariter legem ſe accepiſſe gloriantur. At quanquam duo ſint nomina, unum tamen ſunt Numen, unus & Legislator: ambo ex eadem *Matre virgine* nati. Quicquid proinde differens de alterutro dixero, totum id tanquam ambobus

com-

commune, æquave ratione dictum accipito, non mea quidem fretus auctoritate, quæ nulla eſt, ſed ratione ipſa, ſed judicio ductus Eruditorum hominum, qui quum peritiſſimi in rebus Ceylanenſium, Siamenſium, Peguanorum, Indorumque eſſent, unum plane idemque Numen ſub hoc duplici nomine detexerunt. Quum autem Tibetana ſuperſtitio tota fere verſetur in *Xaca* memoria celebranda, fieri non poterat, quin multa de eo quærerem, ut ex illius vultu, quis *Butta* eſſet uberius, atque intimius cognoſcerem.

ཤཀྱའ་ *Sciakham*, nam ſic eum Buttantium lingua pro-
འ

nunciat, quandam præſeferre oſtendimus affinitatem cum *Jebid* Saturni & Rheæ Filio, cum *Sakea* Babyloniorum Numine, & *Saſyche* Ægyptiorum Legislatore. Sed cum *Sacla* Marito *Nebrod*, juxta Manichæorum deliramenta, primorum Parentum Adami & Evæ Genitore tantum habet conjunctionis, ut alterum ex altero expreſſum eſſe crediderim. Indeque ortam cenſui fabulam dedecoris, & ignominiæ plenam de Tibetanis a *Simio* Praſrinpò & *Simia* Praſrinmò procreatis.

ཐུབ་པ་ *Tubpà*, illuſtre cognomentum *Sciaka*, ex vernaculæ linguæ conſuetudine, *Potentem* interpretamur. Quanquam ea voce Tibetanorum vulgus *Magiſtrum* quoque & *Legislatorem* paſſim intelligunt. Quibus ſi addas obſervationem in hoc ipſum nomen a Præſtantiſſimo *Deguigneſio* traditam in *H. G. Hun.*, erit idem ac *To-pà*, *Terra Dominus*, T. I. P. II. L. 4. *De Avaribus*. Quod enim P. I. in *Tab. Chron.* pag. 166. ſcribit: *Ce nom de* To-pà *dans le* Tibet *eſt apparement ce que l'on appelle* Typà, *c'eſt-à-dire le Gouverneur de l'Etat*; atque adeo cavendum eſſe monet ne cum eo confundatur, quod proprium eſt Tartarorum Orientalium *To-pà*, ortum ſuſpicor ex confuſa voce

ce *Debà* ſive *Tepà* cum *Typà* ob male pictas, & commutatas, quas ipſe viderit, ejuſdem organi litteras.

Tympha Tunkinenſium τῷ *Tuppà* Tibetano accurate reſpondet. Nos autem, qui non tam ſignificationem nominis, quam fabulæ originem & antiquitatem inveſtigandam ſuſcepimus, *Toppà* ſeu etiam *Tuphà* referimus ad Typhonem, quem ab ipſa ſaltem M. Alexandri ætate in Caucaſeis Tibetanorum rupibus vim ſuam exerentem finxere Veteres. Nam & *Typhonem* Rheæ ac Saturni, juxta *Diodorum*; vel uti *Plutarch.* tradit, Mercurii ſimul, Solis, & Saturni Filium, perinde atque de *Butta* & *Xaca* Tibetano fertur, non *loco proprio, ſed ex latere Matrîs* natum ſcribit idemmet *Plutarchus de Iſide*. Rurſum ſi *Typhonem*, non incongrue ab *Euſtathio* expoſitum Πνεῦμα Θερμὸν, ab *Heſychio* vero relatum ad naturam πυρώδους δαίμονος, *Spiritus ardentis, & ignei*, atque adeo ex Ægyptiaca lingua illud etiam denotantem, uti obſervat *Jablonskius*, quod eſt ⲐⲎⲞⲨ ⲫⲰⲚ *Spiritum converſionis & everſionis*, terræ motuum auctorem Ethnica ſuperſtitio fecit, parem quoque ei fecerunt *Saclam*, *Omophorum*, *Atlantem* ſuum Manichæi, parem & Tibetani *Siakam*; cujus proinde nutibus terram ipſam, ejuſque ſpiritum paruiſſe prædicant. Multoque magis *Saclam* in *T pha* Tibetano deprehendes, ſi teſtimonium Philonis audias eum interpretantis Τύφον *fumum*; *Sacla* enim Manichaicus Princeps erat *fumi*.

Abſtruſum quidem & arduum tibi videbitur *Saclaici*, *Belluini*, ac *Typhonici* monſtri formam cum Numinis ex Virgine parti ſpecie, vultuque Sancto, atque Divino conjunctam in uno *Xaca* concipere, quemadmodum miſeri Tibetani animo concipiunt, & credunt. Quæ enim inter ſe adeo aperte pugnant componere velle, nimis inſana licentia eſt, quam ne ipſis quidem fictricis artis cultoribus conceſſam dixit Venuſinus Vates:

. . . . Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Scimus, & hanc veniam petimuſque, damuſque viciſſim,
Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Verum ubi ſemel noveris quam multiplex, & varium ſit monſtrum hoc Tibetanum, nihil erit tam deforme ac indecorum, quod non facile credas fuiſſe olim cum ſumma ipſa divinitatis forma ac dignitate in uno *Xaca* mixtum atque concretum. Hunc Lupum, Tigrim, Pardum, Leonem, Simium, Equum, Serpentem, Belluam denique omnem geſſiſſe volunt: hunc mutato ſexu modo maritum, modo uxorem, utroque gignendi munere, Parentes, Avos, Majoreſque ſuos procreaſſe dictitant.

Quod vero bonis omnibus miſerabilius ac luctuoſius videri debet, ſpectaculum eſt, quo *Xacam* Chriſto Deo, ac Salvatori noſtro pene ſimilem repræſentant. In illius acta quicquid fuſius animadverſum, obſervatumque eſt, diſquiſitio noſtra, qualiſcunque ea ſit, planius oſtendet. Sed liceat mihi, amabo te, eorum *Synopſin* ex hoc etiam loco in proſpectum producere, ut inde judicium facias de ſumma gravitate rei, quæ me ad hoc argumentum pertractandum induxit. Sic erit, unde mihi ignoſcas, ſi hæc poſtmodum repetita moleſtiam tibi ac nauſeam recoctæ crambes excitare in animo poterunt. Audi jam, quid ſit totus iſte *Xaca*.

Mille tranſmigrationum orbibus, quingentis bonis, malis item quingentis, ἐν τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ *in illo* fortaſſe *millenario* Platonis *itinere*, jam abſolutis; *Xaca* evaſerat བྱང་ཆུབ་ *Ciang-ciub*, translatus in དགའ་ལྡན་ *Kaden*, hoc eſt in *Paradiſum* mundi *viſibilis*. Pietatis & miſericordiæ ſti-

ſtimulis actus erga genus omne viventium, qui tum a præpotenti ac maligno inimico lucis འོད་སྲུངས་ཛོགས་ཅད་ *Hoſrung-tzo-ce*, tum a ſeptemdecim auxiliariis prædonibus, Eo duce, infeliciſſime ſeducti, vitiis ac peccatis immerſi peribant, in conſilium vocatis univerſis ordinibus *Ciangciubiorum* deliberationem a ſe captam de perditorum ſalute redintegranda aperuit: totoque approbante Senatu decrevit *quinta* Mundi ætate novam ſuſcipere μετεμψύχωσιν, iterumque in inferiores terræ hujus partes deſcendere, ut *æternam* ſui legem mortalium vitio corruptam reſtitueret; ſicque peccatorum colluvione ceſſante e naufragii periculo ereptos ad optatiſſimæ felicitatis portum ſalvos & incolumes perduceret omnes.

Sed antequam hominis carnem, quemadmodum conſtituerat, rurſum indueret, ſapientia ac poteſtate ſua maxima, quo tantæ rei molitio dignitati naſcituri *Xaca* reſponderet, multa ſibi providenda duxit. Stirpem, ex qua orietur, ſelegit omnium nobiliſſimam, & longo Regum ſtemmate claram, perque *ſex* ſaltem generationum gradus tanta Progenitorum ſanctitate ornatam, ut ab omni macula atavi ſaltem ac tritavi puri eſſent, innocui, & virtutum laude commendatiſſimi. Natale ſolum, Regnum ſibi deſignavit, & Urbem, quæ cum in illius centro, tum & in ipſo Umbilico univerſæ terræ poſita, florentiſſima eſſet & celeberrima. Tempus naſcendi illud eſſe voluit, in quo totus terrarum orbis eſſet in pace compoſitus. Matrem ſibi conſtituit Regis filiam, virginem inter omnes electam, pulcram, intemeratam, & meritis eximiæ ſanctitatis conſpicuam: Talem denique, cui divini Vates feliciſſimi partus eventum prædicturi eſſent.

Dies illuxit, quum jam Diva Virgo ſummo precum, ſacrificiorum, votorumque apparatu inſtructa, digna viſa

 eſt,

eſt, quæ fœtum conciperet e Cælo venturum: Et ecce *Xaca*, qui in regalis Puellæ ſinum grandi prodigio repente ingreditur die XV. menſis ſtellæ *Ciu-tong*, ideſt ſub conſtellatione, quam *aquæ millenariam* appellant. *Kiacin* Princeps Kaden infinitam lucis ac ſplendoris copiam Virginis utero infundere nunquam ceſſat, ut Infans purus maneat: neve labeculæ umbram ex fœminei uteri nebulis contrahat, cuſtodes Ei præfecit *Laharum* exercitum, quorum cura eſſet perpetuo avertere tenebras, omnemque depellere immunditiem.

Naſcitur inſigni miraculo die XV. Menſis IV. An. ལྕགས་ཕོ་སྤྲེའུ་ *Ciah-pò-Prehù*, *Simiæ ferri maſc.* nam & in Ægypto, teſte Clem. Alexandr., alii 19. vel 20. Aprilis, alii 20. Maji CHRISTUM natum ferebant: Naſcitur vero non jam reſerato virginali clauſtro, quod inviolatum permanſit, ſed ex dextero latere Matris, exceptus obſtetricia manu *Kiacini*, ablutuſque tepido imbre de Cælo mananti. Eo naſcente latiſſima Mundi ſpatia inuſitatæ lucis fulgore implentur, & univerſa natura quingenario fœtu dives aurei ſeculi fauſtitatem adveniſſe nunciat: Terra tremit: Lahæ dulcia carmina cantant: Puerum natum adorant; Eique munera offerunt.

Præſentatur in Templo, iterum adoratur a Lahis: Vates multa rurſus ac mira de eo futura prædicunt, omniumque maximus Senex & Eremita Infantem inter ulnas exceptum tenerrime complectitur, ſolvitur in lacrymas, præmonſtrat futura, atque ſtupenda Illius contemplationis prodigia, Monaſticæ Religionis propoſitum, & quicquid porro in deſertum abeunti venturum erat.

Ex utero Matris rerum omnium ſcientia inſtructus, non indiget Doctore, a quo litteras diſcat, ſcit enim divinus Puer αὐτοδίδακτος tam multa, ac tam recondita, &

inau-

inaudita, ut, quemadmodum Puer JESUS in *Pſeudo-Evangelio Infantiæ*, Magiſtrum ipſum edito ſemel tantæ ſapientiæ miraculo ſtupentem extemplo & attonitum reddat. Adoleſcenti in Regiis ædibus clauſo *Lhaæ* oſtia omnia deluſis excubitoribus, & Parente ipſo decepto inviſibili manu aperiunt: Eductum ſacro Religionis ſchemate induunt, rectâque in deſerta loca eunti ſplendidum Illi comitatum, famulatumque præbent. Annos ſex in ea ſolitudine rigidi pœnitentis vitam exercet uni contemplationi addictus, nil omnino cibi potuſve deguſtans. Lhaæ tantum & *Ciang-ciubii* Miniſtri eo expleto ſexennio oblata potione ex lacte, quod ex puris ſacræ vaccæ uberibus expreſſerant, extenuatas vires admirabili Solitario reficiunt. Interea perfectiſſimæ ſanctitatis ſigna XXXII., *qualitates* vero, [de quibus dicere nil præſtat,] LXXX., in illius corpore apparuerant.

Paullo poſt priori dimiſſo in deſerti ſuperioris ſeceſſum ſeſe iterum recipit; ibique viridi herbarum ſtrato aliquandiu incumbens, novoque inhærens contemplationis generi, ſola meditatur *fraterni amoris*, & *patientiæ* officia, quæ maxime in ærumnis, & cruciatibus pro communi omnium ſalute perferendis conſiſtunt. Stupet tantæ contemplationis altitudinem ſpectator Satanas, atque uti erat multo dæmonum ſatellitio ſtipatus bellum in eum movet acerrimum. Sed victus triumphatuſque, ecquid ſit, *Xacam* rogat, quôd tantis impetitus jaculis, nil damni retulerit, & quaſi lapis perſtiterit in meditando immobilis. *Xaca* ad hæc, ne mireris, inquit, jam ſanctus evaſi, nec fiet deinceps, ut in me quicquam habeas poteſtatis: & quoniam adeptæ ſanctitatis indicia intueri curioſius aves, ſingula tu cerne ſigna, quæ toto corpore impreſſa in me ſplendidiſſime fulgent. Mox terram tangit, eoque contactu egredi jubet *Laham* telluris, qui voce divinitus ſonan-

nante præclarum pro illius ſanctitate teſtimonium dicit. Quo audito diabolus དགའ་རབ་དབང་ཕྱུག་ *Ca-rab-uang-ciù* una cum ſuis, relicto Xaca, evanuit.

Poſt tam illuſtris victoriæ ac triumphi diem jacentem, confractamque legem erigere & inſtaurare cœpit. Diſcipulos elegit, nova eis præcepta dedit, regulam Aſceticæ vitæ præſcripſit, peccatorum remedia inſtituit, & alienæ ſalutis deſiderio unice flagrans omne viventium genus a via perditionis retrahere enixe ſtudebat.

Quæ vero in Infidelium animis ad Religionis ſuæ cultum revocandis peregit & numero & magnitudine infinita ſunt & incredibilia. Aderat ubique præſens, per aera volabat, clauſis licet januis quocunque vellet, penetrabat inviſus: Legem cunctis per orbem terrarum Nationibus prædicabat, tantaque doctrinæ vi & miraculorum ſtrepitu Provincias & Regna commovit, ut ad Illius ſequenda veſtigia integræ Urbes, ac Populi alacres convolarent.

Lege ſic reſtituta, moritur: Terra valido tremore concuſſa vacillat, & tenebræ per univerſum Cæli ambitum denſo volumine fuſæ atram noctem adducunt. Xaca vita functo, res omnes ab eo geſtas diſcipuli litteris commendarunt.

Inter tot fabularum involucra, quantumvis ſpiſſis ubique, & opacis umbris nigreſcerent, oculis cernebam attonitis figuram ipſam, & lineamenta CHRISTI JESU mirum in modum deformata, & ad *Xacæ* imaginem ſacrilego hominum auſu traducta. Tolle Baptiſmum, Supplicium Crucis, & Reſurrectionem CHRISTI, [quæ priſcis temporibus ipſi quoque Phantaſiaſtæ hæretici, ut ex ipſis *Pſeudo-Evangeliis*, & ex *D. Iren.* intelliges, rejiciebant,] cetera ſi conferas cum actis *Xacæ*, ſimillima fere, & ex ordine in hoc novo monſtro fingendo imitata percipies.

Verum ætas *Xacæ* antiquiſſima, quam Tibetani con-

jiciunt

jiciunt in annos fere mille ante CHRISTI mortem, majorem in modum me commovebat, ac perturbabat. Videbam enim gentem in orbe terrarum reperiri, quæ ſuum quoque Deum propter univerſalem animorum ſalutem de Cælis deſcendiſſe, & hominem de virgine partum crederet tot ante ſeculis, quam adveniret unus ille verus Deus, Dei Patris Filius, a cunctis gentibus exſpectatus, CHRISTUS JESUS, qui vere factus homo hominem perditum reparavit. Incredibile eſt, quanto me dolore affecerit tam infamis plagii temeritas & arrogantia omnium ſane maxima & impudentiſſima. Eo enim tota iſtæc de *Xacæ* rebus conficta narratio tendit, ut primas *Evangelicæ Hiſtoriæ* præripiat. Sic abortivi, recentes, ſpurii, & fæculenti rivuli de principatus gloria contendere velle videntur cum puriſſimis antiquiſſimiſque fontibus, unde primum illi quidem avulſi, ſed mox in cloacas demerſi ac putrefacti protinus contabuere.

Qua quidem ex re metuendum eſſet, ne ſacrilegi quidam Chriſtiani Nominis contemtores, nos ipſos demum, qui unicum Illum ſalutis noſtræ auctorem CHRISTUM JESUM, in Sanctis Evangeliis prædicatum, colimus & adoramus, tanquam & fures alienæ poſſeſſionis inſimulare auderent. Tam inſana, & præceps eſt quorundam ævi noſtri Ariſtarchorum licentia, ut ad Celſi ac Porphyrii exemplum nil plane dubitent nuda ipſa & vana ſomniantium ſpectra ad Sanctiſſimæ Religionis noſtræ perniciem attollere & animare. Noti ſunt Spinoſæ, noti Colinii, noti Tollandi, & alii hujus furfuris plures; qui quidem non ita fato periiſſe putandi ſunt, quin relicto ſemine in pullulanti ſobole ſæpe reviviſcant ex Orco.

Xacaitæ prætera Tibetani, quum a Miſſionariis noſtris ad Chriſtianam Fidem urgentur, nihil ſic frequenter objicere ac protrudere ſolent, quam Religionis ſuæ ex-

cel-

cellentiam a longa temporum vetuſtate deductam. Qui autem fieri poſſet, ut hujus ingenii homines facile moverentur ad fidem dictorum factorumque CHRISTI, quæ Eiſdem ipſis ex *Evangelii* auctoritate credenda Noſtrates proponerent, ſemel ac aut eadem, aut ſimilia haberent, quæ Illi in *Xaca* ſuo diu ante Chriſtianæ Religionis exordia præfulſiſſe jactarent? An non prudens quiſquam timeret, ne nos dicerent nova prædicare de CHRISTO, quæ multo vetuſtiora a Majoribus ſuis de *Butta* & *Xaca* celebrabantur?

Hinc cernis, opinor, quanti noſtra referret totam hanc *Xacaicæ* fabulæ telam evolvere, artificium machinatorum detegere, in eoque veterem ac nativam a nova & adſcita diſtinguere fabula. Tanti nimirum ſcandali prodigium tot inter populos per Scythiam, per Indiam, per Tartariam, perque Tibetum ab Indi ſcatebris ad ultimos uſque Sinos atque Japonios longe lateque diſſeminatum, convellendum denique & exſtirpandum erat, ne ἄπιστοι ac maligni hoſtes tricas necterent unicæ illi, germanæ, ac plane divinæ Fidei noſtræ veracitati, neve Tibetani ad Religionem CHRISTI, Eodem ipſo illuminatore, & auctore ducendi, tam lubricæ ludificationis offendiculo intercepti, ulla deinceps aut ſiſtendi aut reſiliendi cauſa, & excuſatio daretur.

Ut id mihi ex ſententia contingeret animum ad originem fabulæ intendens *duos* eſſe *Buttas*, ſive *Xacas* conſtitui, quorum primum cum ſecundo confuſum habeant Tibetani.

Cauſam iſtius confuſionis principem a fœcundiſſima illa errorum matre μετεμψύχωσι repetendam putavi. Poſita enim catena revolutionum, in qua animi prioribus exuti corporibus in alia migrent, facile fit, ut qui ante annos mille vixerat, idem plane, eo abſoluto curſu, redire

in-

intelligatur. Sic Olymp. LX. idem erat *Pythagoras*, qui antiquiſſimis temporibus fuerat primum *Æthalides Mercurii Filius*, deinde *Euphorbus* in bello Trojano celebris: ac rurſus poſt Olymp. LX. devolutus eſt [turpem hanc *metamorphoſin* referente, & irridente Luciano,] in *Aſpaſiam* ſcortum Periclis, tandem in *Cratem* Philoſophum Cynicum. Par eſt Caballiſtarum Judæorum delirium, qui *Animam Adami* per סור הגלגול revolutionis arcanum *in Davidem, Davidis in Meſſiam* tranſmigraſſe docent. Huc, ne ſimilia priſcorum hæreticorum commenta ſingillatim referam, ſpectare crediderim inſaniam Manichæorum, qui JESUM CHRISTUM, priuſquam ſub Auguſto ac Tiberio Impp. adventum ſuum in carne ſimularet, primi cujuſdam hominis Filium, & Paradiſi ſerpentem extitiſſe ſomniarunt.

Eodem prorſus modo vetus ille *Xaca* novo redeunte tranſmigrationis ordine quaſi iterum natus in ſcenam venit. Qua in re obſervandum eſt intervallum temporis, quod a primo ad ſecundum *Xacam* effluxit. Χιλιοστὸς annus *milleſimus periodus* eſt inſignis in itinere animorum a Platone in Phædro, & alibi ſæpe commemorata. Eam accurate retentam video in conſignanda apparitione renaſcentis *Xacæ*. Nam a *Xaca* illo, quem veterem appellamus, uſque ad CHRISTI adventum annos ſupputant circiter *mille*: atque ad hanc epocham ſtabiliendam omnium fere Xacaicarum Nationum Monumenta & Eruditorum ſententiæ accedunt; quemadmodum ex eis intelliges, quæ a me ſatis accurate, ni fallor, diſputata ſunt. Itaque adventus CHRISTI in illud temporis exacte incidit, quod, juxta *Xacaicæ*, & *Platonicæ* revolutionis periodum, uti finis labentis, ſic & initium exordientis *millenarii* erat. Hinc ego colligo, quod ſi Tibetani ætates Mundi non involviſſent tam multis, & obſcuris fabellis, perſpicue jam appareret, ætatem

Mundi *quintam*, in qua *Xacam* de Cælis veniſſe volunt, ipſum omnino eſſe *millenarium quintum* ab Orbe condito, quo etiam auſpicante ſecundum Hebraicæ Scripturæ calculos, Unigenitus Dei Patris Filius humanam carnem ex utero Virginis aſſumſit. Conveniunt ita non acta ſolum, ſed etiam tempora novi *Xacæ* cum actis & temporibus CHRISTI. Verum ex ſyſtemate Tibetanarum transmigrationum non novus, ſed idem ipſe eſt *Xaca* vetus, qui ſub nova forma in quinta Mundi ætate inter mortales apparuit; atque ita duobus *Xacis* in unum collectis atque confuſis, eorum acta ac tempora miſcent, & quæ propria ſunt *poſterioris* ad CHRISTI exemplum conficti, ridiculo commento *priori* adſcribunt.

Anſam præterea huic confuſioni præbuiſſe cenſebam tum illud ipſum nomen *Jehid*, quod eſt *Unigenitus*, utrique Xacæ tanquam uni attributum, tum etiam Ethnicam & pervulgatam fabulam de Filiis Diis ex Jove & virgine matre genitis. Hujus tandem turpiſſimæ mixtionis artifices ex Gnoſticorum, & Manichæorum cum primis officina prodiiſſe certa nobis indicia perſuadebant.

Itaque iis veluti facibus præeuntibus latebras iſtius tam varii, & mixti monſtri ingreſſi ſumus, & utriuſque *Xacæ*, ſeu *Buttæ* veſtigia pone ſequuti, alterum ab altero diſtinctum longeque diverſum cognovimus.

Primum, quem ex Tibetanorum calculo apparuiſſe ſtatuimus An. ante CHRISTI adventum DCCCCLIX, non alium eſſe deprehendimus quam *Iid* ſive *Jehid Unigenitum*, vel etiam *Primogenitum* ex eorum Filiorum ordine, quos Ethnica ſuperſtitio ex *Jove Patre*, & *Matre virgine* natos arbitrabatur. Et quoniam ætas *Xacæ*, *Fò*, & *Xechiæ* Sinici fere adamuſſim convenit cum tempore expeditionis *Seſoſtris II.*, aliàs *Seſachi* Ægyptii Regis in Indiam & Scythiam, conjicere cœpimus ab Ægyptiaco *Oſiri* Scythis cognito ſub

voce

„ voce *Oit-Oſyros*, exordium ſumſiſſe fabulam de *Butta*, „ de *Fò*, de *Xechia*, vel *Xaca-lid* ex virgine parto. Quo in loco omittas nolim, quôd *Seſachus* iſte adeo vel nomine ipſo *Siachæ* affinis, *Oſiridis germen*, teſte Clem. Alexandrino, & *primus* poſt *Oſiridem* nominari & haberi voluit.

Hinc multa diſſeruimus de *Diis* Παρθενογένοις, de *Oſiri* in primis, Illiusque nominis *etymo*, de *Zophaſemim contemplatoribus* Cæli, Numinibuſque aliis Ὠογένοις a Phœnicibus, & Ægyptiis in Japoniam delatis, de *Dionyſo*, ſeu *Baccho* apud Indos vetuſtiſſimis temporibus celebratiſſimo, de *Iſide* Virgine Oſiridis ac Dionyſii Matre, de Μονογενὴ in Orphicis, de *Perſeo*, de *Platone* ipſo ex incorrupta Matre genito, de *Jovis effluvio*, ejuſque *ſeminali emanatione*, de *Loto Oſiridis*, *Hori*, *Apollinis*, *Bramhæ* Indici *genitrice*, de *Amida* Japonio, deque *Xaca* inſidentibus *Loto*, de *Cenreſi* Tibetano ex ea nato: ac rurſus de Oſiride *Sole* & *Solis Filio*, de *Myri*, de *Mencheres*, *Toſorthro*, *Necherophi*, *Serapi*, *Uſercheres*, *Bicheres*, *Moſcheris*, *Remphan*, *Api*, *Mnevi*, *Rameſi*, aliiſque Diis ac Regibus, Ægyptiorum *Solibus*: de *Mythra Perſarum*, de *Myrthæo*, ſive *Mithreo* & ipſo *Jovigena* ejuſdem cum Seſoſtri & Xaca Tibetano ætatis, de *Meni*, & *Gad* Hebr., de *Mythre* & *Naid* Deabus: de *Brammha*, de *Viſnu* maſculo-fœmina, de *Iſuren* denique, Diis tribus Indorum a *Paraſakti*, ſive *Bavani* Matre virgine & ſimul uxore natis. Plura iis deprehendes inſerta de Numinibus *Babyloniorum*, *Japonenſium*, atquè *Curetum*, quæ tamen nuſquam egredi a propoſito videantur.

Ne vero pars ulla te lateat conſilii noſtri harum fere omnium fabularum originem ex veterum Ægyptiorum ſuperſtitione deducimus. Inde enim tanquam ex fonte principi in Orientis nationes, præſertim vero in Scythiam, in Indias, in Sinas, ac denique in Tibetum derivatum putamus,

 quic-

quicquid lutulenti ac portentoſi ad veterem Illum *Xacam* componendum confluxit.

Concludimus tandem *Xacam* iſtum *But-Iid* Deum nempe *Unigenitum*, a Jove & virgine Matre primo natum, eundem in *maſculo ſexu* fuiſſe ac *Oſirim*, *Bacchum*, & *Solem* Indicum.

Secundus *Xaca*, recens illud monſtrum eſt, quod anno circiter LX. primi Eccleſiæ ſeculi Indis, & Sinis innoteſcere cœperat: eodemque ferme tempore Illius nomen ac fama ad aures Tibetanorum pervenit. Paullo poſt geminum ſimulacrum ex India, & Sina in Urbem Lhaſſam evectum eſt. Hanc unam epocham in Indicis, Sinenſibus, ac Tibetanis Annalibus plane conſpicuam, ſi firmam teneas, invictum habebis argumentum de nupero *Xaca*, qui nonniſi poſt CHRISTI mortem fabricari potuerit: Immo & lucem inde accipies uberrimam ad Operis architectos, & molitores penitiſſime cognoſcendos.

In mentem veniat horrificus ille & nefarius *Simon Magus*, de quo *Auctor Recogn.* apocryphus quidem, ſed, judice *Cotelerio*, II. Eccl. Sec. Scriptor. Ex eo uno conjecturam de reliquis facies. Ut ſacrilegus Deceptor pro CHRISTO haberetur, en quid fingere ſcivit: *Antequam Mater mea Rachel conveniret cum eo* [Antonio Patre,] *adhuc virgo concepit me, cum eſſet in poteſtate mea, vel parvum eſſe vel magnum, & hominem inter homines apparere .... Humana de meipſo mentitus ſum, ut vos manifeſtius comprobarem .... Ego virtute mea quodam tempore aerem vertens in aquam, & aquam rurſum in ſanguinem, carnemque ſolidans, novum hominem puerum formavi; & opus conditore Deo multo nobilius protuli: Ille creavit hominem e terra: Ego autem quod eſt difficilius ex aere, quemque rurſus reſolvens aeri reddidi.* Sic Ille, poſtquam hæc de ſe inſaniſſime oſtentarat; *Poſſum facere, ut volentibus me*

comprehendere non appaream, & rurſus volens videri palam ſim: ſi fugere velim montes perforem: . . . . Vinctus memetipſum ſolvam, in carcere colligatus, clauſtra ſponte pateſieri faciam: ſtatuas animatas reddam; ita ut putentur ab his qui vident, homines eſſe: novas arbores ſubito oriri faciam, & repentina virgulta producam: in ignem memetipſum injiciens, non ardeam. Vultum meum commuto, ut non agnoſcar: ſed & duas facies habere me, poſſum hominibus oſtendere. Ovis aut Capra efficiar: pueris parvis barbam producam: in aerem volando invehar: . . . . adorabor ut Deus: publice divinis donabor honoribus . . . . Et quid opus eſt multa dicere? quicquid voluero facere, potero. Prolixa retuli fanatici, & furiis exagitati Simonis orationem, ut eam conferenti cum actis *Xacæ* continuo pateat, qua demum in Schola, quibuſve Magiſtris effingi iſtæc & adumbrari potuerint.

Non omittam amores & coitionem Magi cum *Luna* uxore *e ſuperioribus Cælis deducta*. *Helenam* hanc, ſive rectius Σελήνην *Selenen*, appellat *S. Irenæus*; Eamque impius tenebrio comparabat *Ovi deperditæ*, quam CHRISTUS bonus ille Paſtor poſt longos errores quæſitam ſuam fecit. Adde hunc *novum* illum *hominem puerum*, *quem* a ſe primo *formatum*, deinde in auras ſolutum, & penicillo expreſſum collocavit Simon in interiori cubiculo, ut indicium ſupereſſet & memoria *operis ſui*. Hæc enim eô ſpectant, ut intelligas arcanum *uxoris*, & *Filii* Xacæ, de quo mentionem in ſubjecta Diſquiſitione facturi erimus; unaque Te commonent, ne ex eo putes corruere ſententiam noſtram de *Xaca* turpiſſime adumbrato ad ſimilitudinem CHRISTI, qui integerrimæ omnis, & nitidiſſimæ virginitatis fons eſt, principium, & exemplum plane unicum vereque divinum.

Gnoſticorum, qui ſic *generatim* appellantur, omniumque hæreticorum Principem plerique faciunt *Simonem:*

nem: ſed primas in fidei noſtræ integritate violanda *Thebuti* cuidam tribuit *Euſebius*. In eo fortaſſe quiddam ineſſe ſenties, quod *Butem Deum* referre poſſit. Sed nos *Manetem*, ejuſque Anteſignanos novi *Xacæ*, ideſt *Buttæ Tibetani* artifices, & propagatores, non conjecturis tantum, ſed certis, uti augurari licet, demonſtrationibus oſtenſuri ſumus. Provinciam aggredimur, quam a nemine hactenus ſuſceptam vidimus. Multi ſunt Viri graviſſimi magna tum ſapientiæ tum antiquitatis laude præſtantes, qui de Perſarum, Scytharum, Armenorum, Bulgarorum, Indorum, atque Sinenſium Manichæiſmo ſcripſerint: Qui vero de Populis Tibetanis ea errorum peſte infectis vel dedita opera pertractarint, vel conceptis verbis tutum aliquod ac ſtabile protulerint teſtimonium, aut nulli ſunt, aut, quod ego ingenue fateor, me prorſus latent.

Verum enim vero, ſicubi uſquam priſca Manichæorum ſtirps ſuccreſcenti prole munita, altiuſque evecta dominatum attollere, & majora ſubinde incrementa accipere viſa eſt, id certe accidiſſe novimus in Tibeto, ubi horrenda bellua cubile ſibi ab initio inſtruxit. Quanquam etenim ævo ipſo Apoſtolico credamus *Xacæ* ſeu novi *Buttæ* cultum fuiſſe primo in Tibetum illatum, quum tamen ſequutis temporibus intercidiſſet, a Manete ejuſque diſcipulis *Budda* & *Thoma* erectus denuo, auctus, & confirmatus eſt. Quod quum *Manes* præſtitit, non externa, ſed domeſtica myſteria jam dilapſa, & intermortua revocavit in lucem. Quæ enim a progenitore ſuo *Scythiano* homine *Scytha* acceperat, in Scythia demum, ubi ſemel inſtituta conciderant, poſtliminio reſtituit. Nullus ergo dubito, quin ita ſe res iſta habeat, quemadmodum a me traditur. Sed dubia Tibi & incerta erit; mihique affirmanti vix fidem ſciveris adjungere tuam. Sat ſcio: atque ob hanc ego cauſam mea omnia argumenta Tibi proponere decrevi, ut tuis Ipſe judici-

dicibus oculis magis quam alienis dictis accredere velis. Tene ergo, quid ſit quod *Manichaiſmum* jam inde a primis Eccleſiæ temporibus cum *Paganiſmo* in Tibeto conjunctum hodieque vigere ac dominari oſtendat.

Tota fere Tibetanorum ſuperſtitio in ea continetur *Oratione Liturgica*, quam ſemel atque iterum *La-Crozius* publici juris fecit. Ab illa interpretanda Vir alioquin magnæ eruditionis, & qui multa de Chriſtianiſmo Indorum, [licet mala perſæpe fide, maleque ſentiens de rebus noſtris] ſcripſerat, abſtinuit. Unicum eſt Chriſtiani moris indicium, quod ſibi inter tot ac tam atra ſuperſtitionum prodigia interluxiſſe tradit. Hanc enim orationem Liturgicis fragmentis, quæ Tibetani ab antiquis Magnæ Tartariæ Chriſtianis, ſive a *Neſtorianis* mutuati fuerint, refertam dicit. Sed ſi Tibetana monumenta cognita ſibi fuiſſent, ad noſtram, facile credo, acceſſiſſet ſententiam. Sola non eſt Liturgica iſta precatio, ſed & univerſa propemodum, eaque ingens ſuperſtitionum farrago ſuppetit, quæ Chriſtianiſmum in Tibeto a Manichæis corruptum, & fœdatum abunde commonſtret. In hac nihilominus demonſtratione inſtituenda *ordinem*, quem ante dicta *oratio* nobis offerebat, ſequuti ſumus. Modo autem, ſi forte ſumma rerum capita in ſeriem paullo clariorem diſpoſita aveas, exordium a ſumma divinitate una mecum ducito.

Dei naturam Manichæi perinde ac Tibetani in luce quantumvis puriſſima, corporea tamen exſtenſa, ac partibili collocant. Aquam bonam ejuſdem cum Deo ſubſtantiæ ab Illis agnitam, Iſti aquam puram chryſtallinam vocant. Deum in Mundo *viſibili* nihil agere, *προβολὰς* tantum & *emanationes* ex intima ſui natura fluentes emittere, ſoloque commiſerationis ſenſu erga animas materiæ vinculis irretitas, afflictas, & corruptas affici volunt. Duas boni & mali ſubſtantias, lucem, & tenebras, duoque ſumma,

ma, æterna, & inter ſe irrequieto motu pugnantia principia ſtatuunt, quorum alterum extra ſe manans, ſparſum, atque diffuſum cauſa bonorum ſit, alterum item malorum: omnia propterea neceſſitate ac fato fieri, regique conſtituunt.

Trinitatem Deorum utrique agnoſcunt; quanquam diverſis nominibus eam appellant. Triadem rurſus pari licentia variam fingunt & multiformem. Quum enim Manes & *Chriſtum Dei Filium*, & *Spiritum Paraclitum* ſeſeipſum diceret, fieri non potuit quin ſecunda veluti *Trias* oriretur, in qua *Filii* & *Spiritus Sancti* locum Manes ipſe binominis obtineret: Tertiam fortaſſe componebant *Seniores* tres. Addenda his eſt quarti ordinis *Trinitas* cognita ex *Anathematiſmis* Eccleſiæ Græcæ apud Cotelerium. Nam uti *quatuor Pauli Callinicæ diſcipulos in figuram quatuor Evangeliorum*, ſic *ceteros tres illius diſcipulos* τῆς Τριάδος *nomine celebrare* non dubitarunt. Ita & Tibetani varii ordinis Trinitatem faciunt. Prima eſt, quam hiſce nominibus indicant: *Sanghie-con-cioà*, *Cìo-con-cioà*, *Kedun-con-cioà*. In hac ſecundum nomen, quod CHRISTO FILIO reſpondet, deſignare credimus *Xacam*, tertium vero *Cenreſi* ſpiritum illum Manichæorum viventem, & miſſum a Patre tanquam *primi hominis* adjutorem & ſoſpitem. II. eſt *Giam-Jang*, *Cihana-Torcè*, & *Cenreſi*. III. *Cering*, *Juring*, *Fusè*.

De Trinitatis ὁμοουσιότητι *conſubſtantialitate* idem pariter ſentiunt. *Sum-cik-trubpa-jotè*, ideſt, *Tres unum in eſſentia* vulgatiſſimum eſt Tibetanorum effatum. Credunt Manichæi *Zaradem*, *Budam*, *Chriſtum*, *Manetem*, & *Solem* ὁμοουσίους unius prorſus naturæ atque ſubſtantiæ: Credunt & Tibetani *Xacam*, *Cenreſi*, *Supremum Lhamam*, *Solem*, & *Lunam* unum prorſus idemque eſſe. *Patrem* Illi *in ſumma & principali luce: Filium ut virtutem in Sole*,

'e, *ut ſapientiam in Luna: Spiritum Sanctum in toto aëris* *mbitu* collocabant: Iſti *Hopamè* Deum *immenſæ & infini-æ lucis* vocant: *Giam-Jang* Deum ſapientiæ in *Luna*, *'ibana-Torcè* Deum ſummæ virtutis, ac regiæ poteſtatis in *Sole*: *Cenreſi* tum in *Sole* collocant tum etiam *ubique diffuſum, & multiplicatum* imaginantur. *Xaca* rurſus *Lunam* uti propriam ipſius ſedem tribuunt, adjiciuntque *Solem*, ceu alterum Numinis diverſorium quod ſuis indice monſtret: Similes in hoc etiam Manichæis, qui *Jeſum* in *Luna*, ſeu *Navi minori*, & *Seniorem tertium*, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, [juxta Græcum textum Tyrbonis apud Archelaum,] *Spiritumque viventem* in *Sole* ad finem uſque Mundi ſedentem ponebant.

Ex his illud etiam colligimus quam apte ad Tibetanos accomodetur id, quod AUGUSTINUS de Manichæis dixerat; tantam ſcilicet Deorum turbam ad unum denique JESUM, ſi res attente conſiderentur, referri poſſe. Nam & Cenreſi ab Hopamè manat ſicuti JESUS & FILIUS DEI a Patre luminum: & quemadmodum DEI FILIUS & *Xaca*, ſic *Cenreſi* ad propagandam, ſalvandamque Tibetanam gentem *Simii* primum, deinde *hominis*, *Regis*, & *Legiſlatoris* perſonam induit. Idem cum *Cenreſi* in Sole ſeſſor *Cihana-Torcè* a dæmonis vexatione eripuit *Xacam*, ſicuti eripuit *primum hominem ſpiritus vivens*: & iterum quemadmodum *Xaca* eſt Is, qui dat, & qui ſalutem recipit, ita *primus homo* Manichæorum CHRISTUS, partim JESUS *Cæleſtis*, & partim *terrenus*, atque *patibilis*, quâ *Cæleſtis*, interprete *Beauſobrio*, dat ſalutem, qua *terrenus* atque *patibilis* ſalutem recipit. Unam ſcilicet eandemque perſonam pro munerum varietate in varias formas diſtrahunt, jocandoque multiplicant.

Ne a *Cenreſi* diſcedamus, Is idem eſt Deus ille ac Dominus, quem Liturgica Tibetanorum oratio auctorem

diſtributionis in Religione, & *ſummam creationis radicem*. a Manete ſimiliter commemoratam, vocat, eumque tanquam *primam ſalutem in veris fidelibus* laudat, Hunc vero ſpectamus quatenus vel *inviſibilis* eſt, vel *viſibilis*. Uti *inviſibilis* diverſus non eſt ab *Hopamè* Deo *lucis ac ſplendoris infiniti* habitante in *Paradiſo* Mundi pariter *inviſibilis*: reſpondetque Supremo Deo Manichæorum, quem *Patrem luminum* appellabant *habitantem in Regno lucis inacceſſibilis*. Uti *viſibilis*, ἐνδεκακέφαλος eſt: *undecim* nempe *Capita* variis imbuta coloribus gerit, quorum primum *rubrum* ab eodem Deo *Hopamè* accepit. Quo certe ænigmate aliud nihil indicare volunt Tibetani, quam προβολὴν, ſciſſionem & emanationem quandam principalem ſupremæ lucis ejuſdem naturæ atque ſubſtantiæ cum *Hopamè*. Iſque ſatis apte reſpondet *ſplenditenenti Ponderatori*: ei nimirum, qui *tenet reliquias membrorum Dei*, habetque *ſex vultus*, & *quinque ſplendores intelligentiis præditos*. Principium vero, ſinum, & fontem *lucidiſſimæ* hujus emanationis, *Matrem vitæ* ſic a Manete cognominatam interpretamur; damuſque Beauſobrio, ut *animam Mundi univerſalem*, dum ita velit, exponat.

In hoc pariter Undenorum Numinum acervo una cum ipſomet *Supremo* & ἀοράτῳ Deo *Hopamè*, *Magni* XII. *Gubernatores*, Dii Magni, Æones, ſeu *ſecula* XII. *floribus conveſtita, canoribus plena, & in faciem Patris flores jactantia: quadriformis Pater magnitudinis* cum *Bramha* Indorum comparandus, *Pentanoeri ſplendores*, & Rectores *decem cælorum* a Manete confiсti ſignificantur. Primum idemque ſummum Caput *Cenreſi*, noſtra quidem ſententia, *Maximum Regnantium Sceptrigerum rutilantem facie, Patremque Maximum* repræſentat. In *ſecundo*, quod eſt atrum & *trioculum* Indico *Yſiri* ſive *Iſuren* ſimile, *Demiurgus*, & *Juſtus Judex* Manichæorum conſpicitur. Plorat

Iſto-

Iſtorum *ſplenditenens* Dei membra capta, & inquinata: Plorat & *Cenreſi* Tibetanorum legem Dei fractam, & contaminatam, hoc eſt divinam naturam in partes ſciſſam, atque violatam.

Mundus ex Manetis opinione *intelligibilis*, erat *æternus*: æternus quoque eſt Mundus *Hopamè* ſive *lucis inviſibilis*; & utrobique *beata ſecula*, *regna ſplendidiſſima*, *Deorum agmina*, *Angelorum exercitus*, *Regnicolæ* omnes, quos aliâs Tibetani *Hopamè diſcipulos*, *Lahas*, *Ciangciubios* vocant, abſque numero, nulliſque finibus comprehenſi exiſtunt. *Innumerabiles* Mundos Tibetani, Manichæi *indefinitos*, referente Tyrbone, ſtatuebant. Mundi in Tibetano ſyſtemate orbati lege, ideſt luce, & naturæ divinæ diffuſione carentes, *ſpatia* referunt immenſa, & vacua a Manete poſita ſupra terram tenebroſam.

Paradiſi nomine *Mundum* appellabat *Manes*, conſitum arboribus, quæ ſunt *concupiſcentiæ* & *corruptiones*: Indeque eſt cur Mundus, qualis a Tibetanis deſcribitur, ſpeciem exhibeat Paradiſi terreſtris. Terram tenebroſam, Terras octo, Orbis terraquei figuram, & ipſius demum Mundi ſyſtemata παράλληλα apud utroſque comperies. Principiorum natura, ſeparatio lucidorum atomorum gradatim facta, ex qua partes elatiores, & nobiliores Mundi ſuperioris conſtitutæ ſunt, commixtio bonæ & malæ ſubſtantiæ, fabricatio terrenorum corporum, elementorum numerus, Σταύρωσις *Crucifixio* in firmamento malorum Principum, inter quos locum tenent *Trhacen* Magni Dracones & inimici ſanctorum luminum, gemini ſexus diſtinctio, conjunctio maris & fœminæ, & carnalis generationis ratio orta ex vi contraria malæ naturæ illigantis portionem bonæ, origo brutorum, aliaque id genus plura, portenta ſunt & ipſa a Manichæis in Tibetum advecta. Id, in quo fortaſſe differunt, locus eſt, ubi tenebræ in Regnum

lucis ſurgere, & impetum facere tentant. Illi, ut *Beauſobrius* cenſuit, *Auſtrum*, iſti *Occaſum* ſtatuunt ad latera Orbis *Hopamè*.

Lahæ Tibetanorum opinione tanquam Dii habiti, utpote qui puræ diffuſiones ſint naturæ divinæ, eique conſubſtantiales, antequam in inferiorem Mundum a fato detruſi inficerentur veneno terræ tenebroſæ, lux erant nitidiſſima, mox in teterrimas tenebras verſi, fuerunt corruptioni obnoxii. Sic erant *animæ*, reliquiæ, & membra illa Dei, quæ materiæ laqueis capta, ac devorata a malis Principibus, juxta *Manetis* commenta, illigata tenebris, fœdata ſunt & corrupta. Æqua proinde atque, uti apparet, eadem omnino *Pſychologiæ* dogmata tradunt.

Duplicem in homine *animam* agnoſcunt corpoream, lucidam illam & bonam, hanc tenebroſam & malam. Venit *ſpiritus* vivens, ut paullo ante commemorabam, ad primum hominem liberandum, venit *Ciahna-Torcè* ad liberandum *Sciakam*: deſcendit FILIUS DEI ad ſalvandas animas, atque ad eas hauriendas, tradendas *Lunæ*, purgandas *Sole*, & in columna gloriæ collocandas *Machinam* erexit admirabilem: deſcendit ob hanc cauſam & *Xaca* animos vocans ad *Lunam* & *Solem*: deſcendit & *Cenreſi*: Tibique in *Righiel*, vel *Someru* monte par, ni fallimur, ſalutis *Organum*, parque animorum *hauſtrum* excitatum oſtendunt.

Inducta ex fato duplicique cogente boni ac mali principio, ſæva neceſſitate agendi, inaniſſimum libertatis ac meriti nomen in uno hominis ſtatu effingitur: Nemini ſalus conceditur, niſi ei uni, qui *Continens*, & *Electus* vel Manichaicus, vel Xacaita fuerit: Gratia liberatoris collocatur in una agnitione propriæ originis, & veritatis, quæ fit per materialem afflatum, & inſitionem corporeæ lucis: Tota ſcelerum & noxarum purgatio in abſterſione, ſolutione, ac ſeparatione partium ſubſtantiæ malæ ac tenebro-

ſæ

ſæ a partibus lucidæ conſtituitur: De *Metempſychoſi* demum, de præmiis ac pœnis, de Beatorum damnatorumque locis eadem fere commenta in ambabus Scholis docentur.

Solem & Lunam ex ſolida ipſa Dei natura conſtructos, illum ex *igne bono* [, *chryſtallino* addunt Tibetani,] hanc ex *aqua* item *bona* [, *chryſtallina*,] religioſe honorant: Buddiſtæ præterea in hoc etiam Indorum imitatores ſolemne ſacrificium ad Ignem inſtituunt: In *panis* & *calicis* ſacrificio Manichæos æmulari videntur Lhamæ, qui *Thurmâ*, atque *hordeum* & *cerviſiam* in calice offerunt: paremque cum ipſis peccatorum confeſſionem, pœnitentiæ ritum, & manuum impoſitionem obſervant. Eam denique *Crucis* imaginem Japonicæ ſimilem colunt, quæ *Jeſum patibilem* Manichæorum ex omni ligno ſuſpenſum repræſentare aptiſſime poſſit.

De Baptiſmo Xacaitarum, nihil uſquam a me dictum eſt, quôd nullum Ejus veſtigium in Tibetanis monumentis contueri mihi licuerit; niſi forte Manichaici Baptiſmi indicium eſſe velis ritum illum Tibetanorum, quo capita puerorum perfuſo *butyro* illiniunt: præſertim quum unctiones hæ butyraceæ tanquam ſacræ ac religioſæ apud ipſos frequentiſſime uſurpentur. Nam & *Manichæos* cum *oleo* baptizaſſe, [quicquid *Beauſobrius* more ſuo crepet,] teſtis eſt S. TURIBIUS in ep. ad *Idac.* & *Cepon.* Idemque ex *Actis* S. THOMAE apocryphis, & fabuloſiſſimis, ſed a Manichæorum ſecta in ſummæ auctoritatis culmen evectis, diſſerte tradunt *Fabricius*, *Tillemontius*, aliique Viri doctiſſimi. Quum autem acta iſta, *Beauſobrio* ipſo judice, ſcripta eſſent Syriacis litteris, & vox *Syriaca*, qua *oleum* dicitur, *adipem* æque, *pinguedinem*, *unguentum*, atque adeo *butyrum* etiam deſignet, fieri profecto potuit, ut hanc ipſam quoque unguentariæ initiationis cæremoniam a

Ma-

Manichæis Inſtitutoribus didicerint Tibetani. Quod quidem tanto veriſimilius nobis videri debet, quanto veriſſimum eſt, quod Teſtis αὐτόπτης D. AUGUSTINUS de illis Manichæis affirmat: *Baptiſmum in aqua*, [etiamſi eorum aliqui pro eo, quo ferebantur, animi impetu aut traderent aliquando, aut acciperent,] *nihil cuiquam perhibent afferre ſalutis: nec quemquam eorum, quos decipiunt, baptizandum putant*.

Magiam, divinationem, & artem evocandi dæmonas, qualem *Budda* & *Manes* docuit, non exercent modo, ſed & in academiis publice tradunt: Magique dalmaticis induti, in ſolemni ſacrificii pompa incedunt, ſuoque & ipſi miniſterio funguntur.

Gemina lege *ſecreta*, & *populari* ad exemplum Manichæorum utuntur. Carnes ex *indulgentia* comedunt: cetera ab animantibus occidendis omnino cavendum eſſe jubent, ne interfectores graviſſimi criminis labe polluantur, & publicæ infamiæ notam ſubire cogantur. A vino omnes, a cerviſia vero, niſi forte fuerit immolata, Aſcetæ viri perinde ac fœminæ religioſæ abſtinent.

Præcepta vivendi Laicis, & Tironibus in primis *Xacaicæ* diſciplinæ, eodem quaſi ordine, quo a *Fauſto* commendantur, propoſita ſunt: Quin & totum illud Manichaicæ pietatis arcanum in ſigillo *manus*, *oris*, & *ſinus* repoſitum, ad legem, & mores Tibetanorum accomodatum eſt. Regula *Electorum* ex *Epiſtola Manetis* præſcripta, & a *Mattariis* retenta eadem ipſa eſſe videtur, quæ in Tibetenſium Religioſorum cœnobiis hodieque viget. Tam vero multis, ac tam rigidis, arduiſque mandatis contexta eſt, ut ſoli demum perfecti, & qui in contemplationis ſtudio ætatem ſuam omnem traduxerint, ad eam obſervandam cenſeantur idonei. Atque huc ego vellem animum intendiſſet *La-Crozius*: ſic enim non ex Ægyptiis Monachis *Magni Ab-*

batis

batis Antonii ſectatoribus, ſed ex *Manetis* diſcipulis initia ſordidi illius *Monachiſmi* in Indias, aliaſve finitimas regiones invecti, multo verius, atque etiam facilius duxiſſet.

Nihil opus eſt in reliquis ritibus, inſtitutis, ac moribus comparandis diutius immorari. Ordo ipſe Hierarchicus, qualem AUGUSTINUS, aliique Patres ad imitationem CHRISTI a Manete ſimulatum, inſtitutumque commemorant, unius propemodum formæ a Lhamis Tibetanis adoptatus eſt.

Apud Perſas, Arabas, Malabares, aliaſque Orientis Nationes vulgatum eſt nomen *Manì*, unde *Manes* apud Græcos Latinoſque emerſit. At in Tibeto non modo frequentius quam alibi, & ſolemne eſt, ſed etiam ſacrum, proprieque divinum; idemque ſonat, quod *νȣ̃ν rationem*, *ſapientiam*, *ſpiritum purum*, *lumen ſincerum*, & *verbum* Dei. In *Manì* Dii Tibetani vident omnia, eumque tanquam ex eadem Dei ſubſtantia, & chryſtallinæ aquæ luce compoſitum in ſummo capitis vertice gerunt. *Cenreſi* Numen, Illiuſque *Hendecacephalon* ſimulacrum vocatur etiam *Manì*, & cum addita terminatione propria maſculini generis *Manì-pò*; quem alii corrupte *Menipa*, & *Manippa* dicere ſolent.

Verum non unum eſt vocabulum *Manì*, quo utimur ad demonſtranda portenta *Manetis* in Tibeti ſinum ingeſta: alia ſunt argumenta graviora, quæ rem evincant.

Canonem Regum Tibetanorum edidimus, ex quo auctores & tempora tum inſtitutæ tum redintegratæ ſuperſtitionis cum *Scythiano*, & *Manete*, cumque eorum ætate accuratius, quo fieri potuit, conferuntur. Annalium Lhaſſenſium fragmenta a PP. Capuccinis integra fide collecta inter propagatores *Xacaicæ* legis tanquam omnium Principem numerant *Samtan-Poutrà*. Is autem floruit in ea Tibeti parte, quæ *Scythiæ* finibus continetur; Idemque ex cor-

rupta

rupta voce *Samtan*, apud Interpretem Archelai, *Scythiani* nomen obtinere potuit; niſi credere malis eundem quidem eſſe hominem, ſed a Tibetanis eo nomine inſignitum, quod *ſectæ* characterem aptius exprimeret. Ut enim diximus *Samtan* contemplationem, ſive contemplatorem ſignificat. In *Manì* enim, ideſt in *ratione*, & *ſapientia*, in ipſo DEI FILIO divinam eſſentiam, & quicquid in rerum tum *viſibilium*, tum *inviſibilium* natura exſtat, intimius conſpici, & comprehendi ſomniant. Nam & Valentiniani, a quibus non exigua errorum copia in Manetis Theologiam defluxit, ſimile quiddam de FILIO DEI Æonas alios, haud aliter quam *Hopamè Ciangciubios*, & *diſcipulos* ſuos, inſtruente, docebant. Ætas deinde hujus hominis Scythæ apprime conjungitur cum *tempore Apoſtolorum*, quo vixit, teſte Archelao, *ſectæ* Manichaicæ *Auctor & Princeps Scythianus*.

Quibus difficultatibus obnoxia ſit opinio noſtra, quæ Scythianum coævum Apoſtolorum eundem fecit cum *Samtan-pout-rhà* Tibetano, ſatis intelligimus; ſed eas ita expedire conati ſumus, ut quæ in hoc hiſtorico nodo hactenus videbantur obſcura majorem lucem accipiant; ſicque illuſtrata, idonea eſſe valeant ad vindicandam fidem, ac teſtimonium S. Archelai, aliorumque Eccleſiæ PP. a Beauſobrio tanto cum impetu excuſſum & exagitatum. Quod ſi conjecturas in ſubſidium vocamus, nihil, ita credo, mirabere, qui ſcias cauſam nos agere contra Calvinianum hominem puras putas conjecturas, eaſque plerumque inanes, & commentitias ubique ferentem.

Regnante in Tibeto *Tri-ſrong-theu-tzhen* Rege XXX., Xacæ cultus perierat. De eo reſtituendo cogitatum eſt, quemadmodum Tabulæ noſtræ Chronologicæ in citato *Canone* ferunt, per illud temporis intervallum, quod eſt ab an. 250. ad an. circiter 260. Ad id operis arceſſitur ex Indoſtan. *Potì-ſatò*, quod nomen La-Crozius *Buddam Dominum*

num interpretatur; quanquam cognomentum *Satì* ſeu *Satò* litteris Tibetanis expreſſum *Schuta* quam apte reddi, & exponi poſſit: quaſi *Scythæ*, ſive *Scythiani*, vel uti legitur in antiquis quibuſdam Archelai exemplaribus a *Zaccagno* laudatis, *Scutiani* hæreditarium nomen a Scythiano Manichaicæ ſectæ Principe obtinuiſſet. Atque iter hoc *primum* iter eſt ex *duobus*, quæ *Poti-ſato* in Tibetum inſtituit. Alterum propius accedit ad An. 260. Chriſti.

In hoc *ſecundo* itinere *Poti-ſato* e finitimo Regno *Nekpal*, (quod licet ultra Gangem ſitum ſit, ad *Indoſtan* refert Indigenarum chorographia,) XII. *Penditas*, *Doctores* nimirum, & VII. alios ſummæ perfectionis *Aſcetas* in Tibetum duxit; ibique primum Monachorum Xacaitarum Ordinem inſtituit: qui ſane idem prorſus erat ac Inſtitutum Buddiſticum *Nekpallenſium*. In *Nekpal* enim priſcis temporibus *Buttæ* Religio colebatur; nec niſi ſero, annis circiter ante tercentis iſtius Regni incolæ Brammhanicam adoptarunt. Tanta inſuper cura, tantoque molimine *Buddiſticæ* ſuperſtitioni inſtaurandæ atque amplificandæ incubuit *Poti-ſato*, ut unicus prope ac ſingularis illius Auctor habeatur. Totum id quod de *Potì*, ſeu *Bodì* narravimus, proprium eſt *Buddæ diſcipuli* Manetis, quem etiam bis in Indiam & Scythiam ad Magiſtri doctrinam propagandam migraſſe liquet. XII. *Penditæ* iidem ſunt ac XII. Doctores *ad inſtar numeri Apoſtolici*, ut ait S. AUGUSTINUS, a *Manete* ſub uno *Principe*, qui *tertiuſdecimus* eſt, ordinati: VII. Religioſi, perfectique Aſcetæ reſpondent VII. *Electis* ab eodem *Manete* deſtinatis ad æmulandum fortaſſe *ſeptenarium* numerum Diaconorum, qui SPIRITU SANCTO afflante in Act. Apoſtolorum ex univerſa diſcipulorum Chriſti multitudine ſelecti leguntur. Manes enim & CHRISTUS, & SPIRITUS SANCTUS haberi peræque voluit. Res denique geſtæ a *Potì*, & *Budda* in eadem ipſa tempora exacte concurrunt. Quibus vix

quicquam clarius deſideres ad *Buddam* Manichæum tanquam *Xacaicæ* legis reſtitutorem agnoſcendum.

Dubito ego tamen ne Tibetani Buddam diſcipulum cum Magiſtro Manete confuderint: quod quidem duplici ex cauſa accidere potuit. Primo enim *Manes*, teſte Theodoreto, *Scythianus*, & ipſe appellabatur ཤཀཏ་ *Schato* Tibetica dialecto, aliena vero pronunciatione *Schyto*, quæ *Buddæ*, uti ante obſervatum eſt, cognomentum erat. Secundo ob conjunctionem itineris *Buddæ* & *Manetis* in Scythiam. *Buddam* enim ſequutus eſt *Manes*, ſimulque in Scythia, & in India contermina Tibeto fuerunt. Qui dein varia ſibi nomina aggerere conſueverat, ut fucum faceret ſimplicibus, hoc etiam ipſum, *Poti-ſchato* videlicet, ſive *Poti-ſchyto*, quod cum divinitatis index, tum & Magiſtro, & diſcipulo ſuo *Buddæ* commune erat, ſibi arrogare facillime voluit.

Sed *Beauſobrium*, qui, ſumma Patrum noſtrorum auctoritate neglecta, tam animoſe contendit præter unum *Manetem*, alium neminem eſſe in hiſtoria Manichæorum, qui *Scythianus* audierit; eique nomen hoc ex itinere *Scythico* obtigiſſe affirmat, patienter quis ferat? Ego equidem Manetem, antequam in Scythiam fugeret, *Scythiani* nomen geſſiſſe reor ex ea arcani diſciplina, quæ nata & inſtituta ſit in officina *metempſychoſitarum*. Ut enim Majores ſuos, qui viſi ſunt unius corporis formam dimiſiſſe, ſub alia redire putant, ſic & eorum nomina ad hujuſmodi revolutionem indicandam in poſteris excitare affectant. Inſtituti hujus exemplum & vetus & ſolemne eſt in *Lhamis*, qui a Tibetanis appellantur *Renati*. Cetera Manetem in Indiam, Scythiam, & Sinam, qualiſcunque ea intelligatur, conceſſiſſe, teſtatiſſima res eſt apud Arabes, Perſas, alioſque Orientales Scriptores; nec *Beauſobrius* ipſe dubitat, quin annos plures moram in iis Regionibus traxerit. Accedit quod

vo-

vocabulum *Potì* apud Indos, uti *Ciok* Tibetanum *librum* etiam ſignificat, quo ſenſu *Potì-Schytò Liber Scythiani* ſive *Manetis*, pro ipſius perſona, quemadmodum ſæpe fieri in hac noſtra diſquiſitione docemus, videretur acceptus.

Sedem principalem in Tibeto fixiſſe *Manetem* multis ac perſpicuis argumentis, uti confidimus, a nobis demonſtratum eſt. Per hæc enim tempora *Buddæ* ſuperſtitio inter has gentes celebris fieri cœpit: nomen *Manì* tanquam divinum quoddam & auſpicatiſſimum ſidus in eo Cælo illuxit: *Manì* ubique inſonare, perque omnium ora volitare, pingi, inſculpi, ac ſancte denique in Templis, in vicis, in compitis extolli, & invocari auditum eſt. Id etiam evincit inſignis Oratio *Hom-Manì-Peme-Hum* pro Fidei Tibetanæ teſſera a *Lhamis* Sacerdotibus tradita, & ab univerſa Buttantium turba horis pene ſingulis recitata. Magica, quæ in hac precatione continentur arcana ex Manetica περιεργείᾳ educta, ſingulari in eam edito commentariolo declaravimus. Habent Indi, Sini, Japonii formulas precandi ſimiles; at nulla eſt, in qua Deus *Manì* invocetur, quemadmodum fit in Tibetana. Quod certe Indicium eſt præclariſſimum ſummi principatus, quem in Tibeto ab initio obtinuit impietas *Manetis*.

Inde fit, cur *Lhaſsà* ab Indis, a Sinenſibus, & abs Tartaris ad fines uſque Moſchorum ſpectetur tanquam Buddiſticæ religionis centrum: & Lhama Supremus unus ſit, quem Summi Pontificis titulo tam multæ, ac longinquæ nationes ſalutant, eumque uti Numen quoddam ac Deum ipſum honorant. Erant in *Manete* munera duo, quorum altero, id eſt *Manì*, Chriſtum Dei Filium *lucem puriſſimam*, *rationem*, *ſapientiam*, & *verbum*; altero *Miſſum & Apoſtolum Jeſu Chriſti* exprimebat. Utrumque retentum eſt in duobus *Magnis Lhamis*, illud in primo ac Supremo Lhaſſenſi, & idcirco *Pout-alah*, *Butta Deus*, Iſtius

ſedes vocatur; hoc vero in *ſecundo*, qui *Sgigatzenſis* eſt, & appellatur *Pancin-Rimbocè Miſſus & Ἀπόϛολος Magnus*.

Templa tandem jam inde a vetuſtiſſimis temporibus *Maneti* ab Oiguris erecta commemorat Cl. *De-Guignes* in Hiſtoria Gentis Hunnorum.

Nec temere me obſervaſſe opinor, quôd quum *Fò*, *Butta*, & *Xaca* cultus ante Manetem obſcurus admodum, ac fere obliteratus apud Sinenſes, alioſque Populos videretur, poſt Manetem ita refloruit, ut eo uno auctore inſtitutum & conditum exiſtimare quis poſſit. Ac ſi Tibetani ſec. Eccleſiæ I. vertente *Xaca* myſteria a Sinis mutuati traduntur, Sini viciſſim a Tibetanis eadem ipſa majori cum fœnore ſibi reddita acceperunt. Ille nanque *Impoſtor* maximus, qui ea ad ſummum aucta in Sinas tulit an. circiter 310., a morte Manetis 32., [ſicuti in *Can. Reg. Tibet.* ex *Deguigneſio* tradimus,] e proximis finibus Caſimiriorum, qui contermini ſunt Tibetanis, diſceſſit. Quæ omnia eo demum confluunt, ut Manetem oſtendant nidum erroribus ſuis in *Tibeto* tanquam in proprio domicilio fixiſſe.

Non deerunt profecto, qui me credant nova quædam de Manetis hiſtoria commentari. Plura enim ſunt, in quibus a recepta majorum ſententia recedere videar. *Meſopotamiam*, quô *Manes* e carceribus Regis Perſarum clam evadens aufugit, e *Syria* in *Scythiam*, & *Cathajam* ad Montes Caſios tranſtuli. *Caſchar*, in qua *S. Archelaus* cum *Manete* diſputavit, non *Carras* urbem celebrem in Meſopotamia Syriæ, ſed *Caskar* hodieque Tibetanis finitimam ſtatuo: cetera denique loca, quæ a S. Archelao Epiſcopo in itinere Manetis commemorantur ſic detego, ut eorum veſtigia in his magis Regionibus, quam in illis me deprehendiſſe putarim.

Lexica Geographica ſi ſpectes, una erit *Meſopota-*

mia

mia Syriæ, quam cognitam habeas, ſed ſi *Strabonem* a me laudatum audies, Μεσοποταμίαν alteram, quam nos deſignamus priori ſimilem, ignorare non poteris. Eam rurſus, quam *Ebræi*, & *Syri* ארם *Aram* dicunt, Aramæam videlicet, unicam omnino & ſingularem definies, niſi *Perſas* apud Plinium auſcultes. Hi enim *Sacas finitimos*, *Aramæos* appellant. Perſis accedunt Tibetani, qui Regionem Septentrionalem ubi ſacer fluvius Ganges ſcaturit, eadem voce *Scham*, qua Tartari *Syriam*, deſignant. Ex communibus hiſce vocabulis *Aram*, *Meſopotamiæ*, & *Caſchar*, quæ in Actis ab Archelao *Syriace* ſcriptis reperiebantur, occaſionem accepiſſe exiſtimo *Hegemonium*, vel alium quemvis Græcum Archelai interpretem, ut, quæ in Caſchar Scythiæ ad Imaum inſtituta fuerat diſputatio, eam in *Caſchar* ſive *Carris* unius ſibi cognitæ *Meſopotamiæ* Syriæ collocarit. Sententiam hanc quantis maxime poſſum rationum momentis ſtabilire connitor. Quæ ſi a me recens excogitata dixeris, nihil pugnabo; dummodo ea & cogitata, & comparata intelligas ad antiquiſſimum illud Archelai monumentum vindicandum, quod omni auro carius haberi debet. *Beauſobrius ipſe, quis crederet?* diſſerte profeſsus eſt, ſe tanquam germanam S. hujus Epiſcopi *diſputationem* cum Manete accepturum, ſtatim ac in *Caskar* Urbe Scythiæ & Turkiſtaniæ proxima rite conſtituatur. Quiſquis enim in *Carris* Meſopotamiæ Syriæ eam collocare velit, tanta difficultatum mole ſe premi ſentiet, quantam vix ſuperari poſſe confidat. Id quum vidiſſet Cl. *Aſſemanius*, initi certaminis locum ad *Vaſettam* in Territorio Babyloniæ retraxit.

Sed quoniam ſyſtematis noſtri ratio ab epocha actorum Manetis, & Archelai præcipue pendet, de ea paucis dicam, quid ſentiam. De anno veri natalis Manetis nihil certi ſciri poſſe exiſtimo. Ætatem, quam ad meditatum

Im-

Impoſturarum arcanum abſolvendum aptiorem nollet ſimulaſſe: Acta JESU finxiſſe, aut jam ficta auxiſſe fabulis, quæ in Evangelii formam, quod *Thomæ* dicitur, aut *Liber infantiæ Salvatoris* inſcribitur, collectæ ſunt: Illudque Evangelium eſſe, quod a Manetis diſcipulo conditum refert S. CYRILLUS Hierſol. Catech. VI., quove *Manichæos uti ſolitos*, obſervat vir in omni eruditionis genere admirabilis *Jo: Lamius* C. XI. *De Erud. Apoſt.*, ex *Gelaſio* Pontif., *Timotheo* Presbytero Cp., *Petro Siculo*, & *Leontio de Sectis*, addens *Timothei libellum de iis, qui ad Eccleſiam accedunt*, adſervari MS. Florentiæ in Bibliotheca Laurentiana; ne putet *Beauſobrius* Timothei auctoritatem ruere, ſi forte fortuna Illius teſtimonium in uno *Cotelerii* Codice deſideretur: Periodos tandem annorum vitæ ſuæ ſic *Manetem* diſpoſuiſſe, ut totidem periodis vitæ CHRISTI, qualis in *Pſeudo-Evangelio* deſcribitur ad annum uſque *trigeſimum*, reſponderent: Eoque artificio, ac ſimulatione ſtuduiſſe impium præſtigiatorem ſimilem apparere CHRISTO.

In hunc modum *Corbicius* puer ſeptennis JESUM item puerum ſeptennem imaginum fictorem, animantemque naturam refert: *Manì* duodennis JESUM imitatur in ea ætate, qua *ſapientiam* ſe eſſe, *ſermonem*, puramque *rationem* diſputando oſtendit: Anno vero trigeſimo CHRISTUM in ſe repræſentare voluit, ſuper quem SPIRITUS SANCTUS dum baptizaretur a Johanne deſcendit: Et quemadmodum CHRISTUS poſt hunc diem diſcipulos elegit, & Evangelicam legem prædicare cœpit, ſic ille, poſtquam SPIRITUM SANCTUM ſibi adunatum perſuaſerat ſuis, Legislatoris munus obire ſuſcepit. Cave Tu tamen ne credas ex his, quæ mox diximus *Manetem* agnoviſſe baptiſma CHRISTI in Jordane. Nec agnovit, [quemadmodum fieri perinde novimus in cit. *Pſeudo-Evang.*,] nec agnoſci oportere in Eccleſia tanquam inſtitutum ad remiſſionem peccatorum

con-

contendit diſputans contra *Archelaum*, ne ſi id credatur, inquit, CHRISTUM cogamur facere peccatorem.

Una eſt epocha anni 240. qua cum *Chronica Edeſs.* conjungunt natalem *Manetis*. Verum & hanc ipſam ſuſpicor κατ' δόξαν accipi oportere; adeo ut annum exhibeat non veri, ſed *apparentis natalis*, quo ſcilicet Famoſus deceptor ſub nomine *Manetis* tum primum apparuit.

Reſtat annus emortualis, confluens cum an. Chr. 277. imperante Probo, quem annum ſibi fatalem unice dolere, non autem ſimulare potuit *Manes* juſſu *Varanis* II. Perſarum Regis corio adhuc vivens exutus. Qui enim ſemel ſub Sapore corruptis cuſtodiis fugerat, priſtini ſceleris reus, & a Præſidibus Provinciarum, necdum revocata Regis ſententia in fugitivum lata, comprehenſus, meritas demum pœnas luit.

Unus aut alter Perſarum Scriptor, qui ſub *Hormizda*, vita functo Illius Parente *Sapore*, Manetem in Perſiam rediiſſe tradit, nullam meretur fidem. Quis enim ſibi ſuadeat tanta cum amoris, & benevolentiæ ſignificatione, quantam *obſcuri illi ac novitii hiſtoriarum conditores* referunt, *Hormizdam* ſtatim complexum eſſe reum cædis, quam fratri ſuo intulerat, hominem veneficum, extorrem, & paternæ indignationi eouſque obnoxium: ſeſeque mox nulla interjecta mora Manetis doctrinæ, avita Religione neglecta, devoviſſe: ad illius vitam ab hoſtium, quos Beauſobrius *Judæos*, *Paganos*, *Chriſtianos*, & *Magos* interpretatur, furore tuendam caſtrum in *deſerto* ædificari juſſiſſe, quaſi nullus eſſet locus in univerſa Perſarum ditione, niſi remota hæc ſolitudo, in qua tanti Viri ſaluti & incolumitati Regia poteſtas ſatis conſulere, ac providere poſſet: hæc omnia accidiſſe intra anni ſpatium: Caſtrum ad Manetis præſidium erectum tantæ celebritatis fuiſſe, ut ex eo arces, & caſtra omnia nomen *Deskareh* acceperint, quod eſt ſi *Beau-*

ſo-

ſobrium audias, *Eremus*? Quis credat hominibus tam varia, ac diſcrepantia narrantibus? Alii de Behram, ſeu *Varane* Hormiſdæ F. ſcribunt, eum *fuiſſe ex primis, qui* [ſerio] Manetis *dictis fidem adhibuit*; alii *ſimulate*, ut eum ex *Arce* educeret, & in laqueos ad necem inſtructos attraheret, quaſi quod Rex non poſſet vi & imperio, tentare cogeretur inſidiis: Alii *Saporem*, non *Behram*, qualiſcunque dicatur ſive I. ſive II., eum fuiſſe tradunt, *qui primo ad Manetis Religionem acceſſerit*: Alii Manetem ſine diſcipulis in novo illo Hormiſdæ caſtro unius defenſionis cauſa cuſtoditum memorant, alii una cum diſcipulis: Horum turbam frequentiori in dies numero auctam, & ubique licenter palantem *Magos* inprimis, ac ceteros omnes, qui exterminium Manichaicæ ſectæ meditabantur, ſi fidem una cum *Beauſobrio* iiſdem Perſicis Teſtibus adhibeamus, patienter tulisſe, interea dum unum Manetem in eo Regio aſylo deliteſcentem ad cædem deſignarent: Alii Manetem, ajunt, a *Sapore* occiſum, alii a *Behram*: Hi *Varanem* dicunt *juſſiſſe Magorum antiſtitibus, ut cum Manete diſputarent*, ſed tacent an hæc diſputatio cauſa fuerit mortis eidem inflictæ: Illi arbitratu ſuo innuunt, *ſapientes in ſecta Zoroaſtræa congregatos*, diſputationem cum Manete inſtituiſſe, eumque *falſi convictum*, *ſupplicio fuiſſe affectum*. Mitto, quæ de Illius vario ſupplicii genere diſſona commentantur.

Non eſt tamen prætereundum *patibulum Crucis*, cui *Manetem* affixum tradit *Condemir* apud *Hydium*: *Rex Behram in porta Urbis crucifixit*. Eo teſtimonio mirifice lætus exſultare quodammodo viſus eſt *Beauſobrius*, & ſummæ *Manetis* gloriæ tribuit, quôd Illi ſors beata Paſſionis, & mortis CHRISTI obtigerit: *Si cela eſt, il y a de l'apparence, qu'on le condanna au ſupplice de Notre Sauveur, parce qu'il admettoit la Prophetie de J. CHRIST, & qu'il pretendoit être un Apôtre, un envoyé de ſa part, pour réformer également*

& le

& le Chriſtianiſme & le Magiſme. At vero aut impius veterator, aut Manichæarum rerum jejunus plane & infans ſit oportet, qui non videat, *Condemirum* iſta ſcripſiſse deceptum opinione de hoc mortis genere poſt *Manetis* fatum ab ipſius diſcipulis in rude & ignarum vulgus ex arte didita, ut eum etiam morientem ſimilem facerent immo & eundem cum CHRISTO fuiſse, ubi ſic ferret neceſſitas, & opportunitas, perſuaderent? Magiſtri nimirum *ſimulationes*, de quibus paullo ante dicebam, egregii diſcipuli imitari perpetuo ſtuduerunt.

Hiſce tam male fidis teſtibus totus *Beauſobrius* hæret, & rejecta ARCHELAI, CYRILLI Hieroſol., EPIPHANII, aliorumque vetuſtiſſimorum Patrum traditione, confidentiſſime ſcribit, Hegemonium, aut alios qualeſcunque artifices ſolemni *Impoſtura* vertiſſe diſputationem a Manete cum *Magis* habitam in eam, quæ cum *Orthodoxo Epiſcopo* ARCHELAO inſtituta fingitur. Contra, probi quique & ingenui rerum æſtimatores accidiſſe contendent. Nam publica illa concertatio inter Magos, & Manetem inita ſeris temporibus, & ex incerta eademque recenti hominum fama obſcure cognita, non potuit originem præbere Illi, quæ a primæ vetuſtatis ſeculis Viris in Eccleſia clariſſimis perſpectiſſima erat, niſi omnis rerum ordo ac natura periiſſe dicatur.

Multo certe æquius eſt arbitrari ea, quæ Perſæ Scriptores de varia fortuna *Manetica* doctrinæ apud Perſarum Reges litteris commendarunt, originem ducere ab eventibus in Tibeto natis. *Saporem* ajunt acceſſiſſe ad Religionem Manetis: Tibetani hoc narrant de ſuo Ipſorum Rege XXX., ut latius ſcribimus in *Canone Regum: Hormiſda* Filius, qui vixit teſte *Pagio* an. I. & dies 10., vel juxta Orientales Chronographos an. I. & m. 10., mirifice favit *Maneti:* Tibetani Regem XXXI., qui vixit an. I. & menſ. 7., *Manetis* nomine inſignitum memorant; quod quum nemini Regum

Tibetanorum tributum præterquam uni huic *Manì-tzhen-pò*, ſatis oſtendit quantum Illius Religioni addictus fuerit. *Behram* ſeu *Varanem* I. Filium *Saporis*, & Fratrem *Hormiſdæ* vocat *Mahomet Ben-Iſaac* apud *Hottingerum*, eundemque *Condemir* principem facit ſectatorum *Manetis*: *Mutì-tzhen-pò* Rex in cit. *Can. Tibet.* XXXII. Filius natu minor *Triſrong*, & Frater *Manì-tzhen-pò* eandem ipſam Manetis, id-eſt *Buddæ* Religionem amplectitur. Rurſum *Behram*, ſive *Varanes* ſimulat primo, deinde palam & acriter inſectatur tum doctrinam, tum gregem univerſum diſcipulorum Manetis: Hoc idem præſtat *Tarmà* Rex XXXIII. Tibeti. Ex hac tanta rerum cognatione ſuſpicor ego vehementer, ſeros Perſarum Hiſtoricos, quum hæc de Manete vulgata accepiſſent, nec tamen certo ſcirent ubinam gentium accidiſſent, ſatius duxiſſe ea referre inter res a Manete in Perſia geſtas. Quid enim in India, in Turkiſtania, in Cathaja egiſſet ſeſe illi ignorare luculenter oſtendunt.

Sic etiam ex ſparſis rumoribus de illuſtri quadam, ac memorabili *diſputatione*, quam Manes cum inimicis inſtituiſſet, tanquam boni conjectores, atque divini non aliud pugnæ genus de Religione in Regno Perſarum ſub *Sapore* & *Varane* Regibus haberi potuiſſe exiſtimarunt, quam quod & temporibus, & Regioni accomodatum eſſet. Soli autem *Magi*, quibus cum certarit *Manes*, in mentem eis venire potuerunt: quum ſola eſſet Magorum Religio, quæ in Imperio Perſico per ea tempora dominaretur. Quamobrem ignorata vera illa, & germana *diſputatione* Manetis cum Archelao, hanc unam cum *Magis* initam, cunctiſque genuini eventus characteribus deſtitutam, finxerunt.

Non *Hegemonius* igitur, non alius quilibet ex antiquiſſimis Eccleſiæ Scriptoribus anſam fingendi acta diſputationis Archelai cum Manete a Magorum Perſicorum certamine arripuerunt; ſed contra, Perſæ potius obſcuri ac recen-

centioris ævi auctores occaſionem ſomniandi pugnam *Magorum* cum eodem Manete, ab ipſa germana diſputatione Archelai ſumſerunt. Quæ quidem quanto probabilius a nobis cogitata ſint; non Beauſobrii adoratores, ſed Viri prudentes, & boni dijudicabunt.

Cum itinere & prædicatione Manetis in India ac Scythia egregie conciliantur anni diſputationis ab Archelao inſtitutæ in Urbe *Caſcar*, ſi, quemadmodum opus eſt, duplex epocha conſtituatur: una, qua *habita*; altera, qua *ſcripta* eſt diſputatio. Illam figimus inter annos 261. & 263. ante hæreſim Pauli Samoſateni damnatam primum in Antiocheno Concilio: Hanc vero in an. aut 277. aut 278., qui ſequutus eſt occiſionem Manetis. Secundam diſputationem in Vico *Diodori* habitam diu poſt *Caſcharenſem* producimus in an. circiter 276. Atque hanc eandem concertationem, quæ tam proxima fuit ſupplicio Manetis e vita erepti menſe Martio anni ſequentis 277., credibile fit materiem præbuiſſe Perſis recentioribus, ut ſub *Varane* ſcriberent Manetem in Perſia cum Magis de religione certaſſe. *Sic autem eſt ordo temporum in hac noſtra diſquiſitione* diſpoſitus.

An. Chr. 228. naſcitur *Manes*. Sed hæc ipſa epocha ficta creditur, & pluribus ante annis celeberrimum ſimulationum omnium auctorem in lucem editum ſuſpicamur.

An. 234. fictæ æt. 7. *Corbicius* audit.

An. 240. fictæ æt. 12. imponit ſibi nomen *Manì*.

An. 260. fictæ æt. 32. e Perſia fugit in Scythiam, in Indias, & Sinam.

An. circiter 263. fictæ æt. 35. diſputat in Urbe Caſchar cum Archelao Epiſc., indeque victus, & pudefactus aufugit.

An. 276. Poſtquam Manes diu in Oriente ac Septentrione pervagatus fuerat ad errores ſuos Ethnicorum ſuper-

ſtitionibus inſerendos, apparuit in Vico Diodori *longe ab Urbe* Caſchar turbas in ea plebe Chriſtiana commovens. Monitus per epiſtolas a loci Presbytero Archelaus eo proficiſcitur, & Manetem *ſecundo* profligat.

An. 277. Manes ultimo ſupplicio afficitur a Rege Perſarum Varane II. S. Archelaus aut eodem, aut an. ſequenti acta Caſcharenſis diſputationis ex monumentis apud Marcellum aſſervatis conſcripſit.

Hucuſque proſecuti ſumus Manetem in Indiis ac Scythia oberrantem: hominemque vidimus in *Tibeto* præſertim ad infanda myſteria venditanda Scholam, & arcem veluti principem erexiſſe. Nunc vero *ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγίνη νύκτωρ περιιόντες ὀψὲ ὁδοῦ, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὰ πράγματα δόξωμεν αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ οὕτω πως ἐληλυθέναι ὀψιαίτερον τοῦ δέοντος quemadmodum ii, qui in Ægina*, ut ait Socr. apud Platonem in Cratyl., *noctu circumvagantur, iter ſero peragunt, ita & nos ad res ipſas ſerius, quam decebat, nos perveniſſe videbimur*. At pervenimus tandem, & ni fallor, id quod erat propoſitum, demonſtravimus: Secundum ſcilicet & novum illum *Xacam*, ſive *Buddam* in Tibetum *primo* Eccleſiæ ſeculo illatum, multoque illuſtrius prædicatum, auctum, & confirmatum *tertio*, ipſiſſimum CHRISTUM eſſe in officina Gnoſticorum elaboratum, & in *Scythiani*, *Manetis*, ejuſque diſcipuli *Buddæ*, ſive *Ada*, aut *Adamanti* perſona egregie fictum, ac ſimulatum: Indeque ortum oſtendimus nomen Regionis *Ti-bout*, gentis *Boutan*, ac litterarum *Tibet*, de quibus dicere ab initio propoſueram.

Quod *Xaca* ſeu *Budda* CHRISTI JESU Perſonam, qualem Gnoſtici, Valentiniani, Baſilidiani, Manichæi ſacrilege deformarunt, exhibere vellet, eadem ipſa Tibetanorum monumenta a Patribus Capuccinis nobis tradita, & a me diligenter inveſtigata, ſatis perſpicue declarabant. Rei tamen novitate deterritus, timide admodum, ac lente meam

hanc

hanc opinionem ſub ipſa diſquiſitionis exordia aperire ſuſcepi. Animos mihi addebat judicium ſane quidem graviſſimum Eminentiſſimorum Cardinalium SPINELLII, ac TAMBURINII, de quibus quam præclare ego ſentiam, quanquam teſtatum habeam in Præf. P. II. Alphabeti, nullis tamen verbis ſatis a me explicari poſſe intelligo. Accedebat auctoritas longe ſpectatiſſima Viri immortalis omnique ſapientiæ, & virtutum laude clariſſimi NICOLAI ANTONELLII, tum etiam quum necdum eſſet e Secretis Sac. Congr. de P. F., ad meritos Vaticanæ Purpuræ honores nunc evectus. Quodque rem ſemel cœptam probatam haberet eximium illud Romanæ Aulæ Præſulum decus, & ſplendor, quem cum boni omnes, tum ego in primis propter ſingularem integritatem vitæ, & ſolidioris doctrinæ excellentiam certatim colere, & admirari ſoleo, MARIUS MAREFUSCHIUS in ANTONELLII locum ſuffectus, omne mihi ad audendum incitamentum, ſtimulumque præbebat. Sed ut Tantorum Patrum deſiderio fidentius, & cumulatius ſatisfacere poſſem, ſimilis ſententiæ Auctorem, qui mihi præiviſſet, avebam; ſin minus, quærebam ὁμόψηφον. Arriſit fortuna. Par Virorum nobiliſſimum *Nicolaus Georgius* Civis Florentinus Φιλέλλην mihique præcipue ob inſignem animi probitatem, multamque divinarum humanarumque rerum cognitionem merito commemorandus, & *Conſtantinus Ruggerius* Typographicæ rei in S. C. D. P. F. Curator, & Reſtitutor, ingenui moris homo, & exquiſitæ eruditionis præſtantia maxime clarus, pro ſingulari, qua me complecti ſolent benevolentia, ducem in *Deguigneſio* indicarunt. Nam alter Συνόψιν *Diſſertationis* a V. C. editæ de *Fò Sinico*, alter *Volumina* Illius IV. de H. G. Hun. oportune mihi ſuppeditarunt. Ex his deprehendi *Fò* ſeu *Phot*, cujus Religio in *Sinas* penetravit an. Aer. v. 65., eundem eſſe ac *Deum*, & *Salvatorem noſtrum* JESUM CHRISTUM. Nihilque amplius dubitavi, quin *Xaca* ſive

Pot-

Poſt-Iid Tibetanus CHRISTUM referret *Filium Dei Unigenitum*, non eum tamen, quem Evangelia Sancta deſcribunt, & Catholici Fideles adorant, ſed quem olim finxere Gnoſtici, & in ſeipſo ſimulavit *Manes*, ut ſibi veri Dei Filii locum & honores immani ſcelere arrogaret. Quæ itaque de *Xaca*, *Budda*, *Manì*, deque eorum nominibus geſtiſque rebus copioſe tradidimus, huc ſpectant.

Multa ad argumentum hoc illuſtrandum accepimus a Sinis, Japoniis, Tartaris, aliiſque Nationibus ultra Gangem poſitis, inter quos *Xaca* ac *Budda* Religio mire propagata eſt. Frequentiora fortaſſe erunt, quæ ab Indis excerpſimus. In Indiis enim quotquot ſunt, ac Tibetani præſertim deſignato loco ad ripas Gangis in Bengala, *Xacam Buddamve* natum altumque ferunt. Quanquam nulla gens ſit, quæ Numen iſtud colat, & apud ſe in lucem editum velit. Omnes peregrinum, & exterum prædicant. Quare ſatis oſtendunt locum, unde primo tranſvectum eſt *Budda* nomen, pro natali Illius ſolo Impoſtorum fraude fuiſſe obtruſum. Acta, quæ de *Criſnu*, aut *Chriſtnu*, ut nonnemo pronunciat, Indi celebrant, ſimillima ſunt Buddiſticis, ſeſeque aperte derivata produnt ex iiſdem Chriſti geſtis execrabili Gnoſticorum, Manichæorumque arte corruptis ac depravatis.

Sancta ipſa Palæſtinæ loca Iſtorum machinationibus in Indias translata diximus. Quod nemini mirum videri debet, quum tota Illorum pietas atque Religio in mendacio ac ſimulatione conſiſtat. Quantum enim Manichæi in hoc Impoſturarum genere valerent, non Illi tantum veteres, ſed & recentiores, *Sergiota* nuncupati, exemplis pluribus demonſtrarunt. Nativa nomina Provinciarum, quas Magnus Apoſtolus Chriſti Paulus Evangelio imbuerat, ad Regiones quam longiſſime diſſitas, ſuorumque errorum peſte infectas, ad *Cynachoritas* uſque Indiæ ac Tibeto conter-

terminos tranſtulerunt. In hunc vero modum egregiis ſimulatoribus facillimum fuit *Xacam*, *Buddam*, & *Criſnu* loco CHRISTI ſuppoſitum intra Indorum fines tanquam novæ cujuſdam legis Inſtitutorem concludere. Sic age, ne, quum hæc noſtra legeris, ex animo labatur Gnoſticæ hujus, & Manichaicæ artis imago. Nihil ita erit tam monſtroſum, tam arduum & incredibile, quod non veriſimile, non facile, & credibile cum hac tanta fingendi, ſimulandique peritia atque licentia Tenebriones iſti efficere nequiverint.

Poſtquam eo demum perventum eſt, ut ex tot hiſce collectis luminibus explicatior, ac dilucidior prodiret *etymologia* vocis *Ti-bout*, quæ licet apud Arabes & Perſas exteros ſpuriæ pronunciationis vitio degenerarit in *Tibet*, ſuam tamen originem a *Butta* planiſſime ducit, non alienum a propoſito noſtro cenſuimus frænos laxare diſquiſitioni, eamque ſinere ut in alia rerum capita paullo latius excurreret.

Itaque de variis *Monachorum Xacaitarum gradibus*, atque muneribus, de publicis Academiis tum ad *Legem* tum ad *Magiam* tradendam erectis de ſtudiorum ordine, deque *Doctorum* inſignibus, pauca quædam attulimus: *Templorum* formam adumbravimus: *Synopſim Chorographicam*: *Itinerarium Lhaſſenſe*: *Cyclum Annorum* ad tempora ſupputanda adjecimus: Tabulas tum *de Mundi ſyſtemate*, tum etiam de *Cyclo Tranſmigrationum* ex Tibetanis archetypis editas: & *Hom-manì-peme-hum* orationem omnium ſuperſtitioſiſſimam explicuimus. Illudque me in tanta variarum rerum ſilva conſecutum eſſe confido, ut ubique fere *Xacæ*, ac *Buddæ* monſtrum in *Manete*, totaque apud Tibetanos *Renaſcentium Lhamarum* ſerie redivivum expreſſerim. Ubi enim Gnoſtici *Buddæ* ingenium, mores, ac inſtituta cernuntur, ibi *Manes* in Supremo Lhama Tibetano-

tanorum *renatus* ac revolutus ad hunc uſque diem vivit vivetque ſemper donec Manichaica fabula in Tibeto ſpirabit.

Nunquam ſibi perſuadere potuit *Beauſobrius* aut ut verius dicam, nunquam fateri voluit, tam portentoſa incredibilia, & horroris plena, quam cæleſtes illi homine Patres noſtri ſanctiſſimi unanimi conſenſione teſtantur, docuiſſe *Manetem*. Maluit ita tantæ integritatis, & fidei teſtes *calumniæ*, & *mendacii* perpetuo inſimulare, quam pati, ut *Manetis* gloriæ quicquam detractum & imminutum eſſet. At inopinata quadam DEI providentia factum auguror, ut qua via per immenſos Indiæ, Cathajæ, Scythiæ, ac Turkiſtaniæ agros a Græcorum Latinorumque Patrum ſedibus remotiſſimos teterrimum Chriſtianæ Fidei corruptorem dogmata ſua propagantem *Beauſobrius* duxit, ne propter longinquitatem locorum Noſtratibus cognita videri potuiſſe credantur, eâdem nobis contigerit reducere *Beauſobrium*: Eique in Tibeto ſpectanda offerre prima ipſa ſubſellia *Manetis*, ubi tanquam ex ore impuri hujus ac nefarii Magiſtri *incredibilia* illa *Beauſobriana* pene omnia hodieque vigent & conſervantur. Id forte conjecerat aliquando futurum, ſi ſemel fieret, ut Archelai diſputatio in Urbe *Caſchar* Turkiſtaniæ collocaretur; eaque ſuſpicione commotus, quum plura adduxiſſet, quibus hunc veluti ſacræ pugnæ campum inibi ſtatuturus eſſet, in *jocum* quodam modo *ſeria* convertere repente viſus eſt, & dicta indicta velle præſetulit. Serio nos rem egimus, & qui *Caſchar* certaminis locum fiximus, ita incurrentes nodos ſolvimus ut expeditum aditum ad Archelai acta vindicanda pateſecerimus, etiamſi Ea in *Meſopotamia* Syriæ alius quivis conſtituere mallet. Præterquamquod ſententiæ hujus vindice & aſſertores doctiſſimi nihil nos de germano S. Archelai fœtu, ubicunque credatur editus, dubitare patiuntur. Tan

ant

antiqua ac veneranda eſt nobiliſſimi hujus monumenti auctoritas, quam nulla unquam *Beauſobrii* ſophiſmata imminuere valeant.

Is idem eſt, qui Calviniano furore percitus in univerſos Eccleſiæ Patres inſolenter invehitur; ſed cummaxime in AUGUSTINUM Magnum illum Manichæorum Triumphatorem tanquam in ſcopum cœdis virus omne evomit acerbitatis ſuæ. Hujus rei cauſam, faciam porro, ut intelligas. Quod nunc agitur iſtuc eſt. Conferenti mihi Manichaica cum Buddiſticis phantaſmatibus, neceſsum erat illa prius coloribus ſuis deſcripta exhibere, ut iſtorum ſimilitudo diſcerni poſset. Provinciam hanc quo duce in primis quove auctore ſecurius, atque fidelius obirem, niſi meo illo Parente ac Magiſtro AUGUSTINO? Nemo enim ex Eccleſiæ Patribus, abſit invidia verbo, tam profunde Manichæorum arcana penetravit, nemo tam docte & invicte furentium phantaſiaſtarum copias proſtravit, quam AUGUSTINUS! Ille & lingua & calamo, Ille domi foriſque cum hoſte pugnavit: Ille pectus objecit jaculis oppugnatorum: de eorum moribus *ſcripſit: epiſtolam Fundamenti* ſubvertit: libros, quos Manes ipſe *Theſaurum* inſcripſerat, conſuluit & exagitavit: manus cum *Fauſto* conſeruit, ſuperavit *Fortunatum*, vicit *Felicem*, confudit *Secundinum*, & *Adimantum*, quem aliâs *Buddam* appellant, glorioſiſſime confutavit.

Interea dum tanti candoris, tantæque auctoritatis teſtem in Manichæorum deliriis recenſendis commemorabam, aderat mihi ad latera *Beauſobrius*, qui citis clamoribus iſtæc ad nauſeam repetebat: AUGUSTINUM ignoraſſe ſyſtema Manetis; id affirmare *Secundinum*, cujus illa verba ſunt in ep. ad S. Doctorem: *Viſus es mihi te nunquam fuiſſe Manichæum, nec ejus te potuiſſe arcana incognita ſecreti cognoſcere, atque ſub Manichæi nomine perſequi Annibalem atque Mithridatem:* adulteraſſe dogmata atque ſententias hære-

ſiarchæ: adverſus Manichæos nuda quam crebro conglomeraſſe ſophiſmata: Iſtorum fidem male plerunque, involute, incaute, ac vitioſe exprimere: aures facile præbuiſſe fabulis in eorum infamiam evulgatis: conſectaria ſua, quæ Illi inficiarentur, tanquam ſectæ principia, obtruſiſſe: in pravum ſenſum innoxia quædam & ſimplicia adverſariorum dicta palam detorſiſſe: abuſum denique fuiſſe locis, quæ in libris Manetis vitiata fuerant atque corrupta.

Tot hæc aliaque plura maledicta ſine auctore, ſine teſte, meriſque ſomniis, ac ſuſpicionibus indulgens, ut Parentum ſuorum, a quibus nati ſunt *Calviniſtæ*, pudenda tegeret, buccis crepantibus improbus Sycophanta auribus infundebat: nihilque verebatur impudentiſſimus homo AUGUSTINUM appellare declamatorem, ſophiſtam, accuſatorem hæreticorum nimis acrem, intemperantem, vehementem, lividum etiam & callidum, œſtroque diſputationis abreptum ab æqui perſæpe, verique finibus aberrantem. Quid plura? mendacii & calumniæ dicam AUGUSTINO inceſſanti ſtrepitu impingebat. Hoccine beatum illud nomen eſt, quo & *Luteranos*, & *Calviniſtas* ſummopere gloriari, nonnulli e Catholicis Scholis Theologi, ut nobis invidiam de AUGUSTINIANI dogmatis doctrina concilient, tam falſo, & confidenter objiciunt, quoties tanti Patris auctoritate preſſi viam evadendi quærunt? Quod olim, & hodie uſu venit, diceret S. Doctor HIERONYMUS, *Catholici Conditorem antiquæ rurſum fidei venerantur, atque ſuſpiciunt* [AUGUSTINUM,] *& quod ſignum majoris gloriæ eſt, omnes hæretici deteſtantur*.

Sed ego quid? Tanta ne convicia in Patrem Optimum tumidioris petulantiæ impetu congeſta ſurdis auribus præterirem? Apage, nefas! Riſi in primis incautum, & vecordem obtrectatorem ſuis laqueis involutum: modo ait AUGUSTINUM arcana Manichæorum noviſse, ſed, ubi ferret

ret occaſio, perbelle diſſimulaſse, modo vero aut noviſſe dubitat, aut negat. Obſtupui deinde ſtolidum quoddam credulitatis genus, quo *Beauſobrius* paſſus eſt a *Secundino* Manichæo illud ſibi tam facile propinari: *ſub Manichæi nomine* [AUGUSTINUM] *perſequi Annibalem atque Mithridatem*. Qui enim tam cito ſibi perſuaderi permiſit inſaniam hanc adeo futilem atque ridiculam ex ore vaferrimi ſimulatoris in ea ſecta verſantis, quæ errorum ſuorum portenta occultare ſtudebat, & CHRISTUM ipſum principem fictionum auctorem deprædicabat, pari cum liberalitate excipere potuit & alterum iſtud *Secundini* effatum, quo de ſcriptis AUGUSTINI inquit: *Summum inveni ubique Oratorem, & Deum pene totius eloquentiæ; nuſquam vero comperi Chriſtianum*. Probum ſane teſtem! quem ſi audias, ne ipſum quidem *Chriſtiani* nomen reliqueris AUGUSTINO. Eccur præterea tacuit, quod S. Doctor in *Secundini* erroribus refutandis, non aliena *documenta*, ſed quæ vel ab ejuſdem veteratoris epiſtola, vel ex *innumerabilibus locis de Libris Manichæi* depromta eſſent, ſumme in diſputando religioſus, caſtus, & prudens proferre caverit?

Singula demum calumniarum capita, quæ ſe ſe mihi identidem offerebant, pro mea parte virili refellere ſtudui. Nec prætermittam, quod ego *Beauſobrium* in Manichæorum ſyſtemate cœcutientem totaque via errantem crebro & deprehenderim, & redarguerim. Quo mentis animique vitio id Ille commiſerit, ſinam, ut alii conjiciant. Mihi vero ſic conſtat, Calvinianum conviciatorem ejuſdem criminis reum palam juſteque teneri, quo Ille candidiſſimam AUGUSTINI fidem improbis ac fallaciſſimis artibus commaculare tentarat. Parem advocationis noſtræ operam, quantulacunque ea ſit, ceteris Eccleſiæ Patribus vindicandis impendimus. Et utinam tantum mihi aut ingenii, aut virium, aut temporis ſuppeteret, quantum ad immenſam

ſtruem Beauſobrianarum calumniarum diſſipandam par eſſet! Polliceor enim futurum, ut omnes demum intelligerent nihil eſſe in Voluminibus de *Manichæor. Hiſt.* a Beauſobrio editis, quod non ubique ſpiret fraudem, & impoſturam homine Chriſtiano indignam.

Unum, quod ſupererat, *Beauſobrii* effugium ab Imaginum, & ſimulacrorum cultu petitum, ne Manichæorum ſecta in Sinis & Indiis, adeoque nec in Tibeto vigere crederetur, quum ibi imagines & ſimulacra Deorum colantur, e medio & iſtud ſublatum eſt.

Coronidem diſquiſitioni imponet ſacer quidam, & inexplicabilis metus, quem mihi in animum injecerunt præteritorum temporum calamitates a Scythicis Manichæis in Eccleſiæ ſinum illatæ. Nam & Tibetani ad eos terrarum terminos ſpectant, quibus concluſi habitatores *Gog*, & *Magog* prædicti ſunt a Prophetis venturi ad bella ferenda adverſus Sanctos, & dilectam illam Civitatem Dei, quæ eſt Eccleſia. Idem nanque & veterum & recentiorum Manichæorum ingenium eſt: Eadem ſimulatio pietatis, iidem mores ad *ſeductionem* apprime comparati; & ars fallendi homines omnino eadem, aut certe in junioribus auctior. Hæc de *Xaca*, ſeu *Budda* recentiori poſt CHRISTI adventum a Manichæis in Tibetum invecto fuſius fortaſse, quam voles, dicturi erimus. Quæ gens ea ſit, quæ ſuperſtitio, quam late in Oriente ac Septentrione pateat, quibuſque moribus vivant, inſtituti argumenti tractatio aperiet.

Ne vero *ſine Capite fabulam*, quod dici ſolet, *relinquam*, redeo ad *Alphabetum*; illudque tandem abs Te peto, ut iccirco *Tibetanum* dici una mecum exiſtimes, quod ab hoc novo *Budda* cum nomen ipſum, tum etiam quandam divinitatis particulam accepiſſe vaniſſima *Buttantium* opinio ferat.

Quam

Quam arduum ac difficillimum ſit ab infinitis propemodum & implicatiſſimis tam immanium errorum laqueis educere, & ad ſinceram, beatamque *Evangelii* lucem revocare Tibetanum vulgus adeo cœcum, & perditum, ſatis longo experimento didicere ſollertiſſimi PP. Capuccini, qui in Apoſtolicis hiſce Miſſionibus obeundis nullis laboribus, nulliſque incommodis pepercerunt, proque ingenti, quo flagrant, alienæ ſalutis deſiderio, nihil unquam ad ſummam diligentiam reliqui fecerunt, ut, Regibus, & Principibus, Populiſque Iis omnibus in regione umbræ mortis ſedentibus JESU CHRISTI nomen ac religionem inſinuarent. Avitus error integræ cuique Nationi communis, quantum heu! difficile eſt, ut avelli & eradicari queat. Sed ſi fuerit Manichæorum artificiis contectus, & ſub pietatis ſpecie graſſandi licentiam habuerit, morbus erit inſanabilis. Nam ſimulatio, qua ſemel totus imbutus ſit animus, tum maxime didicit alte in vulneris ſinum infundere tabem, quum latebras morbi nitida cutis obduxit. Hinc fit, cur ſapientiſſimi PP. AUGUSTINUS, LEO MAGNUS, GELASIUS, *aliique paſſim in recipiendis iis, qui ex antris Manichæorum ad Eccleſiæ gremium redirent,* tam caute & circumſpecte ſe gererent, ne, quod ſæpe experti fuerant, eorum reſipiſcentia ſimulata eſſet & ficta. In eamque opinionem univerſæ demum per orbem convenere gentes, ut Manichæorum ſectam, quemadmodum ſcribit *Petrus Sicul.* διὰ τὸ ἀνίατον αὐτὴν ὑπάρχειν *eo quod deſperatæ curationis eſſet*, inſectarentur. His adde ingentes *Lhamarum*, *Aſcetarumque* Tibetanorum exercitus, quorum cum ſumma cura eſt, ut latius, quam fieri poteſt, ſordes impietatis ſuæ diſpergant, tum etiam incredibili vigilantia cavent, ne quis unquam *Xaca* myſteriis initiatus e caſtris recedat.

Nihil tamen eſt, quod animos Apoſtolicorum hominum abſterrere debeat. Pergant alacres boni Evangelii præcones

cones ſemel cœpta perficere: Inſiſtant mente & animo in hoc opus intrepidi, venentur ex omni ſpecu inter præcipites rupes, & ardua ſaxa prædam Domini electam, ſeſeque beatos exiſtiment, ſi ex univerſo grege errantium vel unam oviculam ad Caulam Summi Paſtoris CHRISTI adducere queant. Ad abigendos fures, ad lupos arcendos, ad ſeductores fugandos, & ad ſuperandos veræ Religionis hoſtes, arma, clypeos, & artem pugnandi petant ex aureis præſertim Operibus S. AUGUSTINI adverſus Manichæos. Sic & Pagani, & Manichaici erroris vim in uno eodemque certamine proſternere poterunt.

Quod ad nos attinet, *Alphabetum* in eorum commodum damus. Exiguum quidem ac leve ſubſidium; ſed tantæ utilitatis, ut quiſquis eo inſtructus Tibeti fines attigerit, magnum ſit accepturus ſolatium, quôd jam prioribus, ac fortaſſe etiam moleſtioribus ſublatis obſtaculis vernaculam incolarum linguam facile intelligere, & condiſcere queat. Lexicon Tibetanum *triginta trium millium* vocabulorum, jacet Mſs. in *Hoſpitio* PP. Capuccinorum *Nekpal*. Magno rebus noſtris fuiſſet uſui; ſed tam longe abeſt, ut de eo edendo vix ſpes una ſuperſit.

Conati præterea *ſumus*, ut verbis utar S IRENAEI ad calcem Lib. I. adverſus hæreſes, *univerſum male compoſita vulpeculæ hujus* [*Xacaicæ* nimirum ac *Buddiſticæ* ſuperſtitionis,] *corpuſculum in medium producere, &* . . . *facere manifeſtum. Jam enim non multis opus erit ſermonibus ad evertendum doctrinam eorum* [Buttantium] *manifeſtam omnibus factam. Quemadmodum beſtiæ alicujus in ſylva abſconditæ, & inde impetum facientis; qui ſegregat, & denudat ſylvam, & ad viſionem adduxit ipſam feram, jam non elaboravit ad capiendam, videntes quoniam ea fera fera eſt.*

In primis vero Bonum PATREM, & DEUM miſericordia-

diarum oramus, ut Miniſtros Verbi Sancti ſui erigat, confirmet, atque conſolidet, & quod omnium maximum eſt, extento brachio virtutis ſuæ immutet & convertat corda tam multarum gentium rebellium lumini, & a via ſalutis inter tot ſeductionum, & èrrorum tenebras in æternam perditionem præcipiti curſu ruentium.

Multa præfati ſumus, ut rerum tractandarum ordo in hoc ſaltem diſquiſitionis veſtibulo lucem aliquanto majorem nanciſceretur. Nunc vero ſpes eſt, *ut quæ ſimpliciter, vere, & ἰδιωτικῶς*, (hoc eſt ſine fuco, & λέξεων καλλωπισμῷ) *benevolo tamen animo ad te ſcripta ſunt, Tu quoque pari animi benevolentia accipias:* Noſti verba S. IRENAEI, quibus ego Te alloquor: Hæc audi: & poſtrema concede roganti: Τὰ μετ' ἀγάπης σοι γραφέντα, μετ' ἀγάπης Σὺ προσδέξῃ.

INDEX CAPITUM
PARTIS PRIMÆ

I. A*lterum Tibeti nomen* Tangut. *Situs. Religionis Præſes.* Laſsà *Metropolis.* Pag. 9

III. *Gentilia non ſunt* Tanguti, *atque* Tibeti *nomina. Vox germana* Tankut, *vel* Tanku. Tan-cu *vox Sinica, quid ſignificet.* 10

IV. Tangut Catzàr *Tartarorum aliud quiddam a* Tanket, *&* Tanku *Tibetanis tributo.* 11

V. Tibeti *inter veteres, qui meminerint.* Tibeti *nomen Orientalibus idem quod* Tebbeth, Tobet, Tobit. ibid.

VI. Τιμπιτ *Chryſococcæ* Tibetum. 12

VII. *In voce* Τιμπιτ *conjicitur idiotiſmus Cophtorum.* 13

VIII. Tupata *Symeonis Antiocheni* Tibetum. 14

IX. *Gentile Tibeti nomen* Pout. ibid.

X. Pout *Tibetanorum lingua* Butta. P *Tibetanum idem ſæpe ac* B. Betham, *ſeu* Petham *Hebr. eſt* Bouthan *LXX. Arabibus, Græcis, Hebræis, Ægyptiis, ac Tibetanis* o *ſæpe eſt* ou. 15

XI. T *Tibetanum non raro mutum, ſed radicale.* 17

XII. Ti *præfixum nomini* Butta, *vel* Buta, *unde.* ibid.

XIII. Iid *a Tibetanis* Butta *tributum, quid ſibi velit?* Jehid *Hebr.*, Unigenitus *Latine.* Jehid *Iſaci epitheton Gen. XXII. Phænices, & Ægyptii transformarunt Abrahamum in Saturnum, Saram in Anobret, Iſaac in Jehid Saturni Filium.* Anobret *Bonjurio* Rhea: *in* Rhea *ab Ægyptiis adumbrata Sara.* Iid *Tibetanorum idem, ac* Jehid *Phœnicium, & Ægyptium.* 18

XIV. Jehid *Saturni Filio quam ſimilis* Sciaca-Tubà *Filius Sezani.* Xaca, Chaca, Sciaca, Sacla, *&* Xe-kia *idem nomen.* Xacæ *religio Indias omnes occupat.* Xacæ *natale ſolum.* Xaca *quo ævo vixerit.* Tamo *Sinenſium e ſtirpe* Xacæ. *Quo Æræ Chr. ſæculo* Xacæ, *&* Tamo *portenta Sinenſibus viſa.* 19

XV. Xaca, *&* Budda *La-Croſio idem.* Xacæ *nominis origo a* Saca *Babyloniorum, & Perſarum Numine repetenda.* 20

XVI. *Ægypti Legislator* Saſyches, *Babyloniis* Seſachus, *&* Saches, *&* Saca *idem, ac* Xaca *Legislator Tibetanorum. Ex* Saccura *Babylonico* Sacla *Manichæorum.* 21

XVII. Sacla *ſeu* Zachla *Ægyptius, & Babylonius Vates cur* Tachòs *veteribus dictus.* Ta-kòn *vox inſignis in Dei nomine Tibetanorum.* Kon, *ſive* Cion *Tibetanum quam affine* Cjun, *vel* Cjon *uni ex Saturni nominibus.* Ticcha *Tunchinenſium unde?* 23

XVIII. Sacla *Manichæorum Idololatricæ turpitudinis fœtus.* Sacla *ex concubitu cum uxore* Nebrod *primorum Parentum Adami, & Evæ conditor.* Saclam *a* Sikeli *Syriaco Beauſobrius inepte deducit.* Nebrod *Beauſobrius ipſe Manichæorum defenſor* Anobret *uxorem Saturni interpretatur.* Nebròd *ex* Abrò, *ſive* Aphrò, *quæ eſt Venus Aphrodite deducitur. Dei nomine Mali omnis Auctorem Manichæus honorat. Inique Beauſobrius Eccl. PP. infamat, ut Manichæos defendat. Uti primos homines ab* Sacla, *&* Nebrod *Manichæi, ſic majores ſuos Tibetani a* Simio *&* Simia *propagatos dicunt.* 24

XIX. *Xacæ nomen* Tubà, *rite lectum eſt* Tuppà, *&* Typhà. Tuppà, *&* Typhà, *Arab.* Tuphàn, *Græc.* Typhòn. Typhòn *apud Ægyptios* Seth, *&* Sem *vulgo dictus.* Typhòn *ex Plutarcho* Iſeaci *filius.* Typhòn *Mercurius. Nomen, & cultus* Sem *cognitus Tibetanis.* 26

XX. *Homines Tibetani* Simii *unde fingi potuerint.* Typhòn *ignivomus ſub Arimis montibus. Montes* Arimi *a Simiis.* Typhonis *veſtigia in montibus Tibetanis.* 27

XXI. *Montes* Arimi *ubi? In Syria collocantur a Bocharto. In Scythia a Plinio.* ibid.

XXII. *Latet* Arimi *nomen in* Praſrinmo *Tibetanorum. Simulacra, & pictæ effigies* Praſrinmo, *&* Praſrinpo. *Cur Tigridis pelle induta fingatur* Praſrinmo. *Quam multiplex eſſe poſſit nominis* Praſrinmo *ſignificatio.* 28

XXIII. *Fabula de* Praſrinmo *Simia occaſionem accipere potuit a Simis Phalacris.* Simi *Phalacri, aut Tibetani ipſi, aut Tibetanis ſimillimi. Fabula* Semi, *ſive* Typhonis *Tibetani Manichæorum ingenio accomodatiſſima.* Omophorus, *&* Sacla *Manichæorum Terremotuum auctor idem eſſe videtur ao* Sciaca-Tubà. 30

XXIIII. Xaca Tubà *Ortus*, & *geſta narrantur*. Tranſmigrationum *opinio*, *quæ monſtra pariat*. *Parentes* Xacæ. *In Vatibus Matris* Xacæ *ſimulantur Angeli Miſſi ad Saram Matrem Iſaac*, *Typum SS. Deiparæ Mariæ*. *Uterus Matris* Xacæ *purus*, *mundus*, *atque pellucidus*. Xaca *ex latere Virginis Matris naſcitur*. 31

XXV. *Symbolum elephantis in ſomnis a Matre viſi quid ſignificet?* Xacæ *mox nati prodigia*. *Terra terremotu concutitur*. *Lux admirabilis in toto terrarum orbe*. Lahæ *ex* Caden *natum* Xacam *adorant*. *Pater ducit Filium* Xacam *offerendum Numini*. *Puer* Xaca *a Lahis iterum adoratur*. *De* Xaca *Senis Prophetæ*, & *Eremitæ vaticinium*. Xacæ *infantis prodigia*. *Uxores* Xacæ. Xaca *ſolitudinem petit operam contemplationi daturus*. *Portenta prædicationis quæ?* *Terremotus*, *ac tenebræ in morte* Xacæ. *Nihil ſcripſit*. 32

XXVI. *Geſta* Xacæ *veterum*, *novarumque fabularum complexus*. *Scytharum Mater Græcis fabulatoribus* Echidna: *Pater* Hercules. Typhon *in Arimis* Echidna *mixtus*. 34

XXVII. Agathyrſum, & Scytham *duos ex uno* Iſmaele *Abrahæ*, & *Agaris Filio fecerunt Ethnici*. Agathyrſus, & Scytha *unde ſic dicti*. Scytha *ex* arcu, & ſagitta *nomen accepit*. Jehid *Scythis cognitus ex* Iſaac *Gelono*. 36

XXVIII. *Saturni Filium* Jehid, *aliorumque falſorum Numinum cultum*, *quo præſertim ævo ab Ægyptiis ſcire potuerint Scythæ*. *De* Seſoſtris, *ſive* Seſaci *Ægyptii Regis expeditione in Scythiam agitur*. 37

XXIX. *Scythicorum Deorum nomina Ægyptiaca*. Oetoſyrus, & Artimpaſa *Scytharum*, Oſiris, & Iſis *Ægyptiorum*. Oit *in* Οἰτόσυρος *exponitur Ægyptiace* hoüit unus, *ſeu* primus. Ie, *aut* yegoéi, unigenitus *lingua Sinenſi*, *num quid ſimile habeat cum* oüæ, *aut* yæ gioov *Ægyptiacis vocibus*, *dubitatur*. Oſiris *opinione Seſoſtris omnium Deorum primus*. Oſiris *Saturni*, & *Rheæ Filius*. Oitoſiris *Scytharum idem eſſe videtur ac* unus ille Filius, *adeoque* Jehid *Saturni*. Oſiridis *nomen Salmaſii*, & *Huetii ſententia*, *unde?* 38

XXX. *Cur in* Oitoſyros *vox* oït *a Græca* oïtos *non repetatur*. *Quam multa errorum portenta Scythæ accipere potuerint ab Ægyptiis*. *Ægyptii omnium primi* metempſychoſin *excogitarunt*. Oſiridis *toties in Ægypto renati* Xacæ *Tibetanorum omnino ſimilis*. 41

XXXI. Xacæ *ætas confluit in eoſdem annos cum expeditione Seſoſtris in Indos*, & *Scythas*. *Seſoſtris expeditionem inſtituere potuit an. circiter ante Chriſtum* 960. *Ex calculo Tibetanorum* Xaca *apparuit in Indiis an. ante* Chriſtum *circiter* 959. Timphan *Tunkinenſium eodem tempore vixit*, *quo* Xaca Typhà *Tibetanorum*. 42

XXXII. *Siamenſes ex Kaëmpfero conſignant an. emortualem* Xacæ *in an. ante Chriſtum* 544. *Adventum* Xacæ *in Indias male Kaëmpferus conjungit cum an. expugnatæ per Cambyſem Ægypti*. *Calculi Kaëmpferiani diſſonantia unde?* *Japonenſes mortem* Xacæ *conjiciunt in an. ante Chriſtum* 950. *Anni* 79. *vitæ ab Japonenſibus* Xacæ *tributi non cohærent cum an. ipſius natali*, *ante Chriſtum* 1209. *vel* 1207. 43

XXXIII. *Japonenſium epochas inter ſe pugnantes parere potuit confuſio Regum Ægypti*. *In* Xacæ *ætate ſtatuenda non diſcrepant Japonenſes a Tibetanis*. *Diſcrepant nonnihil in rebus* Xacæ *geſtis narrandis*. *Ægyptiorum fabulæ apud Indos propagatæ quid contulerint ad* Xacæ *commenta ſuadenda*, & *conſarcinanda*. *Oſiris* & *Bacchus idem*. Dionyſus *Græcæ originis nomen*. *Unde* Διόνυσον *dictum putent Plato*, & *Orpheus*. Oſirim *commilitonem*, *Ægyptiis auctoribus*, *filium ſibi fecit* Jupiter. Διόνυσος *Græce* Jovis filius *exponitur*. 44

XXXIV. Bacchum *Indorum lingua* Dionyſum *nuncupatum cenſet Schmidtius*. *Sententiam ſuam Schmidtius non ſatis probat*. 47

XXXV. *Græcæ voci* Διόνυσος *reſpondet Ægyptiaca* Oſiris. *Oſiris* filium inſignem *per antonomaſiam deſignat*. *Ab Ægyptiaca voce* Siris *nata videtur* Sre *Tibetana*. 48

XXXVI. *De articulo* O *in voce* Oſiris præpoſitivo *nova proferuntur argumenta ex verſ. Coptica*, & *antiquiſſima profanorum Scriptorum auctoritate*. *Oſirim* multioculum *interpretari parum ſubſidii habet ex linguæ Copticæ uſu*. *Imagines* & *Simulacra* Oſiridis *apud Ægyptios quæ?* *Exteri magis quam Ægyptii Oſiridem* trioculum *effinxerunt*. ibid.

XXXVII. *Fabulæ de* Oſiride *ſeu* Baccho *ex* Jove & *Matre virgine nato*, *quæ vetus ac putida origo fuerit*. Bacchus *ex Semele corrupta editus fingitur ut* Oſiris *ipſe Ægyptius ſine hominis concubitu* Jove Deo *natus*. *Quinam Ægyptiarum mulierum partus apud Heſychium appellatur* Oſiris. Ova hypinemia *quo pacto*, *Ariſt. ſententia*, *mulieres pariant*. *Quotuplici ratione mortales naſci Tibetani credant*. *Homines etiam ex ovo naſcuntur*. Ovum primigenium *ex Ægyptiorum ſententia*. Zophaſemim *Phœnicum*, & *Ægyptiorum in ovi formam procreati*. *Dea Syria ex ovo*. Oannis *fabula ex eodem fonte nata*. Onka *Thebæorum eadem*, *ac Dea Syria*. Onka *Dea* vitalis. Ovum *in Orgiis Bacchi tanquam univerſale generationis principium*. Dii XXIV. *ab Oromaze ſyderum conditore in ovo poſiti*. 50

XXXVIII. Bunſio *uxor* Symmios *juxta Japponenſium fabulas, Deorum munere fœcunda*, ova *uno partu edit* quingenta. *Ex ovis quingentis totidem infantes nati.* Bunſio *ex Apotheoſi* Benſaiten *dicta, divitiarum Dea: Diique una cum Matre fiunt*, 500. ovo geniti *Filii. Cui feſto occaſionem dederit apud Japonenſes ovorum partus a Dea* Benſaiten *editus. Feſtum ineunte vere ab Japonenſibus celebratum comparatur cum feſto Ægyptiorum de invento* Oſiri. *Ex* Diis 500. ovo genitis *ortum eſt numeri* quingeni *myſterium in actis* Xacæ *Tibetanorum impiiſſime uſurpatum.* Ὑαλώϊμιον *Poetæ Græci præſertim ſacri de divinis rebus agentes ſatis apte, caſteque uſurpant.* Ὑαλωΐμια *Heſychii* infans, *ſeu* filius imperfectus *exponi poſſunt.* Bacchus *appellatus* infans imperfectus, *cur?* 52

XXXIX. *Antiquiſſimi* Oſiridis *ex* Jove *generatio apud Ægyptios quam arcana, & a communi mortalium conſuetudine aliena. Jovis* voce *natus apparet* Oſiris. *Ex* Pamyle *nutrice* Oſiridis *Græci fecerunt* Semelem *matrem* Bacchi. *Ægyptiorum vetuſtiſſimi* Oſiridem *Jovis filium* ἀμήτορα *crediderunt. Fabula de* Baccho *ex Jovis femore nato unde prodierit. Nati ex matribus ſine maris opera apud* Gentiles *fictitii ſunt Ægyptiorum, Græcorumque Idololatrarum partus.* Παρθενογόνους *Gentilium licet fictitios, jure optimo Eccl. PP. in calumniatores, & inimicos Chr. J. ex Virgine vere geniti intorſerunt.* Iſidi *Ægyptiorum quorundam opinione Matri* Oſiridis *ſtatuam tanquam Virgini erexerunt* Druidæ. *Priſca Fides poſterorum Adæ de Meſſia naſcituro ex Virgine occaſionem præbuit cultui* Iſidis παρθένῳ. Unigenitum *in Orphicis commemoratum interpretatur nonnemo* Jeſum *noſtrum.* Filii Jove Deo *geniti mali Dæmonis opera, & ſuggeſtione conficti. Cur Dæmones ante Chriſti Jeſu adventum tam multos* Jovis Filios *Gentilibus fabricari ſuaſerint. Menalippe, Auge, Antiope, ſed Danaë præſertim Perſei Mater tanquam virgines in Ethnicorum fabulis commendatæ. Perſeus ex Herod. ac Diod. Ægyptius. Perſeus eadem ætate, qua Bacchus, Baccho ſimilis, vixit. Perſeum ex virgine natum puram putam fabulam eſſe S. Juſtinus M. oſtendit. Idem de cæteris* Jovis Filiis *Juſtinus Martyr demonſtrat. Duplex S. Juſtini argumentum ex* Prophetarum Oraculis, *& ex* operis dignitate *ductum, ſolum Chr. Dei Filium ex Virgine natum evincit. In Conceptione Chriſti omnia ſunt* Deo, Dei Filio, & Virgine *digna. Quid ſit Origeni Chriſtus natus* ἐξ ἡμίους. *In generatione* Filiorum Jovis *omnia ſunt probri, & ignominiæ plena. Matres* Filiorum Jovis *virgines ab Idololatris appellantur, quas Dæmones ipſi Tauri, Dracones, Cycni, aliaque monſtra vitiarant.* 55

XL. Xaca *Tibetanus mas & fœmina virginum corruptor, & corrupta, fons omnis impuritatis.* Prophetæ *SS. verum* Dei Filium *ex* Virgine *naſciturum evidentiſſime prædixerunt. Oracula Proph. in uno Chriſto adimpleta egregie probat S. Juſtinus. Ubinam gentium mali dæmones ſtudioſius curarunt fabulas de* Diis Jove Deo natis *diſſeminare.* 61

XLI. Filium Jovis *Oſirim Ægyptii* phyſice *interpretabantur* Jovis effluvium, *&* emanationem Seminalem. *Primum fluvidum, & ſubſtantia Seminalis* Oſiris. *Quod eſt Ægyptiis* Oſiris, *eſt Græcis* hyos *Filius, &* Dionyſus hyle *fluvida materies. Frugum* ſemen Oſiris. *Semen Dei principium, & ortus rerum, Ægyptiorum opinione,* Oſiris. *Oſiridis planta* Chenoſiris *quænam ea ſit, & unde Ægyptiis ſic dicta fuerit?* Chenoſiris *an hedera, an, quod magis credibile ſit,* lotos *Ægyptiaca fuerit, dubitatur.* Kennari *Ægypt. & Arab.* nabach *lotos.* Lotos *Diis Ægyptiis ſacra.* 62

XLII. Flos Tamara *natus ex infante primigenio in aquas a Deo ſupremo immiſſo, juxta impia Indorum commenta produxit* Brahmam *mundi aſpectabilis conditorem.* Tamaræ *floris portenta ab Ægyptiis derivata in Indos.* Tarata *flos apud Japonenſes* Amidæ *Numini,* Buddæ *ſeu* Xacæ *ſacer.* Τῷ Pemà *loti Ægyptiaci ſimili thronus* Xacæ *in Templis Tibetanorum viſitur innixus.* Xacæ *effigies apud Tibetanos illuſtrior.* Cenreſi *inter Idola Tibetanorum cultus, ex flore* Pemà *natus. De* Chenere *Rege, &* Saſyche *Ægyptiorum Legiſlatore occultatis in nomine* Cenreſi *Tibetano, ſuſpicio.* Cenreſis *Tibetani multiplicatio, quam fabuloſa.* 64

XLIII. *Phyſicæ interpretationes Oſiridi ab Ægyptiis tributæ, periculoſæ. Ægyptii* ſupremi Entis *exiſtentiam perpetuo agnoverunt. Cneph* ovum *ex ore effundens pro Mundi Opifice ab Ægyptiis, & Indis Banianenſibus habitus.* Iſis *phyſice apud Ægyptios, quid?* Typhon *Ægyptiorum Deus malus.* Oſiris *bonus.* Oſiris *in fabulis Ægyptiorum ſol. Sol* Oſiris Infans *recens natus ex* loto. Oſirapis *a Seſoſtri conflatus.* Oſiris *ab Ægyptiis dictus eſt etiam* Solis filius. Oſir-ri *Solis filius exponitur. Græci non raro* ρ *geminum ſcribunt ut ſimplex, & ſimplex viciſſim ut geminum. Ægyptii literas ſæpe duplicare negligunt.* Myris *XII. poſt* Necherophen *Ægyptiorum Rex.* 67

XLIV. Myris *aut* Meris, *Pharao Synchronus Moyſi, idem ac* Merris *atque* Mencheres *Bonjurio in mſ. Dyn. Marshami ſententia de* Menchere *Abrahami ſynchrono confutatur a Bonjurio.* Ri, *&* Cheres *Ægyptiacæ voces* Solem *peræque ſignificant.* Men-ri, *&* Mencheres *ſunt idem* Men *cognomento* Sol. *Filia Pharaonis, circa SS. Prophetæ Moyſis tempora, Patris nomine* Merris *vocabatur.* Necherophes I. *Ægypt. Pharao, eſt Bonjurio* Uchoreus *Diodori.* Pa-mylis *nutrix Oſiridis fingi potuit ex* Myri, *aut* Meri *Filia Pharaonis. Ægyptios divina Scripturarum oracula in fabulas transformaſſe Plutarchus teſtatur. Ut* Myris *eſt* Mer-ri, *ita* Oſiris *eſt* Oſir-ri, Filius Sol *ipſe, aut* Filius Solis.

Solis. Reges Oſirides in Ægypto plures; eorumque primus Toſorthrus. Oſiris I. Memphiticus Necherophis Filius idem ac Æſculapius, Serapis F. Vulcani Ægypt. dictus. F. Vulc. Sol. Oſiris Elephantinus Uſer-cheres Filius cognomento Sol, aut Solis F. Ægypti Reges Solis nomine inſigniti plures. Necherophes Uchoreus; itemque Uchoreus dictus Toſorthrus F. Uchoreus Græca terminatione eſt Ægyptiis Ucheres Sol. Memphis conditor Uchoreus Toſorthrus, ſive Oſiris I. juxta Bonjurii ſyſtema. Ucher-apis, ſeu Ucher-apas, atque adeo aphas, Sol-apis, aut Sol-apas, & aphas, eſt Vulcanus Ægyptius idem ac Necherophes. Soles Ægyptii Bi-cheres, Zeber-cheres, Nepher-cheres, Acen-cheres, Mer-cheres, Tar-cheres, Moſ-cheris, Boc-cheris. Remphan Act. 7. v. 43. Idolum Ægyptium. Solis nomen in Remphan. Exemplum Copticæ verſ. Daniel. & xii. Prophet. Minor. Montefauconii beneficio obtentum. Rephan per e legit Copt. Verſio Amos, Græca per ai Raephan. Ægypt. voces Siu & Scivi altera Sidus, altera Statuam, & Idola ſignificantes comparantur cum Hebraica Ciun S. Prophetæ Amos. Riphan, ſive Rephan auctore Scholiaſte Copto eſt Deus temporis. Deum temporis Coptitæ vocant Saturnum. Ῥίμϐαν Remban ex Lexico Heſychii a Pfeiffero citatus in edit. noſtra deſideratur. Coptitæ recentiores pro Apas, ſeu Opas Vulcano Saturnum interpretari facillime potuerunt. Vulcanus utpote Deorum & Regum omnium antiquiſſimus apud Ægyptios potuit recte dici Deus temporis. Remphan eſt Oſiris, Sol ſcilicet cognomento Vulcanus, ſeu Sol F. Vulcani, ducto nomine ex Ra, & Apa, ſive Apha, commutata tenui in adſpiratam. Toſorthrus exponitur F. Vulcani. Idolum Moloch Eruditi Typhonem interpretantur. Ægyptus Vulcania. Oſiris Apis ab Apas ſic nuncupatus. Bos Oſiridi Sacer Apis dictus ab igne, quo juxta Ægyptiorum fabulas concipi putabatur. Ignis Malaice Api. Rephan idem, ac Serapis, Æſculapius Memphita, & Deus Heliopolitanus. De Moyſe Sacerdote Oſiridis in Heliopoli, ac propterea Oſarſiph nuncupato calumnia Apionis. Summa erga Solem Ægyptiorum religio. Bos lignea inaurata ſepulcrum Merris Filiæ Micerini Regis, Soli ſacra, & Solis ſimulacrum. Merris æque ac Iſis apud Ægyptios culta. Caput Iſidis Bubulum; adeoque & Boves fœminæ Iſidi ſacræ. Ἀποκεφαλισμὸν Deorum ab Ægyptiis mutuati ſunt Indi, & Tibetani. Apim, & Mnevim tanquam Soli ſacros venerabantur Ægyptii. Bos Apis idem ac Oſiris, & Sol. Sidus Rephan Bos Apis cum ſymbolo Solis. Apis & Mnevis Idola Hebræorum. 69

XLIV. Remphis Ægyptiorum Rex Protei Succeſſ. Remphis Rampſinitus, & Rampſis idem. Rampſinitus, ſive Rampſis Ægypt., exponitur ſol excelſus. Rateſis Rex Ægypti eſt Bonjurio Sol Iſidis. Sol Orus Ægyptiis Hebræis Or. Mares, ſeu Maris ex Eratoſthene eſt Heliodorus donum ſolis. Cur? Pharaones a Sole cognominati: Rathotis, Rathuſio, Rameſes. Rameſis Ægyptiace Solis Filius. Ῥαμέσης a Græcis recentioribus dicitur, qui Rameſis eſt apud Veteres. In Obeliſco Maximo Lateranenſi Rameſis interprete Hermapione Oſiridis, & Solis F. Symbola in Obeliſco Rameſis eadem. 77

XLV. Mithres, ſive Mithra Ægypti Rex Obeliſcos & ipſe Soli erexit. Mithra multorum ſententia vox eſt Perſica Mihr Solem denotans. Quo pacto a Mihr vocem Mithra fecerint Græci explicat Relandus. Mihr Hydio, & Relando auctoribus primum ſignificat amorem, & miſericordiam. Omphi Oſiris dictus, quia beneficus. Lunam, teſte Relando, Perſæ Mithram æque ac Solem appellant. Mithra mas, & fœmina. Ignis ſub utraque forma viri, & fœminæ a Perſis cultus. Herodoti teſtimonium de Luna Mithra apud Perſas dicta, a Relando defenditur. Πέῤῥαν in Lycophronis carminibus germana lectio a Relandi emendatione vindicatur. Πέῤῥα Perra Lycophronis eſt Sol Ægyptiace dictus Πιρη Piri. Mithræ nomen in Ægypto non uni primario Sacerdoti, ſed & minoribus commune fuit. Dies natalis Mithræ apud Romanos, Perſas, & Ægyptios celebris. De Feſto Nativitatis Chriſti Jeſu in diem natalem Mithræ translato Harduinum Philippus a Turre egregie confutavit. De Feriis natalitiis oculorum Ori, Solis nempe & Lunæ incidentibus juxta Ægyptiorum ritus, in 30. Epiphi. Plutarchi locus exagitatus. Quid per ferias natalitias oculorum Ori intelligat Bonjurius. Concurſus Novilunii cum 30. Epiphi, cumque natalitiis annuis oculorum Ori ex verbis Plutarchi obſcurus eſt, & incertus. Mithres Ægypti Rex, qua Seſoſtris, ſeu Seſachus, ætate vixit juxta Bonjurium. 79

XLVI. Mitrhes ipſius etiam Xacæ Synchronus. Myrthæus etſi re idem eſſet ac Mithres, nomine tamen diverſus erat. Myrthæus eſt Ἀμμονόδοτος, ut & Ammonis ſive Jovis Filii & Cari dicti ſunt Oſiris, Rameſes aliique Ægyptii Reges. Mithres apud veteres Perſas vox erat ſignificans medium, & mediatorem; ſed hodie, teſte Relando, ex eorum lingua diſparuit. Ex Mithre apud Perſas Solis nomen factum eſt Mihr. Nomen Mithres a Perſis primo retentum, deinde immutatum, cauſa eſt, cur vim antiquæ ſignificationis in eorum lingua amiſerit. Mit-ri Ægyptiace medium, ſeu mediatorem Solem deſignat. Ut nomen ſic & cultum Solis Perſæ ab Ægyptiis accepiſſe videntur. Hydium negantem divinitatis cultum a Perſis tributum Soli & igni invicte confutavit Philippus a Turre. Oſiris ab Ægyptiis Amenti Mediator dictus quod animas daret & reciperet. Oſiridi Soli, eidemque

Plutoni, antra ſubterranea ſacra. Mitrem *medium inter Deos duos* bonum, *&* malum *Magi Perſæ æque, ac Manichæi colebant.* Mitra *ſine adſpiratione aliquando ſcriptum in antiquorum monumentis occurrit.* Cherin *in Nomine* V. *Pyrei Perſarum, dicti* Azur Cherin, *Ægyptiacum eſt, non Perſicum. In voce* Cherin *mendum temere ſuſpicatur* Hydius. Mithra *non myſtico, ſed proprio nomine per τ adſpiratum nuncupatus.* 82

XLVII. *Proprium, & primigenium* Mithræ *nomen explicatur. Ex binis vocibus, unde componitur* Mi-thra, *prior eſt Ægyptiaca* Moyè, *&* o *ſuppreſſo* Myè, *ſeu* Miè *fulgorem, atque flammam ſignificans. Deus Heliopolitanus* Bos Mnevis, *Plutarcho* Mnyeis; *dictus & ipſe eſt a voce* Myè. *A* Μνέυι *Plutarchi, ablato ν pleonaſmo, & Græca terminatione ſubducta, reſtat germana vox Ægyptiaca* Myè *reſpondens Græcæ* μυει. *Cur in Diodori Codicibus ætate S. Juſtini M. legeretur* Moyſes *omnium Legumlatorum in Ægypto Princeps, & modo legatur* Mnevis, *diſcutitur, & enodatur. Poſt S. Juſtini tempora mutato C in E, irrepſit mendum in Codices Diodori, & pro* ΜΩΥCΙ *ſcriptum eſt* ΜΟΥϾΙ, *unde* Μυυι, Mnyis *ac tandem* Mnevis. Aquæ, *&* Splendoris *nomina in Ægyptiaco ſermone affinia, anſam præbere potuerunt corruptioni in Diodori textum inductæ. In* Mnevi *cognominando quanta Scriptorum varietas.* Min, *& ablata terminatione* My, *dicitur ab Herodoto* Mnevis. On *Solis nomen contractum ex Ægyptiaca voce* Oein, *aut* Oini *denotante* lucem. Mnevis *ſeu* Min *adeoque* My *Pater* Apis *Bovis Memphitici, eſt* ignis Cæleſtis. *De* Mini *aut* Meni *locus celebris S. Iſaiæ Prophetæ in c.65. juxta Hebr. textum.* Taurum Mithriacum *ſervatum Romæ in Villa Pinciana Principis Burgheſii Eruditiſſimis obſervationibus illuſtravit Philippus a Turre.* Nama *in collo Tauri Burgheſiani inſcriptum Philippus a Turre interpretatur* Meni, *cujus meminit Iſaias:* Meni *deinde* lunam. Nama *vox eſt Tibetana, quæ* ſpiritum, *&* Cælum *denotat:* Spiritus *vero &* Cæli *nomine Ægyptii, & Perſæ Jovem intellexerunt.* Jupiter, *ſive* ſidus Jovis *eſt* Gad, *quem Iſaias commemorat ante* Menin. *Cum Textu Hebraico conciliatur vulgatus, qui* Gad *interpretatur* fortunam. Gad *ſignificare poteſt* Caprum *&* Jovem Ammonem. Nama *Sebeſio Gentilium reſpondet* Gad *Judæorum Idololatrarum.* Gad *Huetius interpretatur* Lunam. 84

XLIX. *Sententia, quæ* Meni *interpretatur* Mnevin, *eſt omnium veriſimilior. De Ebræorum cultu* Mnevi *magis quam* Api *tributo conjectura* Marshami. Apis *&* Mnevis *ab* igne Cæleſti *uterque dictus.* Min *aut* Men *Solem eſſe ex veterum Græcorum ſententia oſtendit* Huetius *ad* Comment. Sac. Origenis. Mendes hircus, Caper, Pan, *&* Juppiter *Mendeſiorum Deus, eſt idem ac* ignis, ardor, *&* flamma Jovis. Chevs *Ægyptiorum, eſt* Devs *Mendeſiorum, &* Zevs *Græcorum, idem ſcilicet* Jovis *nomen ac numen.* Min, *ſive* Minis *I. Thebæorum Rex vertitur ab Eratoſthene* Jovius, *quaſi Jove genitus.* Me, *& vulgo etiam* Mi *a Tibetanis* ignis *præſertim* Cæleſtis *appellatur.* Tabiti, *nomen apud Scythas* Deæ Veſtæ *antiquiſſimum, quo pacto ab* Apidi *Ægyptiorum derivari potuerit. Ex binis vocibus Ægyptiacis* My Thro, *quarum altera* Cæleſtem ignem, *altera* fornacem, *ſive* ſedem *&* fontem ignis *deſignat,* Mithræ *nomen deductum putatur. Ex* Mithro *Ægyptio eſt* Mithres *Græcum, &* Mithra *Romanum; ut ex* Htho *pariter Ægyptio* Tha *Tibetanum,* equus. Methron, *ſeu* Mithron *ejuſdem ſignificationis cum* Mithro *Ægyptiaco apud Tibetanos detegitur.* Magnus Lama *Tibetanorum* Thron me, *& inverſo ordine ex ingenio linguæ* Methron, *inſigni titulo quaſi* Horus, Sol, *&* gemma *Cæli ſalutatur.* Thra *Indicum,* Sidus. *Ex* Miter *Germanico* Mithræ *nomen deduxit Golius.* Luna Mithra, *eadem, quæ* Artemis, Diana, *&* Venus *Perſica, Græcis, & Romanis eſt* Anaitis, *at Perſis* Nahid. Nahid *Perſica eſt* Neith *Ægyptia in Timæo Platonis.* Anaitidis *nomen & cultum a Perſis manaſſe ad Ægyptios ſuſpicatur Relandus. Relandi ſuſpicio improbatur.* Nait *vox Ægyptiaca quid ſignificet?* Nait clemens, *&* miſericors *Deus appellatur in verſ. Copt. S. Prophetæ Jonæ.* Nait *ſive* Neith *in urbe Sais Ægypti eadem quæ* Minerva *ac* Iſis. *In impia Religione Perſarum multa erant, teſte Relando, cum Ægyptiis communia.* 89

L. *Ægyptiorum Sacra in Indiis.* Dei *exiſtentiam Indi perpetuo cognoverunt. Brambanum teſtimonia de unius verique Dei exiſtentia in eorum legis libro* Vedam *nuncupato extant præclariſſima. Apud Indorum vetuſtiſſimos antequam in Idololatriam laberentur, Dei cognitio omnino pura, atque ſincera Eruditorum judicio fuiſſe creditur. Cur Indi in omnis turpiſſimæ ſuperſtitionis, & Idololatriæ genus corruerint, cauſſæ referuntur plures. In Deorum fabulis, eorumque* theogonia *fingenda Indi ſuperant quam longiſſime Græcos. In ſumma ſuperſtitionum, ac tenebrarum nocte unius veri Dei cognitione ſe identidem tangi, & excitari Brambanes profitentur. Deum licet probe cognitum nullo prorſus religionis ritu honorant Indi. Cur tam portentoſe inſaniant Brambanes; ut Deo vero neglecto fictitios tantummodo & falſos Deos colant, nullam probabilem cauſam adferunt, niſi pura puta ſomnia atque deliria. Deum ſummum nihil agere, ſed otio torpentem rerum omnium viſibilium creationem, totiuſque mundi gubernationem Diis minoribus reliquiſſe Brambanes ſomniant. Quia ignorant Brambanes quo pacto puriſſimus Spiritus in materiem agere poſſit niſi & ipſe materialis ſit; Deum in creatione rerum ſeſeipſum materialem feciſſe ſtultiſſime fingunt. Ex Deo materiali facto quanta errorum,*

rum, & turpitudinum ſeges. Litterati Indorum materialiſtæ Stoici, & licet ſecum ipſis pugnantes, Spinoſiſtæ. In Vedam, libro, ut Brambanes prædicant, plane divino, modo Deus dicitur ſubſtantia ſpiritalis, immenſa, & æterna: modo alius non agnoſcitur Deus, quam unus aer. Dei ipſius ſubſtantiam animam hominum, beſtiarum, rerum denique omnium creatarum Brambanes faciunt, ducti auctoritate Vedam. Ingens apud Indos ſectarum numerus, unde? 93

LI. Quædam Deorum Trinitas principem locum tenet in Religione Indorum. Paraſachti Deorum Mater, quid? Paraſachti idem videtur ac prima lux, ſive flamma a Deo inviſibili manans. Sathi aut Sachti Ægypt. flamma. Paraſachti ſe & filios duos combuſſit. Si eſt Dei voluntas quomodo ab Ægyptiis Sach-ti appellari potuerit. Inſignia Paraſachti arcus, ſagitta, enſis, & liber. Parachatti appellat P. Buchettus, & ſupremam potentiam interpretatur. Parachatti aptius exponeretur prima mens a Deo emanans. Cati Ægyptiace mens, & intellectus. Verbo Brambanes multi tribuunt poteſtatem creandi; & mentis conceptum ore prolatum vocant Malaei Par-ka-tan. Parachatti eſt vox apud P. Buchettum Malabarica: Indoſtana vero Paraſakti, & Adiſakti.

LII. Bavani, Manza, Mamaja eadem ac Paraſakti. Sakti non fœminam, ſed maſculum credunt Indi Sectarii, quos Tſchecteas ſive Sekteas dicunt. Indorum ſecta, quæ unam Paraſakti pro Summo veroque Deo colendam prædicat. Dii tres Paraſakti Filii Bruma, Vixnu, Rutrem; variaque apud Indos eorum nomina pronunciandi ratio. Indoſtana nomina: Bramha, Viſcnu, Iſuoren. Tſchiven, ſeu Sciven Idolum Pentacephalon quid? Birouma Malabaricum idem ac Brama ab Ægyptiaco Piromi derivatum conjicitur. Piromi eſt Ægyptiace homo. Idem eſt Pirimiia, ſeu Pirimijaa in Inſula Ceylon. Brama Samſcretica lingua Brambanum hominem ſonat. Bramæ effigies homo. Statua Androgyni in Indis ab hæretico Bardeſane viſa, & a Porphyrio deſcripta. In Indico Androgyno Sol, Luna, cœleſtia, ac terreſtria omnia. Ad exemplar ſtatuæ Indicæ, auctore Bardeſane, mundum a Dei Filio conditum Indigenæ illi commentabantur. De homine ſecundo ad exemplum Primi condito vetuſtiſſima hæreticorum fabula. In Templo Hagræ ſimulacrum Bramhæ. Idola Sinenſium, & Indorum, teſte Hydio, integræ ſæpe Rupes, præſertim ſi pyramidis figuram imitarentur. Surc'h-But, & C'hing-But immanes Idolorum ſtatuæ. Wod, & Sovva Idola, quæ? Birouma dictus etiam Bromha, potuit eſſe Bacchus. Bromos, & Bromios Bacchi epitheta Biroumæ, atque adeo Bramæ Indico quam ſimillima. Ut Bacchus Malaice Urens, ſic Cromos, interprete Euſtathio, eſt flamma, aer ſpirans, & ventus. Broumos Romanorum Bacchus, idem fere ac Indicum Brouma. Bacchi, & Brumæ generatio ſimilis. 97

LIV. Brambanes originem ſuam ſe traxiſſe jactabant ex capite, aut certe ex ore Bramhæ. Bramban antiquiſſimus Dandamis ſe Jovis Filium dixit æque ac Alexander M. De Bramha agitur ante tempora Alex. M., & unde nomen acceperit, inveſtigatur. Brehi Ægyptiaca materiem bituminoſam denotans, una eſſe potuit ex vocibus componentibus nomen Bramhæ. Brehi, ex Script. Sacr. verſionibus inter ſe comparatis, ſignificat bitumen, & lutum. Brehi, & Chomer, materia prima Talmudiſtarum idem. Am, & Amon ſpiritus. He, aut Ha Ægyptiace principium. Breh-am-ha collectæ voces Bramha nomen compoſuiſſe putantur. Bram-ha a duabus Ægyptiacis Breh-mah fieri quoque potuiſſe conceditur. Ebullitionis, efflореſcentiæ, & creationis ſpiritum principem, ac ſi vis potentem interpretamur Bramha. Brehi cum Græcis, & Talmudicis ejuſdem naturæ vocibus comparata magis illuſtratur. Mundus Briaticus Cabbaliſtarum, mundus materialis. Braſmos Valentinianorum æſtus Matris Achamoth. Prima Mundi creati principia Brehi. 102

LV. Mundum ætatis primæ quomodo creaverit Deus ex fabulis Indorum Banianenſium. Porus, & Parcutea, mas, & fœmina, primi hominum Parentes a Banianenſibus dicti. Porus Ægyptiacæ Pouro affinis: at Purus Nekpallenſium, Perſona. Inter quatuor Pori filios Primogenitus Brammon. Uxores Filiorum Pori, Mulieres quatuor in IV. Mundi partibus a Deo creatæ. Mundo ætates IV. tribuunt Indi omnes. Banianenſium fabulæ de prima Mundi creatione ex corruptis fontibus Traditionis, & Fidei noſtræ Sanctiſſimæ. Mundi, & rerum omnium ætatis primæ deſtructio per univerſale diluvium. Mundi, ac perfectiorum rerum ætatis ſecundæ nova creatio. Bremaw omnium Princeps, Wiſteney, & Ruddery e terra dei verbo, atque imperio producti. Bremaw creator Mundi ætatis ſecundæ. Bremaw Mundum creaturus, quaſi fœmina pariens, mirum in modum tumefactus diſtenditur, finditur demum, & gemellos enititur Ceterupa, & Manow. Exponitur Ceterupa figura, ſeu forma ſtellæ: & Manow luminoſus, & ſplendens. Ex lumine, & fulgore rationis dictus creditur homo Manuſia: uti & a luce lapis Mani apud Indos. Cum partu Bremaw comparatur Symbolum Ægyptiacum Mulieris prægnantis. Banianenſium, & Brambanum opinio de Mundi Creatore quam impia. Cum natura creata confundere videntur Brambanes Creatorem; quod non fecerunt Ægyptii. Brambanes ſe eſſe dictitant eandem ipſam ſubſtantiam, & naturam Bramhæ. In Ente ſupremo ante creationem rerum ſexus duos inter ſe conjunctos vere contineri; ſed in creationis exordio ſeparari, Indorum opinio eſt undique impia & portentoſa. De Mundi creationis exordio fabula

Nekpallenſis. Chaos, & Nharen duo rerum omnium principia. Nharen ſemen mundi centro Loti incluſum, & ſupernatans aquis augetur, immenſum in Orbem explicatur, ſcinditur in partes duas. Bramha ex Orbis ſeu Ovi centro editus quomodo continentes ſeptem, totidemque Cælos ex ſectis Ovi partibus, tunicisque formarit. Semen Mundi apud Malabares, & Coromandelenſes, Ixoretta: eadem quæ Bavani Nekpallenſium. Malabarum, & Nekpallenſium opinio de creationis principiis, in quo differat? Ixoretta in ſummitate funiculi Orbes omnes conditos conjungentis. Figura trianguli cum orbiculo prominenti, quæ in prima Mundi creatione e vertice montis apparuit, quid repræſentet? Bramha Malabarum flamma, & aer. Bramha Indicus æther omnia adſtringens, & Jupiter ipſe. Jupiter transformatus in Cygnum. Octava Metamorphoſis Jovis ex Nonni Dionyſiacis. Clementis Alex. ironia in Cygnum, & Jovem. Bramhæ transformatio in Cygnum eadem quæ Jovis. Vectores Bramhæ Cygnus, Ampſa aut Anſer. Anſer Soli, Priapo, Junoni, & Iſidi ſacer. Metempſychoſis, ſeu transformatio ſecunda Bramhæ in Cervum. Bramha in Eſwaram ſuperbus, & inſolens. Ira percitus Eſwara unum ex quinque capitibus Bramhæ abſcindit. Bramha compoſitis hymnis demulcet Eſwaram, eumque placat. Bramha decollatus, ac mutilus, quam impotens, ac ridiculus Deus rerum omnium Creator. 105

LVI. Bramhæ transformatio in Cygnum ex hymnis, & cantu ab eo primum inventis, profecta. Cygnus in ſacris Ægyptiorum Muſici ſenis ſymbolum. Non licet Bramhanibus verba libri Vedam ore proferre, niſi cantando. Cervi, & Tauri cantu delectantur, & ſono. Bramha non tam cantus, quam belluinæ libidinis cauſa animavit corpus Cervi. Viſtnu, & Eſwaræ non opus eſſe fœminarum miniſterio ad liberos procreandos, Indi profitentur. Bramha ſub forma Cervi inceſti flagitium cum Filia committit. Ut Jupiter Matrem Cererem, & Filiam Proſerpinam, ſic Bramha Matrem, & Filiam gemino inceſto polluit. Cervi Iſidi, Dianæ, Lunæ, Apollini, Oſiridi, adeoque Baccho, ac Soli ſacri. 111

LVII. Bramha innumeras induit formas. Ut Sol, ita & Bramha, in materia Jupiter. Jupiter, Bramha τὰ πάντα omnia. Brahaſpati, aut Brehaſpeti apud Indos Sidus Jovis, Brahaſpati-Val, ſive Brahaſpeti-Varam dies Jovis. Effigies Brahaſpeti dextera coronam precatoriæ ſimilem, ſiniſtra librum gerit. Fortunæ numen Jupiter Indicus. Dea ſcientiarum una cum Brahaſpati eodem die colitur. Saraſvoti, Mangiuſuori Dea & ipſa Tibetanorum, eædem, quæ Bavani, & Bramhani Conjux, & adjutrix Bramhæ in creatione Mundi. Bramha, & Jupiter Brahaſpeti, idem. Coronæ & libri Symbola explicantur. Panjangam liber a Brahaſpeti ſcriptus, quid? Brahaſpeti nomen quibus ex Ægyptiis vocibus componi potuit. Brehi-ſpiete Ægyptiace exponitur Orbis, rota, aut currus vitæ. Currus Jovis, & Imago Solis in Proceſſionibus militaribus Perſarum. Brahi Dea Nekpallenſium nigro Tauro inſidens, ita forte vocatur ex Brehi juvencum apud Ægyptios ſignificante. Cur Bramhanes Bramham non æque ac Brahaſpeti hodie colant? Quo conſilio Bramhanes uti naturam ipſam, ſic & detractos Bramhæ honores ſibi arrogaverint. Nulla forte ab initio extitit apud Indos Imago Bramhæ: Cur? Forma hominis Jovi Indico tributa cauſa fuiſſe conjicitur, cur alii hominem, alii ſcientiam Bramhæ nomen interpretentur. Ad intellectum, memoriam, potentiam, & artem demonſtrandam Ægyptii Hierophantæ pingebant hominem. Intellectus opifex abditas rerum cauſas, atque potentiam in lucem proferens Amun ab Ægyptiis vocatus, idem ac Bramha. Bramha Priapus, Lingam dictus ab Indis. Bramha idem, ac Iſuren, Oſiris, & Serapis Jupiter. 113

LVIII. Bramha τετρακέφαλος idem, qui Mercurius, aut Janus Jupiter. Janus quatuor Mundi climata continens, quadriformis. Janus Mundus: Annus: Sol apud Gentiles. Bramha Indicus ut Oſiris, & Sol annis ſingulis moritur, & renaſcitur. Bramha quadrifrons Lingamis Indorum inſculptus. Lingamorum ſpectacula quam obſcena, & frequentia in Indiis. Tetractys, ſeu quaternarius numerus in Ægyptiorum, & Pythagoræorum myſteriis animæ fons, & naturæ principium. Pythagorici Sacramenti formula a Seldeno expoſita. Pythagoræis tantundem erat per Tetractyn jurare ac per Creatorem Univerſi. Quatuor perennis naturæ radices, Quæ? Dii Ἐργάται operarii, Ammon, Hermes, aliique ex lapide quadrato ſeſe viſendos plerumque exhibebant. 117

LIX. Origo Bramhæ ex umbilico infantis, nempe Fratris Viſnu, arcanum, quod prima fronte videtur difficile captu: explicatur. Deum omnium Principem facit Viſnuitarum ſecta, Viſnu: Iſurenitarum Iſuren; indeque fit cur illi Bramham natum velint ex Viſnu: Iſti ex Quevelinga Gallice prolato, ſive ex Scevelingo Patre. Nharen Viſnuitis Viſnu, & Iſurenitis Iſuren, & Scevelinga. Viſnu, & Iſuren cum Ixoretta Malabarum ambo confuſi. Modo ex Viſnu aut Iſuren, modo ex una Matre Bavani, ſive ex Paraſachti natum faciunt Bramham inconſtantes Indi. Bramha ex Umbilico natus Jovis Ammonis formam præferre videtur. Ammon in Lybia ſub forma umbilici, ſeu pixidis nauticæ ex Hydio. Jovis Ammonis figura priſcis Ægyptiis erat etiam umbilicus, aut orbiculare quiddam, & ſphæricum, judice Kirchero. Sol Heliogabalus, ſive Elagabalus, Seldeno Deus rotundus:

dus:

dus: Jupiter circularis. Elagabali ſimulacrum ſaxum ab imo rotundum, & conicum. Bæthyli Phœnicum, & Mydros Græcorum Elagabali ſimulacro ſimiles. Lapides acuminati quam apti ad ignem, adeoque ad Solem, & Jovem repræſentandos. Nharen Viſnu, Sol: Mogolo-Tatarice Naran, ita forte dictus a Nar igne. Bramba Jupiter circularis. Sacrum Parama-Brumæ ſymbolum apud Indos littera O. Indi in puncto mortis, ſi litteram O pronunciaverint, recta in Cœlum feruntur: ſuperſtitionis, & inſaniæ portentum. Circulus cum Triangulo inſcripto Supremæ Divinitatis Imago apud La-Croz. De Supremæ Divinitatis Imaginibus ſine ullo prorſus honore apud Indos frequentatis La-Crozii teſtimonium fallax. In ſacris Indorum Bætylis, Viſnu, & Bramhæ, Solis ſcilicet, & Jovis ignei cultus detegitur. Behram Jupiter Perſarum Martialis, Mars ipſe. Bramha quorumdam opinione Pythagoras. Mercurius Triſmegiſtus: Xaca: Et Xe-Chia Sinenſium. Bramhæ nomen priſcæ Cimbrorum Genti in Britania cognitum ſuſpicantur Gale, & Keyslerus. Bramhæ pro Tramæ in Cimbrio lapide a Seldeno edito, Gale, & Keysleri incertiſſima lectio. 118

LX. Mundi Conſervator Viſnu Malabarum, & Indoſtanorum dialecto Viſcnu, & Biſcna. Viſnu, La-Crozius Perſarum Numen exiſtimavit. Vihishtùsh, ſeu Vihishtushiush ultimum ex Hydio inter quinque adjectitios dies anni intercalaris Perſarum, Angelum, ſive Deum Viſnu nullo jure interpretatur La-Crozius. Cum Æyptiorum Epagomenis comparat Hyd. dies quinque adjectitios Perſarum. Vihishtush, & Vihishtushiush nomina Ægyptiacis affinia, quid ſignificare queant, diſquiritur. Exponitur Vihishthush, & Vihishtushiush aut Solemnitas illa maxima, aut finis ſolemnitatis ejus, quæ Miſcthe in S. libro Heſter, Yeshte a Perſis, & Sacea a Babyloniis appellabatur. Ultimus Epagomenarum dies apud Ægyptios ſacer erat Nephthy, quæ poſtremo loco nata finis, & extremitas explicabatur. Biſcna, aut Biſcnu Indos ab Ægyptiis accepiſſe conjicitur. Piſcne Ægyptiorum ſermone Sagena, & Rete in libro S. Prophetæ noſtri Habacuch Chaldæorum Numen Sagena, Rete, adeoque Piſcne; unde? Piſcne a Diis forte reticulatis. Horus Ægyptiorum idem ac Apollo, Bacchus, & Priapus, Mundus reticulatus: Cur? Pueri ſeminudi ab Arnobio deriſi, forte reticulati. Piſcne Chaldæorum eſſe potuit Dictynna a Retibus dicta, eadem, quæ Atergatis Aſſyrior. Salambus Babylonior. Dea Syria, & Heliopolitana Derceto. Derceto e Mari rubro nomen quo pacto accipere potuit. Venus e Maris ſpuma delephat Ægyptiis delphav, aut delphat oxyrinchus piſcis. Oxyrinchus, Arab. Salaba Babyloniis Salambo, Oſiridis ſinus, & Iſis ipſa: cur? Fabulam Deæ in piſcem converſæ ab Ægyptiis primum adumbratam Gentes aliæ ſibi accomodarunt. Hecate, Salambo, Tithyrambo, Nephtys, & Thermutis eadem. Tithyrambo Bovis, ſive Tauri commotio. Athyr per aphæreſin Thyr Ægyptiorum Taurus. Tithyrambo exponi poteſt Bos foeta, aut Bos Spiritus aquæ. Venus, & Iſis Vitula Marina, Thermutis, aut Thyrmutis, Bonjurio, Bos mortis, eadem, ac Merris. Thyrmutis exponitur non inepte Iſis Bos Oſiridem Taurum deflens, & invocans. Hecate Marinæ prædæ Domina in Heſiodo. Atergatis pars dimidia corporis, aut facie tenus, Mulier, pars reliqua Piſcis. Piſcis, quo veluti incluſa tenebatur Dea Atergatis, ſacculi fortaſſe, & Sagenæ ſpeciem referebat. Sagena apud Heſych. quævis armatura, ac tegumentum omne. Σαγηνεύειν eidem Heſychio: quid? Chaldaicum Idolum ex vi prædandi gentes immani, Sagena. Sagena Perſæ circumvallabant Urbes. Αγρηνὸν Indumentum reticulatum Bacchantium. Veneris Tunica, quæ? Biſcnu Indicus Venus fortaſſe, & Iſis. Viſnu, ut Derceto, & Atergatis transformatur in Piſcem. Viſnu in Piſcem verſi effigies. Viſnu τετραχεὶρ tenet manibus: Vedam: annulum: machæram: concham. Concha Venus in Cyprum delata. Conchæ Maris rubri nobiliſſimæ. Nerites, quæ? Vedam, Nepallenſium ſermone Bed, figurate acceptus idem forte ac Bedy. Bedy Phrygum, & Orphei Aqua: Macedonum, Aer. Ex Bedy Macedonico manare potuit Bed Indorum. Annulus; Gladius: Bella adverſus Dejttas. Caput hoſtis reciſum in effigie Viſnu, Iſidis, ac Veneris armatæ indicia. Velum, quod gerit Viſnu, forte ex Iſidis Peplo fictum. Vectores Viſnu duo: Garuda, & Anemonta: Garuda Accipiter, Vultur, aut Aquila. Anemonta Simius ſine maris operamatus. Accipiter, ſive mas, ſive fœmina, Aquila, Vultur: Simius apud Ægyptios, quibus diis ſacri. Viſnu utrumque ſexum Indos tribuiſſe conjicitur. Vulcanus, & Minerva gemini ſexus Dii. Viſnu in fœminam quandoque mutatus. Iſuren viſa fœmina Viſnu, ſeu Biſcna, natum ſibi illico puerum videt. Viſnu in Teſtudinem transformatus. Effigies Viſnu in Incarnatione, ut vocant, ſecunda T vi. de R. I. Rit. Viſnu e vertice Montis Merupa quomodo Teſtudinem ſub monte jacentem, adeoque ſeipſum in teſtudinem transformatum premere videatur. Simulacra Veneris, & dei Cupidinis pedibus prementium teſtudinem. Viſnu cum Ixoretta, & Bavani confuſus, ut Venus & Iſis, πολύμορφος. Somo Indicus, ſeu Som Nepallenſium Deus Lunus; ipſa ſcilicet Luna ex fœmina maſculus. Non unius Veneris, ſed etiam Mercurii indicia apparent in Viſnu. Quam multa ſint Ægyptiaca nomina, quibus omnia fere Indico Viſnu attributa percommode explicantur. Saſnaghi, Ægyptiace dens ſuſtentans, idem qui Viſnu, Aper dente ſuſtentans Terram: idem etiam qui Indicus Seſnagh, mille capitum ſerpens, montem Merupa cingens. Biſcna Incarnationum, ſeu

Meta-

Metamorphoſeon Deus latet in Ægyptiaco Piſcne, quod eſt adventus, & tranſmigratio. Viſnu Deus Conſervator ex Ægyptio Piſcanuſc idem ſignificante, deduci potuit. Voces Ægyptiacæ plures nni Indicæ Viſnu ſimiles, & affines, Mercurium quoque indicare videntur. 121

LXI. Amida Japonenſium, Anubis, ſeu Mercurius. Anubis Japonenſis effigies. Anubis Japonenſis Ægyptio ſimilis. Omyto, quandoque etiam nuncupatus Amida, ſi ex Emhiti Ægyptio veniat, Deum Septentrionis ſignificare poteſt. Namanda orationis formula, qua Japonenſes Amidam invocant, accedit ad Ægyptiacam: Nahmen: Salva nos. Amida nomen per Ægyptia Amitæ, aut Amiti expoſitum ſummam felicitatem, fortunam, aut lactantia ubera ſonat. Mercurius voluntatis ſuæ nutu ſe ſe mutat in fœminam. Amida fœminæ vultum oſtentans. Amida ſive Dei ſive Deæ Marinæ inſignia præfert. Amidæ ſimulacrum ad Maris Japonici littus erectum. Religionis cauſa ut ſe Amidæ, & aquis præfocandos devoveant Japonenſium Fanatici. Indi ſeſe ipſos necandos in Gangem fluvium dejiciunt tanquam diis Iſuren, aut Viſcnu devotos. Amidam Japonenſem cum Horo Ægyptio comparat Kircherus. Canon, ſeu Quamwon Numen alterum Japonenſium, idem eſt ac Amida, & Viſcnu Indicus tranſformatus in Piſcem. Canon mammoſus. Canon ex Kanovſi Ægyptio derivatum putatur. Quid ita? Kanovſi Ægypt. & Beni Arab. idem. Ex voce Pikanovſi, & Pikanu an Piſnu, adeoque Biſnu fieri potuerit? Canopus Ægyptiorum quamdam cum Canon Japonenſium affinitatem habet. Canopi ſimulacra, hydriæ: pueri reticulati: Hermæ. Canopus Horo ſimilis. Canuphis, ſeu Canopus aquam per ubera fundens nutricis naturæ ſymbolum. Canopus mammoſus, & reticulatus. Maris, & humidæ naturæ Numen Canopus. Nili nomen, teſte Abenephio, ab Ægyptiis tributum Canopo. Canopus mammoſus, & Iſis multimammea Kirchero idem eſſe videntur. Idem etiam Canopus, & Oſiris. Indicæ Imagines fœminæ Biſnoni, & Maris Biſcna ſimillimæ. Beni Margaritæ Neritis nomen, eſt Canovſi, & Veneri Marinæ commune. Ex Beni Venus, ejuſque etymon explicatur. Binos, ſeu Vinos, auctore Suida, Deæ Veneris nomen. Venus nomen derivatum ex Benoth juxta Seldenum, Schedium, alioſque. Succhot Benoth iv. Reg. xvii. 30. Tabernacula Filiarum iidem interpretantur. Sicca Venerea Africæ ex Succot-Benoth. Seldeni ſententiam Scriptores alii graviſſimi rejiciunt. Succot-Benoth Rabbini ſimulacrum Gallinæ cum pullis ſuis imaginantur. Succot-Benoth Kircher. Horias, Al-Tarieh Hori ac Tauri ſtatio, eadem ac Rabbinorum Gallina; aut certa aliqua congeries ſiderum. Succot-Benoth, tanquam proprium Idoli nomen in Græca, Syra, & Arabica verſione accipitur, ac retinetur. Sacæ Babyloniorum veſtigium in Syra, & Arabica verſione. Sochòt ex Sochis, ſpecies vitis: Bacchum Babyloniorum Deum Vitem nuncupatum, referre poteſt. Sochòs Curetum Pater, idem, ex veterum teſtimonio, ac Pater Corybantum, & Cabirorum unus. Dii Cabirii iv. Ceres, Proſerpina, Pluto, Camillus Miniſter, ſeu Mercurius. Mercurius ex Camillo ſeu Miniſtro Parens Cabirorum factus teſte Acuſilao apud Strabonem: Idemque Imbramus a Caribus appellatus. Seches Babyloniorum, Mercurii Sidus, affine Sochòs Curetum Patri. Mercurius Sol, Bacchus, Priapus. In Succhot Samaritanorum Babylone agentium conjicitur Phallus. 130

LXII. Suchin Samaritanorum Spinæ, & quicquid pungit, ac ſtimulat. Sucinos apud Heſych. Eunuchus; at Eunuchus calamus, truncus, & virga, Eunuchi ex Ariſtotele genus quoddam palmarum, ſeu Dactylorum. Sucha Hebr., quid? Sochein, & Sacein terere, ac pertundere, percolare, fœces per ſaccum tranſmittere: Inde forſan Saca, & Pertunda Dea omnis turpitudinis monſtrum. Sacan Heſychio, quid? Scok & Sok Ægyptiis ſculpere, atque etiam fodere. Hebraicæ, Syriacæ, & Arabicæ voces, unde Suchot emergere, & phallus in eo adumbrari potuit. Soki Ægyptiace culmen, & ſummitas. Such-Devo, cupidinis Deus in Indiis. Benoth idem, ac Venus. Venus vox peregrina Græcis, atque Latinis. Venus nomen a Beni, ſeu Veni Ægyptio Palmam marem, & fœminam denotante repetitur. Beni, ſive Palma apud Ægyptios Annum, & Iſidem repræſentabat. Bais Ægypt. Palma, & anima. Accipiter Dei, Solis, & animæ ſymbolum apud Ægyptios cur Baieth appellaretur, explicat Horapollo. Thauſtus alterum Accipitris nomen in eundem ferme ſenſum a Bonjurio exponitur in mſſ. Ægypt. Dynaſt. Palma Oſiridi & Iſidi ſacra. Ægyptiorum Teletarum corona ex Palmæ foliis ceu radiis texta ab Apulejo deſcribitur. Soleæ Iſidis ex foliis palmæ. Phialæ duæ Caryotæ, inter donaria Seleuci, & Antiochi Regum Apollini Mileſio oblata, quibus dicatæ Diis, & cur dictæ Caryotæ? Καρυωτὶ in fragmento Gr. Epigraphes a Cupero deſcripto, ſolitarie accipi poſſe videtur pro una Palma καρυωτῇ. Palma apud Idololatras quam multis, & myſticis rationibus Inſignis. Utilitates Palmæ Babyloniæ CCCLX. Inter varia Palmarum genera Margaridæ. Palmas Margaridas Plinii a Margaritis ſic dictas interpretamur. Uti Salmaſio dactylus, & paſtillus inſtar palmulæ eſt Arabicum Nateſ Margaritum purum, ita & Beni Ægyptiorum Palma dici potuit ex Arabica Beni Margarita. Ardoris anima, Veneris intellectus, aliaque id genus attributa Palmis, cauſam præbuere Gentilibus, cur eas Veneri, ceteriſque conjugalibus Diis conſecrarint. 136

LXIII. Benoth Venus eſt ita nuncupata ex Beni, ſeu Veni Palma & Margarita. Athenæa Minervæ, & Mulieri cuicunque commune nomen apud Athenienſes. Poſito Veneris nomine Beni, probabilis cauſa redditur, cur Arabes adire Sponſam Binaon dixerint, cur uxor Malæis Bini, cubile Græcis Byni, & mulier Bœotis Banna vocetur. Concluditur Succoth-Benoth Phallos eſſe & Veneres: nec tamen improbatur Interpres, qui pro iis intelligat vel pudenda quædam Veneris & Iſidis geſtamina, vel unius Veneris obſcena ſimulacra a Samaritanis Babylone culta. Succhot Ebr., Scenæ Græcis, atque Latinis, corpora quandoque ſignificat. Obſcena Deorum in propudioſa ſuperſtitione Indorum multifariam oſtenſa, & uſurpata. Canwon Japonicus, Beni Margarita, & Venus Pelagia. De Concha, Margarita, ac Venere e Maris ſinu educta, quid fabulentur Indi? Dii atque Deitæ conjunctis viribus Montem Someru ceu prelum verſantes aquas Maris quatiunt, indeque exprimunt xiv. genera rerum. i. Rupà. ij. Mani. iij. Kalp-birc. iv. Sorà. v. Bedanvantar. vi. Ciand. vij. Camendò. viij. Amrit. ix. Satrundgagg. x. Laccimi, Remayo, ſeu virgo Remban. xi. Maſtak-gorà. xij. Danuch. xiij. Sank. xiv. Mahur. Mahur venenum peſtilentiſſimum ab Iſuren potum mali ſymbolum. Malum ex impia Indorum opinione Dei ſubſtantiæ infeſtum. 139

LXIV. Japonicum Emblema creationis duplex: alterum eſt Ovum Tauri cornibus ſciſſum, alterum ab Indico parum differt. In quo Japonicum ab Indico differat. In quo Japonicum ab Indico differat. In Emblemate Japonico pro Monte Someru Truncus eſt magnæ arboris Teſtudinis dorſo inter aquas Maris inſiſtens. Truncus arboris Japonicæ ſimilis videtur Palmæ Ægyptiæ, aut Babylonicæ. E Trunco arboris materiam primigeniam ad rerum creationem eductam fingunt Theologi Japonenſes. Pulvinaria xij., quibus, in ſummitate arboris Deus creator, ut Viſnu Indicus in vertice Someru, inſidet, Ramos xij. Beni, ſeu Palmæ Ægyptiæ repræſentare videntur. Cyclo annorum xij. Tibetani æque ac Japonenſes utuntur. Sank in Tabula Canon Japonici, quid oſtendat? Sangh in nomine Dei Tibetanorum, num quid habeat ſimile Indico Sank dubitatur. Arbor ſymbolica Japonenſium idem ſignificat, quod Laccimi; virgo Remavo, Remban, Biſnoni, & Ixoretta Indorum. Maſtak-gorà Equus ἱπποκέφαλος vector Anubidis, ſeu Amidæ Japonici. Dea Palmaris Apuleii in 1. Metamorph. p. 116., Venus ſcilicet Terræ Mariſque Margarita Beni, ſeu Veni, Canuphi Ægyptius, Canon, Mercurius, Anubis, Amida Japonicus, Biſnoni, & Viſnu Indicus, nominibus plura, re tamen ipſa, ut Iſis & Oſiris, unum idemque ſunt Numen. Hecate, & Anubis Plutarcho idem. Mercurius Ægyptiorum Anubis, cur narrante Apulejo atram auream que faciem alternet, explicat Jablonſkius. Anni ſymbolum apud Ægyptios Palma: apud Sinenſes arbor cum foliis ex parte dimidia nigris, ex parte albis. Anubis, Attis, & Mithra ex auro ſolido. Auri Deus Mercurius. Anubim ſic dictum ex Ægyptia voce Ennub aureum deſignante, exiſtimat Jablonſkius. Anubis Japonicus Aureus. Anubis dici etiam potuit Amida quaſi Ameti, rodens: quid ita? Mercurii Avus Camiphis. In excerptis Damaſcii apud Photium Ægyptii in ignotis tenebris unum trinumque norunt rerum omnium principium. Hiraiſcus, & Aſclepiades principia duo rerum conditioni tribuunt juxta Ægyptiorum Theologiam: Quænam ea ſint? Camiphis Tres quomodo nati? Tertius Camiphis Hiraiſco juniori, Sol. 142

LXV. Kamiphis, interprete Jablonſkio, Dii Ægyptiæ Terræ Patroni. Kamiphis, opinione noſtra, Spiritus lucis atque fervoris. Chami, & Chemi ſeu Chimi Ægyptus. Cham niger & ardens. Kim Ægypt. fervor, & æſtus: Hemi calor. Chama Hebr. Sol. ... exponitur Arab. Kibla, ſeu Kebla: Auſter, Oriens, Meridies. Kibla effigies Jovis Lybici, & forte etiam Viſnu Indici umbilicus, Kibla Pyxis Nautica, Sinenſibus Kie-pon ex Hydio. Kibla Hydio Meridies. Acus Magneticæ uſus apud Sinenſes. Kibla Jovis Ammonis umbilicus, & Deus ipſe Navigiorum Rector, & Ductor. De Sabæis cur Zabios appellarint Arabes, Aſſemanni ſententia temere a Beauſobrio exagitata. Kibla ſeu Kebla Sabæorum Polus Arcticus. Ad Keblam verſi ter in die adorabant Solem. Keblos, Heſychio Auctore Κυνοκέφαλος Cynocephalus ob Canini capitis formam. Κυνοκέφαλος κῆτος Ketus Heſychii idem eſt ac Indicus Kietù ſive Ketù. Κῆτος in Heſychii textu ex Kietù Indico defendi poteſt. Κῆπος Animal ſimile Simiæ, idemque etiam Cynocephalus legit pro κῆτος Schrevelius ex Palm. & Salm. Kebla idem ſignificat quod κίβλος, κυνοκέφαλος Canis cuſtos, & Solis obſervator. Tertius Camiphi Ægyptiorum Mercurius Κίβλος. Kubel Indorum Deus Tutelaris Septemtrionis. Kubel vis genitalis, & Auctrix frugum Univerſæ Terræ. Kubel metallorum, & gemmarum Numen. Kubel murem ſiniſtra tenens, quid indicare poſſit? Apollo Smyntheus a muribus dictus. Mures Thebani a Diodoro deſcripti in parte inferiori ὁμόχθονοι. Baſudala uxor Kubel. Kubel cum Keblos, & Kebla comparatur. Kamis Dii Sintoſiſtarum Japonenſium. Kamis ex Kaempfero ſpiritus, ſeu animæ. Japonenſes originem ſuam Diis Genitoribus acceptam referunt. Dii Japonenſium ex prima agitatione Chaos editi, eandem præſeferunt originem, quam Kamiphis Ægyptiorum. Genealogia Deorum Japonenſium, quæ? Primi ordinis Dii Magni vij. cœlibes tres, Mariti quatuor Princeps Deorum vij., quis? Spina e ſinu Chaos motus, & transformationis capax, Anima, ſeu Spiritus Princeps evaſit.

Spina

Spina Chaos juxta fabulas Japonenſium idem quod Indorum Nahren, Bavani, ſtilla roris in calice loti, Ixoretta, filum ſemen Mundi, punctum in centro trianguli, ſurculus ex umbilico Viſnu, Lingam, Acus umbilici Ammonis: Suchòt Babyloniorum, calamus, virga, & id genus alia. Aculeus Solis, & Apex aculeatus ſupremi Creatoris apud Japonenſes, ſymbola ſeminis Mundi. Summus Creator Japonenſium, ut Indicus Viſnu, Niger. Kami principalis Sintoiſtarum ſubſtantia Solis. Amidæ ſtatuam Solis radiis ornatam e Sina in Japoniam, quo ſeculo fabulones divinitus convolaſſe prædicent. Kami Tenſio Dai Dſin a Sintoiſtis ſingulariter cultus, Terreſtrium Deorum Princeps, ſacrorum Regum, & Japonenſium Pater. Tenſio Dai Dſin cæleſtium radiorum fons, vita, anima, lux, & ſummus naturæ Moderator. Tenſio Dai Dſin, & Horus Ægyptiorum eundem locum tenent in claſſe Semideorum. Dai Butta Japonicus Kaempfero idem qui Bacchus apud Græcos: Vaccaſwara, Budda, & Viſnu apud Indos in ix. ſui Incarnatione ſub hominis forma viſus. Budha vocatur a Sinenſibus, & Japoniis Buds, & Siaka, hoc eſt Xaca: a Siamenſibus Sammona Khodum: a Peguanis Sammana Khutama: ab aliis Sommona Codam voce, ut conjicitur, ducta ab Ægyptia Sumani, vel Sumonas. Viſnu Indicus, Kamis, Kamiphi, Sommona Codam, Budda, & Xaca. 145

LXVI. Tertius Indorum Deus Iſuren idem ac Oſiris. Oſiris apud Euſebium, & Hellanicum Yſiris. Ut Yſian Plato pro Uſian, ſic Yſirin Ægyptii, & Græci, deinde Iſuren pro Uſcirin dixerunt Indi. Iſuren Deus Deſtructionis: cur? Iſuren ut Oſiris Ægyptius, Pluto, dator & recepter animorum, Deus mortis, & univerſorum Judex ab Indis Giam nuncupatus. Iſuren, Mahdeus a Nekpallenſibus vocatus, idem ac Lingam, ſeu Priapus. Geſta Iſuren venereis obſcenitatibus, & ſpurcitiis plena. Ægyptii & Græci Phalli turpitudo ab Indis Bramhanibus aucta. Phallus Nekpallenſium Paſupati quadruplicis coloris & formæ, ſymbolum conjunctionis librorum Atzalà cum libris Vedam. Atzalà libri iv. divinitus editi ex ore quadruplici Iſuren. Iſuren, ut Oſiris, humidæ naturæ Dominus, ſacrorum fluminum Bagmati, & Gangis Auctor. Aquæ Gangis piaculares. Ad lacum Iſuren, alias Nilcandò, in finibus Tibeti, Mogullenſium, aliorumque Populorum ex Indiis peregrinationes ſacræ. Nilcandò cubat in aquis, nigrum vultum, Tigridis pellem ad lumbos, aliaque ſibi propria inſignia ferens. Aquis lacus Nilcandò univerſa plane crimina expiari putant Indi eò peregrinantes. Interfectio Bovis Deicidium. Bavani, renata Parbati ex Patre Hem, & Matre Menò, uxor Iſuren, Dea aquarum. Hem Pater Parbati, Jupiter, Ammon, & Mons Hemal ita a Nekpallenſibus nuncupatus. Hamàl Orientalium, teſte Hydio, Agnus adultus, hoc eſt Aries ex veterum Chaldæorum, & Phœnicum Aſtronomia, inter xij. Zodiaci ſigna primum erat. Giamul ſeu Jamul Ægyptiis Aries, idem qui Arabice Hamal. Bavani prius dicta Sati Filia Dacc. Dacc tentans avertere Filiam a cultu Iſuren redarguitur impietatis. Princeps Docam loci ſcilicet, qui ſuper aera late fuſus, Sedes eſt Malignorum Spirituum. Chames ſpiritus malefici, Tibetanorum ſententia, qui? Carabuangciu nomen proprium Principis Docam. Carabuangciu jaculorum V. vibrator. Docia, jaculum luxuriæ, quo pacto reſpondeat τῷ Tſchocas, & idem eſſe poſſit Tſchokka nomen Iſuren Malabaricum. Kenkei uxor ſecunda Iſuren cum cauda Piſcis. Iſuren Sol, ut Oſiris. Iſuren ignis imperium tenet. Iſuren cur Rutren? Solem qui Typhonem, & Herculem dixerint apud Ægyptios. A Plutarcho reprehenduntur; ſed immerito. Sol ut Xaca ipſe Tibetanorum Typho. Inſignia præclara Iſuren Oculi tres, & Luna corniculata in ſummitate frontis. Oſiridis inſigne turpiſſimum, ex Pignorio, Teſtes oculati. Oculus Solis a Typhone deglutitus, & reſtitutus. Luna in fronte Iſuren Iſidis cum Oſiride conjunctionem oſtendit. Iſan Deum collocant Indi inter Orientem & Septentrionem. Iſan ab Iſi ita forte vocatus idem ac Mahdeus, & Iſuren. Ignis inter inſignia Iſuren præcipuum. Ex capillis Iſuren Puer repente natus, dictuſque Gialandar Gigas. Num idem ſit Vaſculum Iſuren, & poculum Oſiridis, dubitatur. Bove vehitur Iſuren. Bovis cultus in Indiis. Bovis occiſio deicidium. Cinis ex Vaccæ fimo ſacer. Eo cinere ſe conſecrant Indi Iſurenitæ: Viſnuitæ ſignis aliis, & notis minio impreſſis. Nekpallenſes quod Bubalos occidant & comedant, Schiſmatici, & impuri. Cervus in Imagine Iſuren apud La-Crozium indicat forte Iſuren eundem eſſe ac Bramham. Bavani Mater, Iſuren Pater univerſorum in Religione Bramhanum. Iſuren creatus ſimul & increatus. De Iſuren increato Bramhanis Vatis oraculum. Iſuren Lex Quadruplex: Lingam: Semen: Lumen Spiritus: eſſentia inviſibilis: Juſtus Judex: Immutabilis ſimul & mutabilis: multiformis: incomprehenſibilis: ne Diis quidem ipſis Bramhæ & Viſnu conſpicuus: motus: vita, conditor, conſervator, infinitus, & ſummus univerſorum proviſor. Iſurenum Bramhanes quanto altius ſupra creatarum rerum naturam verbis evehunt, tanto indignius deprimunt, ſecant, diſpertiunt, materiæ illigant, & coagmentant. Iſuren virtus maſculina, & omnium Deorum origo. Iſuren Indi variis coloribus pro munerum varietate pingunt. 151

LXVII. Bramha, Viſnu, Iſuren M. Alexandri ætate unum idemque Solis Numen. Soli Indico Monumentum ab Alexan. erectum. Sol ab Indis perpetuo cultus. In Opuſculo De Humanæ Vitæ œcono-

œconomia ex Tibetano Anglice primum, deinde Gallice, ac Italice demum edito Ferrar. ann. 1759. ne Sol adoretur, Bramhan, uti putatur, Auctor, præſcribit. Anglus, qui primum Opuſculum vertit, & evulgavit, quam ſuſpectæ fidei Editor. Ex indiculo præceptorum de Moralis, & Civilis vitæ Œconomia tributo Samtanputrà Principi Tibetanorum Magiſtro, opuſculi fingendi occaſio ſumi potuit. Samtanputrà in mſſ. ad Mare Caſpium inventis. Nec Confucius, nec Dandamis, nec alius quiſquam Bramhanum CHRISTO JESU vetuſtior, opuſculi auctor demonſtrari poteſt. Caotſou Sinenſis in judicio ferendo de Opuſculi antiquitate minime idoneus, ſed dubiæ fidei cenſor. Religionis cultus ab Indis Soli tributus, antiquiſſimus, & probatiſſimus. Templa dicata, & ſacrificia ab Indis oblata Soli, teſte Philoſtrato. Dii ad Solem relati, & ab Indis culti apud Clem. Alexandr., alioſque veterum. Solem & ignem quam religioſe, & ſancte per hæc tempora venerentur Indi. Solem Aſſirii Adad hoc eſt unum, interprete Macrobio, appellabant. Adad emendat Schedius Achad, aut Ahad, ſeu Chad, & Had. Had affine Sinicum It unum. Unus dicti Jupiter, Pluto, Sol, Dionyſus. 158

LXVIII. Duo ſimulacra Xacæ, ſeu Sciacchiæ Lhaſſam in Tibeto primum tranſlata a duabus Fœminis Nekpallenſi una Sinenſi altera, ambabus uxoribus Tzong-tzhenkhambo Regis Tibetanorum xxiv. Ramocè, & Laprang Templa duo duobus Xacæ ſimulacris erecta. Xaca quiſquis ille ſit, qui cognitus dicitur Sinenſibus & Tibetanis ſeculis fere x. ante CHRISTUM JESUM, diverſus eſt a Xaca in Sinas allato annis poſt CHRISTUM circiter LX. Xaca antiquior Iſis, Jupiter, Horus, Mercurius, Bacchus, Oſiris, Sol, Had, ſeu It, & Budda, ſive Pot Iit Tibetanorum lingua ſic appellatus, & Xekia, Virtus Cæli a Sinenſibus dictus. Deos facere didicerunt Indi Solitudinum incolas a Sideribus, & Planetis, quos per ætheris deſerta vagari dixerunt Poetæ Gentilium. Aſtrorum animi, Ethnicorum ſententia, contemplatores dicti. Karm-Sahumi ſeptem Capitum Filius a Mhadeo, ſeu Iſuren ad Arctum partus, & a vij. Contemplatoribus, a ſtellis ſcilicet vij. Urſæ Majoris altus, & educatus. 160

LXIX. Xaca recens num. 24. & 25. deſcriptus, ex officina Manichæorum profectus conjicitur. Manichæorum hæreſis in Indiis in Turkiſtania, in Tibeto, atque Sina, latiſſime propagata. Renaudotii, & Aſſemani teſtimonia. Impetitur a Calviniſta Beauſobrio Renaudotius. Defenditur Renaudotius. Indorum cultus cum Atheiſmo a ſecta Giù Kiào in Sina conjungitur. Idolorum cultum in ſecta Fò Kiào copulant Bonzii cum Manichæiſmo. Secta Fo Kiào Tibetanorum Religioni cognata. In monſtris ab hæreſi partis quam imprudenter & inſcite quærat Beauſobrius concinnitatem partium, & principiorum conſtantiam. Commixtio Chriſtianæ Religionis cum Paganorum ſuperſtitione ſemper monſtra gignit. Kurbanorum ritus tanquam ſuperſtitioſi nuper damnati. Chriſtiana Religio cum Paganorum ſuperſtitionibus commiſceri neſcit. Manes in Sina Cathaica ſive Tibetana, pingendi arte excellens. Facies, & lineamenta quædam Chriſtianæ Religionis Indorum, ac Tibetanorum Paganiſmo a Manete inducta. Manichæiſmus cum Paganiſmo Tibetanorum conciliatus detegitur. Oratio Liturgica Tibetanorum. Tibetanæ orationis exemplar apud La-Crozium Gabriel Mogulenſis ex Tibetana lingua orationem Ruſſice primum, ſed admodum inquinate tranſtulit. Orationis interpretatio alicubi ſuſpecta. Fragmenta quædam veteris Liturgiæ Tartarorum Chriſtianorum, qui forte Neſtoriani eſſent, viſa ſunt La-Crozio Tibetanæ orationi inſerta. Formulam orandi: Hommenipemeum P. Andrada omnium primus interpretatus eſt: Domine miſerere mei: eoque ſenſu in poſterum uſurpandam Lamis Tibetanis reliquit. Hommenipemeum judice P. Oratio Pinnabill. ſuperſtitioſa prorſus, & magica eſt Tibetanorum oratio. 162

LXX. Cenreſi Deus eſt, quem facit auctorem diſtributionis in Religione, oratio Tibetanorum. Cenreſi album florem Pemà in dextera tenet. Cur? Simulacrum Cenreſi Pyramis ex undecim humanis capitibus uni corporis Trunco inſiſtens. Caput in vertice Pyramidis poſitum deſcribitur Caput Dei. Hopamè primum eſt, & apex ſacræ Pyramidis Tibetanæ. Hopamè idem Tibetanis quod Infiniti ſplendores. Hopamè Tibetanorum idem ac Splenditenens Manichæorum. Manichæorum Splenditenens, Ponderator eſt, tenet capita elementorum, & mundum librat. In Hopamè Tibetanorum expreſſus cernitur Maximus Regnantium Rex, floreis coronis cinctus, & facie rutilante a Manichæis cultus, & a S. Auguſtino deſcriptus. Quam fallaciter & inique ad Orientales figuras & allegorias Calvinianus Beauſobrius trahere nitatur Splenditenentem Manichæorum. S. Auguſtinus unius veritatis amator paratiſſimus erat ad excipiendas Beauſobrianas interpretationes, ſi Manichæi voluiſſent. Manichæi ſine figurarum involucris Splenditenentem proprie accipi, & intelligi volebant. S. Aug. recitat aperta teſtimonia Manichæorum reſpuentium Beauſobrianas defenſiones tanquam minus proprias, & a mente ſua prorſus alienas. Doli, & fallaciæ Beauſobrianæ ut Calvinianus homo defenſis hæreticis SSmos Eccleſiæ Patres tanquam calumniatores traducat. Beauſobrius in Manichæorum dictis ibi maxime fingit allegorias, ubi apertius hæretici allegorias rejiciunt. Beauſobrii livor in S. Auguſtinum quam apertus, inſolens, & acerbus. Beauſobrius quanto honeſtius de Cantico amato-

rio

rio *Manichæorum ſenſit*, *tanto turpius*, *atque ſordidius de ſacro* Cantico canticorum *auſus eſt opinari*. *Beauſobrius*, *quiprius* Splenditenentem *Manichæorum* figurate *acceptum vel* aerem, *vel* aethera, *vel certe* Solem *definierat*, *mutata dein ſententia* Unum *ex* Æonibus *coram* Deo *aſſidentibus omni proculdubio conſtituit*. *Beauſobrius refellitur*, *&* *caſtigatur*. Splenditenens *Manichæorum Deo proximus eſſe nequit*, *quum*, *fatentibus Manichæis*, *ibi ſit*, *ubi diſperſæ inveniuntur* reliquiæ membrorum Dei. Splenditenens *Manichæorum ex D. Aug. putari poteſt &* Jeſus *patibilis*, *&* Atlas, *&* Rex honoris, Spiritus potens, *&* primus homo, *& alii id genus Dii plures ab iiſdem hæreticis excogitati*. Splenditenens *Manichaicus Deorum magis quam Angelorum ordinibus accenſendus*. *Manichæos* Polytheiſmi *temere ab Aug. inſimulari effutit Beauſobrius*. *Unum Deum* verbis, re *plures*, *immo & innumerabiles Manichæi colebant*. *Unius Dei nomine Manichæi vocabant quicquid e Dei ſubſtantia emanaret*. *Duplex Emanationum genus* intra, *&* extra *Deum*, *purum putumque commentum eſt Beauſobrii falſo Manichæis tributum*. *Emanationes omnes* extra *Deum vocabant Manichæi Deum*, *Deoque* conſubſtantiales. Chriſtum *in Sole*, Spiritum Sanctum *in aere emanationes duas* extra *Deum Patrem*, *a Patre*, *& a ſeipſis mutuo ſeparatas*, *Deo Patri*, *ſibique* conſubſtantiales, *per ſummam impietatem conceptis verbis profitebantur Manichæi*. Solem, Lunam, Aera *Chriſto*, *ac Spiritui Sancto*: Regna *vero &* Terram lucidam *Deo Patri inhabitatori* conſubſtantiales *Manichæi pariter affirmabant*. *Emanatio* puri luminis *licet* extra Deum Patrem *prodiret*, eandem *Dei Patris* ſubſtantiam *in Manichæorum ſyſtemate ſolide retinebat*. *Emanatio Dei* extra Deum, ejuſque lucidam terram *in commixtionem veniens cum emanatione* terræ tenebroſæ, *erat ex deliriis Manichæorum*, *ipſiſſima* Dei ſubſtantia, *quæ ſecundum* accidentia *mutationem*, *corruptionemque ſubibat*. 165

LXXI. *Emanationes nullas* intra Deum manantes, *ſed omnes* extra Deum fluentes *docuit Manichæus*. *Emanationes* intra, *&* extra Regna *Dei a Manichæis agnitas Beauſobrius malitioſe convertit in emanationes* intra, *&* extra *Deum*. *Hypotheſis de Manichæorum emanationibus* intra *&* extra Deum *a Beauſobrio excogitata non vindicat ab impietate hæreticos diſſerte profitentes ipſas quoque emanationes* extra Deum *eſſe Deo* conſubſtantiales. *Emanationes* immanentes in Deo, *&* extra Deum fluentes *ab uno vel altero Theologorum* Orthodoxo ſenſu *explicatæ*, *nullo jure a Beauſobrio cum* Manichæorum emanationibus *comparantur*. *De confuſione*, *in quam S. Auguſtinum injeciſſet*, *Beauſobrii dictum inſania*, *& impudentia plenum*. *Angelos tanquam emanationes* divinæ ſubſtantiæ *a Propheta Moyſe in voce* Eſchdot *juxta Manichæorum ſententiam perſpicue agnitos*, *D. Auguſtino Beauſobrius objeciſſet*. *Beauſobrii animoſitas deridenda*. *Beauſobrius*, *&* *Richardus Simonius meris conjecturis ducti ex binis vocibus* Eſch Dat *unam fecerunt* Eſchdot. *Interpretes LXX*, *ut* Eſchdot, Eſch Dat *vertere potuerunt*, Angelos. *Voci* Eſchdot *Beauſobrius contra jus faſque omne unicum* Emanationum *ſenſum illigat*. Senſus *vocis* Aſchedot, *aut* Aſchdot, *V. doctiſſimo Marco Marino judice*, *omnino* incertus. Aſchdot *in numero plurium* caſtra Angelorum *in declivio*, *ac profuſione Montis deſignare poteſt*. Aſchdot *Deuter.* xxxiij. 2. *Salomoni Glaſſio idem ſunt ac* diſpoſitiones, *&* agmina Angelorum *Actor.* vij. 53. *Nomen* Eſchdot *pro* emanationibus *ſumtum non* effluvia, *ac* diffuſiones *ſubſtantiæ Dei*, *ſed res ſignificat manantes ab omnipotentia Dei per creationem*. *Beauſobrius vertens in eo Deuter. loco Eſchdot a dextris Dei effuſiones*, *&* emanationes ſubſtantiæ Dei, *Sacrum Textum aperte corrumpit*. *Manichæorum* Splenditenentem ſex vultus habentem *Beauſobrius ſacrilege aſſimilat* Cherubim *S. Ezechielis Prophetæ*. Sex vultus & ora Splenditenentis *non* figurate *accipi*, *ſed* ſimpliciter, *uti proponebantur*, *& credi*, *& honorari Manichæi jubebant*. *Beauſobrii impoſturæ* de ſextuplici vultu Splenditenentis *a Manichæis* figurate *intellecto*, *refutantur ex D. Auguſtino*, *& ex ſilentio Manichæorum*. *Manichæi crebro a S. Auguſtino moniti*, *ut ſi* figurate Splenditenentem, *& alia id genus monſtra intelligerent*, *aperte faterentur*, *& explicarent*, *neutrum unquam præſtare voluerunt*: *imo contra* figurate, *ſe loqui negarunt*. Splenditenens, *Manichæorum ſententia*, *Deus*. *Ex Manichæorum principiis cogitur Beauſobrius* Splenditenentem emanationem divinæ ſubſtantiæ inter Regna lucida *a Manichæis poſitam tanquam* Deum, *Deoque* conſubſtantialem *admittere*. Divinorum luminum culturam *ſancte tenet*, *& profitetur Fauſtus Manichæus*. *Quo pacto* Hopamè *Tibetanorum ad exemplum* Splenditenentis *Manichæorum fingi*, *& excudi quiverit*, *explicatur*. Hopamè φυσικῶς *idem ac* Cenreſi, Menippo *quoque dictus in T.* vi. De Rit. Tartar. *apud Script. Gall. Modi tres explicandi* xi. *capita* Cenreſi *Tibetani juxta fabulas Manichæorum*. *Primus eſt ſi conjungantur vultus* vi. Splenditenentis, *&* v. Splendores intelligentiis præditi, *tot habebimus a Manichæis capita*, *quot reſpondeant* Hendecacephalo Cenreſi *Tibetanorum*. *Secundus eſt*; *ſi* Maximum Regnantium ſceptrigerum, rutilantem facie: Demiurgum *vel Juſtum Judicem* Patrem magnitudinis quadriformem *ſex nempe vultus cum* quinque ſplendoribus *copulabimus*: *ſic etiam* Cenreſi *habebimus* Hendecacephalon. *Aditum ad tertium aperiunt* xij. Magni Dii *Manichæorum*. *Dii* xi. *ex Platone Ductores exercitus in partes undecim diſtributi*, *ſequen-*

ſequentiſque Jovem Principem Deorum Maximum. Ex xij. Magnis Diis Manichæorum qua ratione formari potuit Hendecacephalos Cenreſi. Mundus æternus & Paradiſus Hopamè qualis, & ubi ſitus. Ex Hopamè Dei natura componitur, & Deus apud Tibetanos eſt Hopamè. Hopamè dictus Sanghiè Concioà Prima Tibetanæ Trinitatis Perſona: Tertia juxta La-Crozium nuncupata Sanguya Conioc; eadem ſcilicet quæ Prima Sanghiè Concioà. Cianciub diſcipuli Hopamè. Alterum ex duobus capitibus Hopamè inſitum, & conglutinatum cervicibus Cenreſi. Plorat Cenreſi legem violatam: in deſperationem agitur: Caput illidet muro, illudque ſcinditur in partes xi. Ex ſciſſis partibus Capita xi. componit Hopamè, eaque agglutinat collo Cenreſi. Inter xi. Capita Cenreſi primum eſt Caput Hopamè. Caput Cenreſi ſciſſum idem fuiſſe videtur quod Caput Hopamè. Brachia ſex ab Hopamè addita Cenreſi. Inſignia Cenreſi Pemà, Arcus, Sagitta, Vas æneum, Corona precatoria ex chryſtallo aquea, Rota, digitus annularis inflexus liquore mirabili fluens, & mitigans ſupplicia Itarum. Capita Cenreſi quadruplici colorum ſpecie diſtincta. Caput ſecundum atrum, & trioculum. Rubri, albi, nigri, viridiſque coloris ſymbola. Præſtantiora ſymbola trium ſummorum Capitum, eorumque colorum. Dei Cenreſi, ut Dei Bramhæ natura in omnes rerum ſpecies diffuſa, diſpertita, atque converſa. Corona Capitis ſecundi nempe Cenreſi ex mortuorum calvariis. Sapientia Magica tributa Cenreſi. Cenreſi Amenti Ægyptius, Deus Pluto, Oſiris, Juſtus Judex Manichæorum ita dictus in Anathem. apud Coteler. Cenreſi pœnarum in inferis diſtributor Scingeciòghiel appellatur. Cenreſi ornamenta viij. Cenreſi indumenta. Pallium Cenreſi viride, forma, & amplitudine ei ſimile, quo viri ac mulieres ſacri Tibetanorum utuntur. Cenreſi indumenta conſperſa floribus. Cenreſi maſculus ſimul & fœmina. Thronus Cenreſi Lotos albi coloris. Capita xi. Cenreſi, ut Numina, ſeu ſecula Manichæorum, conveſtita floribus. Hopamè inviſibilis Tibetanorum perinde atque Dei Majeſtas ex Cabaliſtarum ſomniis, collocatur in Occidente. Hopamè Viſibilis in Hendecacephalo ſimulacro Tibetanorum reſpondere putatur Patri Maximo Manichæorum. Reliqui Dii x. conjuncti cum duobus aliis Giam Jang, Cihana Torcèh, dant Deos Magnos xij. Manichæorum flores jactantes in faciem Hopamè Patris Maximi Tibetanorum. 170

LXXII. Hopamè Viſibilis, & Cenreſi, iidem ac Pater Maximus, & Splenditenens Manichæorum. Sic Cenreſi, ſeu Hopamè Viſibilis Tibetanorum plangit Legem Dei oppreſſam, ac diſſipatam, ut plangit membra Dei diſſipata Splenditenens Manichæorum. Legem, & membra Dei diſſipata & inquinata plangere, ex Tibetanorum ſententia, idem. Lex, Legis Liber, & Deus, apud Tibetanos & Indos, unum idemque ſunt. Quam infeliciter Beauſobrius ab Idololatriæ ſordibus Manichæos purget, atque defendat. Abſque ſimulacris, Deorum phantaſmata Manichæi religioſe colebant. Manichæi favebant ſimulacris Gentilium. Quam facile fuerit Manichæis errores Sectæ ad Paganiſmum proclivis, cum Idololatria Gentium in Tibeto conjungere. 178

LXXIII. Oeconomus Stellarum, & Gubernatores potentes decem partium cæleſtium generum in Tibetana oratione commemorati, per xi. illa capita Cenreſi repræſentari putantur. Tibetani nullos hodie Cælos agnoſcunt: Quod nos Cælum, Vacuum Tibetani appellant. Tibetani veteres in recitato orationis fragmento Cælos x., ut Manichæi ſtatuere videntur. Cælos x. a Valentinianis, & Marcoſiis hæreticis magis, quam a Pythagoræis, quod Beauſobrius voluit, Manichæos accepiſſe credimus. 179

LXXIV. Quæ de Deo auctore diſtributionis in Religione: de Vaſe pretioſo, & Mari: de quatuor partibus radicis primigeniæ: de octo dilectis filiis, deque locis ſexdecim in oratione Tibetanorum propoſita ſunt, inveſtigantur. De Mundi Viſibilis origine Tibetanorum opinio. Ante Mundum Viſibilem Mundi alii innumerabiles, ſeſeipſis extantes, æterni, ſed non omnes iidem ſemper perſeveraturi. Soli Mundo Dei Hopamè æternitatem principio ac fine carentem tribuunt Tibetani. Lahæ animique æterni. Lege Mundi aliquot deſtituti. Lex & ipſa coæterna Mundis. Lahæ peccantes in Mundis, ubi regnat Lex, vi Fati devolvuntur in mundos deſtitutos Lege; & viciſſim. Mundi innumerabiles ex innumerabilibus Diis juxta S. Iren. ſententiam. Manichæi mundum intelligibilem æternum putarunt. In Mundo intelligibili & æterno beata, innumerabilia ſecula, Regna ſplendidiſſima, agmina Deorum, & alia id genus Manichæorum figmenta. Secula, & Regna innumerabilia Manichæorum eadem forte ſunt ac Mundi innumerabiles Tibetanorum. Mundi innumerabiles ab Epicuro quoque, & ab Atheis poſiti. Mundi Tibetanorum deſtituti Lege, aſſimilandi ſunt vel infinitæ inanitati ſupra terram tenebroſam, vel Terræ ipſi tenebroſæ Manichæorum. 180

LXXV. Supra ſpatium poſtremo occupatum a mundo Viſibili ſita erant ab omni ævo loca xvi. a Lahis corpore indutis frequentata. I., & omnium inferior Chaden. ij. Brul ca. iij. Gen Brul Vangce. iv. v. Zang bene ſgi. vi. vij. viij. Ho Scel. ix. Ze Me Ho. x. Chie ciung. xi. Ze me chie. xij. Mi ceva. xiij. Mi Tungva. xiv. Scindu tova. xv. Chia Nom Nang va. xvi. Hua Min. Stationes, ſeu loca iv. eminentiora a Lahis corpore exutis inhabitata. I. Nam ca taje chiece. ij. Nam ſce taje chiece. iij. Ci jang me be chiece. iv. Duſce me min chij chiece. xvi. item inferorum

ferorum loca ſtatuunt Tibetani: Octo, ubi ignis, & Octo, ubi gelu ſupplicia vigent: Jang ſci Jang ſo: & Narmè loci duo inferorum inſignes, xvi. ſuperioribus additi. Loca inferorum unicuique mundo coæva. Nemo in inferis ſine aliqua corporis ſpecie torquetur. Supplicia Narmè infinitæ propemodum durationis. Addicti ſuppliciis Narmè, eo pereunte in Mundi Viſibilis deſtructione, migrabunt in alios Narmè inviſibiles, æternos, & increatos. 182

LXXVI. Cauſa & origo Mundi Viſibilis, Fatum. Ex Fato primum Ventus, ex Vento Nubes, ex his immenſa aquarum copia. Ex Aquis, & Aere craſſiſſimo aquas undeque ſuſtentante, Mare primigenium. Ventus a Fato iterum excitatus Mare totum æſtu ac tempeſtate invertit. Hinc auri ſpuma, & fundus Maris Terra auri. Ventus turbineus tertio commotus ex fluctibus æſtuantibus, mireque tumidis atomos elicit quintuplicis ſpeciei, terreas, aureas, chryſtallinas, Paimaraceas, Bedruhriacas. Ex terreis atomis iv. Mundi Partes, & Inſulæ, ſeu continentes octo. Ex atomis aureis, chryſtallinis, Paimaraceis, & Bedruriacis, Mons Ri Kjiel in medio mari. Mons Ri Kjiel idem ac Someru Indorum, & Truncus arboris creationis Japonenſium. Mons Ri Kjiel montibus ſeptem cingitur, totidemque maribus. Montium nomina Muchiun Zin, Nambaredu, Tanari, Tanatu, Scioldazin, Seng teng, Gnia ſcing zin. Ab his præter Mare ſalſum ſex reliqua Maria nomen accipiunt. Ad auſtrum Righiel portentoſiſſima arbor, dicta Tibetice Zampuh, Indice Giamun. Fructus arboris Zampuh alimentum Laharum. Quatuor ſacrorum Fluminum origo ex ſaxis iv. hærentibus caudici arboris Zampuh. Saxorum iv. forma. Schema Mundi Tibetanum in quo præſertim ab Indico differat. Indica figura Telluris, Marium, & Montium Elipſin: Tibetana Telluris circularis eſt, Marium & Montium quadrangularis. Elementa v. Tibetanorum in Mundo Viſibili. Elementa Manichæorum quinque bona, & quinque mala. Ferrum unum ex Elementis Tibetanorum forte Ventus. Virtus Venti ſuſtentatrix Telluris, eadem quæ Omophorus Manichæorum. Ordo, materies, & nomina Marium in Indico ſchemate. Mare dulce Indorum conterminum Vacuo Sunn. 184

LXXVII. Primi terrarum habitatores Lahæ a Fato deorſum immiſſi. Lahæ terreſtria corpora, quæ nec viri nec mulieris naturam haberent, induerunt. Laharum corpora ſplendidiſſima Mundum Univerſum ſiderum loco illuminabant. Corpora Laharum per ſe viventia αὐτόζωα, nullius indiga cibi. Corpora Laharum deguſtato Terræ fructu atra ſtatim & tenebroſa. Ad fugandas tenebras Sol, Luna, Sidera omnia e Mari oriuntur. Sol Tibetanis dictus Me ſcel le trupba, chryſtalli ignei ſubſtantia. Orbis Solaris diameter leucarum LI. Lahæ in Sole terram illam colunt, ſerunt, metunt, veſcuntur, bibunt, moriuntur tandem poſt multa ſecula, & alio migrant. Luna Cihù ſcel le Trupba chryſtallus naturæ aqueæ. Lumen Solis & Lunæ a Lahis habitatoribus. Lunæ diameter leucarum L. Orbis Solis & Lunæ perfecte ſphæricus curru vehitur. De natura aliorum Siderum Tibetani eadem fere ſentiunt. Eclypſeon cauſa Tracehn, monſtra in parte ſuperiori Viri, in inferiori Dracones. Eclipſes acurate prædicunt Aſtrologi Tibetani. Mundi ſyſtema quamvis falſum & fabuloſum nihil impedit quin Philoſophi Tibetani obſervationes plures aſtronomicas rite peragant, ſibique aſtronomorum nomen & opinionem concilient. Unum Manetem Aſtrologum præ Catholicis omnibus de figura Telluris, deque Antipodis recte ſenſiſſe, Beauſobrii judicium exſecrabile. Beauſobrii procacitas refutatur. Tam nec Antipodas unquam novit Manes, quam non Indi norunt, nec Tibetani Aſtrologi. Ex Orbe, quem quis ſphæricum dixerit, ineptiſſime Beauſobrius argumentatur Antipodas. Mechanicus homo, ſic dictus Coſmæ Indopleuſti; Beauſobrio vero Mathematicus & Aſtronomus Manes in ſphærica illa telluris figura adumbranda Indis fortaſſe ac Tibetanis præluxit. Argumenta duo, quibus probare nititur Beauſobrius Antipodas agnoviſſe Manetem, infirma prorſus atque futilia. I. Mundos alios, quibus juxta Manetem Sol & Luna Mundo noſtro Occidentes, oriuntur, temere, ac doloſe vertit Beauſobrius, in Hemiſphærium inferius. Non Hemiſphærium inferius, quod Mundus alter explicari queat, ſed Mundos alios, eoſque plures una cum Tibetanis fabulatoribus admiſit Manes apud Tyrbon. in Act. Archel. Manes, ut Indi & Tibetani, ſomniaſſe videtur Mundos alios, in quos Sol, Luna, & Sidera omnia aditura ſint poſtquam ab hoc Mundo noſtro jam deſtructo receſſerint. Creatio, apparitio, & ortus Solis Beauſobrio idem. Mundos alios ita potuit intelligere Manes Terras ſeu continentes octo tum Indorum tum Tibetanorum, ut quum Sol & Luna modo poſtica, modo antica Someru, aut Righiel circumeunt, occidant uni, & oriantur aliis. Brambanes Soles xij. numerantes, oſtendunt non Hemiſphærium inferius, ſed Mundos alios plane ſolidos eſſe, in quos ſinguli Soles abſoluto menſtruo curſu excedant. Manes, qui de figura Solis portentoſa docuit, non potuit de figura terræ cogitare meliora. Solis lucem ad nos emitti per triangulam Cæli feneſtram Manichæorum figmentum. Triangula feneſtra Cæli, Beauſobrio interprete, Triangulum eſt Solis curſum deſignans inter duo Tropica. Duæ lineæ ductæ a puncto æquinoctio ad duo puncta ſolſtitialia, triangulum efficiunt Aſtronomicum, & Manichaicum. Triangulum Solis a Manichæis excogitatum non ex Aſtronomicis rationibus, ſed e ſordidiſſimæ ſuperſtitionis ſinu derivatum eſt. Trian-

gulum

gulum Beauſobrianum nihil habet commune cum Triangulo Solis Manichæorum. Trianguli Manichaici veſtigia apud Brambanes in Indiis inveſtiganda. Triangula ſacra Indorum, plura. Triangulum Deæ Bavani. Triangulum Bavani, ſive Deæ Telluris Luna vi. menſis Geſt ubique locorum in ſolo deſcribunt, & venerantur Indi. Folia octo floris Pemà, quid præſeferant? Quidve ſibi velint Initiales litteræ foliis iiſdem octo inſcriptæ? Deæ Gukieſuori Triangulum quam turpe ac portentoſum. In Triangulo Gukieſuori muliebria Bavani. Sacer Focus & Ara Sacrificiorum Triangulum. Triangulum, ſedes refugii Magnæ Matris Mamaja in univerſali deſtructione rerum. Ex officina Brambanum ſumenda eſt forma feneſtræ triangularis Solis. Illius pueris puellisque amatoribus a Manete accomodata. Figura, quam tribuit Manes Terræ lucidæ, ſeu Terræ Dei, mire turpis atque deformis. ij. Beauſobrii argumentum de Antipodis a Manichæo agnitis diſcutitur, & oppugnatur. Homines, qui habent, auctore Manete, radices infra, Beauſobrius interpretatur antipodas. Beauſobrius corrumpit textum Manetis a S. Epiphanio, & in Actis diſp. Archel. productum. Particulam κάτω infra, adnectit Beauſobrius voci ῥίζαι racines en bas, quæ apud S. Epiphanium, & in Act. Archel. conjungitur cum συναφθεῖσαι. Ex vitiato textu eam ſententiam Beauſobrius affingit Maneti, quam nec Manetis opinio, nec S. Epiphanii verba patiuntur. De radicibus hominum germana Manetis opinio. Radicibus hominum, non hominibus ipſis τὰ κάτω καὶ τὰ ἄνω, partes nempe inferiores, & ſuperiores Manes adſcripſit. Sectis a Principe Meſſore partibus imis radicum, peſtem in Mundo noſtro oriri Manes opinabatur. Preſſis & concuſſis ſummis capitibus radicum, terram quoque ejuſque Omophorum bajulum concuti, & contremiſcere ajebat Manes. 187

LXXIX. Pro radicibus ab ima ſuperficie Telluris noſtræ ad Sedem uſque Principis Meſſoris in Firmamento juxta Manetem protractis, finxit Beauſobrius radices ab inferiori antipodarum ad ſuperius Hemiſphærium noſtrum productas. Locum S. Epiphanii fallaciter vertit, & peſſime expoſuit Beauſobrius. In vocula deorſum Latini Interpretis Act. Archel. ludit operam Beauſobrius. Latinus Interpres homines eſſe dixit deorſum, comparans Telluris noſtræ habitatores cum Principe Meſſore in Firmamento ſedente. 196

LXXX. Ignorantiam, & errorem vulgi Chriſtianorum in figura Telluris deſcribenda communem facit Beauſobrius Univerſis Eccleſiæ Patribus. Beauſobrii temeritas, & palmaris falſitas caſtigatur. Inepta figura Telluris, quam Chriſtiani in Oriente plerique effinxerint, temere a Beauſobrio Occidentalibus, SS. Doctiſſimiſque Eccleſiæ PP., Catholicis denique omnibus tribuitur. Cardinalis Noriſius Patribus inſerendus, judice Magno Meldenſium Epiſcopo J. B. Boſſuetto in Ep. ad eumdem ſcripta, fulgidiſſimum Eccleſiæ lumen vocatur a Pontifice Max. Bened. XIV. S. Auguſtinum Terram dixiſſe non eſſe rotundam, Cenſorum quorundam criminatio, falſa. Præclara S Aug. teſtimonia de figura Terræ rotunda a Card. Noriſio proferuntur in Vindic. Auguſtinianis c. iv. §. 8. De Antipodis ſapienter dubitans Auguſtinus non negavit Antipodas. Auguſtinianæ Vindiciæ communes ſunt ceteris Eccleſiæ Patribus ad impoſturas Beauſobrii uno impetu refellendas. De metu injecto Scriptoribus Eccleſiaſticis, ne rotundam dicere auderent figuram telluris, novum eſt & inſanum Beauſobrii commentum. 197

LXXXI. Lahæ primæ ætatis homines nulla relicta prole moriuntur: in Mundos alios, aliaque corpora migrant. II. ætatis homines. Lahæ e ſuperioribus ſedibus, aliiſve Mundis in hunc noſtrum delapſi, alii hominum, alii animalium corpora induunt. Ex hominibus duo tantum; alter viri, alter mulieris naturam accipiunt. Longa præterierant ſecula priuſquam duo illi homines mas, & fœmina deſiderium prolis experirentur. Prolis deſiderium ex primis concupiſcentiæ ſtimulis. Mutui oculorum obtutus prima, eaque diuturnior humanæ generationis via. ij. generationis via leves oris riſus. iij. tactus. iv. oſcula. v. amplexus. v. συνουσία ſynuſia. Sexta generandi ratio apud Tibetanos a Deo Cenreſi, Deâque Kadroma, Praſrinpo & Praſrinmo Simio & Simia, adeoque ut apud Manichæos a Sacla ejuſque uxore, a dæmone ſcilicet, derivata eſt. De Nuptiis, de ſtatu cælibatus, de neceſſitate religioſæ vitæ, de natura, ſeu diabolo humani ſexus auctore, de primo homine diu ſibi temperante a procreatione prolis, germanæ ſunt Tibetanorum Lhamarum, & Manichæorum ſententiæ. Adamiticæ continentiæ ſtatum ante concubitum, unde repetant Manichæi. Quinque priores generandi rationes tribuunt Tibetani Lahis in Regionibus Superioribus Dopekham. Dopekham Regnum concupiſcentiæ reſpondens Firmamento Manichæorum, complectitur Regiones Labarum ſex. Cur numerantes loca Labarum ante ortum Mundi viſibilis prætermiſerimus Tobprelva. Lahæ in Genprulvangce Filios generant oculorum obtutibus. In Brulca, riſu. In Kaden, tactis manibus. In Tobprelva, oſculis, & amplexibus. Concubitu in duobus inferioribus montis Righiel, hoc eſt in Sum-cihu-tzha-ſum, & Ghielcenſgi. Priores Humani generis Parentes Tibetani deducere videntur ex eo Laharum ordine, qui Filios concubitu procreant. Manichæis Adamum & Evam duos dixere abortivos fœtus Principum tenebrarum. De Principibus Tenebrarum crucifixis in Firmamento indigna, & ſacrilega fabula Manichæorum. Animam Primo homini diripiunt

Princi-

Principes tenebrarum: *& ita miſer a tenebris deorſum affligitur. Tyrbonis locus de homine primo* Parente, *ut eſt in latino Interpr. a Cl. Zaccagnio emendatur.* Anima *primi hominis Manichæorum, &* anima *Labarum Tibetanorum oppreſſa tenebris, eadem.* Spiritus vivens *Manichæorum fabricatur mundum tribuſque aliis virtutibus adjutricibus in altum evehit Principes tenebrarum,* crucique in Firmamento affigit: *ac demum* Firmamenti luminaria *creat. Principes tenebrarum ſurſum evecti, & Labæ obtenebrati in ſuperiores ſedes a Fato abducti, iidem.* Crucifixionem *Principum tenebrarum* Beauſobrius *tropum eſſe putat, quem Manichæi adhibere cœperint ad exemplum* Crucifixionis Domini. Crucifixio Principum tenebrarum *a Manichæis propagata in Indiis.* 199

LXXXII. Cruces, *&* Crucifixio *Regis* Indræ, Deique *cæli inferioris apud Indos Nekpallenſes quam celebres, atque ſolemnes. Princeps* tenebrarum, *&* Indra Crucifixus *in Firmamento omnino idem. Rex Montis* Someru *Indra, Gubernator* Orientis. *Indræ uxor* Saccidebi, Indrani, *ſeu* Bavani. *Mariti & Uxoris effigies; eorumque Inſignia.* Crucifixionis *cauſa alio licet fabularum velamine tecta, eadem eſt apud* Indos *&* Manichæos. Furtum Balauſtii, *aut Floris* Phocan *cauſa* crucifixionis Indræ. Furtum Indræ *comparatur cum* furto Principum tenebrarum. Balauſtium, *ſeu* Phocan *flos ab* Indra *raptus ſymbolum* animæ *raptæ a* Principibus *tenebrarum.* Gialanar *Ind. & Arab. Malum punicum* divino ſanguine *cretum, hujus flos* Balauſtium. Ketiſeo *Ægyptia vox* Balauſtium *deſignans apud Kirch. forte in mendo jacet.* Phocan *Indica vox græcæ* φῦκος, *aut* φακὸς *affinis conjicitur. In Indicis* Indræ *tortoribus adumbrantur* tortores Principis tenebrarum *a Manichæis excogitati. Ad Indos mittitur* Beauſobrius, *ut in* Indra Crucifixo *obſcenitates a Manichæis* ſancte *olim tributas* Principibus tenebrarum *oculis ſuis uſurpet. A Virtutibus lucis maſculorum fœminarumque formam indutis, maſculos & fœminas Gentis tenebrarum inflammari libidine, fides erat & prædicatio Manetis. Per membra Principum tenebrarum concupiſcentiæ æſtu laxata* Dei ſubſtantiam, *horribile dictu!* ſolvi, fugere, *a Deo iterum* ſuſcipi, purgari, *&* liberari *docebat* Manes. *S. Auguſtinum de obſcenitatibus adeo horrendis & impiis recitantem verba ipſa Manetis ex L.vij.* Theſauri, *falſis & ſuppoſititiis ſcriptis temere Maneti tributis, deceptum pronunciat Beauſobrius.* Beauſobrii *audacia viam aperit ad omnia veterum ſcripta pro libito rejicienda. Ex germano Syſtemate Manetis quo pacto conjiciat* Beauſobrius *falſa eſſe teſtimonia ex ejuſdem libris a S. Auguſtino integre fideliterque producta. Negare* Dei Filium natum partumque *ex Maria Virgine, & affirmare* Dei ſubſtantiam ſolvi, *&* exire *per membra laxata ſive maſculorum ſive fœminarum Gentis tenebrarum, duo eſſe judicat* Beauſobrius, *quæ in eodem Manetis ſyſtemate ſimul conſiſtere nequeant. Germanum ſyſtema* Manetis, *quod ſibi adeo cognitum perſpectumque* Beauſobrius *jactat, ne a limine quidem ſalutaſſe videtur.* Mittere, ligare, ſolvere Dei ſubſtantiam *tria ſunt, quæ baſim conſtituunt ſyſtematis Manichæorum.* Mittere, *&* ſolvere Dei ſubſtantiam *in Manichæorum ſyſtemate* opus eſt Deo dignum: ligare indignum, *& unius* Principis tenebrarum *proprium. Nuptias Manichæi damnabant quod per concubitum affirmare crederent* Dei ſubſtantiam carnis vinculis *immaniter* colligari. Dei Filium, *quem Catholica Fides ſemper docuit ex* Virgine Deipara *vere natum, & partum, non potuiſſe aut gigni aut pari niſi ex Maria conjuge Joſeph,* concubitus *& diabolici* ligamenti *opera, horrenda erat, ac dira Manichæorum blaſphemia. Membra gentis tenebrarum per injectas libidinis faces relaxare, eaque arte* ſolvere *e vinculis* ſubſtantiam Dei, *dignum, ſanctum, divinum, & ſumme neceſſarium opus* Virtutum lucis, *Manichæi credebant.* Manichæi mortem *in Chriſto* ſimulatam *prædicabant;* Nativitatem *ne quidem* ſimulatam *volebant, eo principio ducti, quod ſimulare mortem qua* ſolvitur *divina ſubſtantia a vinculis inimici, res eſt Chriſto digna; ſecus* ſimulare nativitatem, *qua* Dei ſubſtantia *diabolico carnis figmento ab inimico* ligatur. *Maria Virgo Sanctiſſima quam parum accepta fuerit Manichæis Auguſtinus obſervat, & dolet.* Beauſobrii *fraudes in Manichæorum ſyſtemate deſcribendo, virum ingenuum dedecent.* Virgo *Lucida Manich. ad ſui deſiderium vehementiſſime allicit* Crucifixos Principes tenebrarum. Princeps Crucifixus a Virgine lucida *deluſus iraſcitur, angitur, exardeſcit, laborat, ſudat, tonitrua excitat, fulmina vibrat, ventos commovet, in pluvias ſolvitur. Manichaicarum obſcenitatum imago in Bacchanalibus, diebuſque feſtis menſis* Badr *in* Indræ crucifixi *honorem apud Indos inſtitutis.* 203

LXXXIII. Cerviſia *in Bacchanalibus* Indræ *ex apertis* Mhadei *hiatibus fuſa, ſymbolum forte* divinæ ſubſtantiæ *e corporibus Principum effluentis. Sacri Bacchanalium ritus apud Indos Nekpallenſes Manichaicarum fabularum veſtigia retinent. Lunam menſis* Badr *videre Nekpallenſes religioni ducunt. Jejunium* Caſci Buda *in honorem ſtellæ* Agaſt, *quibus ritibus peragatur. Apparitio ſtellæ* Agaſt *referre creditur apparitionem* lucidarum virtutum *Principes tenebrarum libidine inflammantium. Jejunatricum chori Cantatrices Nymphas, Saltatrices,* Concubinas, *atque* Menennas *exhibent Numinis Indræ. Stella* Agaſt *cum* Virgine luminoſa *Manichæorum confertur. Impuriſſimi amores Principis tenebrarum erga* Virginem luminoſam, *in amoribus Indræ erga* Debi. *Princeps tenebrarum & Indra deſiderio fruſtrati furunt indignabundi, & ventos præ ira, ac tempeſtates commovent.*

movent. Dii omnes inter cruces ubique erectas collocantur in plenilunio Badr. Khjel-cenſgi Tibetanorum idem ac Indra. De ſecunda Trinitatis Tibetanæ Perſona clavis transfixa, de Cruce Tibetanorum, deque eorum ſacrificio, quid P. Andrada apud Lacrozium ſcribat. Numen patibile, Crux, & Sacrificium Tibetanorum cum Jeſu patibili, cum Cruce, & Sacrificio Manichæorum comparantur. Sacrificii Tibetanorum materies, & ritus. Concluditur, humani generis propagatores, Tibetanorum ſententia, e ſedibus Scortantium Laharum deſcendiſſe. Brutorum origo a Lahis animalium corpora induentibus. Animalium origo juxta Manichæos a fœtibus abortivis Principum tenebrarum. Rakas Indici, & Monſtra Marina Tibetanorum, ſeptem Marium incolæ iidem videntur ac abortivi fœtus Manichæorum. Monſtra marina Regibus ſerpentum ſubjecta. Metempſychoſis Tibetanæ periodi. Species Metempſychoſis tum Tibeticæ tum Manichaicæ, quinque. Loca tranſmigrationum quinque. I. Sum-cihù-thza-ſum Deorum. II. Lha-ma-in ſemideorum. III. Gikten hominum. IV. Ità Tantalorum. V. Tudrò Animalium. Quinque Metempſychoſis loca quinque videntur naturæ terræ peſtiferæ Manichæorum. Naturæ quinque terræ peſtiferæ: tenebræ, aquæ, venti, ignis, fumus. Quinque genera inhabitatorum in quinque naturis. Libri alii Manichæorum dant, Tenebrarum inhabitatores Serpentes; aquarum natatilia: ventorum volatilia: ignis quadrupedes, fumi homines. Gehenna tum Manichæorum, tum Tibetanorum extra naturas, & loca quinque. Tudrò locum tranſmigrationis animalium, Tibetani quomodo pingant. Metempſychoſis belluina in Tudrò: humana in Gikten. Tudrò nomen, unde? Drè Tibetice Dæmones; unde venit Magna Mater Tibetanorum Simia Kha-dro-mà. Khadromè, quid? color Khadromarum quintuplex. Khadromarum tranſmigratio in corpora animalium fœminei ſexus. Aer igneus in Tudrò ignis Manichæorum, & quadrupedum locus. Gikten unde ſic dictus fuerit locus humanæ tranſmigrationis. Gikten exponitur terra fuſci ætheris. Gik idem ac Achag, ſeu Achas aether. Akakuhun Ind. idem forte ac fumus Manich., & natura bipedum ſeu hominum. Adamum & Evam e Fumi Principibus editos Manichæi ſomniarunt. Terra ab initio mire fœcunda ſine ulla hominum induſtria neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem ferebat. De terræ fructibus ſingulis diebus priſci homines colligebant quantum neceſſarium erat ad victum: Hunc ordinem interrumpit unus. In homine, qui omnium primus temperantiæ fines tranſgreſſus eſt, adumbratur Adam. Exemplum primi Prævaricatoris, univerſalis intemperantiæ, & diſcordiarum omnium cauſa. Terra mutatur: fit ſterilis, & ſpinas ac tribulos proferens homines cogit ad agriculturæ labores. De agrorum finibus diræ, & interminatæ hominum lites. Ad lites dirimendas Rex eligitur Mangpò-Curve-Khjel-pò. In Mangpò-Curvè-Ghiel-pò Saturnus detegitur, Xaca, Sacla, Sacchura, Sachuraphi: tum & Necherophi, aut Acherophi, Saſyches, & Oſiris ipſe. Rex inſtitutus, & Concordia parta in Meridionali plaga concordiam deſignare poteſt, quam Angelus Conciliator, ex Manichæorum fabulis, ibidem firmavit inter Deum bonum, & Deum malum. Curvè Rota meridiei, Deus temporis, & Sol ipſe exponi, & intelligi poteſt. ij. Rex So-Ciongpah filius τοῦ Mangpò Curvè Khjelpò. In voce So Cjong pha Lhamæ interpretantur Pah, moralibus ornatum virtutibus. Lhamarum interpretatio in ſuſpicionem venit. Pah annus xij. Cycli duodenarii Porcus. Pah lucis ſignificationem habet in nominibus tum Inſulæ Orientalis, tum Doctoris legis Xacæ; tum Dei Chèdunkoncioà. So cjongpah ſidus exponitur Jovis benefici. iij. Rex Civòchiè natus e vertice Capitis Socjongpah. Finis ætatis Mundi ſecundæ. iv. Rex Zeden e dextero brachio τοῦ Civochiè natus. v. Gne Zeden e brachio ſiniſtro Zeden. Reges duo anonymi, alter natus e femore dextro Patris Gne Zeden, alter e femore ſiniſtro Filii ejuſdem Gne Zeden. Quinque Reges dicti: Gorlo Kjurvè Kjelpò. Rota aurea comes individua Regum. Hchor Tibetanorum idem forte ac Horus, aut Cheres Ægyptius. Quinque Regum ornatus, ſplendor, majeſtas, uxores, aulici. Elephantus & Equus duo Regum vectores quam admirandæ velocitatis, virtutis atque ſapientiæ. Belli Duces ætatis ſecundæ. i. Ser Kji gorlo Kjurvè Kjelpò, Rex auri. ij. Nghul Kji gorlo Kjurvè Kjelpò, Rex argenti. iij. Sang Kji gorlo Kjurvè Kjelpò; Rex æris. iv. Cia Kji gorlo Kjurvè Kjelpò, Rex ferri. Ætas ij., & vita hominum annorum octoginta mille. Ætas iij. annorum quadraginta mille. Ætas iv. annorum viginti mille. Ætas v. annorum centum, Ætatis v. Rex Sengchetram Avus Xacæ ex ſtirpe quinque Regum Gorlo Kjurvè. Reges, ſeu Belli Duces quatuor a Tibetanis conficti cum quatuor Manichæorum Regibus comparandi. Quintus apud Secundin. Manich. Rex luminum. 209

LXXXIV. Sancti ſive Dii quatuor Tibetanorum Legislatores. Corvagi ij. ætatis. Sertub iij. ætatis, Hoſrung iv. ætatis. Sciachia ſeu Xaca Tubpà ~~ætatis v. Ex~~ prætermiſſo Deo Legislatore ætatis primæ Tibetani in Atheiſmi ſuſpicionem veniunt. Sammanæi e Malabarum, & Coromandelliorum finibus pulſi annos ante quingentos. Sammanæi Buddæ cultores. Sammanæi Tunguſiani, aliæque Tartarorum nationes. Schaman ita dicti Tartari quidam finitimi Sinis & Athei, an Tibetani? Tibetanos ab Atheiſmi ſuſpicione abſolvit La-Crozius, dum fides habenda ſit epiſtolis P. Andradæ. Recens Tibetanorum Religio, judice La-Crozio, Indorum Paganiſmo ſimilis. Sehennes nomen a Ne-

pallen-

pallenſibus tributum Tibetanis, *idem forte eſt*, *quod* Schaman ſolitarius *apud La-Crozium*. Sehennes *non omnes Tibetani*, *ſed tantum* Kiupà, *&* Ritrobà Religioſi, *ac* Solitarii *homines*. Kiupà *&* Ritrobà *ambo cultores Xacæ*, *& ſectatores legis Kiutè*. P. Horatius Pinnabillenſis, *quas habuit de* Atheiſmo *Tibetanorum ſuſpicandi cauſas*, *doctioribus Lhamis aperuit*. De natura *&* exiſtentia Dei *cum Lhamis ſæpe diſputat P. Horatius*, *nec tamen priſtinas de Illorum* Atheiſmo *ſuſpiciones dimittere poteſt*. *Quod* Deum colant; *unica eſt*, *& nuda Lhamarum confeſſio*. Lhamæ *Tibetani imitantur* Atheopoliticos *Sinenſium*. Kiutè, *&* Dotè *interior*, *& exterior Lhamarum Lex*. Kiutè *Lex* Atheiſtica. Kiutè *addicti Sectatores* Xacæ. *Tibetani* Kiuteitæ *ſimiles veteribus* Sammanæis *Malabarum*. *Maxima* Kiuteitarum *ſanctitas in una contemplatione conſiſtit*. *Contemplatio* Kiuteitarum *arcanum impervium*. *In* Kiuteitæ, *ſeu* Buddiſticæ *contemplationis ſecreto nihil* myſtici *cogitandum*. Kiuteitica *contemplatio quo unice ſpectet?* Kiuteiticæ, *ſeu* Kiupaicæ *contemplationis exemplum*. *Lhamæ ſive* Kiupà, *ſive* Ritrobà *Tibetani contemplandi formam fortaſſe acceperunt a Principibus in firmamento crucifixis* lucidarum virtutum contemplatoribus. *Lhamæ* Doteitæ *Pagani*, *& Manichæi*. Deum, Sanctum, Legiſlatorem *cur nullum plane in i. Mundi* viſibilis *ætate Lhamæ Tibetani commemorent?*

LXXXV. *In prima* viſibilis *Mundi origine rerum diſtributionem Tibetica oratio exorditur ab* uno: *ab hoc veluti* duo *exorta promit*: *a* duobus *quatuor*: *a quatuor* octo. *Eadem rerum diſtributio communis eſt* Indis, *&* Sinis. Sinorum *diſtributio*. *Ex primo principio* Tai Kie, *auctore* Confucio, *virtutes* duæ: *inde imagines* quatuor: *ex his* octo *figuræ pendulæ*. Tai Kie, *teſte Alexand. de Rhodes*, virtus materialis, *&* corporea Cæli. Tai Kie *ab uno Sinorum Rege adoratur*. Tai Kie *idem ac* Thai cuc *Tunquinenſium*. *Ex* Thai cuc *ſubſtantiæ* duæ: Am, Duam *Cælum*, *& Terra*. Yn *&* Yam *Sinorum idem ac* Am *&* Duam *Tunkinenſium*. Supremum Creatorem *Japonii cum* materia *confundunt*. *Mundi origo apud Sinenſes* Tai Kie *materia prima*, *ſeu virtus materiæ primæ*. Taje Kie, *in exordio Expoſitionis Or. Tibetanæ* Hommanipemeum, *Deus* Cenreſi. Taje Kie *duæ ex quatuor ultimis* Laharum *Regionibus*: Taje Kie *Labæ non omnis materiæ expertes*. Tay Ku *Sinorum* Magna antiquitas *Bayero*: maxima & remotiſſima antiquitas *Menzelio*. Tay Ku, *&* Puen Ku *Sinorum quorundam ſententia idem ac* Primus Rex. *Recte id fieri*, *negat* Menzelius, Bayerus *affirmat*. Bencu *ſeu* Puencu, *aliter* Niku, *in Hiſt. Sin. Abdallæ*, I. Rex. Rex Panzon *Bayero idem eſt ac* Puenku. Tay Ku *vox affinis* Puenku *cauſam præbuit*, *conjiciente Bayero*, *cur Sini rerum principium* ſummam vetuſtatem *pro* prima antiquitate, *primoque Rege acceperint*. Taj Kie *ut Tibetani cum Rege*, *Deo* Cenreſi, *ſic* Tay Ku *Sinenſes cum* primo Rege *confundunt*. Tay *Sinorum ex* Taje *Tibetico explicatur*. Ta-je, *explicato omnium litterarum ſono*, *reddit voces* Matha Yeſa, *ſeu* Moth-Yſa. Math, *aut* Moth *idem ac* Mot *Phœnicum*. Primum fluvidum, *unde* Mot *a Phœnicibus dictum?* Je *Tibetice*, *&* y *Sinice*, *quid?* Tay Kie *apud Sinos eſt etiam*, *fatente Bayero*, principium rerum. Nam ca Taje chiece *Tibetanorum exponitur*: Vis magna primi fluvidi, *ſeu* aquæ puræ Cælorum, *uti &* rNam ſce Taje chiece, vis magna primi fluvidi, *ſeu* aquæ puræ ſpirituum. Cenreſi Taje chie *idem ac* Xechia *Sinorum*. 225

LXXXVI. Diſtributio Indica *in prima rerum creatione*. Unus *Bramha in* ſexus duos *diviſus producit* quatuor *facies*, *ſeu latera* Someru; *poſtremo cacumina* octo, *quæ etiam* octo Filii *Montis vocantur*. *In Monte* Someru *partibus iv. ejuſque apicibus viij. immenſa divitiarum copia*, *multorumque ineſt Deorum ſedes*. Luminis *membra xij.*, *& in unoquoque* membro *Theſauri innumerabiles*, *Manichæorum fictio*. 229

LXXXVII. Deus *diſtributor in religione Tibetanorum idem eſt ac* Cenreſi, materiale viſibilium *rerum* principium, *&* Fatum, *ſeu natura*. Cenreſi *Tibetanus*: Tai Kie *Sinicus*: Bramha *Indicus*: Hyle *Manichæorum*, *idem*. Hyle *Manichæorum*, *formatrix corporum*, Deus alter. *Fallaciter*, *& inique Beauſobrius Auguſtinum cum Auguſtino committit*, *quaſi parem poteſtatem in formandis corporibus Deo & Angelis S. Doctor tribuerit*. Deus *ſumma poteſtate*, *eaque una ac principe*, *uti Spirituum ſic &* Corporum *formator eſt*. *Angeli*, *ſi quædam corpora aliquando formarunt poteſtatem omnem*, *& imperium*, *ut id facerent*, *a Deo acceperunt*. *Ea eſt ſplendidiſſima S. Aug. fides atque ſententia*. *Cur non Angelus*, (*etiamſi unius vel alterius præſcripti corporis formator dicatur*,) *ſed Deus unus* Creator *dici debeat*, *S. Auguſtinus egregie explicat*. *Manichæorum* Hyle *ſuapte poteſtate*, *ſibi omnino propria*, *&* coæterna, *dat* ſubſiſtentiam, modum, *&* ſpeciem *cunctis omnino corporibus Mundi viſibilis ac materialis*: *& ideo*, *neceſſario* Deus *alter*, *& fingi*, *& haberi debuit*. *Diſtributio* Cenreſi *diviſio eſt ipſius divinæ ſubſtantiæ*; *ſeu* Monadis *Pythagoricæ recedentis a* ſingularitate in duitatem. *Formula orandi* Cenreſim *una eſt*: per animorum, & corporum multiplicationem. ivi.

LXXXVIII. Vas pretioſum, *&* Mare *ex duabus litteris* A, *&* Chum. *Quid ſibi velint binæ litteræ* A, *&* Chum *diſquiritur*. A *&* Chum, *verius* Hum initium *ſunt &* finis *non* Alphabeti, *ſed*

Nga Tibetanorum, nempe Magiæ. A, hoc eſt Hom Tibetanum exponitur vis ignea ſpirituum. Chum vis humidæ naturæ, & chaos. Ex Hom vas pretioſum, hoc eſt fundus aureus, & primum illud, aquarum receptaculum. Ex Hum Mare ipſum primigenium Indis & Japoniis commune. Si Manichæi Solem, & Lunam Naves duas dixerunt de ſubſtantia Dei fabricatas, alteram ex igne bono, alteram ex aqua bona, Mare quoque navigantium ſiderum agnoverunt. Tibetani idem quod Manichæi de divina Solis, & Lunæ ſubſtantia ſentiunt. 231

LXXXIX. Ex vaſe pretioſo & Mari quatuor exortæ partes radicis creationis originalis, au ſunt latera, aut gradus IV. Ri Kjel. Filii octo dilecti, octo vertices Ri Kjel. Loca XVI. quibus muniti dicuntur octo Filii, loca Labarum ſuperiora Ri Kjel. Tres ſummi & octoginta Magni Creatores quinam eſſe poſſint? Majores, & minores ſorores, quæ? Martyres unde in orationem Tibetanam irrepſerint? Martyres non habent, nec colunt Tibetani. Deus tonitruum, longæ vitæ dator, & neceſſaria ad vitæ œconomiam ſuppeditans: quis? Bonorum Vialium donator Deus, & Maris theſaurorum Dominus, quis? Cuſtodes Angeli, Labæ, ſeu Dii Tibetanorum. 232

XC. Radicem creationis originalis, quo primum auctore acceptam retineant Tibetani. Suprema Radix Mons ipſe Ri Kjel apud Tibetanos, & Merupa apud Indos. Mons aut Montis Ri Kjel vis idem eſt ac Deus Cenreſi. Inventor & Artifex Montis Ri Kjel, Manes. Opera tria a Manete excogitata. I. Adam a Gente tenebrarum conſtructus. II. Columna gloriæ, aer perfectus, & Columna lucis ad animarum ſalutem, III. Machina, ſeu Rota habens urceos, vel cados XII. ad hauriendas animas. Hanc Beauſobrius Zodiacum, ejuſque ſigna XII. interpretatur. Beauſobrii interpretatio permittitur. Hypotheſis conceſſa quidem Beauſobrio, ſed accomodata ſyſtemati tum Indorum tum Tibetanorum de Motu Solis horizontali, deque Zodiaci ſignis in eodem plano horizontali diſpoſitis; (ſi ducantur a periphæria Orbis ſignorum ejuſdem Zodiaci columnæ aeris perpendiculares ad fundum uſque Maris primigenii;) dabit in utroque ſyſtemate Montem Someru, ſeu Merupa ab Indis, & Ri Kjel a Tibetanis ita vocatum. Serpens Seſnag circumplicatus Monti Merupa exhibet Orbem, ſeu ſphæram converſam Manichæorum. Gubernatores XII. ſignorum Zodiaci, Dii ſunt XII. in Montibus Ri Kjel & Merupa. Ut Machina Manichæorum, ſic & Mons Ri Kjel, aut Merupa cauſa ſalutis animarum. In opifice Mundi viſibilis commemorando quam variæ ſimul ſint inconſtantes, & involutæ Manichæorum, Tibetanorum, & Indorum omnium voces. Variantes de Mundi viſibilis opifice Manichæorum opiniones, SS. Eccleſiæ PP. fideliſſime retulerunt. Organum, quo purgantur animæ juxta Manichæos, idem eſt ac Mons Ri Kjel Tibetanorum. Urcei, ſeu Cadi XII. in Machina Manetis ſunt Vaſa XII. Labarum in primo gradu Montis Ri Kjel. Paradiſus mundi viſibilis Tibetanorum in vertice Ri Kjel. Chiacin ſive Cenreſi Labarum caput in ſummitate Ri Kjel purgat animas eadem plane ratione, qua Sol juxta fabulas Manichæorum. Mundarum animarum adſcenſus, & transfretatio ad beatiora loca eſt ad Orientis plagam in utroque tum Tibetanorum, tum Manichæorum ſyſtemate. Vitæ fons Righiel & Someru. Ex Arboris creationis trunco non materiem ipſam primigeniam, ſed vim materiæ plaſticam, ac vitalem Japonenſes deducere putantur. In quadrata figura Ri Kjel latet forte arcanum quaternarii Pythagorici. Beauſobrius mendacii arguit vel Tyrbonem, vel Hegemonium, quod machinæ opificium tribuerint ex ſententia Manetis, Filio Dei. Manes egregius Philoſophus, judice Beauſobrio, dicere non potuit, Filium Dei poſt ſui apparitionem Machinam conſtruxiſſe ad animarum ſalutem. Beauſobrius refutatur. Beauſobrius Jeſum patibilem Manetis, interpretatur animam, & animæ ſalutem. Agnoſcit duo iſta Manetis dogmata ſecum invicem pugnare. Manes, ex Beauſobrii principiis, tam ſecum neceſſario pugnat, quum dicit: Dei Filium poſt ſui adventum machinam fabricaſſe ad ſalutem animæ, quam quum dicit: Jeſum patibilem, & Chriſtum Crucifixum eſſe animam, & ſalutem animæ poſt tempora crucifixionis. Beauſobrius quam iniquus interpres: In altera ſententiarum pugna lepide excuſat Manetem, in altera, quæ & ejuſdem Manetis eſt, accuſat Tyrbonem, vel Hegemonium. Mundum a Spiritu vivente factum interdum Manichæi dixerunt; ſed animæ ſalutem a Filio Dei agnoverunt. 134

XCI. Mores Religionis Tibetanorum cum Manichæorum moribus conferuntur. Ordo Hierarchicus Manichæorum. Magiſtri XII. Tertiuſdecimus Magiſtrorum Princeps: Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, ceteri omnes Electi. Manes Magiſtrorum Princeps ad exemplum Chriſti XII. elegit diſcipulos. Septem inſignes Electi Manetis. Diabolicæ religionis Xacæ in Tibetum inductæ Inſtauratores. Potiſatho Indicus Pendità Doctorum Princeps. Religioſi Doctores Indici XII. Religioſi Tibetani Electi VII. Primum Xacaitarum Cœnobium in Samiè erectum. Lhamæ Rimbocè iidem ac Maximi ſacrorum Principes, Summique Pontifices. Lhamæ Renati Ciangciub. Lhamæ Electi Combei Lhama Maximus Lhaſſæ omnium primus. Lhama Sgigatzhenſis poſt Lhaſſenſem ſecundus Pancin Rinbocè, Apoſtolus Maximus nuncupatus. Manichæus Apoſtolus J. Chr. titulus eſt, quem ſibi arrogavit Manes. Electi Kekò, quinam? Pothiſato Magiſtrorum Princeps Dominus Budda, & idem cum Sommona Codom ex La-Crozio: Hierarchici Ordines Tibetanorum ex varia ſacrorum indumentorum forma

forma conſpicui. Urchien *natus ex* Loto, Potiſatho *Synchronus*, *idem ac* Cenreſi, *&* Mhadeus *Indorum*. Urchien *in Tibeto* Magiæ *Auctor*. Manichæus in arte Magica *excellentiſſimus*. Manichæum *a* Magiæ *crimine quam temere*, *ac pueriliter purgare ſtudeat* Beauſobrius. Ngarambà *Tibetani* Magiæ Doctores. Cœnobia *duo in urbe* Lhaſſa *publice* Magorum *Accademiæ*. *Ibi* Ngarambà *Magiæ laurea exornantur*. Magicæ Inſtitutionis *in* Chiutè, *quæ pars eſt ſacri eorum libri* Chaghiur. Ciokhiongii *Magi Tibetanorum teterrimi*. Ciokhiongiorum *Indumenta Magica*. Ciokhiongii *maniæ furore perciti in ſolemnibus Templi*, *ac Civitatis perluſtrationibus gladiolos in hominum turbas jaculantur*, *& feriunt*. Rabgiambà *Legiſperiti*. *Inferiores Manichæorum claſſes*: Catechumeni, *&* Auditores. *Apud Tibetanos* Catechumenorum *locum tenent* religioſæ vitæ Tirones, Laici Auditorum. Kegnien *&* Ketzhul *infimæ Religioſorum claſſes*. Kegnien nono, *vel* ſeptimo *ætatis anno*, *in prima eorum profeſſione* vota ſimplicia *ad præcepta* quinque *obſervanda nuncupant*. *Tabula præceptorum* quinque. Kegnien, *cur ita dicti*? Kegnien *in privatis etiam Ædibus vivunt*. Ketzhul, *unde ſic appellentur*? Ketzhul in Profeſſione ſecunda *vovent* præcepta x. *In Tab. præceptorum* x. ſigillum triplex *Manichæorum*. Kelong *Patres* mitrati. Kelong *tertiam*, *ac* ſolemnem profeſſionem *emittunt poſt an. ætatis xx. Vovent Hi præcepta* 253. *Plures etiamſi* Lhamæ *ſint*, *vel nunquam*, *vel in extremis vitæ momentis* profeſſionem tertiam *emittunt*. 240

XCII. Auditores *Manichæorum quanto pietatis ardore*, *vel ab ipſis etiam* Electis *peterent*, *ut ſibi* manus imponere *dignarentur*. *Eadem plane religio erga* Lhamas, *&* Kelong *hodieque in Tibeto viget*. Magni Lhamæ *quo ritu tangant capita Laicorum*. Magnus Lhama *non aliis quam* Lhamis Electis *manum imponit*. Supremus Lhama *quo ritu* Lhamas Renatos, *&* Reges *excipiat*. *Dantur verba ipſa P. Horatii Pinnabillenſis* αὐτόθι. *Tibetani* Lhamas *&* Kelong *tanquam Deos adorant*. Manuum impoſitionem *Laici Tibetani nudato capite flexiſque genibus ubique petunt & implorant a* Lhamis, *&* Kelong. Kadak, *&* Mantzel, *vela*, *& ſudariola Magico ritu*, *oris afflatu ac ſaliva* Lhamarum *&* Kelongorum *conſecrata*, *tanquam divina quædam humanæ vitæ propugnacula Tibetani religioſe cuſtodiunt*. Stercus *Lhamarum & Kelongorum Amuletum ex Tibetanorum Religione præſentiſſimum*. *In ore ac ventre Electorum Dei ſubſtantiam de* alimentis *liberari*, *atque etiam purgari Manichæi ſentiebant*. *Eadem eſſe videtur Tibetanorum inſania*. *Quod erant apud Manichæos* Electi *ad prædicandum miſſi*, *ſunt hodie apud Tibetanos* Chevè Scegnen. 245

XCIII. Orationes *Tibetani*, *ut olim* Manichæi, *faciunt ad* Solem: die dominico, *& in ſingulis* Lunæ *phaſibus jejunant*. Bema, *feſtum* Occiſi Manetis *circa tempus* Paſchatis Chriſtianorum, *Manichæi celebrabant*: *quo ritu*? Cioten *Tibetanorum idem ac* Bemà *Manichæorum*. *In* Cioten *primum locum tenet ſtatua* Xacæ. Martyres, *ſi quos eo nomine colunt* Tibetani, *ſumi debent ad exemplum* occiſi Manetis. Mors Sciachæ *&* Manetis, *uti & feſtiva eorum* mortis *commemoratio in idem ferme tempus incidunt*. *Ut* Bema *Maneti*, *ſic* Cioten *ſacrum eſt* Siachæ, *aliiſve* Sanctis *Tibetanorum*. Sancti *Tibetani in* Cioten *collocati tanquam Dii adorantur*. 248

XCIV. *De duabus animabus* una bona, altera mala *idem eſt tum Manichæorum*, *tum Tibetanorum delirium*. *Geſta* Supremi Lhamæ Lò-Szang cen-Tzang-Jangh-Khiamtzò. *Anno ætatis tertiodecimo induit religionis veſtem*: *obſtringit ſe votis* Kegnien, *& paullo poſt* Ketzhul. *Anno vigeſimo Rex Tatarus & Imperator Sinorum per litteras ei denuntiant*: ſigna Lhamæ Renati *dubia eſſe & adulterina*. *Inde occaſionem ſumit mutandi religionis propoſitum*, *& laxatis concupiſcentiæ habenis diſſolute vivendi*. *Licentioſæ vitæ flagitia offendunt Tataros Reges*, *& Imperatorem Sinorum*. *Concilium* Lhamarum *&* Ciokiongorum. *Concilii ſententia*: Animam bonam *e corpore* improbi Lhamæ *diſceſſiſſe*: *manſiſſe* malam. *Auget Lhama vivendi licentiam*: *& Rex Tatarus magis iraſcitur*. *Rex Tatarus adit* Lhaſſam; *inſtructis demum inſidiis Lhamam capit*, *ſecumque ducit*. Lhamam *Aſcetæ Brepungenſes e manu militum ereptum de via in Cœnobium trahunt*. *Rex Aſcetis minatur excidium*, *ni* Lhamam *ſibi ſponte reſtituant*. *Alterum* Brepungenſium Aſcetarum *Concilium*, *Affirmantibus aliis* exiviſſe *e Lhama* animam bonam Ciangciub, *aliis* ſuperſtitem *adhuc volentibus* Ciokhiongius *edito oraculo in poſteriorum ſententiam Concilium inducit*: *ſic omnes capita vovent pro defenſione Lhamæ*. *Rex Tatarus* Gingkhir Khagn *irruit in* Aſcetas. *Acris inter milites*, *& Aſcetas committitur pugna*. Lhama *ſeipſum ſponte tradit militibus*. *Quo mortis genere obierit* Lhama *incertum*. 249

XCV. *Peccatorum origo a* ſubſtantia mala: *Concupiſcentia* ſubſtantia contraria: *Liberatio & purgatio per* ſeparationem ſubſtantiæ contrariæ: *Adventus* Animæ bonæ in hominem ex demeritis præcedentibus. *Animarum revolutio in* Electos, *adeoque in* Kelong *promiſſa* Auditoribus, *&* Laicis ſectæ *imperfectis*: *Purgatio animarum & revolutionum terminus in* Electis, *in* Lhamis, *in* Kelong: *dogmata ſunt Manichæis æque ac Tibetanis communia*. Kiangciub, *qui veniunt ad homines animandos*, *ut* legem *inſtaurent*, *peccare non poſſunt*. *Animarum revolutio in pecora*, *in plantas*, *in herbas*, *& in omnes terræ ſtirpes a Manichæis*, *a Tibetanis*, *& ab Indis perinde tradita*.

ta. *Indicus* Khriſnu *vinctus ad arbores* Tari, anima *eſt* hominis *illigata Plantis*. *Animæ Brambanum* Giamlà *&* Argiun *quomodo illigatæ, & quomodo ſolutæ a vinculis plantarum?* Biſnu *factus*, Kriſnu *dum illigatus Plantis ſe excutit, ſolvit & liberat animas*. *Fabella de* Kriſnu *illigato arboribus a Manichæis derivata conjicitur*. Kriſnu, *qui &* Kriſtnu *in ore Indico ſonat, corruptum* Chriſti *nomen præſefert*. *Indica fabula de* Kriſnu *vincto & alligato Plantis ad ænigma Manichaicum trahit* Crucifixionem Chriſti Domini. *Mater ſimulata Kriſnu* Giaſodà. Devoki, *ex qua natus apparuit* Kriſnu, *dicitus ab Indis Noverca* Ram, *unius ſcilicet ejuſdemque* Biſnu *transformati primum in* Ram, *deinde in* Kriſnu. *Eadem eſt quæ* Devoki, *&* Kekai *Mater* Barth, *&* Satruhn. Barth, *&* Satruhn *fratres* Biſnu Ram, *nati ex eodem Patre* Deſrath *ſine virili ſemine*. Daſrath *ſacrificanti traditur ab* Homine *quodam* mirabili *inter flammas ſacrificii vaſculum lactis figulinum*. *Ex eo bibunt & concipiunt uxores* Koſilla: Kekai: Somintra. Giaſodà *parit* Bavani, *&* Devoki Kriſnu *una, & eadem hora noctis, Luna, viij. menſis Auguſti in Regno* Agiodà. *Regnum* Agiodà *ex depravato nomine* Jehuda, *ſeu* Juda. Judæ *nomen in Indicis vocibus* Giodù, *&* Giadubanſi. Khriſnu *ex ſtirpe* Giadubanſi. Aggr *vox idem ac* Ἄγγελος *Angelus*. *Admiranda nomina ab* Aggr *impoſita* Khriſnu. *Oraculum* Aggr *de* Khriſnu Salvatore; *deque illius nominis propagatione in univerſo terrarum Orbe*. *Acta* Khriſnu *ex geſtis* Chriſti *depravatis Impoſtorum fraude*. *Perſecutio in puerum* Jeſum *ab* Herode *excitata*: *Cædes infantium*: *miracula plura a* Chriſto *patrata inter acta* Khriſnu, *mire depravata cernuntur*. *Hiſtoria* Transfigurationis Chriſti *quam fœde corrupta, & ad* Khriſnu *perſonam impie accomodata*. *Ex origine lucis vox orta, qua* Filius *a* Khriſnu *quæſitus eidem traditur*. Khriſnu, primus homo *Manichæorum, materiæ, & Principum tenebrarum laqueis captus*. Khriſnu accepto Filio *deſcendit cum* Argiun *in* Daorica. Daorica *vox ex* Thaborica *per corruptionem facta*. *In recitata fabula* Khriſnu *patent deliria* Manetis. Durbaſa *Riki idem ac* Badruſa, *&* Petrus, *contemplator olim in maritima ſolitudine, quibus artibus opera cujuſdam perſonatæ* fœminæ *deludatur a* Gioduvaſi. Durbaſa *contemplator diras deceptoribus imprecatur*. Ferrum, *quo Gioduvaſi deceperant* Durbaſa, *monentur a* Khriſnu *tandiu fricando terere, quandiu nihil de eo ſuperſit; ſed ſuperfuit exilis aculeus*. *Eo aculeo Agand Piſcator armavit jaculum*. *Dii diu carentes* Capite *mittunt Legatum ad* Khriſnu, *ut ad ſuperiora redeat*: *Khriſnu ſe rediturum ſpondet poſt dies ſeptem*. Khriſnu *antequam ad Deos redeat, convocat* Gioduvaſi *ad oſtium fluminis* Gomti. Gomti *an corrupte* Gethſemani? Khriſnu *&* Gioduvaſi *Cœna facta ſe lavant*. Tumultus *&* Cædes Giodubanſi *in ſilva* Juncorum Sevàr *prope fluvium* Gomti. *Gioduvanſi* Chriſnæ cauſa *moriuntur omnes*. *Quotquot aut auctore, aut inſtigatore* Chriſna, *aut* Chriſnæ *cauſa mortem obibant, recta ferebantur in Cælum*. *In cæde τῶν* Gioduvanſi *hiſtoria Evangelica de captura Chriſti Domini in horto Gethſemani corrupta dignoſcitur*. *Facta alia Evangelica in rebus a* Chriſnu *geſtis corrupta indicantur*. *Chriſna ante mortem amplectitur* Giudiſtira: *Giudiſtira* Judas proditor. Giudiſtira *vox forte compoſita ex* Giud, *ſive* Juda, *&* Iſtera. Hyſtera *in Pſeudo-Evang.* Judæ *apud Valentinianos* fabricator Mundi. Deli *in actis* Chriſnu *ſic dicta conjicitur a voce corrupta* Aeliæ, *hoc eſt* Hieroſolymæ. *Eadem vox eſt apud Indos* Gemti *&* Gomti. Τῷ Chriſnu *ad oſtium* Gemti, *ubi in Mare influit, decumbenti*, Agand *Piſcator* transfigit *jaculo* utrumque pedem. Chriſnu *languentes oculos figit in* Agand, *& occiſorem ab omni ſcelere mundatum, mittit in cælum ſuo ipſius curru delatum*. Chriſnu *exhalat animam*, ſplendorem maximum. *Aſcendit in Cælum* Bekunt, *ubi eſt* Giotiſurop, prima origo lucis. *Cineres combuſti corporis in mare projecti vertuntur in ſaxum ignotæ materiæ*. *In Sanctuario* Giangranatæ *Indorum, ſtatua Biſnu*, Boudà *nuncupati in ix.* Incarnatione, *ex cineribus* Chriſnu *in lapidem verſis*. *Manichæi* Chriſtum, *&* Jeſum *in* ſpicis, ſarmentis, alimentis, ſeminibus, *&* arboribus *omnibus* ligatum *fabulabantur*. *Ænigma Indicum de* Chriſnu ligato ad arbores & ſoluto, *ex Manichæorum principiis explicatur*. *Anima, ſeu pars & natura Dei* ligata, atque ſoluta *arcanum eſt Indici* Chriſnu *modo vincti, modo e vinculis ſeſe expedientis*. Giamal *idem videtur ac* Dima, *vel* Giſma, *aut etiam* Geſta *nomen unius ex latronibus cum Chriſto* crucifixis *in Evang. apocrypho Nicodemi*. *S. Johannes Apoſtolus ſub nomine* Argiun *Indis Brambanibus cognitus*. *Acta S. Johannis apocrypha materiem præbuerunt putidiſſimis fabulis, quas Indi narrant de* Argiun *in geſtis Chriſnu*. *Cur Indi finxerint* Argiun *per* μετεμψύχωσιν *illigatum inſitumque arbori, conjectura profertur*. 252

XCVI. *Animas ad* malas transmigrationes *in omnibus omnino corporibus*: *ad* bonas *in* uno hominis corpore *merita conſequi poſſe ſtatuunt Tibetani*. *Pœnitentiam hominibus prædicant, & veniam peccatorum, ut* Manichæi, *promittunt*. *Purgationem peccatorum in* ſeparatione partis lucidæ a parte tenebroſa materiæ: Gratiam liberatoris in una cognitione originis noſtræ, *collocant*. *Religioſi Tibetani* Lhamis *Cœnobiorum Præfectis, ut olim* Manichæi Electis, *confitentur peccata*. 263

XCVII. *Magnus Lhama antequam* Regulam *exponere aggrediatur*, exomologeſin *facit*. *Oratio* Parænetica *Lhamæ Trabas exhortantis ad confeſſionem peccatorum ante expoſitionem regulæ*. *Monet ut ſupplices* Sciachiam *omnes invocent, & adorent*. Sociong *Oratio purgationis peccatorum*. Formula

mula *Confeſſionis peccatorum gravium*, Generalis. *Monitum ad* generalem exomologeſin *ter repetit* Lhama. *Ignotæ preces ſuper capita confitentium*. 264

XCVIII. Infernalium ſuppliciorum *loca apud Tibetanos quæ ſint, quibuſve nominibus appellentur? Inferorum ſitus. Tartarorum Orbis* Gnielvà. *Loca ſuppliciorum ignis, octo. i.* Tzavà. *ij.* Rabdutzavà. *iij.* Cia chij ſa ſgi. *iv.* Me marmur. *v.* Dakpatzamo. *vi.* Thu giom. *vij.* Tina. *viij.* Cia chij ſcema ri. *Loca rurſus ſuppliciorum* gelu, *octo. i.* Aciù ſervà. *ij.* Kiehu ſervà. *iij.* So tam tambà. *iv.* Pemà dar kebà. *v.* Pemà cenbò dar kebà. *vi.* Ubel dar kebà. *vij.* Ubel cenbò dar keba. Ubel *flos, an* Habel culcul, faba Ægyptia Colocaſia, Nymphæa, ac lotos roſea Athenæi? *Radici* Colocaſiæ *inſita* Muſa. Ubel *vox ab* Ægyptia upheli, & ubeli, *faba deducitur.* Perſeæ *ſatoribus quam pœnam indixerit Manes*. Perſea *eadem putatur ac* Muſa. *In* Perſea *Manetis, & in* Ubel *Tibetano idem forte ænigma latet. viij. Inferorum locus*, ignoti nominis. *Univerſa inferorum loca*, octodecim *numerant Tibetani. Orbis tenebrarum exteriorum, gehenna ignis, & regio fletus Manichæorum comparantur cum Orbe tartareo, cumque regnis duobus ignis, & gelu Tibetanorum.* Narmè *Tibetanorum* ignis magnus *Manichæorum. Apophtegmata Manetis ne ſui domos ædificent, ne metant, ne molant, ne panem coquant, quam ſancte hodieque colant & ſervent Religioſi Tibetani. Meſſoribus, Piſtrinariis, Coquis, Piſtoribus, quæ ſuppliciorum loca in Inferis tribuere credantur Tibetani. Ab animantibus interficiendis abſtinent. Carnes* ex Indulgentia *in Tibeto Religioſi* Sciachaitæ comedunt. *Multa, ut olim Manichæi, de veteri diſciplinæ rigore relaxarunt. Nec Manichæi Latini, & Occidentales, nec forte antiquiores Lhamæ in Tibeto utebantur lacte. Lhamæ Tibetani, & Indi omnes lacte ut alimento quotidiano utuntur. Abſtinentia Occidentalium Manichæorum a lacte, ex inconſtantia erroris. Manichæi Orientales utebantur lacte. Manichæi, uti ſolent Indi ac Tibetani Budiſtæ, ab ovis abſtinebant. Quod comedunt in Templo Aſcetæ Tibetani, genus quoddam eſt* placentæ *Manichæorum*. 265

XCIX. *In minutiſſimis animantibus occidendis inconſtans erat ſuperſtitio Manichæorum. Religioſi Tibetani nec* cimices, *nec* pulices, *nec* pediculos *occidunt, quod eos anima rationali donatos credant. Cur ſemper illoti, & ſordibus conſperſi vivant Aſcetæ Tibetani, cauſa petitur ex præſcripto Manetis. Vaſculum aqua plenum cur ſemper ſuſpenſum de zona gerant?* 269

C. *Sanctimoniales Manichæorum cum* Anì, & Tzunma *Tibetanis Monialibus conferuntur. Uti Manichæorum, ſic & Tibetanorum religio vetat ſimul & neceſſario probat ſacrilega ſtupra, aliaque Aſcetarum, & Sanctimonialium flagitia. Tibetanarum* Lhamarum *Princeps ſedet in Regno* Tzhang. *Inſigne gerit* roſtrum porci *ſponte in cervice natum*. 270

CI. *Lex gemina*, ſecretior *una*, popularis *altera, arcanum eſt tum Manichæis tum Xacaitis Tibetanis commune. Legi* ſecretiori Xacaitarum *multa inſeruit* Aſciang, *Atheo-politicis Sinorum communia: Et hinc in ſuſpicionem Atheiſmi veniunt Tibetani*. 271

CII. *In lege* exteriori, *Dei* exiſtentiam *agnoſcunt, & profitentur Tibetani. De Dei natura par eſt cum Manichæis, Tibetanorum ſententia. In* Ciu-ſcel-lettrupba, *hoc eſt in* ſubſtantia aquæ chriſtallinæ puriſſimæ, *ac* lucidiſſimæ *Dei naturam collocant Tibetani*. 272

CIII. Ciok, *ſive* Cioà *in Dei nomine Tibetano* librum, *adeoque* legem *ſonat*: Concioà liber *ſeu lex* vocalis *exponi poteſt*. Liber *ſeu* lex *ænigmatice pro* lucis natura *ex Tibetanorum arcanis, accipitur. Deum* tres & unum in eſſentia *vocant Tibetani*. ivi.

CIV. *Deorum trium nomina. i.* Sang kiè concioà. *ij.* Ciò Concioà. *iij.* Kedun concioà. 273

CV. *Primi Numinis definitio. Cur Deum dicant Tibetani dare auxilia, ut & tranſmigrationum periodum in ſeipſo abſolvat, & ſanctitatem aquirat, ex impia Manichæorum opinione explicatur.* Sanghie Concioà *idem forte eſt ac* Deus Pater *Manichæorum*. Primus homo *Manichæorum* Jeſus. *At Jeſus ut* patibilis *eſt* anima *a Principibus tenebrarum capta*: Jeſus *vero* Cæleſtis, *eſt* Dei Filius, *Primogenitus luminum*, & ſpiritus vivens *miſſus cum virtutibus lucidis ad ſalutem animæ*. Biſnu & Kriſchtnu *Indorum reſpondet* Jeſu *Manichæorum*. Biſnu vis eſt divinæ ſubſtantiæ: anima illigata materiæ: Salvator animæ: Primus homo: & prima lucis origo. *Indicus* Biſnu *cognitus Tibetanis*. Sanghiè Concioà *abſoluto tranſmigrationum curſu* Sanctus fieri *dicitur a Tibetanis, quia ſancta, & lucida ſit anima Deo* conſubſtantialis. ivi.

CVI. *Secundi Numinis definitio explicatur. Ciò Concioà, Xaca. Ciò Concioà duplicis generis præcepta dedit*: affirmativa, & negativa. Quinque negativa præcepta *a* Xaca *tradita numerat La-Crozius*. Decem *habent* Ketzhul *Tibetani. Decem Buddiſtæ Japonenſes. Ad perfectiorem virtutis gradum conſequendum* quingenta *præcepta, ſeu conſilia* Xaca *invexit. Ex* 500. Xaca *conſiliis* tercentum & quinquaginta *quibus obſervandis ſe voto obſtringant, ſeligunt in Tibeto* kelongii. *Exordium & ordo præceptorum* legis *a Manete traditæ conſonat cum* Pentade *præceptorum* Xacæ. *Legem ſuam per* Henoch & Seth *promulgatam jactabat* Manes. *Arrogantia Manichæorum maxima in eo quod ſe Chriſtianorum omnium conſiliorum obſervantiſſimos prædicarent. Præcepta atque Inſtituta Manetis*

netis & numero, & aſperitate graviſſima. Romæ in ædibus Conſtantii Electorum *Manichæorum Cœnobium.* Regula *ex epiſtola Manetis propoſita, viſa multis electorum intolerabilis. Seditio inter* electos *Cœnobitas orta. Abeunt e ſocietate multi. Manent* Mattarii: Mattarii, *unde ſic poſtea dicti? Indicia prope certa* Manichaicæ Regulæ *in Aſceteria Tibetana inductæ. Aſcetæ Tibetani* Mattariis *ſimiles.* 274

CVII. *Tertii Numinis definitio explicatur. Deus* Kedun *dat lumen & vires intellectus ad cognitionem boni & mali, & ad legem implendam, ut homines transmigrationum orbem celerius abſolvant. Religioſos ob eam etiam cauſam inſtituit. Quod veri Chriſtiani de Spiritu* Sancto *tertia SS. Trinitatis Perſona integerrime credunt, id Tibetani ſacrilege tribuunt Tertio huic* Deo Kedun. Manes *non ſolum pro* Chriſto *coli, ſed & pro* Spiritu Sancto *haberi voluit. Contra publicum Manichæorum teſtimonium fruſtra Beauſobrius* S. Auguſtinum *incuſans excuſat* Manetem. *Sic* Spiritum Sanctum *blaſphemabant Manichæi ſuſcepiſſe* Manetem, *ut Catholici credebant* Dei Filium ſuſcepiſſe hominem. *Ut* Manes *pro* Chriſto & Spiritu Sancto *a ſuis, ita &* Xaca *a Tibetanis pro* ſecundo *ad* tertio Deo *habitus eſt. Ordo Religioſorum* quadruplex *a Xaca Inſtitutus. i.* Tra ciombà. *ij.* Chiundu ſgiubà. *iij.* Lencik cir Honghabà. *iv.* Cir mi Honghabà. *Beatitas ſumma ex opinione Tibetanorum* in fruitione pacis. 276

CVIII. *Cur dicant Tibetani*: Deum tres unum in eſſentia, *paullo latius exponitur. Pars omnis primæ lucis juxta opinionem Lhamarum eſt origini ſuæ* conſubſtantialis. Sol, Luna, & Supremus Lhama *Dii tres unius eſſentiæ.* Pater, Chriſtus Filius, Spiritus Sanctus *in Manichæorum ſyſtemate nomen* triplex, *Numen* unum. *Patrem collocant in* luce ſecreta, ſumma, ac principali: *Chriſtum in* luce ſecunda viſibili: *Chriſtum rurſus* geminum *faciunt*, unum *ut* virtutem in Sole *ſtatuunt*, alterum *ut* ſapientiam *in* Luna: *Spiritum Sanctum* Majeſtatem tertiam *in toto* aeris ambitu. Tripartitam *aut potius* quadripartitam *Manichaicæ Trinitatis fabulam irridet S. Auguſtinus.* Zarades, Buda, Chriſtus, Manichæus, & Sol *apud recentiores Græcorum Manichæos* unum & idem. *Tres nefarii homines in Manichæorum grege* Trinitas. 278

CIX. *Tibetanæ Trinitatis Dii*: Giam Jang., Cihana Torcèh, Cenreſi. *Tibetana Trinitas ſupra verticem montis* Ri kjel *in* Paradiſo *mundi viſibilis. Fictæ Trinitatis concilium de primis Tibeti habitatoribus procreandis. Ex collatis inter Numina tria conſiliis*, Cenreſi *ſponte migrat in uterum Reginæ Indoſtanorum*; *naſcitur, & omnium primus creatur Rex Tibetanorum.* 279

CX. *Ut Chriſtum* Sapientiam *in Luna Manichæi, ſic etiam Tibetani in Luna collocant* Giam Jang *Deum* ſapientiæ. *Effigies, veſtes, & ornamenta* Giam Jang. Lotos *candidi & rubri coloris in ſiniſtra* Giam Jang. Loto *cingitur, & innititur* Luna. 280

CXI. Solem *ſuſtentat* Lotos *coloris rubri.* Cihanà Torcè *ſedem habet in* Sole. *Effigies* Cihanæ Torcè *terrorem ſpirat. Cihana Torcè* trioculus *ut Cenreſi*, Iſuren, & Oſiris. Torcè *bellicum, ſeu magicum inſtrumentum.* Torcè *vox eſt apud Tibetanos* miſericordiam *ſignificans.* Torcim *Perſice Rex.* Torcè *Regiæ poteſtatis Inſigne.* Cihanà Torcè *undique tectus* ſerpentibus. Chriſtum Dominum *impii Manichæi appellarunt* ſerpentem. *S. Auguſtini teſtimonium a Beauſobrii tricis expeditum. Diabolum Manichæi dixerunt*, ſerpentem deceptorem; *Chriſtum* ſerpentem illuminatorem. *Cihana Torcè multiformis, Sanctorum Tutor, Cuſtos, & comes* Xacæ. Xaca *idem eſſe poteſt ac* Giam Jang, & Cihanà Torcè. *Sol & Luna diverſoria Xacæ* 281

CXII. La-ma-in *ſemidei cum* Lahis *diis belligerantes comparantur cum* Tenebris *Manichæorum bellum moventibus adverſus* Beatos Aeonas illuſtris ac ſanctæ Terræ. *De* Gigantibus *ſcripſit Manes. Bella* Gigantum *in Indorum ac Tibetanorum fabulis frequentiſſima.* 283

CXIII. *Manetis nomen apud Perſas & Arabes*: Manì. Manì *Beauſobrius factum putat ex* Manahem. Maanus *nomen Regibus Syris & Arabibus familiare.* Manì *nomen Indicum, & Tibetanum.* Manì *lapillus ex* ſubſtantia divinæ lucis. Manì *diis Tibetanis ſacer.* Manì *in ſummo vertice* Xacæ *ceterorumque Tibeticorum Numinum.* Manì *ſpeculantur dii Tibetanorum. Lapis* Sophroniſter *Herculis, & lapis animatus ac divinus* Heleni *apud Winkelmanum.* Maani *uxor Equitis* Petri *a Valle.* Maani *ſpiritalis ratio. Mani Tibetanorum* anima univerſalis; *ſeu* ratio divina. *In* Manì *dii Tibetani intuentur omnia.* Mani *in oratione* Cenreſi, Cenreſis *ipſe.* Manikabum, *ſeu* Manichavum, *liber* Cenreſi; *unde* Μανιχαῖος & Manichæus. *Magus Malabarum* Mannacavaſſar *auctore La-Crozio* Manichæus. Mani-thzen-poh *Rex Tibetanus circa* Manetis *tempora.* 283

CIV. Manichæiſmi *auctor & Princeps ætate Apoſtolorum* Scythianus *Scytha.* Scythianum *ſive in* Scythia *natum, ſive coævum Apoſtolis, negat* Beauſobrius. *Ex itinere, & ſede* Manetis *in* Scythia *ſtatuit Beauſobrius* Manetem *ipſum, nomen accepiſſe* Scythiani. *Primum & antiquius* Manetis *nomen*: Scythianus. Scythianum *Arabem, licet contemporaneum, ſeniorem tamen* Scythiano altero, *nempe* Manete, *agnoſcit* Beauſobrius. *Duobus Scythianis ad* Manetis *ævum ſpectantibus antiquior eſt* Schythianus *ij. Eccleſiæ ſæculi a* Serapione *Thmuitano commemoratus.* Manes *non*

tam perfugii cauſa, quam, ut vota diu ante concepta expleret, iter in Scythiam ſuſcepit. Ante Scythicum *iter* Manes *appellabatur* Scythianus. *Ex diſciplina & more* Xacaitarum *veriſimilius creditur* Manetem *nomen obtinuiſſe* Scythiani. *Ritus, quo* Lhamæ Xacaitæ *nomen ſuum ex Religionis diſciplina communicant initiandis. Ex nomine Lhamarum communicato tironibus, diſcernitur certus ille* Lhama, *a quo quiſque fuerit initiatus. Mos communicandi Antiſtitum nomen* initiatis, *ut in Xacaitarum, ſic in Manichæorum ſecta recepta conjicitur. Poſita diſciplina Manichæorum, qua nomen ſuum Magiſtri communicarent diſcipulis, intelligitur qua via* Scythianus *coævus Apoſtolis nomen ſuum in ſucceſſores diſcipulos ad* Manetem *uſque propagarit.* 286

CV. Scythianus *in* Scythia *natus, quis?* Scythiani *veſtigia in* Samtan-Poutrà *Tibetanorum*. Samtan-Poutrà, *in* Scythia *natus, qua de cauſa* ex genere Saracenorum *dici potuit*. Samtan-Poutrà, *ut* Scythianus, *dives ingenio & opibus. Ante* Samtan-Poutrà *Tibetani ſine litteris*. Samtan-Poutrà *a Tibetanorum Rege mittitur* ad exteros *ut litterarum clementa condiſcat, & in Tibetum ferat.* 289

CVI. *Miſſio* Samtan-Poutræ *ad* exteros *indicare poteſt iter Ægyptium, quod Archelaus de* Scythiano *commemorat. Tibetani præter finitimos populos Tartaros, Indos, & Sinos, vix alios norunt: cur?* Cering, Juring, Fusè *quod hoſpites incogniti ſeculo ix. apparuerint, homines creduntur a Tibetanis de Cælo lapſi. Genus magni Lhamæ* Sechià, *ex* Comparchiè. Comparchiè *genitus ex turpi mixtione* Praſrinpo *cum uxore* Japang chiè *Nepotis* Juring. *Cur Tibetani de ſolo itinere* Samtan-poutrà *in Indoſtan mentionem faciant, cauſa redditur.* Samtan-Poutrà *a Brambane* Lecin *didicit Alphabetum litterarum 364., & myſteria Cenreſi. Libros Brambanicos duos ex Indoſtan aſportat.* Alphabetum *a* Samtan-Poutrà *oblatum Regi in uſum Populorum tanquam nimis arduum, & captu difficile non recipitur. Novum divinitus condit* Samtan-Poutrà. *Legum tabulas ſcribit. Religionem* Cenreſi. *& orationem* Hom-mani-pemeum *communicat Regi. Rex edocet populos.* 290

CVII. *Geſta* Samtan-Poutræ, *&* Scythiani *quam affinia ſint, & inter ſe conjuncta.* Samtan-Poutrà, *&* Scythianus *eoſdem Brambanicos libros ex India aſportarunt. Aſſemanii ſententia de libris Brambanicis Scythiani, a Beauſobrii cenſura vindicatur.* Scythiani *libelli in linguas alias verſi, & ab ipſo tandem* Manete *fortaſſe amplificati. Liber* Myſteriorum *Scythiani alphabetico ordine compoſitus, idem fortaſſe erat, quem poſtea Tibetani vocarunt* Alphabetum Samtan-poutræ. Scythianus *&* Samtan-poutrà *ambo Magi. Scythianus* Scytha *cum Scythiano* Arabe *ab Interpretibus Archelai confunditur: cur?* Scenites *Arabes &* Sceenes *Tibetani, iidem.* Saraceni *hoc eſt Orientales, etiam Tatari finitimi Tibetanis.* 291

CVIII. Scythianus *nomen quam facile ex* Samtan *fieri potuerit. De* Samtan-poutræ, *ſive primi* Scythiani *ætate.* 293

CIX. *Diluvium univerſale conjungunt Tibetani cum anno ante* Chriſtum 2190. *Diluvii epocham figit* Bonjurius *juxta fidem Hebr. textus in an. ante Chr.* 2290. *Epocha* diluvii *apud* Sinos *eſt annus* 48. *Cycli vij. ante Chr.* 2290. *Cycli Sinenſium expanſi apud D.* De Guignes *in H. Gener. Hunnor. Tibetani ut Attici ſumunt diluvii epocham* a diſperſione Noachidarum, *& ab ortu* Phaleg. *Ab anno* diluvii *ſive* diſperſionis Noachidarum *ad primum uſque propagatorem hominum in Tibeto annos ſupputant* 850. *A propagatione hominis uſque ad* 1. *Regem an.* 147. Primo *Regi tribuunt an.* 91. *Ab anno emortuali* 1. *Regis ad tempora uſque Regis* XXIV. *an. numerant* 1102. *Reges Tibetani ante Chriſti adventum vix cogniti. Epocha Regis* XXIV. *concurrit cum epocha* Chriſti Jeſu. Tou-fan: Si-Tçang: Kiang *apud D.* De Guignes *vocantur a Sinis Tibetani.* Tou-fan, *quid? De origine Regum Tibetanorum quid ſentiat D.* De Guignes. *Canon Regum, qui proprie Tibetani dicuntur, exordium ſumit apud D.* De Guignes *ab an. poſt Chr.* 589. *Reges Tibetani ex Collectaneis P. Horatii Pinnabillenſis.* ibid.

CX. *Epocha* Scythiani, *&* Manetis *cohæret cum Epocha Regum Tibetanorum* vigeſimi quarti, *&* trigeſimi. 341

CXI. *Locus diſputationis ab Archelao cum Manete initæ. Si diſputatio Archelai cum Manete accidit in* Turkeſtan, *eam* Beauſobrius *ipſe tanquam ſplendidum Chriſtianæ antiquitatis monumentum amplectitur. Archelaus Ep. in* Scythia *cum Manete diſputaſſe creditur. Regio inter Tigrim & Euphratem poſita non una eſt quæ* Meſopotamia *dicatur.* Meſopotamia *Regio inter Tigrim & Euphratem cur cum adjuncto* Syriæ *a Græco, Cophto, & Latino Interprete ſæpe vocetur. Meſopotamia* appellative *Regio quævis inter amnes jacens.* ibid.

CXII. Caſ-kar *media inter duas Scythias, auctore D. Deguignes, exponitur* Caſia Regio. *Origines fluviorum* Gihonis, Sihonis, Indi, *&* Gangis *in* Caſ-kar, *ſive in confinibus Provinciæ Tibetanæ* Ngari. Tzang-ciù *fluvii ſcatebra eadem, quæ* Gangis *&* Indi. *iv. fluminum & Gangis præſertim origo ex* Caſ-kar *anſam præbuit opinioni, quæ Terreſtris Paradiſi ſitum in Indiis collocat.* Phiſon JOSEPHO, EPIPH., HIERON. *aliiſque vetuſtiſſimis Scriptoribus* Ganges: Geon, *Nilus*. Scythæ *Terreſtrem Paradiſum in* Imao *monte fortaſſe collocarunt.* 343

CXIII. Imaus *Mons cæleſtis nuncupatus*. Gangis *ſcaturigo in* Caſ-kar *a* Monte Cæleſti. Ganges *Tibetice* Kankhis, *ſeu* Kankhus. Kankhis *idem ac* Chonghez. Chonghez *Regio ex* Kankhis, *ſive* Cankhis. Kan-Khis *exponitur fons* Kis, *&* Kus, *ſive* Caſii. Phiſonem (*Gangem Græcis dictum*) στόμα κόρης os pupillæ *interpretatur Heſyc.*, *cur?* Στόμα κόρης *pro aperitione, hiatu, ſinu, oſtio fontis accipitur*. Chana *Tibeticum Hebraicis, Syriacis, & Arabicis affinibus illuſtratur*. Chana *etymon in Tibetico nomine Gangis, idem eſt quod Hebraicum* Puſch. Kis, *ſive* Kus *in Tibetana* Machankis, *quid?* Kis *&* Kus, *ſeu* Chus *idem*. Kas *&* Caſius *ex Chus*. Caſii *montes in* Syria, *in* Meſopotamia, *& ad* Peluſium. 344

CXIV. Æthiopia *duplex*, Africana, *&* Aſiatica. *De* triplici Chus *Calmeti ſententia*. Chus Scythica *intra & extra* Imaum *producitur*. Chaſ-kar *ſedes, ſeu regio* Chas, Chaſii *ſcilicet ſive* Chuſii. Chaſ-kar *in* Kathai, *ſive in* Khotan. Khetay *vox Ægyptiaca* Chus *ſive* Æthiopiam *ſignificans explicatur*. Caſius *ad Imaum* Aria, *hoc eſt* Chus *ſive* Æthiopia. Cara-chatai, *Nigra Æthiopia*. 346

CXV. Khatay *Sina*. *S. Propheta Moyſes ideo* Sinus *habitus, quia* Æthiops. *In montes* Caſios *ſumma Indorum ac Tibetanorum religio, cur?* Caſſiopa, *ſive* Caſſiæ *filius Brammhæ, & Brammhanum Pater, idem qui* Caſius. Chaſius *Syris & Heſychio, quid?* *Deus* Biſcnu *in Indoſtan coloris* Æthiopici; *in Malabar viridis*. *Sedes* Biſnu, primi hominis, *mons* Caſius. *Ad fontes* Gangis *ſacræ* Fakirorum *peregrinationes in Indiis*. 347

CXVI. *Terra ad Gangem & in India extra Gangem aurifodinis opulentiſſima*. Chavilæ *nomen ad terras Gangeticas transferri aptiſſime potuit*. *Terra* Chavila, *multiplex*. Chauranæ *an* Chaulanæ *a* Chaulan? Chauranæ *teſte* De-Guignes, *in* Yerken *Metropoli, primum* Chaotche, *deinde* Kaskgar. *Lapillorum copia in Kaskar, viciniſque Regionibus, quanta*. Chabul *an a* Chavila. Chavila, *India*. Chavilæ *veſtigia plura in* Khoten *& alibi in proximis terrarum tractibus*. *Tibetani Sinenſium lingua* Nokiang. Bdellium, ſmaragdi, *&* jaſpides *Scythici nobiliſſimi*. 349

CXVII. Ganges *&* Nilus *uterque pro* Phiſone *habitus*. *Joſephus, aliique veterum fluvium* Chavilæ, Gangem: *fluvium* Chus, Gehonem *putarunt: cur ita?* Gehones *plures*. Gehon *Kaſcharenſium* Oxus. *Kaſcharenſes cur* Gehonem *derivent ex montibus* Caſiis. 351

CXVIII. Kaſchar, *Kathaja*. Kathaja *teſte Strabone in* Meſopotamia *Kaſcharena*. *In* Meſopotamia *Kaſcharena indigenæ* Archelao *Ep. vetuſtiores Paradiſum terreſtrem ab initio conſitum exiſtimarunt*. *Chriſtiana Religio in* Kaſcharenorum *regionibus ævo Apoſtolico propagata*. Kaſchar *via erat antiquiſſima ad* utramque Scythiam, *ad* Indiam extra Gangem, *ad* Seres, *ad* Sinos. Kaſchar, *ſive* Kathaja *communi* Indiæ *nomine a veteribus appellata*. *In* Caſcgar *ubi a recta fide Chriſtiani deviarunt*, Metropolis *erigitur* Neſtorianorum *Turkiſtaniæ*. *Metropolita Neſtorianus* Sinæ *idem ac Metropolita* Kathajæ *&* Kaſchar. *Chriſtiani ac Neſtoriani in* Kaſchar, *aliiſque* Cathajæ *regionibus*. Cathajæ *Apoſtolus* Agheus. *In Turkiſtania, & Cathaja Caſcharenſi ab ævo Apoſtolorum ingens Chriſtianorum multitudo, & Sedis Epiſcopalis erectio auctoribus* Hyde *&* Beauſobrio. *Caſtellum* Arabionis, *& fluvius* Stranga *in Hiſt. Manetis*. ivi.

CXIX. *Veſtigia Caſtelli* Arabionis, *&* Stranghæ *fluvii inter fines Perſarum, & Meſopotamiam Cathajæ*. *Caſtellum Arabionis*, Anderaba *fuiſſe putatur*. *Ab* Anderaba *ad Urbem* Adercand, *& Regnum* Caſchar *citatum iter dierum quinque, itineri* Turbonis *a Manete miſſi ad Marcellum ex æquo reſpondet*. Arabion *nomen ex* Anderaba. Stranga *fluvius*, Stracus *etiam dictus, nomen fortaſſe mendoſum*. *Mendum in* Stranga *nomine ex Amanuenſium hallucinatione repetitur*. *Quod Græcus, Latinuſque Interpres* Ὑπὲρ Ξά Trans Xa, *ideſt* trans Oxum *verterant in Act. Archelai transformarunt Amanuenſes in* Strancha, *&* Stranga, Stracus. *Etiam ex* Saranga *fluvio, cujus fons eſt in* Miceis *apud* Arrianum, *fieri facillime potuit* Stranga. Micei *montes pars* Imai, Aſcanimia *fortaſſe &* Comedus *a Ptolomeo appellati*. Micei, *unde ſic dicti?* Micei *proximi Caſchar*. *Per* Miceos, *& vadum* Sarangæ *iter erat ex* Perſide *in regionem* Caſchar. Manes *ab Archelao victus fugit in Scythiam, in Indiam, in Tibetum, & Sericam ad Sinos uſque*. *Poſt annos plures rediit* Caſchar *verſus, & venit in* Vicum Diodori. 354

CXX. *Longa annorum intercapedo inter fugam* Manetis *ex urbe* Caſchar, *& ipſius adventum in* Vicum Diodori *pugnare videtur cum Actis* Archelai. *Archelai Acta cum Chronotaxi, & ſententia noſtra conciliantur*. *Manes debellatus ab Archelao evanuit*. *Archelaus, quonam gentium effugiſſet Manes, diu ignoravit*. *Perſæ, & Arabes Scriptores de itinere Manetis in Turkiſtaniam, Indiam, & Sinam, quam conſona & credibilia tradant*. *Delubra duo a Manete picturis ornata, an ambo in Tibeto? an vero magis, alterum in Tibeto, alterum in finibus Synæ?* *Manes annum integrum in* Antro *abditus, quid ibi egerit, quas impoſturas procuderit?* *Cauſæ, cur Archelaum per annos multos latere potuit Manes*. *Archelaus poſt annos plures ab inſtituta diſputatione eius acta conſcripſit*. *Archelaus in* Diodorenſi Concione *annos plures a Caſcharenſi diſputatione ad ſecundum cum Manete congreſſum*

greſſum effluxiſſe ſignificat. Diſputatio Caſcharis habita ante an. 264. Epocha Actæ ab epocha Scriptæ diſputationis diſtinguenda. Epocha Actæ diſputationis figitur in an. circiter 261.: Epocha per Archelaum Scriptæ diſputationis in an. pl. min. 278. Acta diſputationis Archelai a Suppari Scriptore confuſa, & mire corrupta. 357

CXXI. Ad proxime conjungendam diſputationem Diodorenſem cum Caſcharenſi, quid Supparem Scriptorem fortaſſe induxerit? Probi Rom. Imp. nomen e margine in textum Archelai irrepſiſſe conjicitur. Acta Caſcharenſis diſputationis non nude deſcripſit Archelaus, ſed ex actis novum veluti opus confecit adverſus Manetem. Archelaus non Diodorenſis, ſed ſolius Caſcharenſis diſputationis eſt auctor, Cur? Probi nomen ad epocham Scriptæ diſputationis Caſcharenſis refertur. Epocha ætatem deſignans vel Interpretis vel Amanuenſis affingitur Archelao cum Manete diſputanti. Hegemonius, vel quiſquis alius is fuerit, plura addidit, detraxitque Actis ab Archelao editis. Sententia noſtra de duplici epocha Archelai diſputantis in Urbe Caſchar, & Archelai jam diſputata ſcribentis, mire conciliat varia Patrum teſtimonia de epocha hæreſis Manichæorum. 360

CXXII. Hegemonius, quæ propria erant Meſopotamiæ Cathajenſis, tribuit Meſopotamiæ Syriæ. Poſita diſputatione Archelai cum Manete in Meſopotamia Cathajæ, cauſa redditur, cur de eo ſileant Euſeb. Cæſar. & S. Ephrem Edeſſenus. 362

CXXIII. De Apollonio Tyanæo XACA Indorum, Sinenſium, aliarumque Orientalium gentium Moshemii ſuſpicio. Xaca, Scythianus atque adeo Manes pro Chriſto, & Spiritu Sancto habitus. Xaca, Fo, Biſnu, Chriſnu Tibetanorum, Sinenſium, & Indorum Chriſtus. Xaca, ſive Scythianus, & Manes, ambo duodennes ſimulant Chriſtum annos natum duodecim. Xaca omnis ſexus, & formæ Deus. Xaca Mamaja Brammhanum, nova Iſis Ægyptiorum, Virgo maſcula, & Mater vitæ Manichæorum. Xaca Deus ſecundus in Trinitate Tibetana, Jeſus, anima, primus homo, Salvator, Legislator, Chriſtus in Luna, in Stellis, in Sole ex Manichæorum deliriis. Xaca, prima emanatio, Filius unicus Patris manentis in luce inaceſſibili, PRIMOGENITUS luminum Manichæorum, UNIGENITUS, novus Oſiris Valentinianorum: Filius Patris Hopamè Tibetanorum. Xaca Butta Iid, ideſt Unigenitus, ſeu Primogenitus in ipſo nomine Tibeti demonſtratus. Xacæ Pater Sezan, & ipſe Dei Filius. Sezan idem ac Zuzan. Meſdeus Rex Indorum idem qui Mahdeus Numen: Et Senghethram avus Xacæ, Segamus ſic corrupte nuncupatus in Act. apocryphis S. Thomæ Apoſtoli. Priſci hæretici, ſeu Semichriſtiani impoſtores, inter quos Scythianus, triplex ſibi nomen & Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, arrogare conſueverunt. Jehid, ſive Ihid nomen eſſe poteſt commune Patri & Filio. 363

CXXIV. Pot-Iid, aut Iit, quo pacto eſſe poſſit But, Adonis, Ἰαῶος, Dominus. Tibout Sinenſium lingua Dominus, Magiſter, Imperator, Legislator Butta. Tibut, per Ti Sinicum terram ſignificans, Terra ſeu Regio Buttæ. Tibet Tingri, Tibeti nomen Hydio, & Bayero, Dei ſive Cæli proſperitas. Varia Tibetanorum nomina ex unico illo Butta originem ducunt. 367

CXXV. De Buta, ſive Butta Indorum Numine, ac Legislatore, Clementis Alex. teſtimonium. De Budda Gymnoſophiſtarum Indiæ e latere VIRGINIS parto ſcribit S. Hieron. Budda apud S. Hieron. e Virgine natus, unus idemque eſt, judice Beauſobrio, cum Butta Sammanæorum, cujus meminit Clem. Alex: Sententiam de duplici Budda damnat Beauſobrius tanquam Matrem multiplicis calumniæ ab Eccleſiæ Patribus Buddæ Manetis Præceptori inſtructæ. Præceptor Manetis relicto Terebinthi nomine, vocatur Budda. Beauſobrius Eccleſiæ Patres tanquam calumniatores infamat, quôd Buddam Manichæum hoc ſibi nomen ex arte dediſſe ſcripſerint. Beauſobrii temeritas, & inſania demonſtratur. Beauſobrius teſtimonia, & mentem SS. Patrum indigne corrumpit. Terebinthus Inſtitutor Manetis, teſte S. Archelao, nomen Buddæ ſibi impoſuerat, antequam Babyloniam adiret. Nomen Buddæ Terebinthus non accepit Babylone ex voce Buthema Terebynthum fortaſſe ſignificante, ſed ſecum potius ex Ægypto adtulit. Buddæ nomine appellari Terebinthus quantopere affectarit. 369

CXXVI. Butò, ſive Butus nomen Ægyptiacum. Butos vocabulum ex Mutos factum, docet Jablonskius. Butos, ſive Mutos quot modis exponi queat, tradit Jablonsk. Ta Tibetanum idem ac Moth ſive Muth. Butus Luna plena, perfectiſſimi boni culmen. Ex Butò Ægyptiaco prodiiſſe putantur commenta, quæ Manichæi de Lunæ arcanis excogitarunt. Luna juxta Manichæos, & Tibetanos ejuſdem cum Deo ſubſtantiæ. Luna plena ex Manichæorum fabulis transfert onus mundarum animarum in columnam gloriæ. In Luna JESUS, Mater vitæ, Gubernatores XII., Virgo lucis, Vivens Spiritus, & ϖολλαὶ aliæ plures Manichæorum. Non ex Buthema Chaldaico, ſed ex Butò Ægyptiaco Manichaicis fabulis aucto, nomen Butæ, ſive Buddæ ſibi feciſſe creditur Terebinthus. Quid analogiæ habere poſſit Butì Ægyptiorum apud Heſychium cum Butò Lunæ plenæ vocabulo. Butes apud Græcos Neptuni F. Budya III. poſt Bacchum Indorum Rex. But, ſive Bud Perſis, Arabibus, Indis divinitatis nomen. Budda Arabice tot fere habet ſignificationes, quot ſunt attributa JESU CHRISTO a Manichæis, Buddæ aut Botò ab Indis, a Sinis, & abs Tibetanis affícta. Fallitur

Beauſobrius, *qui Chaldæos, ac Babylonios affirmat Manetis ætate* Terebinthum *arborem appellaſſe* Buthema. Terebinthi *nomen nihil divini penes Babylonios præſeferebat*. Budda *nomen, licet ex* Terebintho arbore *apud Aſſyrios factum*, ſacrum *tamen erat, & inſigne divinitatis. Qua ratione* Beauſobrius Buddæ *nomen a crimine affectatæ divinitatis defendit in Terebintho, defendere perinde poſſet nomina omnium fere Gentilium Deorum*. 371

CXXVII. Butta *Clement. Alex. jure a Tollio, aliiſque eruditis Viris diverſus creditur a* Budda *Hieronymiano. Quanquam unus, idemque eſſet* Butta *a Clem., & ab Hieron. commemoratus, Ille tamen, cui ſe ſimilem fecit* Budda *Manichæus, non antevertit, ſed ſequitur tempora adventus Chriſti. Inſaniens* Budda *facit ſe* Dei Filium. 375

CXXVIII. *Magiſter Manetis quo pacto perſuadere potuerit ſe eſſe* Dei Filium, *Chriſtum ſcilicet e* Virgine natum, *eumque ſimulatum in* Budda *Indis, & Sinis jam cognito. Genitores Manetis* Patecius, & Caroſſa. Dii Patæcii *Phœnicum, qui?* Patæcii, *auctore Bocharto, ita dicti a* Batà, *vel* Betà *tutela*. Patæcius *ex* Phate *deductus, quo pacto idem eſſe poſſit ac* Buta. Dii Patæcii, *Herodoto teſte, forma ſimiles* Vulcano Memphitico. Patæcius *nomen, an* Phthaſc *Vulcanus Ægyptius*. Phthaſc, *quid?* Phthas *Deus Cuſtos Ægypti*. Patæcii *Dii Cuſtodes & Tutelares*. Phthas *Ægyptiacum, an idem ac* Phchas, *vel* Phachas *Tibetanum?* Phtha *Veteribus*, ignis divinus. *Veterum ſententia de voce* Phtha *ignem, ſive accenſionem divinam ſignificante defenditur, & explicatur*. Phthas *Ægyptiorum lingua* flamma Dei. *Etymon* Phthas *a* La-Crozio, & Jablonskio *traditum, cur non rejiciatur*. Phthaè *in homiliis* S. Clementi *falſo adſcriptis tanquam vox ſenſus omnis expers a Jablonskio contemnitur*. Phthaè *ſenſus explicatur, & vox vindicatur*. Phthaè *idem ac* Phthòs. Phthòs *in S. Scriptura Ægyptiorum*, Princeps, Ordinator, & Conſtitutor. Caroſſa *nomen Matris* Manetis. Caroſſa *ex Ægyptiaca* Couros, *ſive* Couroſa, *prora & ſponda navis, reſpondet* Deo Patecio *proræ vel ſpondæ ejuſdem navis inſidenti*. Patecius & Caroſſa *fabuloſi magis quam veri Genitores* Manetis. Phaten *apud Arab. Pater* Manetis. Phaten *cum* Sacla *Manichæorum comparatur*. Cenreſi *Tibetanorum Simius, & Pater* Pahciò, *idem eſſe poteſt quod* Patecios. *In* Cadroma *Simia, Matre Tibetanorum an lateat* Cadroſſa, *ſive* Caroſſa *Mater* Manetis. Poti-ciò *ex genio linguæ Tibetanæ, adeoque* Patecius, *Budda* Magiſter *dici potuit* Pater *Manetis*: Anus *Nutrix*, Mater. 376

CXXIX. *Primum* Manetis *nomen* Corbicius. Corbicius, *Beauſobrio judice, vox* mendoſa, *& a genio linguarum Orientalium aliena*. Corbicius *& germanum, & Orientale nomen eſt in Tibetanorum fabulis adumbratum*. Manes *Buddiſtico Brambanum genere natus* Suida, & Cedreno *auctoribus*. 381

CXXX. Manes *juxta* Chronica Edeſſena *naſcitur ann. Chr.*240. *Epocha Nati Manetis* duplex *ſtatuitur; altera quæ* veri, *altera quæ* opinati Natalis *eſt. Illa affigitur an. Chr.*228. *circiter, Iſta* 240. Ann. XXXV. *Manetis ab epocha* Veri Natalis *congruit cum* ann. *Caſcharenſis diſputationis pl. min.*263. *Supputare tempora Manetis ab an.*240. *tanquam ab epocha* veri Natalis *improbabilem reddit ſententiam, quæ* Diſputationem Caſcharenſem *refert ad an.*261. 382

CXXXI. *Ætas pueri* Manetis *diſtributa in partes* duas *turpia myſteria continet. Ætas* Corbicii. *Ætas* Manetis. Puer Jeſus *deſcribitur in apocrypho & fabuloſo* Evangelio Infantiæ. *Jeſus ſeptennis* Filius Creatoris *a pueris ſodalibus exiſtimatur, quòd animam, greſſum, & rationem tribuat* luteis, fictiſque *figuris*. Sermo *Pueri Jeſu in* aquis *quam efficax. Puer Jeſus* Tinctor *portentoſiſſimus. Portenta Pueri Jeſu in operibus fabrilibus, & in lignis varias formas, atque figuras oſtendentibus. Puer Jeſus mutat pueros in* hædos. *Puer Jeſus* Paſtor, & Rex. *Puer Jeſus* ſerpentibus *imperat: Aquas diſperſas* Mantili *colligit. Puer Jeſus ſine Doctore alphabeti Arcana pandit: Leviſſimi ictus injuriam ſubita morte punit. Prodigia pueritiæ* Xacæ, & Chriſnu *celebrant Tibetani, & Indi*. Pſeudevangelium Infantiæ *Manichæis ſacerrimum, & acceptiſſimum*. Corbicius ſeptennis *ſimia pueri Jeſu ad fabulas hæreticas, & paganas impie traducti. In portentis* Pueri Jeſu *continentur ænigmata fabularum Manetis*. 383

CXXXII. *Quicquid eſt* Puer Jeſus *in Pſeudevangelio Infantiæ, id eſt* Corbicius in Manete puero. *Formator Imaginum & figurarum: Fictor, Simulator: Opus artificis: Textrina: Effigies hominis, Puer alatus: Sibilator: Magus: Multitudo ſcientiæ: Flamma ignis: Magnus, potens: Anima in corpore afflicta: Sator terræ: Saltator penniger: Collector aquarum, uno* Corbicii *nomine exprimuntur. Prima* Corbicii *nominis origo ex Ægypto*. Chereb-Ich, *ſive* Cherbic, & Corbic *Ægyptiace, nobis* Corbicius, *exponitur* Spiritus transformationum, apparitionum, & figurarum. Corbagi, Corbhi, & Rota Cenreſi *Tibetan. idem præſeferunt, quod Ægypt.* Cherbic. 386

CXXXIII. Corbicius *primum* Captivus, *deinde* Liber *repræſentat* Animam, primum hominem, & Jeſum Manichæorum captum primo a Principibus tenebrarum, *deinde ab eorum vinculis* liberatum. Manes, *qui Chriſtum fecit Simulatorum Principem, nil metuit acta omnia Chriſti*

in ſeipſo fingere ac ſimulare. Manes Jeſum in ſe renatum ſimulabat. Fò Sinenſium ex Photh. Photh Ægyptiace figmentum, & ſimulacrum. Photh & Fò Sinenſium Jeſus ſimulator, & ſimulatus. In Xaca, Centeſi, Biſnu, Criſnu, & Ma-JESOU-ren ſimulatur JESUS Dei Filius, primus homo, & Anima. In Manete, ſive in Corbicio ſeptenni fingitur Jeſus Puer renatus. Jeſus, in Pſeudev. infantiæ, Tinctor, & Manes Pictor, idem. Manes Mathematicus, Aſtronomus, Geographus, Magus, ſuoque arbitratu Inviſibilis, idem eſt ac JESUS impie deſcriptus in Pſeudev. Infantiæ. 387

CXXXIV. Indoles Pueri Jeſu in Pſeudev. Inf. quam iracunda, atra, ferox, & ultrix. Beauſobrius in principiis ſyſtematis Manichæorum ſæpe cœcutiit. Mors, Manichæorum ſententia, beneficium, non pœna. Quicquid in morte hominis ſpeciem pœnæ referre videtur, juxta Manichæos accidentarium eſt. Credebant Manichæi in morte partem lucidam liberari, partem vero tenebroſam affligi. Puer Jeſus ex Manichæorum principiis dum ſubita morte punit lædentem, punit non hominem ſed partem hominis tenebroſam. Beauſobrius ignorans ſyſtema Manichæorum, ignoravit cauſam cur Pſeudev. Inf. tribuat Puero Jeſu indolem hominis ultoris, impatientis, & formidabilis. Auctor Pſeudevangelii, judice Beauſobrio volens Dei Filium pingere, ſuis ſe coloribus pingit. Pſeudevangelium Infantiæ an opus eſſe poſſit Thomæ diſcipuli Manetis? Pſeudevangel. Infan. Marcoſiis tributum. Marcoſii cum Manichæis arcte conjuncti. Pſeudevangelium, quo malo genio Auctore ab initio ſcriptum, eodem & auctum. Non Pueri Jeſu, ſed Manetis natura in Pſeudev. Infan. ad vivum expreſſa videtur. 390

CXXXV. Manes barbari, dæmonici, & furentis ingenii homo, Ornatus Manetis ubi primum ſeſe ſpectandum obtulit in Urbe Caſchgar, quam inſolens, & prodigioſus, Ornatus, forma, & colores varii indumentorum Manetis ſpectantur in Diis, in Lamis, & in Xacaitis Tibetanorum. Colores præcipui in Pallio Manetis viridis, & luteus, ſive croceus. Pallium Tibetanorum Numinum, viride. Pallium Xacæ, & Xacaitarum, luteum ſeu croceum. Colorum varietas in veſtimentis Xacaitarum, turpium myſteriorum index. Ornatum Manetis impie & ignoranter comparat Beauſobrius cum ornatu Summorum Pontificum, Cardinalium, & Epiſcoporum veræ Eccleſiæ Chriſti. Diabolus, Interprete S. Ephrem, viridi, luteo, pallidove colore tinxit Manetem. Ad Magos, & Xacaitas Tibetanos mittitur Beauſobrius, ut intelligat myſteria verſicoloris Manetis. Manes ſomniatam proceritatem Chriſti repræſentare affectat. Manes Artificis vultu ſpeciem Jeſu artificis referre molitur. Manetem Artificem, temere mutat Beauſobrius in Philoſophum. Beauſobrius calumniæ redarguit Eccl. PP., & Manetem defendit. Ex impia Manetis doctrina ars ſimulandi conſectarium eſt neceſſarium, & inevitabile. Patientia & modeſtia, ſi qua unquam viſa eſt in Manete, ſimulata fuit. 392

CXXXVI. Septennis Corbicii ætas ficta, & ſimulata concluditur. Corbicii ætatem in Tibeto gerere debent Pueri veſtem Xacaicam induturi. Majores noſtri non tam expreſſe notarunt in Manete tanquam ſimulatam epocham Corbicii, Cur? Anus, quæ dicitur ab Interpretibus, Domina ſeu Nutrix Corbicii, eſſe fortaſſe potuit in textu Archel. vel Syr. Janan conſcia arcanorum, vel Chald. Onaha, vel Onha ſimulatio. 395

CXXXVII. Periodus ij. vitæ Chriſti duodennis in Pſeudo-Evang. inſignis ob artium, & ſcientiarum omnium manifeſtationem. Periodum ſecundam Actorum Chriſti Manes egregie ſimulat. Anni periodi ij. actorum Manetis termini ſunt Tirocinii, & Profeſſionis Aſceticæ Xacaitarum. Periodus iij. Actorum Chriſti, annus ejus trigeſimus ob editæ legis epocham inſignis. Hanc ipſam affabre ſimulavit Manes. An. xxx. ætatis ſuæ cœpit Manes hæreſis monſtra promulgare, ſeſeque dicere Spiritum Paraclitum. De Manetis ætate a vero natali ducta nihil certi ſtatui poteſt. Cur in annis vitæ Manetis, Xacæ, & Buddæ ſupputandis diſſentiant Scriptores noſtri, Tibetani, aliique, cauſa eſt triplex annorum periodus ab eodem Manete artificioſe compoſita, ac ſimulata. 396

CXXXVIII. Manes non tantum genere, & Religione Buddiſta, ſed & Budda ipſe, hoc eſt Pſeudo-Chriſtus renatus, habitus eſt a ſuis. Ut impoſturæ cohærerent, cogebatur Manes dicere Chriſtum ex Virgine quomodocunque editum apparuiſſe. Adas in Oriente ſucceſſit Maneti. 398

CXXXIX. Fò, ſive Buddæ Religio in extremis Orientis regionibus amiſſas vires recuperare, augerique cœpit vivente Manete. Incolæ Ceylan adorant Fò. Statua Fò miſſa a Rege Ceylan ad Imperatorem Sinæ an.405. Rex O-lo tan in Inſulis meridionalibus an.430.; & Imperator Sinæ an.502. Cultores Fò. Templa erecta Maneti in Turkiſtania, & Ovigur. Nova Manetis Religio, Guigneſio teſte, Sinam pervaſit. Ex Templis erectis Maneti quod argumenti genus ſumatur ad refellendam temeritatem Beauſobrii calumniæ crimen objicientis Eccleſiæ Patribus in cauſa Manetis. Ubinam gentium Templa fuerint erecta Maneti, ex Guigneſio in Hiſtoria Tartarorum conjicitur. Incolæ Kam-kiu, vel Kang-kiu, alias Captchaq, & Aſtrakham adorant Fò, & Spiritum Cæli. Filium Spiritus Cæli mortuum, illliuſque oſſa amiſſa plorant. Oſſium inventionem quo ritu peragant. Ien-tchi Tartarorum populi in Bukharia minori adorabant Spiritum Cæli priſcis Eccleſiæ temporibus.

Spiritus

Spiritus Cæli Xaca, vel Spiritus vivens Manetis. Mo-ni-ſem, ideſt Manichæi, Bonzii Fò in comitatu Legati a Rege Tartaro ad Sinum Imperatorem miſſi an. 807. Tantabee apud Nubienſem Geograph. Tibetana Saducæorum Regio, Sedes Manichæorum, Sec. XII. Manichæos Saducæorum nomine a Veteribus nuncupatos Beauſobrius non diffitetur. Bramhanes Indoſtani, auctore De Guignes, Bonzii Sinenſes, & Lhamæ Tartari Lhaſſam colunt tanquam Caput, & centrum Religionis. Rex Tartarorum Turkut e confiniis Moſchorum miſſa Legatione obſecrat an. 1731. Lhamas Lhaſſenſes, ut preces & vota Buddiſtico ritu faciant pro anima Genitoris vita defuncti. ivi.

CXL. Scholæ publicæ Tibetanorum, xij. i. Lapranga Lhaſſæ. ij. Brepung. iij. Serà. iv. Sambu. v. Kaden. vi. Traſcilonbà. vij. Cetrolin. viij. Takpò Tratzhang. ix. Ngari Tratzhang. x. Ravatò. xi. Ravame. xij. Sechia. Scholæ publicæ in Cœnobiis. E Sina, Turkiſtania, ac Tartaria omni confluunt ſtudioſi juvenes ad publicas Scholas Tibetanorum. Quas artes, ac diſciplinas in Scholis doceant Lhamæ Tibetani. Ordo ſtudiorum. Doctoris Laurea quo ritu tradatur. Mediocris doctrinæ candidati creantur Rabgiambæ in duabus Academiis minoribus Tzetang, & Gnamrim. Scholæ ad Magiam tradendam in Tibeto publicæ. Magiæ Doctores Ngarambæ. 401

CXLI. Religioſorum Xacaitarum gradus, & ordines, novem i. Lhama. ij. Chevè-ſegnen. iij. Rabgiambà. iv. Ngarambà. v. Uzè Præfectus Muſicorum. Manes Muſicus excellentiſſimus, Inventor Chelys. Chelyn pulſat Deus Chia-cin in vertice montis Righiel. Arcana Chelys inter fabulas Manetis quæ eſſe potuerint? Cultores Buddæ muſica delectantur. Chelys Chia-cin quo pacto eſſe poſſit Organum bellicum in prælio Laharum adverſus Lhamain. vi. Ordo Xacaitarum. Munera Kekhò. Tympano, Campanula, duabuſque tubis convocatur ad publicas preces conventus Xacaitarum. Tuba ex Cochlea marina ſignum editur ſacræ præcentionis. Tuba Xacæ ex cochlea marina, quam potens, ac prodigioſa. vij. Ordo Kelong. viij. Khapcihù. ix. & infimus Ketzul. 403

CXLII. Magni Lhamæ nomen in Scythia antiquiſſimum. 405

CXLIII. Templa Tibetanorum. Lahprangæ Templi Lhaſſenſis Ichnographia. 406

CXLIV. Religio, litteræ, & lingua Tibetanorum longe lateque diffuſæ. Regni Tibetani fines. Legendorum militum ratio. Provinciæ quædam, & familiæ omnes dantes pueros Religioni, nullos dant homines militiæ Regis. De anno ac ſolò natali Fò, ſive Xacæ veteris, quid ferant annales Sinici apud De-Guignes. Bonzius ac deceptor inſignis Fò-tou-tching in Sina cognitus ſub initium ſæc. Eccleſiæ III., potuit eſſe Siſinius ſucceſſor Manetis, Budda & ipſe renatus. Ngari Tamò, an a Tamò, Indorum ac Sinenſium deceptore notiſſimo, ſic dici potuerit? Tamò, an Thomas diſcipulus Manetis. Fabula montis Ri-Khjel, vel Somerò Geographo Nubienſi non omnino ignota. Fabuloſus Hyacinthus, cujus meminit Nubienſis, idem videtur ac Tibetanus Kiacin. Arborem Giamun Indorum, & Zampuh Tibetanorum, adumbratam fortaſſe tradidit Nubienſis in Barciul Sinorum. Epitaphium a Balgobinda in laudem defuncti P. Horatii compoſitum: Anno a ſolutis debitis 865. Cycl. (Aacha) 8., Lun. deficient. 6. Novembr. (quo die Balgobinda ſcripſit) Cl. P. Franciſc. Horat. progenie Phrancus in his Regionibus commoratus an. jam elapſos 33. Dei ſummi legem prædicavit: Poſtremo in Patanæ Civitate deceſſit. Magica Numinis Invocatio ornata Capite Hom, & cauda magiæ Gnia. Mos ſuſpendendi vela magica in ſolariis Tibetanorum, quidnam commune habere queat cum Buddæ, & Manichæorum moribus? Divi Tibetanorum Legislatores antequam legem reſtituere aggrediantur, inviſunt Urbem & natale ſolum Xacæ in centro Aſiæ. Quod S. Prophetæ vaticinati ſunt de ſalute adferenda hominibus in medio Terræ per adventum CHRISTI, Xacaitæ ad Legislatorem ſuum accomodant in centro Aſiæ. Priſci Evangelicæ doctrinæ corruptores originem prædicationis ſe traxiſſe oſtentarunt, aut certe finxerunt ab iis locis, ubi Chriſtus & Apoſtoli prædicarunt. Cur? Xacam in centro terræ natum Siamenſes, & Peguani tradunt. Sciam-phalà Arabiæ, & Syriæ nomen translatum apud Tibetanos conjicitur in Regionem, unde effluit Ganges. Symbola Cycli minoris, & in centro Tab. Tranſmigrationum poſiti aliud quiddam, quam quod vulgus indoctorum Tibetanorum exiſtimat, ſignificare creduntur. Cyclus omnium intimior, & lucidus bonarum tranſmigrationum ſymbola continere videtur. Serpens Tibetanus in centro Cycli lucidi aut ab Agatho-dæmone Ægyptiorum, aut, quod veriſimilius eſt, a gemmis Abraxeis Baſilidianorum, & Gnoſticorum derivatus conjicitur. Nec Baſilidianos Manichæorum anteſignanos, nec ullius Chriſtianæ ſectæ homines contendit Beauſobrius auctores eſſe Abraxearum. Beauſobrius refellitur. Maximum Beauſobrii argumentum a Jablonſkio convellitur. Negat Beauſobrius Apoſtatas Chriſtianæ fidei fuiſſe Simonianos, Gnoſticos, & Ophitas, quarundam, ut ipſe cenſet, Abraxearum Auctores, Cur? Ineptiæ Beauſobrianæ refutantur. S. Irenæi locum de Magia, & Imaginibus Baſilidianis a Maſſueto vindicatum, temere atque fallaciter Beauſobrius vexare tentavit. Teſtimonio Origenis de Simonianis & Ophitis a germana Chriſti fide alienis improbe abutitur Beauſobrius, ne eos inter ſectas Chriſtianorum agnoſcat. Serpens apud Gnoſtico-Baſilidianos, & Manichæos ſymbolum Solis, & Chriſti. Sangh-kie Deus adjutor Viatorum in catena tranſmigrationum. S. Auguſtini doctrina adverſus Manichæos, & Pelagianos

Miſſio-

Miſſionariis Apoſtolicis in Tibetum miſſis maxime neceſſaria. Manì in Hommanì-peme-hum idem ac Manes. Manì quam multa apud Tibetanos ſignificet. Ἰσχάδες Manichaicæ in ſacris arboribus Tibetanorum. Ficuum, ſive Ἰσχάδων, genera duo, Buddæ ſeu Xacæ ſacra apud Siamenſes. Manì ſacer uſus & cantus in Tibeto multiplex. Gyrus Legis in verſando Manì duo admonet: implere, & propagare legem a Budda, ſive Xaca latam. Pe-tmà Tibetanum, & Tamà Indicum idem ſunt. In Tamà orationis Hom-mani-peme-hum, latet fortaſſe Manetis diſcipulus, & ſolemnis impoſtor Tamò. Orationi: Hom-mani-peme-hum nullo modo reſpondere poſſunt Chriſtianæ preces: Kyrie eleiſon, vel Miſerere noſtri Domine. Preces Hom-mani-peme-hum quam falſo ac periculoſe trahantur ad ſenſum alterius cujuſdam Tibetanæ orationis: Conciosum-boga dipatat-rò. Septemdecim Chriſtiani Neophyti in ſpectaculum dati, & flagellis duriſſimis cæſi, quôd totis diebus decem conſtanter renuerint in Urbe Lhaſſa recitatione precum, Hom-mani-peme-hum, oris ſui puritatem contaminare. Hom-mani-peme-hum tanquam teſſera Xacaicæ Religionis ſpectatur a Tibetanis. 416

CXLV. Imagines, ſimulacra, Templa, thura, & altaria Tibetanorum Xacaitarum aliena non ſunt ab inſtitutis Manichæorum. Beauſobrius contendens, ſacrarum Imaginum uſum nunquam fuiſſe a Manichæis admiſſum, refutatur. Manichæi Crucem Chriſti, & Sanctos ipſos in Eccleſia Catholica religioſis honoribus affectos, non autem Imagines, ſi Deos Divoſque ſuos repræſentarent, exſecrabantur. Manichæi apud Cplnum Epiſcopum profitentur venerationem vivificæ Cruci, ac Deiparæ Virgini: quo ſenſu? Crux Manichaica ſimilis Nekpallenſi, aut etiam Tibeticæ & Japonicæ. Fraudes & impoſturæ Manichæorum. Geneſius Manichæus ſimulat Timotheum S. Pauli Apoſtoli diſcipulum. Sergius Manichæus ſe vocat Paraclitum, Tychicum Apoſtoli Pauli diſcipulum, Aſtrum ſplendidum: Et pro ipſo Spiritu Sancto a ſuis habetur, & honoratur. Sergius Evangelium Chriſti mire corruptum, atque fœdatum prædicat in quatuor Mundi plagis. Nomina Nationum, & Populorum, quibus S. Apoſtolus annunciaverat Evangelium, transfert Impoſtor Sergius ad Gentes alias Manichaica prædicatione ſua ſeductas. Laodicenos appellat habitatores Kynarum. Sergianæ Laodiceæ veſtigium in Regno Tibetanorum Lhadak, ſive Lhahe-dok nuncupato. Kynæ, Regiones ad Caſchar. 525

CXLVI. Manichæi ſacrarum Imaginum uſum nunquam tanquam malum, & idololatricum improbarunt. Ichonoclaſtæ infami Manichæorum nomine a Catholicis notabantur; ſed ob aliam omnino cauſam, quam quæ fingitur a Beauſobrio. Sacrarum Imaginum uſum Manichæorum ſectæ Beauſobrius modo tribuit, modo negat. Pro ſacris Imaginibus a ſecta Manichæorum rejectis S. Auguſtini teſtimonium tanquam decretorium Beauſobrius laudat. 528

CXLVII. S. Auguſtini teſtimonium nec decretorium eſt, nec Beauſobrii conſilio favet, nec ſacrarum Imaginum uſum abjudicat Manichæis. 529

CXLVIII. Fauſtus Manichæus in occultandis ſuperſtitionis ſectæ ſuæ ritibus mire callidus, & circumſpectus, Cur? Fauſtum hominem fallaciſſimum quam inique Beauſobrius comparet cum Epiſcopo noſtro I. B. Boſſueto candidi moris ſcriptore, & in exponendis Catholicæ Religionis dogmatibus fideliſſimo. Manichæi in Eccleſiis Catholicorum ſacras Imagines colere videbantur. An Manichæorum Electi Imagines haberent, & colerent in penetralibus, nunquam ſcire potuit Auguſtinus. De ſecretis Manichæorum ritibus uni Electorum ordini cognitis, aliique nemini revelatis ingenuum plane eſt S. Auguſtini teſtimonium, & ab omni Beauſobrii calumnia, ac ſuſpicione in tuto poſitum. Manichæi cur tantopere caverint, ne myſteria ſectæ ſive ſculpta, ſive picta, ſive etiam interpretata Catholicis innoteſcerent? 532

CXLIX. Fauſtus veritus Imperatorum leges in Apoſtatas, & Paganos latas, totidem fere verbis, quibus leges ipſæ loquuntur, rejicit a ſe, & ſolis Gentilibus tribuit delubra, aras, ſacrificia, incenſum, & ſimulacra. Aræ, Templa, Sacrificia, Simulacra, lumina iis accenſa, & thura impoſita, ex quadam loquendi conſuetudine in antiquis Chriſtianorum Imperatorum legibus notæ erant Idololatricæ ſuperſtitionis. Eccleſiæ, veneranda, & ſacra myſteria Orthodoxæ fidei, aliaque pauca generatim ac ſimpliciter indicata uſurpabantur ab Imperatoribus Chriſtianis ad deſignandos ritus omnes divini cultus in Religione Catholica probe cognitos, atque receptos, adeoque & Templa, & Aras, & Sacrificium, & Imagines ſacras, & lumina, & thura Deo vero Sacra. Fauſtus ob Impp. leges in Manichæos latas domeſticæ ſectæ ritus prodere timuit. Manichæi Eccleſias erigere, vel ſimulare tentarunt. Eccleſiæ Manichæorum feralium myſteriorum ſepulcra. 536

CL. Manichæi ab Imperii Romani finibus extorres, & profugi ſedes ſibi quærunt in remotiſſimis Septentrionis, & Orientis regionibus. Manichæi in Scythia, in Indiis, in Tibeto, & in Sina nacti demum ſunt quidquid ad Idololatricos ritus libere uſurpandos opportunum erat. Quod Fauſtus Sacras Imagines a Manichæis agnitas religioſe coleret, ex ejuſdem Fauſti teſtimoniis arguitur. Templum, Ara, Sacrificium, & Simulacrum, μυστικῶς expoſita Fauſtus aperte agnoſcit, eademque ipſa φυσικῶς accepta a Manichaicæ ſectæ Inſtitutis minime rejicit. Scripturæ Sanctæ, & Eccleſiæ PP. ſæpiſſime Tem-

Templum, Aram, Sacrificium, & Θεοσέβειαν ad unum myſticum, & ſpiritalem ſenſum referunt, nec tamen excludunt, ſed, ubi rei natura, & loci opportunitas poſtulat, Templum, Aram, Sacrificium reale Corporis, & Sanguinis Chriſti, alioſque exteriores Chriſtianæ Religionis ritus differte commemorant. 538

CLI. Simulacra in ſacris abditiſque Manichæorum ædibus Romæ inventà Pontifice Symmacho. 541

CLII. Beauſobrii judicium de Manichæis in Indiis, in Sina, & in Scythia ab Indorum cultu abſolutis, miſerum plane, præpoſterum, atque ridiculum. 542

CLIII. Manichæiſmus in Tibeto, aliiſve regionibus Gog, & Magog cum Idololatria conjunctus, quid mali portendat Eccleſiæ Chriſti? Bellum atque ſeductio a S. Joh. prædicta Apoc. c.20. v.7. in Catholicæ Religionis perniciem poſt an. mille a Chriſti Regno in terris condito, a Manichæis Gog & Magog, Interprete Boſſueto, venerunt. Manichæi hypocritæ verſutiſſimi in arte fallendi, ac seducendi homines quantopere valeant. Manichæi Progenitores Calviniſtarum. Si ventura bellorum, & perſecutionum pericula uſque ad conſumationem ſeculi, juxta Apocalypſis Vaticinia, metuere debeat Eccleſia a Gog & Magog, a nullis magis quam a Manichæis Tibetanis ſunt metuenda. Inter poſteros Gog & Magog cenſendi ſunt Tibetani. Characteres, & vis omnis formidabilioris ſeductionis in moribus ac falſa ſanctitate Lhamarum, & Religioſorum Xacaitarum Tibeti. Artes ſeductionis in Tibetanis Xacaitis a priſcis Manichæis acceptæ. Kalanki Romanæ fidei Chriſtiani contumeliæ cauſa a Xacaitis nuncupati. Kalankia, vel Kalanki Antichriſtus. Kalankia Bramhanum opinione naſciturus traditur in Septentrionali regione Bricun-Ciattra, quæ ſita eſt in Tibeto. 543

CLIV. Epilogus & Concluſio Operis. Alphabetum dictum concluditur Tibetanum a Deo Butta. Oratio pro converſione ac reſipiſcentia Tibetanorum. 547

ALPHABETI TIBETANI

PARS SECUNDA.

PRÆFATIO. Humanum genus poſt diluvium linguarum multitudo diviſit. Unit diviſum poſt adventum Chriſti. De exoticarum linguarum cultu quam ſolliciti Romani Pontifices. CLEMENS XIII. Cardinales S. C. de Propaganda Fide. Conſilium edendi Tibetani Alphabeti unde, & quale ſit. Tibetanæ linguæ elementa Europæis ſero, & obſcure cognita. Edita a La-Crozio vitioſa. Quæ Bayerus edidit omnium perfectiora, non omnibus tamen numeris abſoluta. Plura, quæ ceteris deſunt, in Alphabeto noſtro continentur. Exempla Alphabeti a PP. Capucinis accepta authentica ſunt, & probatiſſima. 555

CAP. I. Inſtrumenta Litteraria Tibetanorum, Charta, Tabellæ, Samdræ, Ars Typographica, Forma, commodum; ornatus, elegantia Voluminum, & Bibliothecarum, Librorumque legendorum Ritus, & ſuperſtitio. Pambù, unde calami ſcriptorii fiunt. Charta Tibetana papyracea. Samdræ Tabellæ, earumque in ſcribendo uſus. Typographi Tibetani libros imprimunt formis inſculptis aſſeribus. Charta ad libros, vel ſcribendos, vel imprimendos craſſa. Volumen tectum ligneis tabulis & funiculo colligatum. Folia voluminis colligati funiculo, bis perforata in medio. Volumina ad mare Caſpium reperta colligata funiculis. O O circuli duo in fol. voluminis Caſpii Lipſiæ edito, non diſtinctiones ſermonis, ſed ora ſunt foraminum, & indicia introducti funiculi. Volumen Tibetanum ſine funiculis tectum, uſitatius. Numerus paginarum, vel arithmeticis notis, vel integris vocibus indicatur. Marginum ſpatia in voluminibus Tibetanis ad Regeſti Librarii indices, & ad emendationum commodum, ampliſſima. Ornatus, & elegantiæ in ſcribendo varietas. Libri Buddiſticæ legis auro & argento ſcripti. Bibliothecæ Tibetanæ. Quo ritu quove ſuperſtitionis apparatu ipſarum quoque liberalium artium, ſed legis præſertim volumina tractent, & legant Tibetani. 561

CAP. II. Signum initiale, Interpunctum, Comma, aliæque notæ Tibetanæ Orthographiæ traduntur. Uſtkhum notæ initialis exempla. Uſtkhum vis ſacra & energetica ad ſapientiæ Numinis opem implorandam. Uſtkhum munera in ſcriptione Tibetanorum, quæ? Punctum interſyllabicum quid? Puncti interſyllabici munus. Punctum interſyllabicum in integris Nominibus & pronunciandis & intelligendis difficultatem Tironibus parit. Punctum interſyllabicum aliunde utile eſt: & in monoſyllabis, ut linguæ ratio poſtulat, colligendis, ac rite pronunciandis, adjuvat Lectorem. Punctum fixum, Tibetanorum lineæ duæ perpendiculares. Punctum linea ſimplici interdum appictum. Comma Tibetanorum perpendicularis ſimplex. Circuli duo, nota ſuſpenſionis in pronunciando. Dicyclus, auctore Bayero, punctum Tangutanum. Dicycli munus apud Nekpallenſes. Dicyclus monoſyllabis in imperfecto orationis membro interpictus, nota venerationis. Aliud notæ genus ad honorem, & venerationem ſignificandam explicatur. Nota Coronidis. Auctor & ætas operis ad calcem Libri. Notæ hactenus incognitæ proferuntur. 568

CAP. III.

CAP. III. *Quotuplex ſit Tibetanæ Scripturæ genus, quis uſus, quiſve ordo ſcribendi? Scriptura* Magica & communis. *Communis*, major & minor. *Major* Ucèn. *Minor* Umin. *Ordo ſcribendi a læva in dexteram more Græcorum, & Occidentalium.* 573

CAP. IV. *Litterarum Diviſio, Numerus, Nomenque traduntur.* Conſonantes *litteræ Tibetanorum*, triginta. Conſonantes *a Tibetanis dictæ* Selcè, *cur? Conſonæ* ſimplices. *Conſonæ* compoſitæ. 575

CAP. V. *De Accentibus. Accentuum cognitio ad Tibetanam linguam addiſcendam ſummopere neceſſaria. In linguis, quæ Sinicæ naturam ſequuntur, accentuum ratio habenda eſt. Accentus quinque pro Tibetanis vocibus pronunciandis figuntur. Nota* Gutturalis, Palatini, Narini, Singularis. *Litteræ* quinque, *gutturali accentu affectæ.* Quinque, *Palatino.* Una, *Narino.* Una *iterum* Singulari. *Litteræ* Ja *ſonus* Singularis, *ſed nulla inſignitur nota.* 576

CAP. VI. *Tibetani Alphabeti* Selcè *ſeu conſonæ* XXX. *ſimplices exhibentur. Alphabeti Tibetani litteræ in ordines* octo *diſtributæ, cur? Priſcum Alphabeti ordinem Tibetanos immutaſſe, vehemens ſuſpicio eſt.* 578

CAP. VII. *Alphabetum noſtrum cum duobus a La-Crozio, & Bayero editis comparatur. Eædem litteræ ſola pronunciandi ratione in Alphabeto Romano diverſæ ab iis apparent, quæ extant in Lipſ., & Petropol.* 580

CAP. VIII. *De Litterarum Tibetanarum origine.* 583

CAP. IX. *Litteras in Alphabeto deficientes, qua ratione ſuppleant Tibetani. Litteræ* deficientes *mutantur apud Sinos in alias.* Supplentes *Sinicæ Latinis & Italis ſatis incommodæ, & moleſtæ. Litteræ deficientes Tibetanorum* VII. Supplentes, *quæ?* Supplens *deficientem* D, triplex. Supplens *deficientem* G, quintuplex. Supplens *deficientem* Z, duplex. *Leges in ſupplentibus obſervandæ. In* præpoſitivis *ſupplentium obſervandæ ſunt* quarta *quarti*, tertia *ſexti*, & ſecunda *ſeptimi ordinis: In* ſubjunctivis, tertia I. II. III. IV. & V. *Ordinis.* Præpoſitiva, *ſi vocalem habeat ſupraſcriptam non pertinet ad ſupplentem.* 586

CAP. X. *De Litteris ſubſcripto triangulo inſignitis. Ordines Conſonantium ſimplicium in Tabulis Bayerianis pares ſunt Brambanicis*, quiniſque *litteris conſtant. Ad* quintam *obtinendam Tabulæ Bayerianæ ſingulis quinariis ordinibus litteras* magicas *interjiciunt caudatas, & deſinentes in figuram trianguli.* 591

CAP. XI. *De Vocalibus. In* Vocalium *numero ſtatuendo non* La-Crozium, *alioſque, ſed Grammaticos Tibetanos ſequimur. Vocales* quatuor. *In Bayeri Tabulis vocales Tibetanæ Brammbanicis pares*, XVI. *numerantur. Vocales* XVI. *a Bayero editæ, auctores non habent Grammaticos Tibetanos. In ſeriem vocalium a* Bayero *traditam, obſervationes.* Kikù *inverſa ſupra conſonantes cum* r *conjunctas. De* Drengbù & Narò *geminatis. De* Kikù *dextrorſum verſo. De* Drengbù, Narò, & Sciapkiù geminis, regula. 592

CAP. XII. *Alphabeti Tibetani litteræ ad Latinas accomodantur.* 597

CAP. XIII. *Conſonantes compoſitæ, ſeu Tabula Syllabarum* Uniſelcè. *Quælibet conſona ſimplex ſine* adjuncta vocali *ſyllabam conſtituit. Syllabas comprehendentes* conſonas *cum* A vocali *conjunctas, nullas omnino lingua Tibetana agnoſcit. Conſonæ ſyllabas efformant conjunctæ cum quatuor tantum vocalibus* I, U, E, O. *Conſonantium compoſitarum, ſeu* Syllabarum ſimplicium *Ordines quaternarii* XXX. *Syllabæ ſimplices* Uniſelcè. 599

CAP. XIV. *Tabula Syllabarum* Diſelcè. 602

CAP. XV. *Litteræ nativum pronunciationis ſonum in ſyllabarum compoſitione mutantes.* Sciha *mutatur in* Sgiha: *quando?* Pa *pronunciatur ut* Va: *quando?* Pa & Pha *promiſcue ſonans ut* Ba & Va. *In litteris* Pha, & Pa *non eadem eſt ſcribendi quæ pronunciandi licentia. Eliſæ, & in nudam aſpirationem ſolutæ. Poſt litteram* a *congeniti, aut vocali affectam, reliquæ in eadem ſyllaba neceſſario aut eliduntur, aut in ſpiritum mere aſperum reſolvuntur. Elidendarum in monoſyllabis Tibetanis conſonantium numerus, & ratio explicatur.* Eliſæ *poſt* conſonantes ſimplices. *Eliſæ poſt* compoſitas. La, & Na *mutant* A *congenitum* præcedentis *in* E. Ta, & Sha A *congenitum* præcedentis Selcè *movent & ipſæ in* E. Ha, Ha, Ka *in ſpiritum mere aſperum convertuntur, quando?* Ka *finalis etiam poſt vocalem in eadem ſyllaba vertitur interdum in* A. Ra *finalis quando poſt conſonam* A *congeniti moveatur in* re? 608

CAP. XVI. *De Jata, & Rata. Notæ duæ* Jata, & Rata, & R *locum ſemper habent infra conſonas.* Jata *ſimilis* Gomal *Syrorum. Selcè* Jatatæ, *quæ? Poteſtas* Jatatarum *probe tenenda. Litteræ* Jatatæ *vocales omnes tum ſupra tum infra ſe patiuntur.* Rata *fortaſſe deducta a* Ris *Syriaco.* Ratatæ, *quæ?* Ratatarum *forma, atque poteſtas.* 613

CAP. XVII. *De Litteris Quieſcentibus*. Quieſcentium laterales *aliæ*, *aliæ* Supernæ. Laterales, *cur ita dicantur*? Laterales *in principio*, *in medio*, *&* *in fine ſyllabæ* quieſcentes, *quæ*? 617

CAP. XVIII. *Quieſcentes ſupernæ*. Ra *ſupernum tanquam apex litteris* inſertum. Ra *ſupernum quieſcit*, *quando*? Ra *ſupernum* mobile *poſt vocalem*. Fromondi *in* Ra *inſito pronunciando*, *quem morem teneant*. *Camboani in Tibeto*, *&* Bayerus Ra ſupernum *ſemper pronunciant*. Supernæ *in* columnatis, *cur ſic appellentur*? *Tibetani litteras plures erigunt in columnæ formam*. *Frequentiores* columnarium *ordines binis litteris conſtant*. Supernæ *in* columnatis, *quæ*? Supernæ *quieſcunt*, *pronunciantur* infernæ. Camboani *litteras omnes in* columnaribus *exprimunt*. Bayerus *ſupernas inferaſque omnes in columnatis pronunciat*. 618

CAP. XIX. *Syllabæ traduntur* Triſelcè, *&* Quadriſelcè. 623

CAP. XX. *In vocibus Tibetanis* ὁμοφώνοις *quid maxime cavendum*? 631

CAP. XXI. *Magicorum Characterum formæ*. 633

CAP. XXII. *Vulgaris minoriſque ſcripturæ Characteres exhibentur*. 635

CAP. XXIII. *Notæ arithmeticæ*, *&* *nomina numeralia Tibetanorum*. 637

APPEND. I. *Chriſtianæ & Orthodoxæ Profeſſionis ſignum*, *quotidianæ preces*, *Fides*, *atque præcepta Divina*. 643

APPEND. II. *De Sacris Apoſtoliciſque Miſſionibus apud Tibetanos inſtitutis monumenta aliquot proferuntur*. 651

APPEND. III. *Tabula Tibetana e Voluminibus non longe a fontibus* Irtis *repertis excerpta*, Tibetice in Actis Erudit. Lipſiæ, Latine apud Bayerum edita, *producitur*, *noviſque obſervationibus illuſtratur*. 663

FR.

FR. FRANCISCUS XAVERIUS VAZQUEZ PERUANUS

Sacræ Theologiæ Magiſter, totius Ordinis Fratrum Eremitarum
Sancti Patris Noſtri Auguſtini

PRIOR GENERALIS.

CUM Opus inſcriptum ALPHABETUM TIBETANUM MISSIONUM APOSTOLICARUM COMMODO EDITUM a R.P. Magiſtro F. Auguſtino Antonio Georgi noſtri ejuſdem Ordinis exaratum, & a duobus noſtri Sacri Ordinis Theologis recognitum, & approbatum fuerit, tenore præſentium, noſtrique muneris auctoritate facultatem facimus, ut Typis mandari poſſit, ſervatis ſervandis juxta Sacroſancti Concilii Tridentini decreta de libris edendis. In quorum fidem has noſtras dedimus, & ſigillo Ordinis firmavimus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Datum in Conventu noſtro S. P. Auguſtini de Urbe die 29. Maji An. 1763.

Fr. Franciſcus Xaverius Vazquez
Generalis.

18433

Loco ✠ Sigilli.

Mag. Fr. Philippus Maria Tamburini Picenus
Ordinis Secretarius.

CENSURA.

DE mandato Reverendiſſimi Patris Magiſtri Fratris Francisci Xaverii Vazquez Generalis Opus, cui titulus: Alphabetum Tibetanum, Auctore A. R. P. Magiſtro Auguſtino Georgi, expendendum ſuſcepimus. Titulum Operi ſuppeditavit ipſum Tibeti nomen, cujus etymologia, quùm a Deo, quem Imperii illius incolæ Buddam vocant, ſuam ducat originem, arrepta inde occaſione, prolixam hanc præclariſſimus Auctor inſtituit Diſquiſitionem: in qua admirari ſubit maximum in primis Chriſtianæ Religionis propagandæ zelum, tùm Orientalis litteraturæ peritiam, ſelectæ eruditionis copiam, & vim ratiocinationis robuſtam. In hoc ſiquidem Opere graviſſimus Auctor nedum Tibetanæ linguæ, ad Apoſtolicos Viros formandos, elementa, & ſpecimen exhibet; ſed præterea in Gentis illius originem, antiquitatem, mores, atque Religionem accuratè, & diligenter inquirit, ſuperſtitionem detegit, prava dogmata inſectatur, eliminat: & Magni itidem Augustini Patris Noſtri nomen a Beauſobrii calumniis, ut decet amantiſſimum Filium, fuſe non minus, quam ſtrenuè vindicat, atque defendit. Quapropter Opus tam affabre elaboratum, tamque Catholicæ Fidei propagandæ idoneum publica lucè digniſſimum cenſemus.

Romæ die xxiiI. Maji mdcclxiiI.

Fr. Nicolaus Serda Ord. Erem. S. P. Auguſtini, S. Th. Magiſter, & Hiſpaniarum Aſſiſtens.

Fr. Michael Angelus Cæſar Marcelli S. T. Magiſter Ordinis Eremit. S. P. Auguſtini.

AP-

APPROBATIO.

TYpis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide præclarum hoc Opus ALPHABETUM TIBETANUM inſcriptum, cum *præmiſſa* abſolutiſſima *Diſquiſitione*, jure, ac merito in lucem prodit, ex quo tamquam ex inſtructiſſimo armamentario ad deſtruendos errores Paganiſmi, ac Fidei veritatem conſtabiliendam affatim ſuppetat armorum Evangelii præconibus, qui ad omnes ubicumque terrarum Nationes ab hac Sede Apoſtolica quotidie mittuntur, maximè verò illis, quos ablegari contigerit ad Scythas, Indos, Sinos, hiſque finitimos Regni Tibeti accolas. Porrò hocce in Libro tota fabula de Deo *Butta*, ſive *Xaca* longe lateque in iiſdem Regionibus ab antiquis temporibus pervulgata, evolvitur, atque detegitur. Ad hæc diſſeritur de *Butta* altero a Cl. Auctore nunc primum deprehenſo, Tibetanis præcipue, qui & *Buttantii* dicti ſunt, cognito jam inde a ſeculo Chriſtiani nominis primo; idemque non alius eſſe oſtenditur, quam ipſemet DEI FILIUS CHRISTUS JESUS, ſecundum quod de eo impie non minus, quam abſurde fabulati ſunt olim antiquiſſimi Pſeudo-Chriſtiani, nimirum Gnoſtici, Baſilidiani, atque iis ſuccenturiati Manichæi. Hujuſce verò poſtremæ ſectæ conditor Manes in Tibeto vel maxime peſtem ſomniorum ſuorum diſſeminaſſe, pariter demonſtratur, ac inſuper voluiſſe teterrimum impoſtorem pro Deo *Butta*, pro CHRISTO ſcilicet, nec non pro SPIRITU SANCTO iis in locis haberi, & coli. Denique Beauſobrius e grege Calvini aſſeclarum homo, qui in ſua Manichæiſmi Hiſtoria antiquis Patribus Eccleſiæ Magiſtris, cum hi de Manichæis agunt, auſus eſt dicam ſcribere, eoſdemque paſſim mendacii arguit, aut ſaltem falſi: is igitur Beauſobrius, ut purus putus calumniator promeritus eſt, a noſtro pulchre vapulat; eademque opera Patrum fides & integritas in deliriis Manichæorum referendis, MAGNI præſertim AUGUSTINI, qui illos, ſi quis alius, probe novit, detectis, rejectiſque conviciatoris procaciſſimi argutiis, atque fallaciis, pleniſſime vindicatur. Quibus omnibus in calce Secundæ Partis, quæ eſt de re Grammatica, accedit Appendix triplex, in iiſque complura illuſtrantur, ſive ad Tibetanorum patrium ſermonem, ſive ad inſtitutam apud eoſdem Evangelii prædica-

dicationem pertinentia, nimirum in prioribus duabus, ac demum in tertia vetus Tibetanum Monumentum explicatur, *Tabula* ſcilicet arcana Magica exhibens, ac ſimul dogmata, totamque Tibetanorum θρησκείαν. Itaque Librum, quem a Reverendiſſimo Patre Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro Thoma Auguſtino Ricchinio juſſus ſum perlegere, & in quo præter Auctoris haud vulgarem doctrinam tot exoticarum Linguarum ſcientiam ſum miratus, tuto edi poſſe cenſeo, cum in eo, quantum ego perſpicere potui, omnia æqua lance ad pondus Sanctuarii ſint librata. Nec publico amplius invidendum hoc quantivis pretii Opus, tum, [quod Auctor in votis habuit;] Missionum Apostolicarum commodo, tum ut Regionis longe diſſitæ, & parum cognitæ, qualis eſt Tibetum, & Religionis ſive potius ſuperſtitionis illic vigentis hiſtoria hominibus noſtris queat nunc demum eſſe perſpecta.

Romæ pridie kal. Majas MDCCLXIII.

Dominicus Theoli Publ. Linguæ Hebraicæ Prof. in Sapientiæ Archigymnaſio.

APPROBATIO.

JUſſu Reverendiſſimi Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici Thomæ Auguſtini Ricchinii perlegi Rev. P. Augustini Antonii Georgii Eremitæ Auguſtiniani Alphabetum Tibetanum Missionum Apostolicarum commodo editum, Opus arduum, & a nemine umquam tentatum, in quo tum Religionis promovendæ ſtudio, tum plurium linguarum peritia inſigne & pietatis & doctrinæ documentum dedit Auctor celeberrimus.

Recluſit Ille in hoc Opere penetralia Tibetanorum ſcientiæ, & Idololatriæ, viamque commonſtravit, quibus Provincia obtigerit veri Numinis cultum in his Regionibus docendi, qua errores ſtrenue profligare, & veram unicamque ſalutis doctrinam expeditius propagare poſſint.

Eruditi vero merito ei plaudant, acceptamque ei referant variam utilemque multarum rerum notitiam, qua, niſi ipſe huic molimini ſubeundo par fuiſſet, forſitan caruerimus, nomenque illius Religioni & eruditioni ſacrum poſteritatis memoriæ commendent. Quare publicæ utilitatis commodo Typis vulgandum cenſeo.

Ex Ædibus Albanis XVIII. Maji A. D. MDCCLXIII.

Jo: Winckelmann Præſes Antiq. Roman.,
& Bibliothecæ Vaticanæ Scriptor.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rm̃o Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

D. Giordani Archiep. Nicomed. Viceſgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ord. Prædic. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

ALPHABETI TIBETANI

PARS PRIMA

SEU DISQUISITIO

Qua de vario Litterarum, ac Regionis nomine, Gentis origine, moribus, ſuperſtitione, ac Manichæiſmo fuſe diſſeritur. Beauſobrii Calumniæ in S. AUGUSTINUM, *alioſque Eccleſiæ Patres refutantur.*

I. TIBETANAE literæ eædem ſunt, quæ & *Tangutanæ* appellantur. *Tangut* enim Regnum eſt Aſiæ in Tartaria Sinenſi longe lateque fuſum a gr. latitud. Septentrionalis 29. ad 38.; quumque tributum ſit in partes duas, Meridionalem unam, Septentrionalem alteram; ad hanc ſpectat *Tibetum*, ubi *Magnus Lhama* idem, qui *Dalai-Lama* Mungalenſibus, *Lama-Sem*, & famoſus ille Presbyter *Johannes* P. Verbieſto ex Tom. VI. *De Religioſis Idololatrarum Ritibus* p. 64., tanquam univerſæ Religionis Antiſtes ſedem tenet in *Putalà*, Aula olim Regia, prope *Lhaſsà* Metropolim ſita, ſub gr. latitud. 30. & ſemis circiter. Quare etſi pars Meridionalis proprie dicatur *Tangut*, non raro tamen apud Tartaricarum rerum Scriptores eo etiam nomine indicatur *Tibetum*; indeque intelligimus cur *Tibetanæ* linguæ elementa vocari ſoleant *Tangutana*.

Alterum Tibeti nomen *Tangut*.

Situs.

Religionis Præſes.

Lhaſsà Metropolis.

II. De

II. De Tibetanarum literarum origine, & antiquitate diſſerere res eſt, quam, quum non ita paucis concludere liceat, in aliud ego tempus libentius diſtulerim. Sed ſi Tanguti, Tibetive nomen ad antiquiſſimos earum fontes inveſtigandos quippiam conducere aliquando poſſe videatur, nonnulla de eo dabimus, quæ non tam ex noſtris, quam ex alienis obſervationibus licuit meditari.

Gentilia non ſunt *Tanguti*, atque *Tibeti* nomina.

III. Unde utrumque illud nomen derivatum ſit, quibuſve primum Auctoribus inſtitutum, multa conjicere, certi nihil definire poſſumus. Domi non eſſe natum, neque ab indigenis proditum certi ſumus, quum incompertum iis, & inauditum ſit, non aliter atque Sinenſibus Sinicum. Illud nobis Perſæ, & Arabes, teſte Sigefr. Bayero Regiomontano in Actis Academiæ Petropolitanæ, indicarunt. At hi non *Tangut*, ſed تنكوت *Tankut*, vel تنكو *Tanku* germano vocabulo ſcribunt. Et quamvis verſio Gallica in Abulgaſo Baharducano legendum offerat *Tanguth*, monet tamen laudatus Bayerus ad fidem Mſs. Codicis reſtitui oportere تاينكوة *Tainkuth* تايكغوة نى بلدى *Thainkuthnenſis Regio*. Quæ quidem ab Erudito viro tam diligenter animadverſa eſſe video, ut nominis originem repetat ab alterutra Sinenſium vocum *Tan-cu*, vel *Tien-cu*, quæ *Terra*, vel *Cœli Dominum* exprimunt. Sic opinanti nihil adverſantur Latinorum, Italorum, aliorumque Scriptorum exempla, qui *Tangut* ſcribere malunt. Quam enim proclive ſit *k*, vel *c* in *g* ejuſdem organi, ac ſimilis fere ſoni cognatam litteram commutari, in exoticis præſertim vocibus, ſupervacaneum eſt demonſtrare; quum id paſſim accidere innumera prope exempla demonſtrent. Prima illa Tibetanorum littera ཀ quam Itali Miſſionarii pronunciant ut χ Græcum per *cha*, Bayerus Tom. IV. Tab. XXXVIII. pronunciat, ut *ga*, adeo facilis, & uſitata eſt earum litterarum μετάπτωμα.

Vox germana *Tankut*, vel *Tanku*.

Tan-cu vox Sinica, quid ſignificet?

IIII. Te-

IIII. Teſtatur P. Caſſianus Maceratenſis, qui in obeundis Tibetanis Miſſionibus Ordini PP. Capucinorum adſcriptis diuturnos labores ſuſtinuit, multaque de earum gentium moribus, litteris, ac Religione collegit, Tibetum Tartarorum lingua vulgo nuncupari: *Tangùt Catzàr*: *Domicolarum regionem*: ut eo veluti nomine Tibetani ſecernantur ab iis Tartarorum populis, qui per *Hordas*, uti vocant, tentoria incolunt tecta pannis vel coactilibus, vel textilibus ex pilis boum ſilveſtrium. Et quidem פי אלחצאר, quod eſt ex Arabico حضر *habitatorem* deſignat, ſumique poteſt pro Sede, atque Regione ipſa, quam teneant Tibetani. Vereor tamen ne fallax, aut incerta admodum ſit Tatarica illa nominis *Tangut* interpretatio, magis ex more gentis, quam ex natura vocis deducta. Quod ſi fortè *Tangut* dicere quis velit compoſitum a ثنأ Hebr. תנא *ſubſiſtere, habitare, commorari*, & ab حثوة, *cumulo lapidum*, vel جثى *lapidibus*, aut etiam a חוה per ch *chauva*, Bocharto pag. 326. *havva*, quod eſt, *multæ domus Arabum tanquam in orbem digeſtæ*, ſive demum a كد Pechluanica lingua, *cot* Belgicè, *coat* Anglicè *domus*, ut ita demum trahatur ad ſignificandos *domorum habitatores*, nec *Tangut* legitime dabit, nec ſequetur genuinam appellationem, qualem a Perſis, & ab Arabibus Scriptoribus accepimus.

Tangut Catzàr Tartarorũ aliud quiddam a *Tankut*, & *Tanku* Tibetanis tributo.

V. Tibetum & ipſum nomen eſt, quod Patrii Lares ignorant, ſolique exteri norunt. Ejus proculdubio meminit in itinerario ſuo Johannes de Plano Carpini ex Ordine Minorum Apoſtolicus Legatus ad Tartarorum Principem, quemadmodum didicimus ex elegantiſſimo Bullario Franciſcano nuper edito in epiſtola Innocentii IV. ad Alexandrum Ducem Suſdalenſem an. 1248.; meminerunt & Paulus Venetus ſeculo ſequenti, & quotquot deinceps ex veteribus, recentioribuſque Europæis Scriptoribus itinera per

Tibeti inter veteres, qui meminerint.

eas gentes, Tartarorumque hiſtorias vulgarunt. Arabes, & Perſæ تبت perpetuo ſcribunt; unde tanta illa emerſit unius nominis pronunciandi varietas, ut apud Ulugbegum, Naſſiredinum, Eledriſium, alioſque Orientales Auctores πολυώνυμον videatur, idemque multiplici ſono efferatur, & *Tebbeth*, & *Tobet*, & *Tobit*, *Tobt*, & *Tibet*.

Tibeti nomen Orientalibus idem quod *Tebbeth*, *Tobet*, *Tobit*.

Τεμπιτ Chryſococcæ *Tibetum*.

VI Chryſococcas, ut eſt in ipſius Græca verſione, aliquanto aliter effert, & ΤΕΜΠΙΤ appellat. Quod nomen, ſi ſimplex eſt, habebit M & Π loco duplicis B, ſive B dageſſati. Hujuſmodi enim παραγράμμασι, inquit Bochartus Geograph. Sac. lib. I. cap. XIV. pag. 453., *nihil frequentius apud Græcos, Talia* Τέρμινθος, & τερέβινθος, μύρμηξ, & βύρμηξ, μέλλειν, *&* βέλλειν, μυρσίνη, *&* βυρσίνη. Idem in Ebraicis, Arabicis, Perſicis, Puniciſque vocibus accidere oſtendit cap. XIX. pag. 615. in פלט *pillet*, & מלט *millet, liberare:* רפס *raphas*, & רמס *&* *ramas, conculcare:* פוג *pug* *&* מוג *mug, deficere:* טרפסא *tirphaſa* *&* ט מסא *tirmaſa* Arab. *tenebræ:* ספסרא *Chald., Perſ.* סמסר *ſaphſera*, *&* *ſamſer*, Σαμψήρα Suidæ, *ſpathæ barbaricæ genus:* כרמס *carmes Punice*, & כרפס *carpes Syriace, carphes Arabice, apium.* Quæ quidem exempla μεταστοιχειώσεων מ tam crebro uſurpati pro פ, eo ſpectant, ut intelligas Τέμπιτ idem eſſe poſſe ac Τέππιτ. At geminum π ſæpiſſime locum tenet β duplicis. Ubi autem β duplex occurrat, proclivis continuo fit permutatio β prioris in μ, ut in *ſambuca*, *&* *ambubaja* Syriacis סבבא *ſabbeca*, *&* אבובא; quibus accedit ירובעל, eodem obſervante Bocharto, *Jerombalus* nuncupatus. Sed illud etiam frequentiſſimum eſt, ut Γ accipiatur pro B; quod cum in aliis linguis, tum vero maxime in Perſica deprehenditur. *Notandum eſt*, inquit Thomas Hyde in H. Relig. Veter. Perſar. cap. 15., *quod Perſæ vulgo ſunt proni ad pronuntiandum* p *pro* b, *unde ſcribunt* Panâm *pro* Banâm, *&* Deypâdur

pâdur *pro* Deybâdur, *& ſic deypamihr* (pro deybamhir) *& deypadîn* (pro deybadîn). Sive ergo μ ſumas pro β, ſive pro π, quum Orientalibus præſertim Scriptoribus uſitatiſſimum ſit π loco β adhibere, TEMΠIT Chryſococcæ idem erit ac *Tebit*, vel *Tebbit*, & per metatheſin *Tibet*.

VII. Sed ſi, quod ego reor, nomen compoſitum eſt ex binis vocibus TE, & ΠIT, erit inter eas poſita littera *M* ex ingenio Ægyptiacæ linguæ; quæ ⲙ̀ *EM*, aut ⲛ̀ *EN* per pleonaſmum, vel conjunctionis loco compoſitis nominibus inſerere ſolet. Cujus rei exemplum nobis exhibet Guilelmus Bonjurius Auguſtinianus in nomine ⲯⲟⲛⲑⲟⲙⲫⲁⲛⲏⲕ apud LXX. ψομθομφανὴχ a Pharaone indito veteri Patriarchæ Joſeph. Nam inter Copticas ⲯⲟⲛⲑⲟ, & ⲫⲁⲛⲏⲕ jacet ⲛ coniunctio, quemadmodum inter duas Græcas ψομθο, & φανὴχ jacet μ. At ⲛ in ⲯⲟⲛⲑⲟ, & μ in Græca ψομθο pleonaſmus eſt; quum pura, & nuda vox ſit ⲯⲟϯ. Quod etiam apparet in מוף Hebr. *moph*, ⲙⲉϥⲓ Copt. *mephi*, Urbe in Ægypto celeberrima, Græcis, & Latinis dicta *Memphis* per μ, & Arabibus منف per ن. Pleonaſmus vero non in ſimplicibus tantum nominibus, ſed etiam in compoſitis locum habet; unde ⲫⲁⲑⲟⲩⲣⲉⲥ, ſeu ⲡⲁⲑⲩⲣⲓⲥ, ⲫⲁⲛⲑⲟⲩⲣⲉⲥ, & ⲡⲁⲛⲑⲩⲣⲓⲥ, ex quo *Phanthurites* Nomus a Plinio in Thebaide memoratus, dicitur. Sunt & certa fere veſtigia, unde Ægyptiaci idiomatis indolem in ea Chryſococcæ interpretatione deprehendere liceat. Dum enim cauſam quæro, cur μπάλχ pro βάλχ; & μπὺχαεϗ pro βὺχαεϗ ſcripſerit, video ſtatim μ vel ν Coptitarum more adhiberi, ut Geneſ. XXII. ⲙ̀ⲡⲉⲥⲛⲁⲩ, ſive ⲙ̀ⲡⲃ̄ *ambo*. Geneſ. I. v. 5. ⲙ̀ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ *dies* Matth. XXVIII. 2. ⲙ̀ⲡⲓⲱⲛⲓ *lapidem*; & alibi paſſim; niſi dicere malim ad exemplum Tibetanorum μπ pro β ſimplici uſurpari; quum apud eos μ ſæpe ſileat, & π non raro ſonum habeat β. Quovis denique modo litteram μ inſertam velis, habes in TEMΠIT nomen *Tibet* expreſſum.

In voce Temπit conjicitur idiotiſmus Cophtorum.

VIII. *Tu-*

Tupata Symeonis Antiocheni *Tibetum*.

VIII. *Tupata* novum mihi ſuboritur Tibeti nomen. Detexit illud Bayerus apud Symeonem Magiſtrum Antiochiæ cognomento Sethum in eo, qui inſcribitur, libro τῶν δυνάμεων τροφῶν. Diverſas Moſchi ſpecies commemorans Symeon optimum dixit, quem eveherent ex Choraſan Provincia λεγομένη Τȣ́πατα. Huc forte ſpectant, quæ in Ortelio legimus: *Bethet, Seni, Tymbaſci, item Thebet Regio, & Urbs, loca Serapioni, unde Muſcus adfertur.* Tymbaſcios enim Π in B commutato *Tupata* incolas quaſi *tympatios* jure feceris, quemadmodum ex תפא *Tuppa*, Τύμπανον Græci, *Tympanum* fecere Latini. Ut autem in Vulgato *Phalaſar* IV. Reg. XVI. verſ. 10. פִּלְאֶסֶר Ebraicum *Pileſer*; in קִירָה *Cyrach* v. 9. *Cyrenen*; & in *Bubaſto* Ezech. XXX. v. 17. פִּי־בֶסֶת *Pibeſet*, ſic cenſeo contineri in *Tupata*, vel *Typata* Tibet.

Gentile Tibeti nomen *Pout*.

VIIII. Verum, quæ mea ſententia eſt, ſingula hæc nomina in tam varios ſonos deflexa ab una eademque origine derivantur; eaque eſt gentile nomen བོད་ *Pot*, vel *Pout*, quo ſe indigenæ Tibetani appellant. Sigefridus Bayerus ſcribit ex Meſſerſchmidio Tibetanarum rerum peritiſſimo, Populum nuncupari བོད་ཡིད་ *Vod jid*. Sed *Vod* idem eſt ac བོད་ *Pot*, vel *Pout* noſtrum. Nam quas ille conſonas pronunciat, ut V, & D, Miſſionarii noſtri certa fide teſtantur, populari ſermone pronunciari *Pa*, *Ta*. Quod certe nulli mirum videri debet, quum Bayerus litteræ བ་ ſonum B tribuerit, B vero apud omnes fere gentes, ac linguas facile fluat in V. Idem putato de *Ta*, & *Da*, quarum ſonus nullo negotio confunditur, & altera in alteram migrat. Magna præterea eſt ſimilitudo inter litteram ད་, quæ in veteri quodam Alphabeto Bengalico in Ædibus de Propaganda

ganda Fide aſſervato reſpondet Latinæ *D*, & inter ད་ *Ta* Tibetanum. Quumque La-Crozius, & cum La-Crozio Bayerus Tibetanos characteres eoſdem fere eſſe cenſuerint cum Bengalicis, ſonum Bengalici ད, Tibetano ſimili tribuere potuerunt in binis vocibus པོད་ཇིད་ *Pot-jit*. Tale quid accidit Regio linguarum interpreti, Syrarumque litterarum Profeſſori doctiſſimo Guigneſio in eo ſpecimine operis, quod nuper edidit, inſcripſitque: *Memoire dans le quel on prouve que le Chinois ſont une Colonie Egyptienne*: Magna quadam mentis vi, & ingenii acumine evolvens pag. 64. inter cetera Sinenſium characterum myſteria illud cum maxime, quo vocem *Patris* deſignant, in eo ſe deprehendiſſe ſcribit litteras I, & D, legitque nomen *Iod* Ægyptiaca lingua denotans *Patrem*. Quamvis non *Iod*, ſed ιωτ *iot* per *T* habeatur apud Grammaticos Cophtos.

X. At vero པོད་ Tibetanum, quid aliud erit, dum recte nomen interpretari velimus, niſi *Boutta*? Caret ea lingua, ut in P. II. videbimus, littera *B*, in ejuſque locum adſciſcit པ་; cui licet præfigi jubeatur འ་ *H* ad indicandum *B*; attamen ſine ea adjuncta adſpiratione ſeſeipſo petit pronunciari ut *B*. Unde in oratione Dominica བཞུགས་པའི་ *ſgiu-bei: es*, non *ſgiu-pei*: སྤའ་ལེབ་ *Pa-leb: panem*, non *pa-lep*; བཟོད་པར་ *ſo-bare: dimittimus*: non *ſo-pare* pronunciant Miſſionarii noſtri Apoſtolici: atque ob eam etiam cauſam, uti B Græcum, & ב Hebraicum, effertur quandoque per *V*; & པར་ legitur *vare* pro *pare*; ſeu *bare*. Conſentiunt elementa linguæ Tanguticæ ex Muſeo Maturini Veyſſiere la-Croze in Actis Eruditorum Lipſiæ ad annum MDCCXXII. edita pag. 416., ubi པ་ eſt *wa*, & པ་ *ba*. Conſentit & Bayerus Tab. XXXIX. Tom. IV. Act. Acad. Petropolit.

Pont Tibetanorũ lingua, *Butta*.

P Tibetanum idẽ ſæpe ac *B*.

lit. cui བ eſt *ba*, & ཝ *wa*. Quam familiare ſit Hebræis, Græcis, aliiſque mortalibus *P* in *B* commutare, præter ceteros omnes Philologos, unus Samuel Bochartus cum alibi, tum præſertim lib. II. Geograph. Sac. cap. III. docebit. Non omittam Bonjurii obſervationem ad inſtitutum noſtrum maxime opportunam, quam adfert in Elementis linguæ Copticæ necdum editis parte I. *De antiquitate articulorum*, ad cap. XXXIII. Numer. v. 6: *In Textu Hebraico*, inquit, *eſt* אתם *Etham* ויחנו באתם אשר בקצה המדבר ויסעו מאתם *Et caſtrametati ſunt in* ETHAM, *qui eſt in extremo deſerti*, *& profecti ſunt de* ETHAM. *At pro* ETHAM *legunt* LXX. *præfatum locum ita vertentes*: παρενέβαλον εἰς ΒΟΥΘΑΝ, ὅ ἐστι μέρος τι τῆς ἐρήμου, καὶ ἀπῆραν ἐκ ΒΟΥΘΑΝ: *Caſtrametati ſunt in* BUTHAN, *qui eſt pars quædam deſerti*, *& promoverunt de* BUTHAN. *Cum litteræ B & P ſint ejuſdem Labii*, *ſunt etiam permutabiles*: *unde Arabes Ægyptiis finitimi ſemper pronunciant B pro P*. *Hac ratione* ETHAM, *præmiſſo articulo*, *eſt* BUTHAN, *ſeu* BETHAM *pro* PETHAM. Deinde vocalis ོ Narò ſuperſcripta conſonæ ཝ non ita ſemper ſonat *o*, quin etiam habeat ſonum mixtum ex *o* & *u*, more diphtongi *ou*, qua carent Tibetani. Sic & *dihamma* Arabicum و, modo *o* obſcurum, modo *u* clarum, & modo *ou* mixtum valet. Hinc Ἔβουσος Bocharto idem eſt, ac Ἔβοσος ad illud Statii in Saturnalibus:

Bethπam, ſeu *Petham* Hebr., eſt *Bouthan* LXX.

Arabibus, Græcis, Hebræis, Ægyptiis, ac Tibetanis *o* ſæpe eſt *ou*.

Et quas percoquit EBOSEA *Caunas*;

אמון *Amon* Hebræis, Ἄμμους *Ammous* Ariſtoteli apud Heſychium; ⲡⲧⲟⲃⲟ *ptobo* Bonjurio idem ac ⲡⲧⲟⲩⲃⲟ *ptoubo* Ægyptiace *mundatio*. Quin & Tibetanis ipſis, interprete Bayero Tab. XXXVI; པོ eſt *puwa*: འོ *auwa*: གོ *gawa*; ut inde ſciamus ོ Narò ſæpe reſpondere ω Hebraico ו, & ου Græco.

XI. Reſtat littera ད་ *Ta*. Ea Tibetanis tum in hac, tum in aliis innumeris prope vocibus eſt ἄφωνος *muta*, ut, ſi nomen iſtud བོད་ ex ore vernaculo audias, præter monoſyllabum བོ་ *Bou*, quod aures feriat, vix quicquam de ད་ ſequenti percipias. Quin tamen ad vocis radicem, ac naturam ſpectet, dubitari non poteſt. Hujuſque loquendi generis exempla plura extant in oratione Dominica, quam Tibetano idiomate exaratam dabimus. ངེད་ *Ngheta* ſtatim ab initio occurrit. Nec aliter ſane vocem hanc ſcribes, ut integrum ejus ſenſum, atque naturam explices; ſed in pronunciando, ད་ quieſcente, dices *Nghe*. Ita ཀྱེད་ཀྱི་ *Kieta-kij*: ཐུགས་ འདོད་ *Thu-dòta*, aliaque id genus, dices *Kie-kij*: *Thudò*. Thomas Hyde de Relig. Vet. Perſ. cap. 5. pag. 134. obſervat grandem illam arborem, ſub qua Selanenſes Sacerdotes *Buttam* colunt, appellari *Budum-ghas*, *ſeu contracte Bogas*. At verius cenſeo ex lege nativæ pronunciationis id fieri, quæ non aliter atque apud Tibetanos jubeat *a*, vel *da* reticeri, uno tantum expreſſo monoſyllabo *Bo*. Si itaque བོ་ addideris ད་ *Ta*, quemadmodum vocis natura poſtulat, *Boutta* erit ipſiſſimum nomen, quod in བོད་ Tibetano habebis. — *T Tibetanum non raro mutum, ſed radicale.*

XII. Dicam ego modo de προσθέσει, Ti Boutta nomini præfixa: བོད་ཡུད་, ut jam vidimus ex Bayero, Tibeti Populus nuncupatur. Bene habet. An igitur divinavero per πρόσθεσιν དི་བོད་ fuiſſe factum *Di-Boudda*, & commutata D in T *Ti-Boutta*? Res non caret exemplis; nam *Raath*, Abaratare D. Epiphanio; *Characmoba*, Mobucharax, vel *Bucharax* Ptolemæo apud Stephanum de urbibus; — *Ti præfixum nomini Butta, vel Buta, unde.*

 ἀπαρ-

σαρτόλινον, & λινόσαρτον Salmaſio Bethura, & Bethet Ortelio ſunt *Thebura*, & *Thebet*; *Serimamis* Semiramis, *Botnus*, Pontus, ἀβειρμιναῖα, σμύρνα γαβειρέα, *Thogarma*, Torgama, חמון-נא Hamon-No Ezech. 30., & נא-אמון *No-Amon* Nahum 3: Uphre, unde *Ophir* Bocharto, אני Oni, *Ino* Bonjurio in Mſs. Dynaſtiis Ægyptiorum, aliaque id genus multa, quæ paſſim apud Eruditos Homines in veterum gentium nominibus inveſtigandis occurrunt.

Iid a Tibetanis *Butta* tributum, quid ſibi velit?

XIII. Unum illud eſt, quod curioſus quiſpiam harum rerum indagator quærat; quid nempe ſibi velit vox iſta ཡིད *jid*? Saturni Filius, de quo Sanchoniaton apud Euſebium lib. I. Præpar. Evang., a Phœnicibus vocatus eſt Ιεουδ ex Ανωβρετ *Anobret* Nympha indigena natus. Ὃν διὰ τοῦτο ἐκάλουν τοῦ μονογενοῦς ὅπως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι; *quem propterea* JEVD *vocabant, quum hodieque Unigenitus a Phœnicibus ita appelletur*. Ne vero ullum tibi faceſſat negotium, quod ου pro *y*, aut *i*, accipiamus in voce Ιεουδ, legeſis apud Sthephanum Βηροῦτ dictam Βηρυτὸν celeberrimam Phœnicum Urbem *Berytum*. At Ιεουδ, obſervante

Iehid Hebr. *Unigenitus* Lat.

Bocharto lib. 2. Chanaan cap. 2., *Hebræis eſt* יחיד *Iehid* (apud Vandale *in diſſert. ſuper Sanchoniatone Ieiid*) *Iſaaci epithetum* Gen. 22. 2., *de quo etiam agi apparet. Addit enim Porphyrius* Unigenitum *a Patre fuiſſe immolatum. Et*

Jehid Iſaaci epitheton Gen. XXII.

apud Sanchoniathonem idem ille Saturnus, qui τὸν ἑαυτοῦ μονογενῆ υἱὸν ὁλοκαρποῖ *filium ſuum* Unigenitum *in holocauſtum offert* ...... *ANOBRET*, vel חן-עוברת *AN-OBRET*,

Phænices, & Ægyptii transformarunt Abrahamum in Saturnũ, Saram in Anobret, Iſaac in Iehid Saturni Filium.

id eſt ex gratia concipiens recte appellatur Sara, quæ cum eſſet ſterilis, virtutem in conceptionem ſeminis accepit. Approbat Bocharti ſententiam doctiſſimus Abrincenſis Epiſcopus Huetius Demonſtr. Evang. Prop. IV. cap. 3., additque fuiſſe hæc ante Bochartum a Scaligero tradita in *fragmentis*. Bonjurius præterea diſſert. II. de Dynaſtiis Ægyptiorum

pro-

probandum ſibi ſumſit *Anobret* eſſe *Rheam ſororem* ſimul & *uxorem Saturni*, qui poſt Vulcanum Ægypti Regnum obtinuit, ita ex Ægyptiorum Sacerdotibus, referente Diodoro Siculo lib. 1. pag. 9: Rheam vero eſſe Saram derivato nomine a ראי *Rehei*, vel ראות *Rheuth*, *hoc eſt ab aſpectu, quo excellens Sara Ægyptiorum perſtrinxit oculos, cum nempe* ראו *Rhau*, *hoc eſt*, *viderunt Ægyptii mulierem, quod eſſet pulchra nimis* Gen. XII. v. 14., *qua ratione* הנערות הראיות *puellas ſpectatas, ſeu ſpecioſiſſimas, ut vulgatus Interpres* legit, *celebratas habemus*, Eſth. 11. 9.: præſertim quum Sara & *uxor* eſſet, & *ſoror* dicatur Abrahæ in eodem XII. cap. Gen. v. 13.: *dic ergo obſecro te, quod ſoror mea ſis: ut bene ſit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui*. Quid ni igitur acceptum dicam a

Anobret Bonjurio *Rhea*: in *Rhea* ab Ægyptiis adũbrata Sara.

Phoenicibus, & Ægyptiis *Butta* epitheton ཡིད *jid*, vel certe *jahid*, & παραγραμματικῶς *a* in *e* commutato, *Iehid*? Litteræ ཡ, inquit La-Croſius, *eſt ſonus ſingularis*, ut ex eo etiam conjiciamus, quam facile ea vox ཡིད, Hebraicum יחיד *Iehid*, aut quod propius ad Tibetanum accedit, Syriacum ܝܚܝܕܐ *jhido* ſonare poſſit.

Iid Tibetanorum idem, ac *Iehid* Phœnicium, & Ægyptium.

XIV. Conjecturam noſtram mirifice comprobat analogia, quæ eſt inter Ægyptiaci, ſive Phoenicii *Saturni filium*, & *filium Sezani*, *Senketrami nepotem*; quemadmodum ipſum Tibetani deſcribunt, nobiſque ſpectandum offerunt Patres Capuccini in hiſtoricis narrationibus de illius gentis religione diligenter collectis. Sed antequam rei narrationem exordiar, pauca quædam de *Xaca* dicam; nam ex propapia *Xacarum* natum ferunt Tibetani Parentem, & Legiſlatorem ſuum Sezani Filium. *Xaca* Hiſpanis, ac Luſitanis, *Chaca* Gallis, *Sciaca* Italis, *Sacla* Latinis, nomen eſt jam inde a priſcis temporibus Indis, Perſis, Græcis, & Africanis

Iehid Saturni Filio quam ſimilis *Sciaca-Tubà* Filius Sezani.

Xacà, *Chaca*, *Sciaca*, *Sacla*, & *Xe-kia* idem nomen.

nis notiſſimum. Eum nullo fere diſcrimine Sinenſes appellant *Xe-Kia*. In Indiis *Xaca* Religio per omnes fere earum Regionum populos latiſſime funditur. Hunc ipſum ſub alio licet nomine Siamenſes, Seylanenſes, & Malabares colunt. Natum in Inſula Seylan plerique tradunt, quamvis non deſint, qui natale ejus ſolum figant in Regno Si-am. Tempus, quo *Xaca* vixerit, incertum eſt. Plures ſunt ex Europæis Scriptoribus, qui floruiſſe velint Salomone in Judæa Regnante. Ab eo per centum & viginti octo ſucceſſionum gradus ortum duxiſſe *Tamo* impoſtorem illum fœdiſſimum, (quem uti Deum Sinenſes adorant, nonnulli vero ex Noſtratibus, neſcio qua nominis ſimilitudine decepti, pro Sanctiſſimo Apoſtolo Thoma deprædicarunt) ab ipſiſmet Sinenſibus accepit Cononenſis Epiſcopus Maigrot Vicarius Apoſtolicus in Imperio Sinæ. Qua de re extat epiſtola ab eodem præclariſſimo Præſule ad Charmotum ſcripta an. 1699. At calculus centum & viginti octo generationum ductus ad ſextum æræ Chriſtianæ ſeculum, quo *Tamo*, judice Maigroto, apparuit, conciliari nequit cum anno a Chriſto nato circiter LX., quo ſectam peſtilentiſſimam *Xaca* in Sinam irrepſiſſe tradit illuſtris famæ ſcriptor Dominicus Fernandez Navareta: niſi dicamus aut plures extitiſſe *Xacas*, quod mihi prope certum apparet, aut Navaretam de uno propagatæ contagionis tempore fuiſſe locutum.


Xacæ religio Indias omnes occupat.

Xaca natale ſolum.

Xaca quo ævo vixerit.

Tamo Sinenſium e ſtirpe Xaca.

Quo Æræ Chr. ſæculo Xaca, & Tamo portenta Sinenſibus viſa.

XV. Xacam eundem eſſe ac *Buddam* La-Croſius, aliique non dubitant. Sed in eo, quod ille nominis originem ducat, a *Tchâu-câ* voce, quæ Siamenſium dialecto ſignificat: *Dominum meum*, niſi egomet vehementer fallor, erravit. Nam Tibetanorum litteris ſcribitur  *Sachia*, quod idem eſt cum *Sechià* Sinenſium. Quid de *Saca*, vel *Sacha* Babyloniorum & Perſarum Dea ſcripſerint Stra-

Xaca, & Budda La-Croſio idem.

Xaca nominis origo a Saca Babiloniorum, & Perſarum Numine repetenda.

Strabo Geogr. l. 11., Valerius Maximus l. 11. Memorab. c. 6., & Athenæus Dipnoſophiſt. l. XIV. cum ceteris eruditis Viris, tum verò maxime Interpretibus ſacris compertum eſt. Ii enim שֵׁשַׁךְ *Seſach*, cujus meminit S. Propheta Jeremias cap. XXV. v. 26., *Sacham* Idolum Babyloniorum interpretantur. Audiamus inter ceteros Guilelmum Bonjurium in Select. Script. S. Diſſert. pag. 134. *Ut Seſach Chaldæorum apertius nobis exprimat eorum* Nabo, *obſervo, inquit*, ſpeculatorem, videntem Prophetam *Chaldaice dici* מביא Sachia *a verbo* סכה Secha, *Hebræis* סכה Sacha. *Hinc* ששך *eſt mihi* ששברת, *hoc eſt*, qui vidit, proſpexit, qui prophetavit; *adeoque eſt* נביא Nabi *hoc eſt* Propheta. *Qui enim Propheta dicitur hodie vocabatur olim videns* 1. Reg. IX. 9. Ex *Saca*, vel *Sachia* ſcribit Athenæus ἑορτὴν Σακέαν προσαγορευομένην Babyloniis *feſtum Sakéan appellatum*; quo, ut cetera taceam ſpurciſſimæ ſalacitatis, ac licentiæ ſcelera, non aliter atque apud Romanos in *Saturnalibus*, ſervis epulantibus Domini miniſtrabant. Omnia hæc humanæ naturæ dedecora *Sachiam*, ſive *Sciacam* Tibetanis ſuaſiſſe dixerim, quibus id moris eſt, ut viri ad fuſum & colum tractandum turpiter deſtinati, uni fœminæ uxori tanquam dominæ mariti plures, eodem etiam parente geniti ſub uno eodemque tecto viliſſime ſubeſſe cogantur Σεχὲς præterea in Heſychii Lexico τοῦ Ἑρμοῦ ἀστὴρ Βαβυλωνίοις *Seches Babyloniis eſt Mercurii ſydus*.

XVI: Idem & *Saſyches*, teſte Diodoro Siculo, ab Ægyptiis vocatur: Δεύτερον νομοθέτην Αἰγύπτου φασὶ γενέσθαι ΣΑΣΥΧΗΝ ἄνδρα συνέσει διαφέροντα ... εὑρετὴν δὲ τῆς γεωμετρίας γενέσθαι καὶ τὴν περὶ τῶν ἄστρων θεωρίαν τε καὶ παρατήρησιν διδάξαι τοὺς ἐπιχωρίους: *Secundum Ægypti Legislatorem* SASYCHEM *fuiſſe ajunt, Virum eximie intelligentem... qui etiam invenerit geometriam, & populares docuerit contemplari,*

Ægypti Legislator *Saſyches*, Babyloniis *Seſachus*, & *Saches*, & *Saca* idem, ac *Xaca* Legislator Tibetanorum.

plari, & obſervare ſidera. Verba ſunt Diodori lib. 1. quæ ad rem noſtram a Bonjurio accepimus. Quidquid denique de Theuth, ſeu Thoyt dixerat Socrates in Phædro Platonis, & de Mercurio Cicero l. 3. de Nat. Deorum: *Primum numeros, & computationem inveniſſe, ac geometriam, & aſtronomiam, atque Ægyptiis leges & literas tradidiſſe* in *Saſychen* apprime quadrant. Adde quod in Σασύχη appareat articulus Ægyptiacus ϯ, vel ⲧⲁ; nam τ & ς permutantur, uti frequentibus exemplis Bochartus, Salmaſius, Huetius, & Bonjurius oſtendunt. Nec difficultatem parit, quod articulus ſit fœminei generis; quia Hermes Mercurius Saturni conſiliarius, & ſcriba Huetio judice, gemini ſexus Deus habitus eſt; ideoque cum lancea & colo veteres eum effingere conſueverunt. Qui itaque *Saſyches* Ægyptiis, *Seſacus*, & *Seches*, *Saca*, & *Sachia* Babyloniis, ut Σώκος Homero, eſt Σωσίοικος, & Σάσοικος Heſychio, atque Phurnuto, ſic eſt Tibetanis *Sachia*, eorum Legislator, Doctor, morum Inſtitutor, & literarum Inventor. Hinc eſt, cur quem nos divinum, fatidicum, pythonem, ventriloquum, & Græce ἐγγαστρίμυθον dicimus, Βαβυλώνιοι Σακχοῦραν ἀποκαλοῦσι, *Babylonii Sacchuran appellant*, ut narrat Jamblicus Babylonius apud Photium in Bibl. Cod. XCIV. At *Sacchura*, permutato R in L, uti fit in מזלות *mazaloth*, & מזרות *mazaroth*, ſigna cœleſtia: אלמנות *almenoth*, & ארמנות *armenoth* Palatia: שלשלת *ſcialſceleth* catena Chald. שרשרת *ſciarſcereth* Hebr. בליעל *Belial*, Βελίαρ Græc. Λείριον, *Lilium* Latine, Ζαχαρίας *Zacharias*, aliiſque ſexcentis, erit *Sacchula*, & per ſyncopem linguis omnibus frequentiſſimam *Sacchla*, quanquam ſic etiam dici potuerit, quaſi *Sacch-elhà*; & decurtato nomine, Chaldaico more, *Saclà*.

Ex Sacchura Babylonico *Sacla* Manichæorum.

XVII. Za-

XVII. Zaclam Ægyptium Prophetam commemorat Apulejus, eumque Tollius duce Gaulmino in vitam Moyſis φωνήεντα *vocalem* interpretatur. Eſt & Zachla Babylonius, cujus meminit Photius. Salmaſius in Solinum animadvertit in ſecunda Mileſia Apuleii *optimos libros legere Tachas*, moxque legendum monet Ταχῶς *Tachos nomen proprium Ægyptium*. Quin & Zachla Babylonius, in aliis libris *Zactitas* legitur, ut idemmet Salmaſius obſervat p.408, *Zactalia*, & *Zachalia*, quod eſſet Zaccharia. Sed non admodum difficilis fuiſſet in priore lectione retinenda, ſi obſervaſſet tum in Ægypto, tum Babylone *Sachlam* nomen fuiſſe Mercurio cum primis tributum, quem homines ex Vate, inquit Clemens Alexandrinus, *fecerunt* Deum. Quæ de *Tachôs* a Plutarcho, aliiſque veteribus nuncupato ſcribit Salmaſius, inducunt me, ut putem *Saclam* pro Deo fuiſſe habitum, & ideo appellari *Tachòn*; quæ vox reperitur in nomine Dei Tibetano: ཏ་ཀོན་ *Ta-kon*, licet in pronunciando, omiſſo *Ta*, unum tantummodo exprimatur monoſyllabum *kòn*, ſive *Cion*. Magnam hoc nomen affinitatem habet cum כיון apud Prophetam Amos cap. v. 26., quam vocem Cl. Zanolino, aliiſque plurimis Lexicographis adnotantibus, *baſim* quidam interpretantur, quidam *Idolum*, aut *Idoli effigiem*, plureſque etiam *Saturnum*, & *Saturni ſtellam*: quemadmodum תכונה *Techunà* Rabbini *Aſtrologiam* vocant *a proportionibus*, & *figuris diſponendis*. Τυχόον memorat Heſychius, quem Ἔνιοι, inquit, τὸν Ἑρμῆν ἄλλοι δὲ τὸν περὶ τὴν Ἀφροδίτην *Mercurium, alii dantem operam Veneri*, qua cum adulterium, Cicerone narrante, commiſit Mercurius, intelligunt. Huc ſpectat, quod in Heſychium obſervat Schrevelius *Gloſſar. Græco-Lat.* Τύχεον *Genium Genitalium, caret plurali. Vulcan. legit* Τύχη *Genius*. τὰ τυχαῖα *genialia. Sed ego puto*, inquit, *legendum*

Sacla ſeu *Zachla* Ægyptius, & Babylonius Vates cur *Tachôs* veteribus dictus.

Ta-kòn vox inſignis in Dei nomine Tibetanorum.

Kon, ſive *Cion* Tibetanum quam affine *Cjun*, vel *Cjon* uni ex Saturni nominibus.

Ticcha Tunchinenſium unde?

dum τύχαν *genium*. Atque hinc deprehendere licet, quid ſit, quod Tunchinenſium Legislator *Ticchan* vocarit doctrinam ab *Alala*, & *Calala* geniis, hoc eſt a dæmonibus in ſolitudine acceptam, poſtquam a Sponſa receſſerat. Nam & horum ſimilia narrant de *Sciaca-Tubà* Tibetani.

Sacla Manichæorum Idololatricæ turpitudinis fœtus.

XVIII. Ex hac plane Idololatrarum, & Magorum Schola repetendum eſt nomen *Sacla* a Manichæis tributum Summo Protoparentum noſtrorum conditori Deo. *Adam & Evam*, ait Sanctus Auguſtinus in libro de Hæreſibus, *ex Parentibus Principibus fumi aſſerunt natos: cum Pater eorum nomine* SACLAS *ſociorum ſuorum fœtus omnium devoraſſet; & quicquid inde commixtum divinæ ſubſtantiæ ceperat cum uxore concumbens in carne prolis tanquam arctiſſimo vinculo colligaſſet*. Saclam τὸν Σακλᾶν ἄρχοντα τῆς πορνείας vocat S.Epiphanius Her.XXVI, eoque titulo in anathematiſmis Græcorum Patrum apud Tollium, & Cotelerium App. PP. Ap. inſignitur, ubi *Saclæ* etiam uxor *Nebrod* commemoratur. Diſſimulare non potuit Beauſobrius lib. VI. H. Manich. cap. IX. p. 407. conjunctionem, quam cum Saturni geſtis, fabula *Saclæ* habet; ſed quum viderit per vocem Νεβρὼδ *Nebròd*, *materiam* ὕλην in recitatis anathematiſmis explicari, ut Manichæorum defenſor eorum impietatem extenuaret, & ad nudum philoſophicæ opinionis ſymbolum traheret quod purum putum erat paganæ ſuperſtitionis commentum, nomen *Saclæ* cujuſmodi a SS. PP. explicatur: *Princeps fornicationis*, tanquam luculentiſſimæ ſuſpicioni obnoxium rejicit, ejuſque originem

Sacla ex concubitu cum uxore *Nebrod* primorū Parentum Adami, & Evæ conditor.

Saclam a *Sikeli* Syriaco Beauſobrius inepte deducit.

ducit a Syriaco: ܣܟܠܐ *Sikeli*, quaſi per *Saclam Manichæi opificem* aliquem, & *artificem* intellexerint. Quod certe ſatis mirari nequeo. Quid enim aliud, quam ſordidiſſimarum commixtionum ſpectacula in ipſamet primorum Parentum procreatione viſenda profert famoſa Manetis epiſtola, quā

fun-

ſundamenti appellavit? Quid Patres Eccleſiæ in Manete, ejuſque diſcipulis tam acriter reprehendunt, quam hoc ſacrilegæ πορνείας portentum in *Sacla* progenitore Adami, & Evæ? Quid aliud Manichæi ad Eccleſiæ ſinum redeuntes de hoc tam nefariæ impuritatis monſtro apertiſſime revelarunt? Nebròd deinde uxorem Saclæ cenſet Beauſobrius eandem eſſe ac *Anobret* uxorem Saturni. Sed Νεβρώδ ipſum eſt nomen Ἀφροδίτης nempe Veneris, ſeu Aſtartis. Apud Nicandrum Ἀφρὼ eſt Ἀφροδίτη. Idemque a Bonjurio etiam obſervatum video. Νι articulus eſt pluralis numeri more Cophtorum: & mea quidem ſententia a Manichæis, præſertim Græcis, adhibebatur ad indicandam fœcunditatem, & robur Veneris, quæ eſt Deûm Mater, & *Deus*, ex Heſychio adnotante Huetio, quaſi mas σὺν πώγωνι in Cypro efficta eſt. Quare Venus ipſa Aſtarte עשתרות *Aſtaroth* Hebr. plurali numero dicitur. Neve id mirum Beauſobrio videatur, ſatis ſit, ἀρρηνικὴν παρθένον *virginem maſculam* abs ſuis Manichæis apud Theodoretum confictam indicaſſe. Deinde *ι*, & *α* contracta in ε; & φ verſum in β pro Νιαφρώδ reddunt vocem Νεβρώδ; ut eadem ſit Saclæ, ſeu Saturni uxor, quæ & *Rhea*, & *Anobret* a Phœniciis audiebat. Quocirca mirandum ſummopere eſt, cur tam confidenter affirmet Beauſobrius Manetem nunquam Dei nomen tribuiſſe Principi tenebrarum, & malorum auctori; quum id & Fauſtus ipſe Manichæus aliquando conceſſerit; & hæc ipſa inſanientis hominis deliria apertiſſime prodant; velitque magis calumniæ dicam impingere SS. Eccleſiæ Patribus, quam ſacrilegæ hujus impietatis reos Manichæos fateri. Quemadmodum vero ajebant hi, teſte Theodoreto, a *Sacla*, & *Nebròd* genitos Adamum, & Evam formam feræ a primordio geſſiſſe, ſic Protoparentes ſuos, abs quibus propagati ſunt, credunt Tibetani fuiſſe Simium *Praſrinpo*, & Simiam *Praſrinmo* nuncupatos; quod hodieque Simi

Nebrod. Beauſobrius ipſe Manichæorum defenſor *Anobret* uxorem Saturni interpretatur.

Nebròd ex *Abrò*, ſive *Aphrò*, quæ eſt Venus Aphrodite deducitur.

Dei nomine Mali omnis Auctorem Manichæus honorat.

Inique Beauſobrius Eccl. PP. infamat, ut Manichæos defendat.

Uti primos homines ab *Sacla*, & *Nebrod* Manichæi, ſic majores ſuos Tibetani a *Simio* & *Simia* propagatos dicunt.

Simi ſint, & vultu cercopithecorum ſimiles. Hæc mihi de *Xaca*, & *Sacla* dicenda erant.

Xacæ nomen *Tubà*, rite lectum eſt *Tuppà*, & *Typhà*.

XIX. *Tubà* ཐུབ་པ alterum eſt nomen Famoſiſſimi Impoſtoris *Xacæ*, quod ſi rudes Tibetanos audiamus, Magiſtrum, ac Legislatorem demonſtrat. Sed illud κατὰ γρᾶμμα lego *Tuppà*: qua ego re moveor, ut conjiciam vocem hanc reſpondere *Tuphàn* Arabum, quibus طوفان *diluvium* ſonat. Ex hoc vero non obſcure *Typhonis*

Tuppà, & *Typhà*, Arab. *Tuphàn*, Græc. *Typhòn*.

Ægyptiaci nomen emergit. Nam & apud Ægyptios Τυφῶν *Typhon diluvium* ſignificat. Plutarchus in lib. de Iſ., & Oſir. ſcribit: ὁ Τυφῶν (ὥσπερ εἴρηται) Σὴθ καὶ Βέβων καὶ Σμὺ ὀνομάζεται: *Typhon (ut dictum eſt) Seth, & Bebon, & Smy appellatur*. Quo in loco nemo unus dubitaverit, quin Σμὼ Typhonis nomen *Semum* Noe filium, qui una cum Patre diluvii fatum evaſit, indicare velit. At *Typhon* ab eodem Plutarcho ex Phrygiis literis dicitur Filius Iſaaci. Ἰσάακου τοῦ Ἡρακλέους ὁ Τυφῶν, *Iſaaci, quem genuit Hercules, filius fuit Typhon*. Rurſus Τυφῶν Ἑρμῆς a Clemente Alexandrino in admonit. ad Gentes nuncupatur. Nec obeſt, quod *Typpa*, vel *Tuppa* legatur pro *Tuphan*, aut *Typhon*; nam Sophocles ipſe, teſte Heſychio, Τυφῶ *Typhò* dixit ἀντὶ τοῦ τυφῶνος *loco Typhonis*, ut Ἀφρὼ pro Ἀφροδίτη. Meam hanc conjecturam illud confirmat, quod circa Tibeti Regiones nomen Σμὼ antiquis temporibus celebre fuiſſe videatur. *Regnum* Tarſæ (*ſeu* Terſa, *ideſt Chriſtiani* juxta Thomam Hydium pag. 377.) *ex parte Orientis ſuos habet confines cum Regno Cathay; ex parte Occidentis cum Regno Turqueſtân: ex parte Septemtrionis cum quodam deſerto, ex parte vero Meridiei cum quadam ditiſſima Provincia, quæ vocatur* Sym, *quæ inter Regnum Indiæ, & Regnum Cathay habet ſitum, & in illa Provincia inveniuntur lapides adamantis*. Hæc ſcribebat ante annos fere 500. Haitho Armeniæ Rex apud eundem Hyde; ubi etiam teſtimonium de

Typhòn apud Ægyptios *Seth*, & *Sem* vulgo dictus.

Typhòn ex Plutarcho *Iſaaci* filius.

Typhòn Mercurius.

Nomen, & cultus *Sem* cognitus Tibetanis.

de Magis Chriſti adoratoribus recitatur ex Syro *Bar-Bahlùl*, iique de genere *Sem* propagati dicuntur: ܡܓܘ̈ܫܐ ܗܘܘ ܡܢ ܦܪܣ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܡܢ ܒܢ̈ܝ ܥܝܠܡ ܒܪ ܫܡ *Magi fuerunt ex Perſide e filiis Elam filii Sem*. Neſcio an huc referri debeat, quod ſcribit P. Verbieſtus Magnum Lamam appellari etiam *Lama-Sem*. Sic enim *Semi* nomen non poterit non eſſe ſacrum. Atque ita, quemadmodum *Semi* ſic & *Typhonis* cultus, aut circa Tibetum, aut in Tibeto ipſo ſatis cognitus, & acceptus fuiſſe videbitur.

XX. Hinc potuit manare fabula de Simiis primis Tibeti Colonis. Typhon etenim apud Homerum Illiad. B., vel apud Silium Japetus in *Arimis*, ſeu *Inarime*, quod notat Bochartus, ſub monte latere fingitur, & ignem evomere.

Homines Tibetani *Simii* unde fingi potuerint.

Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

In Arimis ubi dicunt Typhoei eſſe cubilia.

Arimi autem dicti videntur a *Simiis*, unde Ἄριμος eſt Heſychio Πίθηκος; & Africanis Pithecuſa, teſte Diodoro lib. 2, dicta eſt Regio a copia Simiarum, quibus abundat. Sic *Enaria* Inſula dicitur, quia, ut obſervat Salmaſius, *in eam ad contumeliam miſſæ ſunt Simiæ, quas Græcorum lingua ἀρρίνας, ideſt enarias dicunt*. His affines ſunt fabulæ Tibetanæ. Quôd enim montes calvi, aridæ rupes, totumque pœne Tibeti ſolum arboribus careat, neſcio cui Typhoni tribuunt, qui terræ injecto igne, plantas omnes aduſſerit. Hujuſque rei argumenta eſſe volunt ſaxi nigricantis ſegmenta alicubi in agris inventa, quaſi titiones ea eſſent, & fabuloſæ combuſtionis reliquiæ.

Typhon ignivomus ſub *Arimis* montibus.

Montes *Arimi* a Simiis.

Typhonis veſtigia in montibus Tibetanis.

XXI. Bochartus, qui *Arimos* collocat in Syria, *Arima* olim, hodieque etiam *Aramæa* ab *Aram* filio *Sem* nuncupata, acerrime invehitur in Plinium, utpote qui *turpi errore cum Scythis Aramæos confundat*. *Perſæ*, inquit Plin. L. VI. c. 17. *Illos, nempe Scythas, Sacas in univerſum appella-*

Montes *Arimi* ubi?

pellavere a proxima gente, Antiqui ARAMÆOS. *Forte*, ad-

In Syria collocantur a Bocharto.

dit Bochartus, ARIMASPOS Scythiæ *ſcripſerat Plinius, non Aramæos*. Mox tamen non ita certum habet, *Arimos* ex-

In Scythia a Plinio.

tra Scythiam in una Syria eſſe quærendos, quin adhuc anceps aliquantulum fuerit. *Ut ut ſit*, ſtatim concludit, *Syri hodieque ſe vocant Aramæos*. Sed eſto, verus Arimorum ſitus ſtatuatur in Syria. Quis tamen fabulam vetet, quominus alibi locorum novos proferat Arimos? aut cur non Arimos alios cognomines, aliunde quam ab Aramæa Syria dictos, extitiſſe putabimus, quando jam non deſint ex vetuſtiſſimis Scriptoribus, qui eos Mæoniæ, vel Ciliciæ adſcribant, & Cilicem Pindarus, atque Æſchylus faciant Typhoeum? Ad Caucaſum profecto ubi Scythici Regni ſedem ex variis S. Prophetæ Ezech. teſtimoniis Bochartus ipſe collocat cap. XIII. lib. III. G. S., Typhonis Ægyptii, fratriſque Oſiridis rupes reperit duce Apollonio ita l. II. canente

. . . . ὅν αὐτὴ γαῖ ἀνέφυσεν
ΚΑΥΧΑΣΟΥ ἐν κνημοῖσι ΤΥΦΑΟΝΙΗ ὅθι ΠΕΤΡΗ

. . . . *Mater quem Terra creavit,*
Hic ubi CAUCASIO *eſt in ſaltu* PETRA TYPHONIS.

Latet *Arimi* nomen in *Praſrinmo* Tibetanorum.

XXII. Quandoquidem vero aliud nihil ſit, quod nobis Bochartus objiciat, habes tu certe Ἀρίμους *Arimos*, aut ἀρρίνας Typhonis montes in Tibeto a Simiis ante annos bis mille & ſeptingentos circiter frequentato: nam & ipſum *Arimi*, vel *Arrinis* nomen latet in eo, quo prima Tibetanorum genitrix nuncupabatur ཕྲ་སྲིན་མོ་ *Praſrin-mo*. Simia Arabice בראם *Boram*, Africanis ברם *Bram*. חרים juxta Onkelos ad Levit. XXI. v. 18. *charim*, ex Bocharti ſententia, *Simum* deſignat: ex his coaluit Praſrin-mo: *Simia Sima mulier*. Nam ས *ſa* Tibetanum inſertum ſtat loco aſpiratæ ח *ch*, aut eſt mere epentheticum,

aut

aut inſervit reduplicando *r*, ut ſit *Prarrin*. Video tamen monoſyllabum *Pra* poſſe etiam accipi pro fera, & homine ſylveſtri; id enim eſt Hebraicum פְּרָא, quod Tangutice pronunciatum ſonat: *Phra*, aut *Pra*. Hæc ego ſcripſeram, quum ecce portentonſæ Matris Tibetanorum deſcriptionem aliquanto uberiorem accipio. Variis eam formis aut ſaxo ſculptam, aut tabulis depictam artifices repræſentant. Simulacra, & imagines, quæ frequentiores viſuntur, ajunt, effigiem exhibere monſtrorum Seylanenſium. Hinc vero etiam apparet ex Religione *Butta*, quem in Inſula Seylan natum plerique arbitrantur, tam incredibilis dementiæ prodigia in Tibetum fluxiſſe. Interea ubinam locorum in Seylan ſimilia monſtra extiterint, nemo hactenus ſcire potuit. Itaque ſuam illi *Praſrinmo* ſic effingunt. Corpus muliebre barbatum, horridum, atræ cutis, rubidique coloris, preſſis naribus, ut in Simiis cernimus, lividis oculis, aprino dente, rabido, & ad vorandum exerto, flavo turbatoque crine, capite mitræ loco calvarias quinque geſtante, ferinis unguibus, geſtu ad libidinem compoſito, toto licet vultu necem, ac fatum ſpiret. Nonnulli Tigridis pelle indutam depingunt, qua re vehementer dubito, ne indicare velint *Evam* tunica עור *pellis*, hoc eſt *pellicea* a Deo contectam Gen. III. 21., & ita *Evam Nebrod* cum *Sacla* Manichæorum conjunctam intelligant. Sunt enim qui *Nembrod*, aut *Nebrod* dictum velint, vel a נמרא *Nimrà*, quod Chaldæis eſt *Tigris*, vel a Nebride, quod eſt *pellis hinnuli*, eoque nomine Bacchum etiam appellant Νεβρώδεα, Νεβριδόπεπλον *Nebrodem*, *Nebridis peplo amictum* Anthol. l. 1. c. 38. Epigr. 1. Eadem eſt monſtroſa effigies viri *Praſrinpo*. Hæc vero efficiunt, ut ego exiſtimem nomen *Praſrinmo* exponi etiam poſſe [illegible] ברחא *barcha*, & *parcha*:

Simulacra, & pictæ effigies *Praſrinmo*, & *Praſrinpo*.

Cur Tigridis pelle induta fingatur *Praſrinmo*.

Quam multiplex eſſe poſſit nominis *Praſrinmo* ſignificatio.

cha: *hircum*, *& capram Simam*; nam & Capræ *Simæ* dicuntur apud Virgilium Ecl. x.

Dum tenera attondent SIMÆ *virgulta* CAPELLÆ.

Αἰγίποδας deinde ἄνδρας *Homines capripedes* in editis montibus habitare, Calvis narrantibus, ſcripſit Herod; etſi fidem iis deneget ſuam. البراق *Burachon* in Corano eſt Bruti monſtrum mediæ molis ac formæ inter mulum, & aſinum, quo Pſeudopropheta Muhamed e Templo Hieroſolymitano fingitur in Cœlum evectus פרך Hebr. *ferociam*: פרכא quaſi *Parcha odium*, *oppoſitionem*, *& inimicitiam* denotat; فرك Arab. *horrendum* quoque ſonat; aliaque id genus multa, quibus fit, ut ſi *Monſtrum Simum* omnis horroris, *ferociæ*, & turpitudinis plenum intelligas; ſtatim habeas quid སྲིན Tibetanum ſignificet. *Illud* cavernam interpretaberis, ſi omiſſo ས radicali, unam vocis pronunciationem ſpectes. Sic enim nomen deduces a פרעא Syriaco *perhà*, vel Hebr. פרה *perà*: *cuniculo terræ* apud Bochartum. *Srin* vero non incongrue dixerim vocem eſſe ductam a שְׂעִרִים, *Piloſi* S. Hieronymo *hirci*, *dæmones*, *ſatyri*; unde שָׂעִיר, & שָׂעִיר *piloſus*, *dæmon ſylveſtris*, *Satyrus* in Scripturis Sanctis commemoratur.

Fabula de *Praſrinmo* Simia occaſioné accipere potuit a Simis Phalacris.

XXIII. Accedit quod & ipſa nativa lineamenta vultus Tibetanorum anſam fabulæ præbere potuerunt. Phalacri hoc eſt *Calvi*, de quibus ſcribit Herodotus in Melpomene, aut Scythæ Tibetani ſunt, aut quam ſimillimi Tibetanis: *οἰκέουσι*, inquit pag. 228., *ὑπώρεαν ὀρέων ὑψηλῶν* ΑΝΘΡΩΠΟΙ *λεγόμενοι εἶναι* ΠΑΝΤΕΣ ΦΑΛΑΓΡΟΙ, *ἐκ γενεῆς γινόμενοι, καὶ ἄρσενες καὶ θήλεαι ὁμοίως· καὶ* ΣΙΜΟΙ *καὶ γένεια ἔχοντες μεγάλα φωνὴν δὲ ἰδίην ἱέντες*. *Incolunt ad excelſorum montium radices* HOMINES, *qui ab ipſo natali dicuntur eſſe* OMNES CALVI, *mares pariter*, *& fœminæ*, SIMIS *quo-*

Simi Phalacri, aut Tibetani ipſi, aut Tibetanis ſimillimi.

quoque naribus, & ingenti mento propriam quandam vocem edentes. Nec *Phalacri* unius tantum Regionis Populi erant; *omnes* enim *montes glabri*, inquit Stephanus, dicebantur *Phalacri*. Interim montes ſuos Tibetani glabros a Typhone factos fabulantur. Quid? Si hujuſmodi fabulas utpote ſui ipſorum ingenio quam maxime accomodatas fovere, & cumulare ſtuduerunt Manichæi? Si certe *Semum* & *Seth*, quæ duo erant ex Plutarcho Typhonis nomina, venerabantur, eorumque libros, ſpurios alioquin, & mendaciis refertos, tanquam Propheticos, & ſumma auctoritate dotatos complectebantur. Omophoro ſub terræ pondere vacillanti Terremotuum cauſam tribuebant; ſed Omophorus erat eorum ſententia *Saclas*. Τὴν γῆν ἐπὶ ΣΑΚΛΑ τινὸς βαστάζεσθαι ἐπὶ τοῦ ὤμου: SACLA *cujuſdam humeris terram ferri*: legimus in Timotheo Presbytero de Recept. Hæret. apud Cotelerium Tom. III. Mon. Eccl. Gr. Terremotus ingentes, auctore *Sciaca Tubà*, ſive *Sacla Typhâ* crebro excitatos ex illius vita intelligimus. *Timphan* denique Tunckinenſium Legislator ab Alexandro Rodio, & a La-Croſio deſcriptus idem eſſe deprehenditur ac *Typha* Tibetanus; *tanta eſt inter* utrumque & nominis & rerum ſimilitudo: *Sed de nomine Sciacha Tubà* nimis multa a me dicta eſſe video.

Fabula *Semi*, ſive *Typhonis* Tibetani Manichæorum ingenio accomodatiſſima.

Omophorus, & *Sacla* Manichæorum Terremotuũ auctor idem eſſe videtur ac *Sciaca Tubà*.

XXIIII. Modo ad propoſitum revertamur. Millies jam antea horribile monſtrum in corpora e corporibus transmigrarat, donec in ea, quæ penultima erat, tranſmigratione *Cianciub* nomen acquiſiverat. Idem & mas & fœmina, & Genitor Genitoris, & Mater Matris fuerat; tantam ſcilicet Deorum multitudinem ex uno ſtipite ductam peperit apud gentes infamis iſta, & fabuloſiſſima *tranſmigrationum* opinio. Ad earum orbem abſolvendum, ultima deerat, quam tandem *Labarum Concilio* approbante, in quinta aſpectabilis hujus Mundi ætate, ſubire decre-

Xaca Tubà Ortus, & geſta narrantur.

Tranſmigrationum opinio, quæ monſtra pariat.

vit. Itaque vita functus in *Cadem*, ſede *Laharum* jucundiſſima, mox qui erat *Cianciub*, ut & ipſe ad ſanctitatis culmen perveniret, & depravatos viventium omnium mores emendaret, renatus eſt, ſive ut acuratius loquar, convolavit in uterum *Lhamoghiuprul* ; Nymphæ omnium pulcherrimæ, atque ſanctiſſimæ recens nuptæ Regi viro *Sezan*. De ea prædixerant Vates, & qui imponendorum nominum auctores erant, fore, ut pareret filium venuſtiſſimum, omnique ſanctitate donatum: ipſamque propterea *admirandæ pulchritudinis, atque virtutis Deam Lhamoghiuprul* appellarunt. Qua in re viſi ſunt Tibetani impia licet fictione Angelos adumbraſſe, qui uxori Patriarchæ Abrahæ Saræ nomen impoſuerunt, eique naſciturum filium nunciarunt. Neque id ſolum, ſed antequam, ajunt, in novæ matris ſinum reciperetur *Cianciub*, Laharum Princeps *Chiacin* tantam illius utero ſplendoris copiam infudit, ut ab omni fæce, & coinquinatione purum reddiderit. Totus ita nitidus, & pellucidus factus uterus infantulum, quem clauſum gerebat, admirabili tum corporis, tum animi fulgore micantem intuentium oculis oſtendebat, quandiu a latere dextero nullo relicto hiatus veſtigio Genitrix intacta eum in lucem effudit.

Parentes *Xacæ*.

In Vatibus Matris *Xacæ* ſimulātur Angeli Miſſi ad Saram Matrē Iſaac Typum SS. Deiparæ Mariæ.

Uterus Matris *Xacæ* purus, mūdus, atque pellucidus.

Xaca ex latere Virginis Matris naſcitur.

XXV. Accidit ita, ut in ſomnio demonſtratum fuerat Matri, quum ex eo latere ſe peperiſſe vidit ingentis magnitudinis Elephantem ab univerſis Nationibus adoratum, & mox ſupra Cœlos evectum. Magicum Elephantis myſterium diſces ex Plinio, qui hujus animantis ceu propriam facit *religionem Siderum, Soliſque ac Lunæ venerationem*. Adde & illud Salmaſii verbis deſcriptum: *Elephanti nec amplius. quam ſemel gignunt, nec plures, quam ſingulos*; ut inde magis intelligas unicum fuiſſe Sezani filium. Nec nos fugiat *diſcordia*, quæ inter Indicum Elephantem, & Draconem, *perpetua* eſt; quippe quæ certamen, & bellum oſten-

Symbolum elephantis in ſomnis a Matre viſi quid ſignificet?

oſtendat, quod *Oromaſdem*, & *Arimanium* inter ſe perpetuo diſcordes, & inimicos tenet. Vix natus ſeptem veluti ſaltibus ſe movet ad quatuor omnes Mundi partes; & ſingulas alloquens, in Oriente, inquit, arduum tranſmigrationum curſum abſolvi: hâc mihi primum incedendum erit. In Auſtro omnibus gentibus legem ſpiritus dedi: In Occidente ultima mihi metempſychoſis accidit: & hîc ad Boream ait, Mundi maria tranavi. Terra ſexies tota contremiſcit, & nutat: Æther, & quicquid in hac rerum univerſitate continetur admirabili luce coruſcat: Hominibus, & animantibus ſingulis Filii quingenti naſcuntur: quingenti theſauri ſponte ſua reſerantur: De Cœlo tepidus imber corpus infantis abluit: Ante pedes Matris fons oritur aquæ: Accedunt *Lahæ* ex *Cadem*, natum adorant, eique inter muſica carmina ſelecta, & odoroſa munera ferunt. Pater *Sezan* puerum ducit in *Serchiaſgy* urbem ad ripas Gangis in India poſitam, *Casì* vulgo nuncupatam, ut eum conſecret more majorum Numini ལྷ་རུ་ *Lharù*. In itinere ad illius conſpectum recreantur boni, mali reſipiſcunt, Regni perturbatores placantur: Advenienti obviam catervatim procedunt *Lahæ* Serchiaſgienſes, ſeſeque proſternunt, & læti adorant: Vates ad unum omnes mira de eo futura prædicant. Senex Eremita, idemque Propheta དྲང་སྲོང་ཆེན་པོ་ *Tran-ſron-cenbò* e longinqua ſolitudine cognito pueri adventu, eô repente advolat; infantem ulnis complectitur, tenerrime ſtringit, & profuſis lacrymis prædicit Patri religioſæ, & contemplatricis vitæ genus, quod erat in deſerto acturus uxore relicta. Ab utero Matris rerum omnium cognitione præditus, nullum ſcientiarum genus fuit, quod ignorarit. Accito Magiſtro, qui puero prima litterarum elementa demonſtraret, age, inquit, ſi qua habes reconditiora profero. Tum quingenta

Xaca mox nati prodigia.

Terra terremotu concutitur.

Lux admirabilis in toto terrarum orbe.

Lahæ ex *Cadem* natum Xacam adorant.

Pater ducit Filium *Xacam* offerendum Numini.

Puer *Xaca* a Lahis iterum adoratur.

De *Xaca* Senis Prophetæ, & Eremitæ vaticinium.

Xaca infantis prodigia.

ta alphabeta inter ſe diverſa proferenti, & ea ſibi notiſſima eſſe oſtendit, & novas ipſe literarum formas Præceptori obſtupeſcenti revelavit; ſimili fere ratione, qua JESUS quinquennis in ſtuporem adduxit Zacchæum, cui a S. Joſepho traditus fuerat in primis Hebraicæ linguæ rudimentis imbuendus, uti narratur tum in apocrypho, eoque fabuloſiſſimo libro *De Pueritia, & Miraculis Domini, & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti* apud Cotelerium in not. ad lib. VI. Conſtit. S. Clem. pag. 345. tum in falſa ſcriptura a S. Irenæo adducta l. 1. c. 17. Geminam ducit uxorem, གྲགས་འཛིན་མ་ *Trazinmo*, & ས་འཚོ་མ་ & *Sazoma*. Patre invito crine tonſus religioſam induit veſtem: deſertum petit: contemplationi inhæret: diſcipulos inſtituit: victiſque Dæmonibus, ཐུབ་ *Thu* lingua Tibetana nuncupatis, in apertum prodit, prædicat, errantes in viam ſalutis ducit, legem condit: innumeras gentes ad ſui ſequelam trahit: integras Nationes convertit: Perluſtratis in orbem Populis, atque Provinciis religionis ſuæ myſteria aperit, perſuadet, inſinuat. Miracula, Bone Deus! ecquæ miracula patrat? Portenta ſcilicet, atque præſtigias, partim ex apocryphis ſcripturis a priſcis Hæreticis ad Chriſtianos homines ſeducendos excogitatis depromta, partim ex integro conficta, eaque tum ad metempſychoſin, tum ad ceteras Tibetanarum ſuperſtitionum turpitudines ſtabiliendas accomodata. E vita demum inſignis Nebulo migrat octuagenario major tremente terra, & horrificis tenebris tota circumfuſa natura. Moriens nihil ſcripto traditum ſucceſſoribus ſuis reliquit: ſed quæ ille geſſerat, atque docuerat tercentum, & octo Voluminibus comprehenſa diſcipuli exararunt.

Uxores *Xacæ*.

Xaca ſolitudinē petit, operam contemplationi daturus.

Portenta prædicationis quæ?

Terremotus, ac tenebræ in morte *Xacæ*.

Nihil ſcripſit.

XXVI. Ecce, quem habes, centonem putidiſſimum ex antiquis, noviſque fabulis egregie compactum. Scitum eſt

Geſta *Xacæ* veterum, novarumque fabularum complexus.

Græ

Græcos, qui ſedes ad Pontum tenebant, Scytharum gentem ab Herculis filio propagatam dixiſſe. Quum enim forte fortuna latentem in Antro terræ, quæ Hylæa dicitur, deprehendiſſet Virginem quandam Ἔχιδναν διφυέα ancipitis naturæ humanæ, ac ſerpentinæ, ex ea quemadmodum narrat Herodotus in *Melpomene*, genuit tres Filios, *Agathyrſum*, *Gelonum*, *Scytham*. Echidnam Heſiodus quoque in Theogonia deſcribit, eamque a Typhone in Arimis fœcundatam canit:

Scytharum Mater Græcis fabulatoribus *Echidna*: Pater *Hercules*.

Typhon in Arimis *Echidna* mixtus.

Ἥμισυ μὲν νύμφην . . . .
Ἥμισυ δ' αὖτε πέλωρον ὄφιν, δεινόν τε μέγαν τε
Ποικίλον, ὠμηστὴν, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης
. . . .
Ἡ δ' ἔρυτ' εἰν ἈΡΙΜΟΙΣΙΝ ὑπὸ χθόνα λυγρὴ ἜΧΙΔΝΑ
Ἀθάνατος νύμφη καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.
Τῇ δὲ ΤΥΦΑΟΝΑ φασὶ μιγήμεναι ἐν φιλότητι.
Ἡ δ' ὑποκυσαμένη τέκετο κρατερόφρονα τέκνα.

Dimidio nympham . . . .
Dimidio item ingentem ſerpentem horrendumque, magnumque
Varium, Crudivorum, divinæ ſub cavernis terræ
. . . .
Hæc autem coercebatur in ARIMIS *ſub terra tetra* ECHIDNA
Immortalis Nympha, & Senii expers diebus omnibus
Huic TYPHAONEM *ajunt mixtum eſſe amore.*
Illa vero gravida facta peperit fortes filios

Potuitne Herodoti, Heſiodique *Echidna* materiem præbere Tibetanis, ut monſtrum ſibi procuderent feræ Matris *Praſrinmo*? Interim a Gelono Herculis filio, ut eſt apud Stephanum, nomen accepit Γελωνοὶ *Geloni* urbs Scythiæ ſita in Budinis. At Γέλων, inquit Suidas, ὄνομα κύριον. Γέ-

λων δὲ τὸ γέλωτα. *Gelon nomen proprium; Gelon autem riſum deſignat*. Illudque *Sara* impoſuit Filio ſuo Iſaac, quia *riſum*, ait, *fecit mihi Deus: quicunque audierit, corridebit mihi* Gen. XXI. 6., & Joſephus Ebræus l. 1. Antiq. c. XII. Abraham Ἴσακον ὠνόμασε· τοῦτο γέλωτα σημαίνει: *Iſacum nominavit: Hoc riſus ſignificatur*. Quare Melon apud Euſebium l. IX. Præparat. Evang. c. 19. υἱὸν αὐτῷ γενέσθαι ἕνα, ὃν Ἑλληνιστὶ ΓΕΛΩΤΑ ὀνομασθῆναι: *Filium ei natum eſſe unum, quem Græce* RISUM *nominant*.

XXVII. Idem vero Γέλως *Gelos* eſt, qui & Agathyrſus, & Scytha nominatur. Dii enim fabulares, ii præſertim, qui unico partu editi confinguntur, πολυώνυμοι plerunque ſunt, & voce tenus multi, quemadmodum Huetius inter ceteros copioſe demonſtrat. Crediderim ego tamen Agathyrſum, & Scytham duos feciſſe Ethnicos ex uno Iſmaele Fratre Gelotis Iſaaci. Ἀγάθυρσος *Agathyrſus* idem mihi eſt, ac Ἀκάθυρσος *Acathyrſus*, uti Ἀγαθὸν *Agathòn* Heſychio Ἀκαθὸν *Acathòn*; ſunt enim γ & κ inter ſe affines. Ἄκα ab ipſomet Heſychio exponitur τὸ ὀξὺ καὶ ἄκρον τῆς φάλαγγος, ἢ μάχη: *acies, & extremum phalangis, ſeu pugna*. Θύρσος, ῥάβδος, βακτηρία βακχικὴ: *Thyrſus, Virga, & baculus Bacchicus*. Sed ῥάβδος ſæpe pro ſceptro accipitur. Nil igitur aliud, Agathyrſus erit quam aciei Dux, exercitus Imperator, bellorum Dominus, aut ſceptrum & baculus pugnæ. De Iſmaele enim ait ad *Agar* Angelus Gen. XVI. v. 12. *Hic erit ferus homo, manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum, & e Regione univerſorum Fratrum ſuorum figet tabernacula*. Quia vero poſt *Iſmaelem* natus eſt Iſaac Γέλως, Gentiles quoque *Gelonem* ſecundo genitum Herculis filium dixere. Rurſus cap. XXI fit quidem mentio filii Agaris, ſed illius nomen reticetur. Quum autem v. 20. de hoc ipſo Agaris filio legatur: *crevit, & moratus eſt in ſolitudine, factuſque eſt*

Agathyrſum, & Scytham duos ex uno Iſmaele Abrahæ, & Agaris Filio fecerunt Ethnici.

Agathyrſus, & Scytha unde ſic dicti.

juvenis ſagittarius, tertium Herculis filium Fabulatores Ethnici effinxerunt, eumque *Scytham* appellarunt ab Hebraica voce קַשָּׁת *Chaſcath Sagittario*. קֶשֶׁת *Chaſeth* enim eſt *arcus*, & *baliſta*, unde *arcuarium* alii, alii *arcitenentem*, LXX. τοξότην *ſagittarium* interpretantur. Ex קשת per metatheſin factum eſt שקת *Scehth*, & *Scith*, aut *Scytha*. Aç ne multis utar exemplis unum profero ex Bocharto lib. I. Geog. S. cap. XII. p. 452. *Sciathus*, inquit, *per metatheſim deductum ex* קשיותא *Kſiatha quaſi dixeris duram, & aſperam inſulam facto nomine ex argumento.* Vox, ut vides, eadem eſt, idem & argumentum. Sic enim fertur Hercules allocutus Echidnam. Τὸν μὲν ἂν ὁρᾷς αὐτέων τόνδε τὸ ΤΟΞΟΝ ὧδε διατεινόμενον . . . τοῦτο μὲν τῆς δὲ τ χώρης οἰκήτορα ποιεῦ. *Quem animadverteris eorum hunc* ARCUM *ita tendentem* . . . *eum tu hujus Regionis incolam effice*. Hæc Herod. pag. 228. Ex arcu itaque קשת τόξῳ nomen *Scytha* derivatur, iis conſentientibus, qui a *Scutten* Germanico, ab *jaculando* ſcilicet, deductum exiſtimãt. Quod tamen noſtra cum primis intereſt illud eſt inſigne Gentilium Scriptorum commentum, quo *Iſaacum* ab Hercule genitum tradiderunt, uti jam a Plutarcho audivimus. Iſaac igitur Scytharum antiquiſſimis cognitus erat in *Gelone* filio Herculis adumbrantis Abrahamum.

Scytha ex arcu, & ſagitta nomen accepit.

Iehid Scythis cognitus ex *Iſaac* Gelono.

XXVIII. Eum ipſum *Iehid* appellari ab Ægyptiis Duce Seſoſtri in Scythiam uſque ductis reſcire facillime potuerunt. Hujus nominis Dynaſtæ, qui ex Ægypto in Aſiaticas Regiones armatum militem duxerint, duo commemorantur: alter, qui in II. Thinitarum Dynaſtia quatuordecim fere ſeculis ante Chriſtum regnavit octavus: alter, qui in XII. Dioſpolitarum tertius numeratur. Is eſt, qui *Seſonchoſis*, *Pſuſennes*, *Suſennes*, *Seſoſtris*, οὗτος γὰρ ὁ Σούσακος *Suſacus*

Saturni Filium, *Iehid*, aliorumque falſorũ Numinum cultum, quo præſertim ævo ab Ægyptiis ſcire potuerint Scythæ.

ſacus apud Joſephum VIII. Antiq. p. 368. edit. Hudſon.; Σουσάκιμος *Suſacimos* in Var. lect. ex Cod. Vat., adeoque *Siſacus*, & *Seſacus* a Latinis Scriptoribus frequentiſſime nuncupatus, debellato Roboamo, captis Jeroſolymis, Temploque ſpoliato, ultro per Aſſyrios, ac Perſas ad Indiam, & Scythiam occupandam deinde irrupit. Fuerint, per me licet, Colchi Scythæ Ægyptiorum coloni, vel ante Argonautarum tempora, quod viſum eſt Bocharto toto cap. 31. lib. IV. *Phaleg.*; præſertim quum eô ab Seſoſtri primo ante bellum Trojanum deduci forte potuerint. Fuerint, dum ita placeat, & Scythæ ceteri in ſacris Ægyptiorum inſtructi ab exercitu Ramſis, qui jam annos ante Seſoſtrim noſtrum circiter centum Libya, Æthiopia, Medis, Perſis, Bactris, ac Scythis potitus dicitur; vix tamen eſt, cur dubitem, multo majora non accepiſſe Scythas ab hoc Seſoſtri ſecundo de *genicis* Mercurii, deque toto Deorum cultu quemadmodum ab Ægyptiis frequentabatur. Nam & tabulas peragrati terrarum orbis admirabili arte compoſitas, Seſoſtris, quod refert Euſtathius apud Bochartum, οὐκ Ἐγυπτίοις μόνον ἀλλὰ καὶ Σκύθαις εἰς θαῦμα μεταδοῦναι ἠξίωσεν, *non ſolum Ægyptiis, ſed etiam Scythis impertiri dignatus eſt.*

De *Seſoſtris*, ſive *Seſaci* Ægypti Regis expeditione in Scythiam agitur.

XXVIIII. Certe equidem antiquiſſima nomina, quibus Scythæ Regii deos ſuos ſalutabant, Ægyptiacam originem, unde manarunt, aperte demonſtrant. Οὐνομάζονται δὲ Σκυθιστὶ, ait Herod. lib. IV. pag. 243., Ἱστίη μὲν, Ταβιτί. Ζεὺς δὲ ὀρθότατα κατὰ γνώμην γε τὴν ἐμὴν καλεόμενος, Παπαῖος· Γῆ δὲ, Ἀπία. Ἀπόλλων δὲ Οἰτόσυρος. Οὐρανίη δὲ Ἀφροδίτη, Ἀρτίμπασα. Ποσειδέων δὲ, Θαμιμασάδης. *Vocantur Scythica lingua* VESTA, TABITI. JUPITER *mea ſententia rectiſſime*, PAPÆUS. TELLUS, APIA. APOLLO, OETOSYRUS. COELESTIS VENUS, ARTIMPASA. NEPTUNUS, THAMIMASADES. De ſingulis dicere nil noſtra refert. Sed *Oſiris*, & *Iſis* duo ſunt Ægyptiorum Numina, quo

Scythicorum Deorum nomina Ægyptiaca.

hoc

hoc in loco inobſervata prætermitti non debent. Jam Iſidem in *Artimpaſa* ſtatim elucet. Eſt enim *Artimpaſa Magna Iſis* Perſo-chaldaice nuncupata. *Art*, *Arti Magnum* apud Perſas ſignificant. Ἄρτας *Artas* namque Heſychio eſt μέγας, καὶ λαμπρὸς *magnus*, & *illuſtris*. Ἀρταῖοι *Artæi* propterea οἱ Ἥρωες παρὰ Πέρσαις *Heroes dicuntur a Perſis*. Hoc idem *Artias*, & *Artin* deſignant, uti Bonjurius oſtendit diſſ. 11. de An. Dil. Univ. num. 81. Πᾶσα vero præpoſito articulo ⲡⲓ Ægyptiaco, eſt ⲡⲓⲥⲓ *Piſi* ſeu *Piſis*. Nam quæ Ægyptiis *Iſi*, aut *Iſis*, Chaldæis eſt אסא, Syris ܐܣܐ *eſo*, & ܐܣܝ *aſi*: unde אסו *aſu*, aut איסו *iſu* in Paraphr. Chald. ad Gen. III. 6. vertitur *ſalutifera*, imo & *ſalus* dicitur a Rabbinis. Quo ſpectat Joſephi teſtimonium: οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι Ὕσης τοὺς σωθέντας, *Salvatos vocant Ægyptii Yſes*. At οἰτόσυρος vox mihi videtur compoſita ex duplici Ægyptiaca ϩⲟⲩⲓⲧ, & Ὄσυρος, quarum altera *unum*, altera vero apertiſſime *Oſirim* ſignificat. Sed ϩⲟⲩⲓⲧ *hoüit*, & facta permutatione diphtongi *ou* in *y*, quæ frequentiſſime accidit, *hyit*, quemadmodum Hebraicum אחד *Echad primum* quoque denotat. Atque ob hanc plane cauſam Πρωτότοκος *Primogenitus* Chriſtus Mariæ Virginis Filius, Matth. I. v. ult. pro *unigenito* uſurpatur. Epiſt. 39. tom. I. *Theſ. Epiſtolici La-Croziani* vocem Sinicam *ye* in *Confucio* per ipſummet La-Crozium deſcriptam, expendit Sigefr. Bayerus, & *ye* ex *Lexico Diaſi* obſervat ſignificare *unum*. Equidem in arte linguæ Mandarinæ Franciſci Varj Dominicani mihi ſemper occurrit *ie* pro *uno*, *je* pro *toto* in ſingulari numero: *ie goéi unigenitus*: quod utrum conjunctionem aliquam habeat cum ⲟⲩⲁⲓ *oüa*, *ua*, aut *ya*, *unum*, & ϫⲱⲟⲩ *gioü*, *jooü*, ſeu *giooy* Ægyptiaca voce *generationem* ſigni-

Oetoſyrus, & *Artimpaſa* Scytharum, *Oſiris*, & *Iſis* Ægyptiorum.

Oit in Οἰτόσυρος exponitur Ægyptiace *hoüit unus*, ſeu *primus*.

Ie, aut *ye-goëi*, *unigenitus* lingua Sinenſi, numquid ſimile habeat cum *oüa*, aut *ya giooy* Ægyptiacis vocibus dubitatur.

ſignificante, divinare nequeo, quum Sinenſia vocabula in alienam linguam translata non omnes radicales literas retineant, nec ullus hactenus præſtiterit, quod Cl. Guigneſius Orbi Litterario menſibus ſuperioribus ex Gallia ſpopondit. Age nihilominus, verte ex more plane vulgatiſſimo *o* in *e*, & ecce Ϫⲱⲟⲩ *Gooü* tibi dabit idem fere Sinicum nomen

Oſiris opinione Seſoſtris omnium Deorum primus.

Goéi. Si autem Οἰτόσυρος Scytharum *unus*, aut *primus Oſiris* exponatur, proclive erit intelligere, cur ceteris Ægyptiorum diis poſthabitis Seſoſtris *Oſirim* ſolum ſibi præponendum cenſuerit. Tantam etenim gloriam, tot per Aſiam, & Europam devictis gentibus, apud Ægyptios conſecutus eſt, ut teſte Manethone tom. II. in Dynaſt. XII. Regum VIII. Dioſpolitarum, ſciamus μετὰ Ὄσιριν πρῶτον νομισθῆναι,

Oſiris Saturni, & Rheæ Filius.

primum poſt Oſirim fuiſſe habitum. Oſirim quum dico eum appello, qui *Saturni* & *Rheæ* filius fuiſſe traditur ab Ægyptiacis Sacerdotibus apud Diodorum Siculum: cujus verba recito ex. lib. I. p. 9. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν ΚΡΟΝΟΝ ἄρξαι, καὶ γήμαντα τὴν ἀδελφὴν ῬΕΑΝ γεννῆσαι κατὰ μὲν τινὰς τῶν μυθολόγων ὌΣΙΡΙΝ, καὶ ἼΣΙΝ. *Poſtea imperaſſe* SATURNUM, *&* *ducta in conjugium ſorore* RHEA *genuiſſe juxta mythologos quoſdam* OSIRIM, *atque* ISIM. Accedit Plutarchus de Iſ. & Oſir. ſcribens, quod ἔτι τῶν Θεῶν ἐν γασρὶ τῆς ῬΕΑΣ ὄντων ἐξ ἸΣΙΔΟΣ, καὶ ὈΣΙΡΙΔΟΣ γενομένη γένεσις ἈΠΟΛΛΟΝΟΣ αἰνίττεται. *Ex* ISIDE, *&* OSIRIDE *diis adhuc in utero* RHEÆ *verſantibus facta eſt* APOLLINIS *generatio*. Hinc Manetho poſt Saturnum imperium tenuiſſe ſcribit Oſirim. Is ergo non aliter atque *Ieud*, ſive *Iehid* Saturno & ipſe natus, ⲟⲩⲓⲧ *oüit*, & per aphæreſin ⲩⲓⲧ *yit*, vel *yid* Scythis fuiſſe videtur. Sic autem, ut ego cenſeo, eſt appellatus *Oitoſiris*, quaſi *unus ille Filius*: nam *Filius* Ægyptiis dicitur ϣⲏⲣⲓ, cui ſi addatur articulus ⲟⲩ, quod præ ceteris Salmaſius docuerat de An. Clim., habebitur ⲟⲩϣⲏⲣⲓ, & Græce ὄσιρις, quod eſt κ̃ρος, a *Latinis dictus Liber*. Salmaſio ſubſcribunt Eru-

Oitoſiris Scytharum idem eſſe videtur ac *unus ille Filius*, adeoque *Iehid* Saturni.

dito

ditorum complures. Huetius non alia de cauſa eam nominis originem improbat, niſi quia Ægyptiaca vox, quæ *Filium* ſonat, eſt σήρι, non σιρὶ, adeoque ſatius duxit a *Nigrore* Oſirin interpretari. At vir doctiſſimus viſus eſt hoc in loco diſſimulaſſe Ægyptiacæ linguæ ingenium, quæ plerunque mutat ⲏ in ⲓ, & ⲉ præſertim in ſtatu regiminis, ut obſervat Bonjurius. Quod ſi nominis ratio alibi citius quam in Ægypto quærenda mihi ſit, in promtu erit Hebraicum אוצרים *oſerim*, quod eſt, eodem obſervante Bonjurio in Diſſ. de Nomine Patr. Joſephi *theſaurizans*, plurali numero pro ſingulari poſito, uti fit in אדונים *Adonim* pro *Adonis* uſurpato.

Oſiridis nomen Salmaſii, & Huetii ſententia, unde?

XXX. Vereor tamen, ne Hebraica iſta interpretatio, minus quam Ægyptiaca ϣηρι arridere Huetio poſſit. Mihi quidem prior illa legitima ſatis, & probata apparet. Verum nequid dedita opera prætermiſiſſe videar, dubitavi aliquando an οἶτος eſſet ἡ τύχη; quum *fortunam* vocem hanc οἶτος exponi ab Euſtathio cognoverim. Dubium exemit ab animo tum Herodoti auctoritas, qui non Græcis, ſed Scythicis vocabulis ad Ægyptiacam, ut jam oſtendimus, originem revocandis, οἰτόσυρον deoſque ceteros appellari ſcribit; tum lex ipſa compoſitionis, cui non ſatis pareat vox οἶτος pro τύχη accepta, ſi cum ὄσυρος ſequenti conjungatur: tum denique rerum, & temporis occaſio, qua hujuſmodi epitheton *Oſiridi* tributum conjecimus. Neque hæc tantum, ſed & alia plura ſuperſtitionis, magiæ, ac impietatis monſtra; præſertim vero doctrinam de tranſmigratione animarum ab Ægyptiis diſcere potuerunt Scythæ. Eſt enim Alexandrini Clementis ſententia VI. Strom. pag. 633. τοὺς ἀρίστους ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ .... ἀπηνθίσατο ..... μάλιστα δὲ ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ τά τε ἄλλα, καὶ τὸ περὶ τὴν ΜΕΤΕΝΣΩΜΑΤΩΣΙΝ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ ΔΟΓΜΑ: PHILOSOPHORUM *præſtantiſſimos* (Pythagoram in primis intellige) EX ÆGYPTIIS

Cur in *Oitoſyro* vox *oti* a Græca *oitos* non repetatur.

Quam multa errorum portenta Scythæ accipere potuerint ab Ægyptiis.

Ægyptii omnium primi *metempſychoſin* excogitarunt.

cum

cum alia, tum DOGMA DE MIGRATIONE ANIMÆ *in corpora decerpſiſſe*. Id quod antea tradiderat Herodotus cap. CXXIII. in *Euterpe* ſcribens Ægyptios fuiſſe, qui πρῶτοι primi tranſmigrationem animæ docuerunt, τὸν περιείλησιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι, *circuitum verò* (tranſmigrationum) *ab ea fieri intra annorum tria millia*. Ab his disjungenda non ſunt, quæ de Ὀσίριδος διασπασμοῖς, καὶ ταῖς ἀναβιώσεσι καὶ παλιγγενεσίαις, *Oſiride toties diſcerpto, & redivivo ac renato*, in libro ſæpe laudato de Iſide, & Oſiride a Plutarcho commemorantur; ſunt enim, ut novimus, *Xaca* geſtis ſimilia.

Oſiridis toties in Ægypto renati *Xaca* Tibetanorum omnino ſimilis.

Xaca ætas conſluit in eoſdem annos cum expeditione Seſoſtris in Indos, & Scythas.

XXXI. Quid denique illud eſt, quod *Xaca* tempora, cum Seſaci, ſive Seſoſtris expeditione ejuſque ætate tam mire conveniunt? Seſoſtris an. v. Roboam Regis Juda ante Chriſtum DCCCCLXXVI. cepit Jeroſolymam: *Regni* ſui XXI. Novem annorum ſpatio, ſi fides eſt adhibenda Manethoni, & Africano apud Georgium Syncellum, Europam & Aſiam ſubjugavit: Regnum verò tenuit in Dynaſtia Dioſpolitana Ἔτη μη an. XLVIII., aut XLVI., ut alii numerant. Sed ſi expeditionem in Indos, & Scythas annis Regni poſtremis tribuas, eam in annos referes ante Chriſtum DCCCCLX. plus minus. Atqui Doctores Tibetani *Xaca* apparitionem in Indiis ſtatuunt circa annum ante Chriſtum DCCCCLIX., uti inter ceteros *Lama* Cœnobii *Sergè* nuncupati, inita ſupputatione, oſtendit P. Horatio Pinnabillenſi. *Xaca* igitur ex Chronotaxi Tibetanorum tam prope attigit exordia Seſoſtrianæ expeditionis, ut ſuſpicandi locum præbeat, an cum Seſoſtri ipſo ex Ægypto in Indias commearit. Id ſi neges eo præſertim argumento ductus, quod, ut ait La-Crozius lib VI. Chr. Ind. pag. 501., ob incertam, involutamque Orientalium Chronologiam arduum ſit certam legislatoris hujus epocham figere, vix tamen erit, cur ſaltem Seſoſtris Synchronum *Xacam* defitearis.

Seſoſtris expeditionem inſtituere potuit an. circiter ante Chriſtum 960.

Ex calculo Tibetanorum *Xaca* apparuit in Indiis an. ante *Chriſtum* circiter 959.

Cete-

Ceterum cum Tibetana Chronologia convenit ætas τȣ *Timphan* Tunkinenſium Magiſtri, & Indorum Regis, qui cum *Xaca Typha* Tibetanorum idem plane eſſe percipitur. *Timphan* auctore Alexandro de Rhodes apud eundem La-Crozium pag. 502. floruit anno *termilleſimo* ab Orbe condito, at hic annus juxta ſupputationem Hebraicam accedit ad annum ante Chriſtum nongenteſimum circiter & quinquageſimum: ad illud nempe temporis, quo *Xacam* vixiſſe Tibetani memorant. *Timphan* Tunkinenſium eodem tempore vixit, quo *Xaca Typha* Tibetanorum.

XXXII. Pater Charlevoix in H. Iaponica tom. I. cap. XII. pag. 211. Kaempferium inducit duplicem *Xacæ* Epocham proferentem, Siamenſium unam, Iaponenſium alteram. Siamenſes, inquit, *Sancharad*, ſeu Epocham Eccleſiaſticam ſupputant ab anno emortuali *Xacæ*. Inde uſque ad diem calculi Kaempferiani numerabantur anni MMCCXXXIII. aut XXXIV. deſinentes in An. Ær. Chr. MDCXC., adeoque ante Ær. Chr. anni fluxiſſent a morte *Xacæ* DXLIV. Sicque Kaempferus *Xacæ* apparitionem in Indiis conjungit cum anno, quo Cambyſes invaſit Ægyptum. Tunc enim irriſa Ægyptiorum Religione, & in exilium pulſis Sacerdotibus, eorum aliquem *putat una cum Sodalibus refugii locum ſibi quæſiviſſe in Indiis, indeque per Orientem* Ægyptiaca Religione propagata *Buddæ*, ſive *Xacæ* nomen obtinuiſſe. Siamenſes ex Kaëmpferò conſignant an. emortualem *Xacæ* in an. ante Chriſtum 544.

Non ſatis cum anno expugnatæ per Cambyſem Ægypti conciliatur annus Epochæ Siamenſis. Nam Cambyſes Cyri filius Perſarum Rex inſtitutus eſt An. P. Iul. 4185. ante Chr. DXXIX., & anno Regni VI. Per. Iul. 4190. ante Chr. DXXIV. invaſit Ægyptum. At annus emortualis *Xacæ* juxta Kaempferianam ſupputationem incidiſſet in An. ante Chr. DXLIV., atque ita multo ante Cambyſis Imperium, & Ægyptiacorum Sacerdotum exilium *Xaca* inter homines apud Indos egiſſet. Errandi occaſio inde fortaſſe extitit, quod Siamenſes cum anno a recepta *Xacæ* Re- Adventum *Xacæ* in Indias male Kaëmferus conjungit cum an. expugnatæ per Cambyſem Ægypti. Calculi Kaëmpferiani diſſonantia unde?

 ligio-

Japonenſes mortem *Xacæ* conjiciunt in an. ante Chriſtum 950.

ligione annum mortis confuderint. Iaponenſes vero illius mortem conſignant in An. ante Chr. DCCCCL. quibuſcum Tunkinenſium epocha egregie conſentit. Sed cum nobis venditant Kaempfero præcone, *Xacam* in lucem prodiiſſe Anno ante Æram noſtram MCCIX., aut ex aliorum quorundam ſententia MCCVII. vitamque illius ſpatio quam longiſſimo 259., vel 257. annorum includunt, incredibilia narrant, & ſecum præterea pugnant apertiſſime. Nam annos tantum novem & ſeptuaginta *Xacam* vixiſſe affirmant, ubi Tibetani levi prorſus diſcrimine ad menſes aliquot ſupra octuageſimum illius ætatem producunt.

Anni 79. vitæ ab Japonenſibus *Xacæ* tributi non cohærent cum an. ipſius natali, ante Chriſtum 1209. vel 1207.

Japonenſium epochas inter ſe pugnantes parere potuit confuſio Regum Ægypti.

XXXIII. Hujus parachroniſmi cauſa, dum ego recte conjiciam, non alia eſſe potuit, niſi confuſio Regum Ægyptiorum, qui exercitus in Indias deduxerant. Apparet jam antiquiores Iaponenſium ortum *Xacæ* ad Seſoſtris ætatem retuliſſe. Anno ante Chr. 1209., uti me docet ſupputatio Bonjurii in Mſs. Dynaſt., erat Ægypti Rex *Sethoſis* cognomento *Rameſes*. Sethoſis confuſus eſt cum *Seſoſtri*; *Seſoſtris* enim, vel ipſo Marſhamo teſte ſæc. XVI. pag. 463., *idem eſt, qui Sethoſis*. Et ſic Iapponenſes in eum annum Imperii Sethoſis rejecerunt apparitionem *Xacæ*, vitam vero intervallo an. 259. vel 257. protraxerunt ad annos Regni Seſoſtris poſtremos. Rurſus quia *Sethoſis* Rameſis etiam nomen ferebat, hunc ipſum cum *Rameſe Vaphre* confuderunt; quod facillimum factu fuit, quum paucos ante annos regnaſſet *Rameſes*, Perſarum, Bactrorum, Scytharum, aliarumque nationum debellator acerrimus. Si autem ab anno ante Chr. MXXIX., quo regnabat *Rameſes Vaphre* numerentur anni LXXIX., quot tandem Kaempfero narrante, Iaponii tribuunt *Xacæ*, annum illius emortualem habebimus DCCCCL. ante Chriſtum. Multo etiam facilius in epocha anni natalis *Xacæ* figenda erratum eſt ob ὁμωνυμίαν Japonenſium Imperatorum: Qua de re vi-

In *Xacæ* ætate ſtatuenda non diſcrepant Japonenſes a Tibetanis.

videri poterit idemmet Kaempferus tom 1. num. 1. lib. II. cap. 1. pag. 127., & ſeq. Hanc ferme epocham apud Japonios agnoſcunt eruditi viri Barnerius, & Maſcharesius tom. V. *De Relig. Ritibus* Japonenſium pag. 12. *Lès Iaponois le diſent originaire du pais, où il eſt adorè ſous le nom de* BUDHU, *& de* SOMMONACODOM, *& le font naitre pendant le Regne d'un Empereur de la Chine, qui vivoit environ mille ans avant Jeſus-Chriſt*. Ubi ex eorumdem etiam Iaponenſium ſententia annum ætatis undevigeſimum notant, quo *Xaca* dimiſſa uxore cum *unico Filio* in ſolitudinem ſeceſſit, ſeſeque totum contemplationi dedit ſub inſignis cujuſdam Eremitæ magiſterio: qua in re Iaponenſes nonnihil diſcrepant a Tibetanis. Eodem omnino tempore, quo Salomon Rex in Paleſtina imperabat, *Foe*, *Fo*, aut *Xechia* Sinenſium Deum, *Ram* nuncupatum, Indi vixiſſe tradunt. Ita laudati Scriptores citato tom. V. *De Relig. Indorum Ritibus* pag. 119. Quæ omnia cum Tibetanorum Chronotaxi apertiſſime conciliantur; eamque fulciunt ſententiam, quæ *Xaca* adventum in Indias ad tempora refert Invaſoris & Ægypti Regis Seſoſtris.

Diſcrepant nonnihil in rebus *Xaca* geſtis narrandis.

XXXIII. Quantum porro veteres Indorum fabulæ, & eæ quidem ab Ægyptiis acceptæ, ad hoc inſigne Monſtrum fabricandum, aut certe farciendum contulerint, ut cetera miſſa faciam, unius Bacchi res geſtæ abunde commonſtrant. ὌΣΙΡΙΣ δέ ἐστι ΔΙΟΝΥΣΟΣ κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν: OSIRIS *autem eſt Græca lingua* DIONYSOS, inquit Herodotus in Euterpe cap. 144.: quum ante dixiſſet eoſdem Deos ab Ægyptiis non iiſdem; neque ſimilibus ritibus coli πλὴν ἸΣΙΟΣ τε, καὶ ὈΣΙΡΙΟΣ, τὸν δὲ ΔΙΟΝΥΣΟΝ εἶναι λέγουσι, *præter* ISIDEM, *&* OSIRIDEM, *quem* BACCHUM *eſſe ajunt*. Sic Clemens Alexandrinus Admonitione ad Gentes pag. 16. vitem *Dionyſum* a Thebanis nuncupatam ſcribit, ΔΙΟΝΥΣΟΝ, τὸν ἌΜΠΕΛΟΝ, ὡς Θηβαῖοι προσηγόρεσαν. Solis mutatis nomi-

Ægyptiorum fabulæ apud Indos propagatæ quid contulerint ad *Xaca* commenta, ſuadenda, & conſarcinanda,

Oſiris & Bacchus idem

minibus eadem eſſe ſacra Oſiridis & Bacchi: Iſidis & Cereris Diodorus Siculus teſtis eſt in Append. ad op. cl. Alexandri p. 810. τὴν μὲν γὰρ ΟΣΙΡΙΔΟΣ τελετὴν, τῇ ΔΙΟΝΥΣΟΥ τὴν αὐτὴν εἶναι, τὴν δὲ τῆς ΙΣΙΔΟΣ τῇ τῆς ΔΗΜΗΤΡΟΣ ὁμοιοτάτην ὑπάρχειν, τῶν ὀνομάτων μόνων ἐνηλλαγμένων. Dionyſium Græcum eſſe nomen Platonis auctoritas ſuadere videtur. Obſervat Manuel Moſcopuli in Exegeſi τῶν ἔργων, καὶ ἡμερῶν Heſiodi Græcos *vinum* æque ac *vini datorem* Dionyſium appellaſſe. Quod etiam in VII. Strom. pag. 730., Clemens Alexandrinus tradiderat προσαγορεύουσιν Ἕλληνες ΤΟΝ ΟΙΝΟΝ ΔΙΟΝΥΣΟΝ κατά τινα ἀναφορὰν. *Græci appellant* VINUM BACCHUM *ſecundum relationem aliquam*. Hinc ait Manuel καὶ ΔΙΟΝΥΣΟΝ τὸν ΟΙΝΟΝ, καὶ τὸν διδόντα τοῦτον ΘΕΟΝ, ὃν καὶ ἀπὸ τοῦ διδόναι τὸν ΟΙΝΟΝ ὁ Πλάτων παράγει, καὶ ΔΙΔΟΙΝΗΣΟΝ τοῦτον ποιεῖ, εἶτα καὶ ΔΙΟΝΥΣΟΝ: DEUM *hunc ex eo, quod eſt dare* VINUM, *Plato denominatum putat, eumque* DIDOINISUM *facit, deinde etiam* DIONYSUM. Orpheus in hymnis:

Dionyſus Græcæ originis nomen

Unde Διόνυσον *dictum putet Plato, & Orpheus.*

Πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε, ΔΙΟΝΥΣΟΣ δ' ἐπεκλήθη,
Οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον.

Primus vero in lucem venit, DIONYSUS *vero dicitur*,
Quia volvitur circa magnum longum Cœlum.

Plutarchus in Iſide & Oſiride aliunde ſic dictum innuit: Ἄλλος δὲ λόγος ἐστὶν Αἰγυπτίων, ὡς Ἄποπις Ἡλίου ὢν ἀδελφὸς ἐπολέμει τῷ Διΐ. Τὸν δὲ ΟΣΙΡΙΝ ὁ ΖΕΥΣ συμμαχήσαντα, καὶ συγκαταστρεψάμενον αὐτῷ τὸν πολέμιον, παῖδα θέμενος ΔΙΟΝΥΣΟΝ προσαγορεῦσαι: *Alius autem ſermo eſt Ægyptiorum, quod Apopis Solis Frater bellum movit adverſus Jovem*. OSIRIM *autem* JUPITER, *cui in hoſte debellando auxilium tulit, adoptans filii loco* DIONYSUM, *hoc eſt* BACCHUM, *nuncupavit*. Hac Ægyptiorum fabula cenſuit Bonjurius in ſæpe memoratis Ægyptiorum Dynaſtiis bellum indi-

Oſirim commilitonem, Ægyptiis auctoribus, filium ſibi fecit *Jupiter*.

indicari, quod adverſus Dioſpolitas ſeculo vigente ante Chriſtum XIV. movit Apophis Phœnix, auxiliares copias præbente *Sirio* Thebano Armeſſi Miami Filio Dioſpolitarum Regi. Apparet interea putaſſe Græcos, quod Διόνυσος juxta Ægyptiorum ſermonem dictus fuerit quaſi Διος-ωνυις, & per contractionem Διονυις, unde Græca terminatione Διονυισος, deinde Διόνυσος nomen ſit factum *Jovis Filius*. Nam Dii a Iove geniti, ut obſervat Heinſius in Ariſtarcho Sacro, Δῖοι *Jovii* veteribus dicebantur; etſi Schrevelio Διόνυσος ſit Bacchus, *quia quum naſceretur femur* Διὸς ἔνυξεν.

Διόνυσος Græce *Jovis filius* exponitur.

XXXIV. Sed Indicum cenſet Frid. Sam. Schmidtius in eleganti Diſſertatione Gallice edita *de Ægyptiaca Colonia in Indias deducta*. *Deun*, inquit pag. 24. & 25., *vox eſt, qua apud Indos jam inde ab antiquis temporibus ſignificatur*, Dominus, Rex; *eademque ſignificatione uſurpata tum in Malabarica, tum in Perſica lingua hodieque ſervatur*. *Nyſa* pariter urbs eſt in Indiis cognominis *Ægyptiæ*, ubi Bacchus fertur in lucem editus: ſic ex *Deun* & *Nyſa* compoſita vox *Dionyſus* exoritur. Plurimum ea me opinio delectat. *Illud tamen ſupereſt, ut Schmidtius* oſtendat, ubinam *in tanta Indicarum* ſuperſtitionum farragine tam antiquum *Dionyſi* nomen inveniatur expreſſum? Neque enim probabile fit, peregrina vocabula, cujuſmodi ſunt *Oſiris*, *Nyſa*. & *Merous* ad hanc uſque diem conſtanti Indorum traditione conſervata fuiſſe in *Iſuren*, *Nyſadabura*, atque *Merou* monte, interea dum ex omni hominum memoria illud periit, quod inſigne præ ceteris, domeſticum, populare, & Numini Nyſæ Tutori conſecratum erat. Non idem certe fatum expertum eſt in Græcia, cujus lingua Διόνυσον per omnem ætatem coluit, retinuitque ſemper. Quod certe præclarum eſt Græcæ originis τεκμήριον. Deinde non una eſt *Nyſa* Indiarum, ex qua *Deus Nyſa* appellari

Bacchum Indorum lingua *Dionyſum* nuncupatum cenſet Schmidtius.

Sententiam ſuam Schmidtius non ſatis probat.

lari potuerit Bacchus. Νύσα, καὶ νύσκιον, verius νυσαῖον vel νυσκΐον, aut νύσιον, vel νύασιον juxta emendatiores lectiones ὄρος οὐ καθ' ἕνα τόπον, inquit Heſychius, ἔστι γὰρ Ἀραβίας, Αἰθιοπίας, Αἰγύπτου, Βαβυλῶνος, Ἐρυθρᾶς, Θράκης, Θετταλίας, Κιλικίας, Ἰνδικῆς, Λιβύης, Λυδίας, Μακεδονίας, Νάξου, περὶ τὸ Πάγγαιον, τόπος Συρίας.

Græcæ voci Διόνυσος reſpondet Ægyptiaca Oſiris.

XXXV. Itaque in Ægyptum confugiendum erit, ut ibi nomen quæramus, cui reſpondeat Διόνυσος Græcum. Audivimus jam narrante Plutarcho, quid Ægyptiaca fabula referat de nomine impoſito *Baccho*. Ex ea vero nemo non intelligit Jovem repræſentari, qui commilitonem, & auxiliarem ſuum Ϣηρι *Siri*, *Filium* nempe conſtituat, eoque tanquam excellenti titulo a ceteris diſtinctum velit. Exinde cœpit appellari ⲟⲩϣⲏⲣⲓ cum præfixo articulo ⲟⲩ, inſignis ſcilicet *ille Filius*, quemadmodum ſupra dicebabamus, antequam Schmidtii diſſertatio mihi traderetur legenda. Ac, niſi ego fallor, Ægyptiacæ vocis ϣⲏⲣⲓ veſtigium exhibet Tibetana སྲས *Sre*, qua indigenæ *Filium* vocant; ſicuti in Relando diſſ. XI. de ling. Inſul. Oriental. vox Perſica ديو *div* retinet naturam Malaicæ ديوات *di Wara*, Singaleæ *de Wijan* Genius, aut *de Wjoo* Deus: Malaica اسٽري *Iſterii* Singal. *Iſtrii fœmina*: & سيڠ Malaicè *Singa*, सिंह *Sing* Brammanicè, སེང *Sengh* Tanguticè *Leo*, aliæque variarum linguarum voces inter ſe ſimiles & affines.

Oſiris *filium inſignem* per antonomaſiam deſignat.

Ab Ægyptiaca voce *Siris* nata videtur *Sre* Tibetana.

De articulo O in voce *Oſiris præpoſitivo* nova proferuntur argumenta ex verſ. Coptica, & antiquiſſima profanorum Scriptorum auctoritate.

XXXVI. Quod ſi quis adhuc dubitare pergat de articulo ⲟⲩ, quem cum Salmaſio præfixum notavimus vocabulo ϣⲏⲣⲓ, adeat is verſionem Copticam Veteris Teſtamenti; eaque fiet ut conceptam dubitationem ex animo ſtatim ejiciat. Oſeæ c. I. v. 3. & 8. ⲛⲟⲩϣⲏⲣⲓ: c. IV. 14. ⲛⲉⲙ ⲛⲟⲩϣⲏⲣⲓ, quæ tamen vox tum in vulgato, tum in LXX. Interpretibus deſideratur & c. IX. 12. 13. Amos II. 8. VII. 14. ⲟⲩϣⲏⲣⲓ: Idemque alibi paſſim legitur. Nec novum id eſt hodieque

na-

natum. Εἰσὶ, inquit Plutarchus οἱ τὸν ΟΣΙΡΙΝ ἄντικρυς ΗΛΙΟΝ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι ΣΕΙΡΙΟΝ ὑφ᾽ Ἑλλήνων λέγοντες, εἰ καὶ παρὰ Αεγυπτίοις ἡ πρόθεσις τοῦ ἄρθρου τοὔνομα πεποίηκεν ἀμφιγνοεῖσθαι: *Sunt qui* OSIRIM *diſſerte ajunt eſſe* SOLEM, *& a Græcis* SIRIUM *appellari: articulum vero* O *præpoſitum huic nomini apud Ægyptios obſcuritatem dubitationemque de vocabulo genuiſſe*. Video equidem ex Diodoro, & Plutarcho quoſdam extitiſſe, qui Oſiridem expoſuerint *multioculum* ΠΟΛΥΟΦΘΑΛΜΟΝ, ὡς τὸ μὲν ΟΣ τὸ πολὺ τοῦ δὲ ΙΡΙ ΤΟΝ ΟΦΘΑΛΜΟΝ Αἰγυπτίᾳ γλώττῃ φράζοντες, *quod* OS *Ægyptiorum lingua*: MULTUM: IRI OCULUM *ſignificare dixerint*. Sed Copticam linguam parum huic interpretationi favere La-Croſius & Iablonskius obſervant. Nam quod eruditiſſimus Schmidtius exiſtimat ex voce duplici *Oſch multum*, & *jorh pupillam oculi* denotante perſpicue intelligi quo pacto *Oſiris* nomen conflatum habeatur, ni egomet fallor, obſcurum nimis eſt, longeque deductum. Quid enim ſimilitudinis cum Oſiri præſeferat ⲱϣⲓⲟⲣϩ *Oſchiorh* vix conjici poteſt. Quin etiam vehementer dubito ne Græci quidam ex mera conjectura ἶρι ad oculum ſignificandum detorſerint; quaſi apud *Ægyptios* idem eſſet ac ἶρις, quæ dum Βαρυτονεῖται, eſt Heſychio teſte inter alia τοῦ ὀφθαλμοῦ ὁ περὶ τὴν κόρην κύκλος *orbis pupillam oculi cingens*. Forte huic interpretationi anſam præbuit effigies Oſiris, cui præter oculos geminos tertium adderent frontis medio infixum; quanquam nullam hujuſmodi aut imaginis, aut ſimulacri *trioculi* mentionem faciat Plutarchus; quippe qui pag. 371. tantummodo narrat: Τὸν δὲ ΟΣΙΡΙΝ ΟΦΘΑΛΜΩ καὶ ΣΧΗΠΤΡΩ γράφουσι, ὧν τὸ μὲν τὴν πρόνοιαν ἐμφαίνει, τὸ δὲ τὴν δύναμιν. OSIRIN (Aegyptii) OCULO, *&* SCEPTRO *pictis exprimunt, quorum alterum providentiam, alterum potentiam oſtendit*. Et rurſus γράφουσι, καὶ ΙΕΡΑΚΙΤΟΝ ΘΕΟΝ τοῦτον πολλάκις· εὐτονίᾳ γὰρ ὄψεως ὑπερβάλλει, καὶ πτή-

Oſirim *multioculum* interpretari parum ſubſidii habet ex linguæ Copticæ uſu.

Imagines & Simulacra *Oſiridis* apud Ægyptios quæ?

πτή-

πτήσεως ὀξύτητι: ACCIPITRE *etiam picto* DEUM HUNC RE PRESENTANT; *avis enim hæc & acumine viſus, & volatus celeritate pollet*. Tandem Oſiridis ſimulacrum humana ſpecie ubique apud Ægyptios ob gignendi, & alendi vim ἐξορθιάζον τῷ αἰδοίῳ exhiberi commemorat. Fieri tamen potuit, ut hoc ipſum alienæ gentes, ad quas Oſiridis cultus

Exteri magis quam Ægyptii Oſiridem *trioculum* effinxerunt.

delatus eſt, tertio addito oculo, quo a ceteris Numinum ſimulacris diſtingueretur, effingi curarint. Cetera, quæ de attributis Oſiridis Schmidtius ſcribit, probatiſſima ſunt, & veteri Ægyptiorum Theologiæ conſentanea. Sed ne longius a re propoſita diſcedamus nihil eo veriſimilius de *Oſiridis* deque *Dionyſi* nomine proferri poſſe cenſeo, quam quod hactenus protulimus, rati ſic eſſe nuncupatum *Oſirim*, quia tanquam inſignis ille Jovis Filius habitus ſemper fuerit ab Ægyptiis.

Fabulæ de *Oſiride* ſeu *Baccho* ex *Jove* & Matre virgine nato quæ vetus ac putida origo fuerit.

XXXVII. Hinc fabula prodit antiquiſſima de Oſiride ex Iove Parente, & Matre incorrupta genito, quæ poſtea *Dionyſo*, ſeu *Baccho* Græcorum accommodata eſt, uti refert Diodorus in Ægyptiacis lib. 1. *Cadmus Thebis Ægyptiis oriundus filiam habuit Semelem, quæ vitiata poſt ſeptem menſes infantem peperit* τὴν ὄψιν οἷον παρ' οἱ κατ' αἴγυπτον τὸν ΟΣΙΡΙΝ γεγονέναι, νομίζουσι, *ea ſpecie quam Ægyptii tribuunt* OSIRIDI. *Cadmus re comperta, & oraculo monitus, ut Patrum ſancita tueretur, infantem*

Bacchus ex Semele corrupta editus fingitur ut *Oſiris* ipſe Ægyptius ſine hominis concubitu *Jove Deo* natus.

auravit, & ſacra illi congrua inſtituit, quaſi OSIRIS *denuo ſe mortalibus exhibuiſſet, & procreationem retulit ad Jovem, ut &* OSIRIS *honeſtaretur, & corrupta eximeretur ab infamia. Quare divulgatum eſt apud Græcos Semelen Cadmi Filiam e Jove ſuſcepiſſe* OSIRIM. *Poſtea vero Orpheus ab Ægyptiis Theologia imbutus priſci* OSIRIDIS *nativitatem in recentiora tempora tranſtulit; Cadmeis gratificatus novos ritus inſtituit, in quibus traderetur initiatis* DIONYSUM *ex Semele & Jove fuiſſe prognatum*.

Ex

Ex hoc Diodori teſtimonio nova lux affulget vocabulo OSIRIS, quod *Filium* interpretati ſumus. Heſychius, ſi recte illius mentem teneo, OSIRIDIS nomine appellari ſcribit neſcio quos Ægyptiacarum fœminarum partus ὑπηνέμια nuncupatos. ΟΣΙΡΙΣ ΑΙ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΥΠΗΝΕΜΙΑ τίκτουσαι (ut legit Guietus, non τίκτουσι) τὸ λεγόμενον ΟΣΙΡΙΝ ΓΥΝΑΙΚΕΣ. OSIRIS MULIERES IN ÆGYPTO, QUÆ HYPINEMIA *pariunt*, *vocant* OSIRIM. Quid ſint ὑπηνέμια alibi explicat Heſychius: ὑπηνέμια ᾠά, τὰ δίχα τοῦ ὀχευθῆναι γινόμενα: *ſubventanea*, ni magis arrideat, *frigida ova ſine opera maris genita*; quæ ſcilicet Ariſtotele teſte mutua inter ſe libidinis imaginatione fœminæ concipiunt. Interpres Plutarchi περὶ τοῦ ἀκούειν pag. 38. *ova Zephyria*, *quæ cauſas ajunt eſſe imperfectorum*, *& inanimatorum conceptuum*, vertit τὰς ὑπηνεμίους λοχείας καὶ ὠδῖνας *ſubventaneos fœtus*, atque partus avium. Tibetani quatuor naſcendi modos agnoſcunt: *ex utero: ex putri*; *ex ovo: ex floribus*, *plantis*, aliiſve ſimilibus germinum, arborumque ſtirpibus. Tertia illa naſcendi ratio eorum lingua dicitur གོང་ཀྱེ་བ་ *conchieva: ovo naſci*. Nemini autem Eruditorum ignotum eſt πρωτόγονον illud ᾠὸν *primigenium ovum*, ex quo omnia eſſe producta Ægyptii arbitrabantur. *Zophaſemim*, *hoc eſt Cæli contemplatores* Phœnices, iidemque Ægyptii, *eos nominarunt*, quos in *ovi figuram conformatos*, *& intelligentia præditos animantes procrearant animantia quædam omni ſenſu carentia*, uti Philo Byblus ex Sanchoniatone teſtatur. Deam Syriam ovo genitam legimus apud Germanici Interpretem. *Nigidius hos piſces dicit in flumine Euphrate fuiſſe*, *& ibi ovum inveniſſe miræ magnitudinis*, *quod volventes ejecerunt in terram*, *atque ita columbam inſediſſe*, *& poſt aliquot dies excluſiſſe Deam Syriam*. Hinc fictam volunt fabulam *Oannis Semipiſcis*, *& Semihominis*, quem ajunt

Quinam Ægyptiarum mulierū partus apud Heſychium appellatur *Oſiris*.

Ova hypinemia quo pacto, Ariſt. ſententia, mulieres pariant.

Quotuplici ratione mortales naſci Tibetani credant.

Homines etiam ex ovo naſcuntur.

Ovum primigenium ex Ægyptiorum ſententia.

Zophaſemim Phœnicum, & Ægyptiorum in *ovi* formam procreati.

Dea Syria ex ovo.

Oannis fabula ex eodem fonte nata.

ajunt ex Mari rubro comparuiſſe, aliudque eſſe nihil Ωάνυνlω quam Ωlὼ ex ὠῦ Scaliger, Salmaſius, aliique Eruditi ſentiunt. Eadem eſt Dea Syria, ac Iuno, Venus, Minerva, Derceto, Atergatis, Ὀγκαία Ἀθλώη, & Ὄγκα *onka* Thebeorum, unde & eorum ὄγκαῖαι portæ *oncaæ* dictæ memorantur. Multa diſputant Viri docti de vocis etymo. At ego, dum mihi quod ſentiam proferre liceat, ab ⲱⲛϧ *onch* Ægyptiaca, quæ *vitam* ſignificat, ſic nuncupatam dixero, quaſi *Deam vitæ*; quod eſt maxime conſonum ſententiæ *Lucii Ampelii* ad Macrinum ita ſcribentis: *Dicitur & Euphratis fluvio ovum piſcis columba adſediſſe dies plurimos, & excluſiſſe Deam benignam, & miſericordem hominibus ad* BONAM VITAM. *Ovum* præterea inquit Plutarchus l. 11. Sympoſ. pag. 636. *in Orgiis Bacchicis conſecratum eſt, ut monimentum omnia gignentis, & in ſe continentis*. Ex hac antiquiſſima Ægyptiorum Theologia Magi Perſæ apud eundem *Oromazen* exhibent, qui conditis aſtris, eiſque principe & ſpeculatore *Sirio* præpoſito, *alios XXIV. Deos feciſſe*, quos εἰς ὠὸν ἔθηκεν *in ovo poſuit*.

Onka Thebæorum eadem, ac Dea Syria.

Onka Dea *vitæ*.

Ovum in Orgiis Bacchi tanquam univerſale generationis principium.

Dii XXIV. ab Oromaze ſyderum conditore in *ovo* poſiti.

XXXVIII. Sed fabula de ovis homines, Deoſque gignentibus in Japonias Inſulas omnium longe auctior, atque ditior migravit. Ad ripas *Riuſagawæ*, quem *amnem avium* interpretantur, *Bunſio* uxor *Symmios Dori Mioſin*, quum diu ſterilis eſſet *Camis* Diis penatibus vovit, ut ſibi prolem concederent. Mox voti compos effecta ova peperit uno partu quingenta. At verita ne ſi ea foveret, monſtrum erumperet, arculæ, cui epigraphen inſculpſerat: *Fosjoroo*: ova omnia incluſa in torrentem projecit. Senex Piſcator longo ſatis viarum ſpatio a ſede *Bunſio* diſſitus intuitus arculam in littus traxit, domum attulit, oſtendit uxori, qua demum in ſui conſilium adducta, ova ſabulo, & pulvinaribus undique tecta in furno, ut Indi ſolent, bene fovenda compoſuit. Evolutis ita fomentationis diebus, diductoque puta-

Bunſio uxor *Symmios* juxta Japonenſium fabulas, Deorum munere fœcunda *ova* uno partu edit *quingenta*.

Ex Ovis quingentis totidem infantes nati.

putamine ova ſingula ſingulos excluſere infantes. Eos tandiu ſenex aluit, quandiu adoleſcerent. Sed quum tanto oneri diutius ferendo ſe imparem ſenſit, hortatus eſt pueros, ut ſuperiores littoris partes conſcenderent: Hominem ibi agere omnium, ut fama ferebat, longe opulentiſſimum; certamque ſpem eſſe, ut ſibi quæ neceſſaria erant ad victum unus ille ſuppeditaret. Dicto citius parent pueri, hominem adeunt, ſtipem petunt, rogati prodere nomen *pullationem quingentorum ovorum*, quod unum norant, appellari ſe dicunt. Quo audito *Bunſio* totius cognoſcendæ rei deſiderio commota de natalium hiſtoria pueros interrogari jubet. Ex eaque demum, ſed præſertim ex epigraphe arculæ ſuos eſſe Filios cognovit. Hanc apotheoſi donatam *Benſaiten* vocant, cumque D Filiis ſuis in Beatorum ſedibus regnantem tanquam divitiarum Deam invocant, & honorant. Ægyptiorum exemplo; qui, ut ex Plutarcho tradidimus, in *epagomenis* V. Deorum genethliaca celebrabant, Japonenſes annis ſingulis feſta quinque ſplendidiſſima agunt. Locum inter ea ſecundum obtinet *Sanguntzſannitz* ita dictum, quod die tertia tertii menſis, quum Ver novum exoritur, celebretur: eique occaſionem præbuit fabula, quam hactenus duce Kaempfero l. III. H. I. tom. 1. cap. 3. narravimus. Diei hujus feſti ritus ad puellulas exhilarandas ſic inſtitutus eſt, ut in tanta earum lætitia, & jucunditate ipſius veluti eſfloreſcentis, ridentiſque naturæ vultus conſpiciatur. Quum hæc ego meditor videre mihi videor in arca *Foſjoroo* inſcripta, eam fere ipſam Ægyptiacam arcam inter undas fluvii natantem clauſumque ferentem *Oſirim*; in *Benſaiten Iſin* Σῶθιν ex Hor. Apol. vitæ & ſalutis Deam: ac in puellarum Japonenſium Feſto Feſtum Ægyptiarum mulierum, quæ renaſcentibus frugibus de invento Oſiride publicam lætitiæ ſignificationem exhibeant. Hæc mihi dicenda erant, ut

Bunſio ex Apotheoſi *Benſaiten* dicta, divitiarum Dea: Diique una cum Matre ſiunt 500. *ovo geniti* Filii.

Cui feſto occaſionem dederit apud Japonenſes ovorum partus a Dea *Benſaiten* editus.

Feſtum ineunte vere ab Japonenſibus celebratum comparatur cum Feſto Ægyptiorũ de invento *Oſiri*.

ut arcanum numeri *quingenarii*, quod in ſingulis fere *Xacæ* geſtis a *Lamis* Tibetanis commemoratur, detegerem. Ex hac ſcilicet quingentorum ovorum fœtura, ex his *quingentis Diis Ovogenitis* univerſa tam putidi, ac tenebricoſi myſterii ratio pendet. Ceterum de ὑπηνεμίοις agit etiam Heinſius *in Ariſtarcho Sacro* pag. 746., acriterque in Nonnum invehitur, quod *Spiritum Sanctum* ὑπηνέμιον πνεῦμα vocarit. Quid verò? immoderati ingenii homo non adeo vehemens in Nonno caſtigando fuiſſet, ſi tantum de vario vocis ſenſu, quo eam Græci Poetæ ſatis apte uſurpant, uti probum cenſorem decebat, cogitaſſet. Nam apud Nonnum, judice Scapula, aliud quid longe diverſum ſonat ὑπηνέμιος νοῦς, & ὑπηνέμιον πνεῦμα. Poſt hæc diligentius aliquanto priorem Heſychii locum conſideranti, viſum eſt ὑπηνέμια explicari poſſe *infantem imperfectum*; quem ideo *Oſirim* vulgo nuncupabant Ægyptii, quia & is imperfecte genitus ferebatur. Plutarchus nihil hujuſmodi de antiquiſſimo illo Oſiride ſcribit; de uno tantum Typhone narrat, non eſſe *ſuo tempore* natum. Quamobrem vox ὑπηνέμια ad id ſignificandum inſtituta eſt poſt tempora *Bacchi Semelei*, de quo ſic cecinit Nonnus lib. VIII. Dionyſ.

Ex *Diis* 500. *ovogenitis* ortum eſt Numeri *quingeni* myſterium in actis *Xacæ* Tibetanorum impiiſſime uſurpatum.

ὑπηνέμιον Poetæ Græci præſertim ſacri de divinis rebus agentes ſatis apte, caſteque uſurpant.

ὑπηνέμια Heſychii *infans*, ſeu *filius imperfectus* exponi poſſunt.

Bacchus appellatus *infans imperfectus* cur?

Καὶ ΒΡΕΦΟΣ ΗΛΙΤΟΜΗΝΟΝ ἀδηλήτου τοκετοῖο

. . . .

Καὶ ΒΡΕΦΟΣ ΗΜΙΤΕΛΕΣΤΟΝ ἑῷ γενετῆρι λοχεῦσαι
Οὐρανίῳ πυρὶ γυῖα λελουμένον ἤγαγεν Ἑρμῆς.

Et INFANTEM INTEMPESTIVUM *nondum perfecti partus*

. . . .

Et INFANTEM SEMIPERFECTUM *ut a ſuo genitore generaretur*
Cœleſti igne membra ablutum duxit Hermes.

XXXIX. Sed

XXXIX. Sed ad inſtitutum revertamur. Colligitur ex his, quæ ſuperius obſervavimus Ægyptiorum vetuſtiſſimos crediſſe, OSIRIM fuiſſe genitum alia quadam ſecretiori, ſingularique ratione, quam quæ per duorum ſexuum συνουσίαν communiter habeatur. Audiendus eſt in hanc rem Plutarchus in libro toties commemorato de Iſide, & Oſiride. *Quinque dies nunc ab Ægyptiis, quæ epagomena, ideſt adjectitia vocantur, ut natales Deorum feſti aguntur. Prima autem earum die* OSIRIN *natum, & ſimul cum eo vocem editam, quæ indicaret, Dominum omnium rerum in lucem prodire.* (quaſi ſcilicet Filius *vocis*, quam in Arcanis abditus Ægyptiorum Jupiter AMUN emiſerat, OSIRIS extiterit.) *Alii Pamylem quandam*, (a Græcis poſtea, uti reor, in *Semelem* verſam,) *ajunt cum Thebis a Templo Jovis aquam peteret, vocem exaudiſſe, qua juberetur proclamare*, OSIRIN *Magnum Regem, ac beneficum eſſe natum. Et ob id enutriviſſe* OSIRIM, *ſibi a Saturno traditum; eidemque* OSIRI *Pamylia Sacra peragi Pallephoriis ſimilia*. Campus hic eſſet ampliſſimus diſſerendi de hujuſmodi fabularum origine non obſcure ducta ab ipſiſmet veræ *Religionis* noſtræ *Myſteriis*, quorum alia ad æternum *Dei Patris Filium*, ac Verbum in Mundi creatione manifeſtatum, alia ad *Semen Abrahæ* in Filio Iſaac per omnes gentes multiplicandum, pertinebant; ſed quæ fuerunt ab Ægyptiis Idololatris mirum in modum corrupta, & ad humana deliria flagitioſe detorta. Verum, ad alia properanti hæc indicaſſe ſat erit. Illud unum in præſentiarum animadvertere præſtat, quod antiquiſſimi Ægyptiorum OSIRIM arbitrabantur ſingularem illum *Jovis* Filium, quem ipſe ſine mulieris opera, uſuque genuerat. Fabula inde nata eſt de OSIRI, ſive BACCHO ex IOVIS *femore* parto; utpote qui inſutus in eo eſſet, ac propterea εἰραφιώτης in Orphicis, ac Dionyſiacis nuncupatus. At

Antiquiſſimi *Oſiridis* ex *Jove* generatio apud Ægyptios quam arcana, & a communi mortalium conſuetudine aliena.

Jovis *voce* natus apparet *Oſiris*.

Ex *Pamyle* nutrice *Oſiridis* Græci fecerunt *Semelem* matrem *Bacchi*.

Ægyptiorum vetuſtiſſimi *Oſiridē* Jovis filium ἀμήτορα crediderunt:

Fabula de *Baccho* ex Jovis femore nato unde prodierit.

μηρὸς

μηρὸς τὸ σπέρμα δηλοῖ *femur ſemen ſignificat*, ait Procopius: quod etiam ex caſtiſſima S. Scripturarum loquendi ratione declaratur. Nihilominus quia Bacchus Semelis ſpeciem OSIRIDIS præſeferebat, adeoque ex Jovis ſemine genitus cenſebatur, Matris famæ ita conſuluit, ut vulgi opinione pro *Virgine* haberetur. Nam & *Apim*, quem cum OSIRI eundem faciunt, teſte Pompon. Mela l. 1. c. 9. *raro naſci, nec coitu pecoris, ſed divinitus, & cœleſti igne conceptum* arbitrabantur Ægyptii. Ethnicorum exempla, qui ſe ex Matribus virginibus natos falſo jactarunt, plura extant apud Huetium Demonſtr. Evang. Prop IX. pag. 383. Eademque commemoravit Origenes lib. 1. diſputans contra Celſum: *Nihil autem*, inquit, *abſurdum eſt contra Græcos agentes Græcas adferre hiſtorias, ne ſoli videamur hanc hiſtoriam* (de Chriſto Unigenito Dei Filio ex Virgine nato) *habere mirificam. Libuit enim quibuſdam non in priſcis, & heroicis hyſtoriis, ſed in iis etiam, quæ hodie, & nudiuſtertius geſta narrantur*, ἀναγγεῖλαι ὡς δυνατὸν, *referre ut rem poſſibilem, Platonem quoque natum ex Amphyctione* (Perictione Laert.) *vetito Ariſtone ne cum ea congrederetur priuſquam partum ederet ſatum ex Apolline. Sed hæc*, ſubdit, *meræ ſunt fabulæ*. De iis nos loquimur, quæ OSIRIM ſpectant. *Fertur autem*, ait Plutarchus l. c., *apud Ægyptios* ΙΣΙΔΟΣ υἱὸς ὢν ὁ ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ISIDIS *filius* BACCHUS, *qui non* OSIRIS, *ſed* ARSAPHES *nomen gerat, quo* fortis *ſignificatur*. At ISIDI tamquam virgini Druidæ ſtatuam in intimis penetralibus collocaſſe animadvertit Elias Schedius de Diis Germanis cap. XIII. Additque tum ex Gerardo Artho in H. Ind., tum ex ex Phil. Nicolai in Apocal. S. Ioh. Sinenſes jampridem Imaginem coluiſſe Proceræ Mulieris, quæ Infantem ſinu involutum foveret. Cauſam vero hujuſmodi cultus Iſidi tributi non aliam fuiſſe cenſet, quam quæ ab antiquiſſima, eaque certa perſuaſione gentium

Nati ex matribus ſine maris opera apud *Gentiles* fictitii ſunt Ægyptiorum, Græcorumque Idololatrarum partus.

Παρθενογένους Gentilium licet fictitios, jure optimo Eccl. PP. in calumniatores, & inimicos Chr. J. ex Virgine vere geniti intorſerũt.

Iſidi Ægyptiorum quorundam opinione Matri *Oſiridis* ſtatuam tanquam Virgini erexerunt *Druidæ*.

Priſca Fides poſterorum Adæ de Meſſia naſcituro ex Virgine occaſionem præbuit cultui *Iſidis* παρθένου.

tium de *Unigenito* veri Dei Filio ex Virgine Matre naſcituro, prodierat, poſtquam inter Adæ poſteros vulgari cœpit cœleſte illud, ac triumphale oraculum, Gen. III. verſ. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius.* הוא Hebr., αὐτὸς Græcè per enallagen juxta vulgatum Interpretem: *Ipſa conteret Caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus.* Non neſcio quid de Orphei Carminibus Critici ſentiant; ſed ſi, ut eorum plures exiſtimant, a Chriſtianis Vatibus ante unum, alterumve ſeculum conficta fuiſſent, vix ego credam Clem. Alexandr., alioſque Eccleſiæ Patres tam promte atque adeo confidenter eorum auctoritate uti voluiſſe, tum præſertim, quum contra Ethnicos, ceteroſque omnes Religionis noſtræ hoſtes infenſiſſimos decertarent. Eſt autem Orphei carmen, quod Schedius de *Chriſto Jeſu*, at Clem. Alexandr. v. Strom. pag. 607. de *Abrahamo*, ſive *ejus Filio Iſaac* interpretatur:

Unigenitum in Orphicis comemoratum interpretatur nonnemo *Jeſum* noſtrũ.

Οὐ γὰρ κέ τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα
Εἰ μὴ ΜΟΥΝΟΓΕΝΗΣ τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν
Χαλδαίων. Ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης.

Non enim mortalium quiſquam viderit eum, qui hominibus imperat,
Niſi UNIGENITUS *quidam profectus ab antiqua origine gentis*
Chaldæorum. Is enim ſciebat aſtri curſum.

Non negat tamen Alexandrinus Doctor, quin cognitus fuerit Orphicorum Auctori *Unicus* & ipſe *Dei Patris Filius*, quem ita antea alloquens compellaverat:

Υἱὲ Διὸς μεγάλοιο . . . .
Nate Jovis magni . . . .

Verum ad obnubilandam fidem generationis *Filii Dei* non

 ejus

Filii Iove Deo geniti mali *Dæ*monis opera, & ſuggeſtione conficti.

ejus ſolum, quæ æterna eſt ex *uno Patre*, ſed ejus etiam, quæ in tempore eſt ex *Virgine Matre*, malignus ille & invidus divinæ gloriæ æmulator, & hoſtis Diabolus novit perſuadere Gentibus, ut tartarea quædam monſtra ante Chriſti Nativitatem pro Diis Jove genitis colerent, ac prædicarent. Mira ſunt, quæ ad hanc ſententiam noſtram appoſite ſcribit Magnus Religionis noſtræ defenſor S. Juſtinus Martyr: *Quod Verbum*, inquit in Apol. pro Chriſtianis ad Antoninum Imp., *quod* ὅτι πρῶτον γέννημα τοῦ Θεοῦ ἄνευ ἐπιμιξίας *eſt primum germen Dei abſque mixtione genitum eſſe dicimus*, IESUM *videlicet* CHRISTUM *Magiſtrum noſtrum, atque hunc crucifixum, & mortuum, & redivivum aſcendiſſe in Cælum*, οὐ παρὰ τοὺς παρ᾽ ὑμῖν λεγομένους ΥΙΟΥΣ ΤΩ ΔΙΙ, καινόν τι φέρομεν *nihil novi ab eis, qui apud vos*

Cur Dæmones ante Chriſti Jeſu adventum tam multos *Iovis Filios* Gentilibus fabricari ſuaſerint.

dicuntur FILII IOVIS, *afferimus*. . . . *Et qualia cujuſque, qui dicuntur, Jovis filiorum a Scriptoribus celebrentur facta, apud ſcientes dicere neceſſe non eſt* . . . . ἀλλ᾽, ὡς προέφημεν, οἱ φαῦλοι δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν: *ſed, ut ante diximus, mali iſta* (ſic recte vertit Frid. Sylburg.) *deſignarunt dæmones*.

Menalippe, Auge, Antiope, ſed Danae præſertim Perſei Mater tanquam virgines in Ethnicorũ fabulis commendatæ.

Plures erant commentitiæ *Virgines*, quas cœca gentilitas *Filios Jovi* peperiſſe ſomniarat: *Menalippe*, *Auge*, *Antiope* a Celſo quoque ipſo Chriſtianis objectæ. At *Danaë* Perſei Mater tanquam omnium, forte celebrior frequentioris calumniæ materiem ſacrilegis Chriſtiani nominis perſecutoribus ſuppeditabat.

Perſeus ex Herod. ac Diod. Ægyptius.

Perſeum Ægyptium faciunt Herodotus, & Diodorus: Argivum alii, ſed qui in Ægypto tam multa geſſit, ut indigena videri potuerit. Vix natus in arca concluſus marinis fluctibus traditur ſubmergendus: educatur ab alia, præterquam a Matre in Regia Polydectis Seriphii: innumera geſſit admiratione, & ſtupore digna: in Cœlum denique poſt tam egregia facinora ſublimis effertur:

Perſeus eadem ætate, qua Bacchus, Baccho ſimilis, vixit.

vixit eadem ætate, qua Amphion & Bacchus, quemadmodum inter ceteros oſtendit Clemens

Ale-

Alexandrinus; Quæ ſane omnia miram quandam inter Perſeum, & Bacchum conſonantiam demonſtrant, ut proinde non injuria credam eodem artificio, eodemque tempore depravata *Oſiridis*, & *Pamylis* geſta fuiſſe accomodata *Perſeo*, & Matri *Danaê*, quo, judice Diodoro, fuerant affićta, & incruſtata *Baccho*, & Matri *Semeli*. Perſeum

Perſeum ex Virgine natum puram putam fabulam eſſe S. Juſtinus M. oſtendit.

propterea ac *Danaen* noſtris cum primis objicere conſueverant Gentiles perinde atque Judæi apellæ. Hinc illa Juſtini verba: *Quod vero & ex Virgine natum eſſe prædicamus* (Chriſtum,) *commune ſit hoc quoque propter Perſeum vobiſcum . . . . Sed hoc etiam manifeſtum vobis exploratumque ſit, quod quæcunque a* CHRISTO, *& ipſius Prophetis, qui eum præceſſerunt, accepta promulgamus, ea ſola vera ſunt, & Scriptoribus omnibus vetuſtiora; neque nos*

Idem de ceteris *Jovis Filiis* Juſtinus Martyr demonſtrat.

propterea, quod eadem, quæ illi (Poetæ) *dicamus, ſed quod* VERITATEM *ipſam profiteamur, ſuſcipi ac probari petimus: Quod* IESUS CHRISTUS *unus & ſolus proprie Filius Deo genitus*...(demonſtratus ex veris vaticiniis, ex ſanctitate vitæ, & ex miraculis) *homo factus, nos ita docuit: quodque priuſquam homo ille fieret, nonnulli per Poetas, inſtinctu, quos diximus malorum dæmonum, iſta perinde atque jam facta eſſent, fabulis compoſitis referre occuparunt; eodem nempe modo, quo famoſa atque impia flagitia adverſus nos, opera ſua publicari iidem dæmones procurarunt*. Ut autem de-

Duplex S. Juſtini argumentum ex *Prophetarum Oraculis*, & ex *operis dignitate* ductum, ſolum Chr. Dei Filium ex Virgine natum evincit.

monſtraret Invictiſſimus Fidei noſtræ aſſertor ea ſola vera eſſe, quæ de Chriſto Dei Filio ex Virgine nato caſtiſſime profitemur, cetera vero, quæ de tot *Jovis Filiis*, deque *Perſeo* ipſo Poetæ celebrant, pura puta mendacia eſſe dæmonum arte, & ſuggeſtione compoſita, duo, ut alia prætermittam, argumenta profert, alterum a *Prophetiis*, alterum ab ipſa *operis natura*, ac *dignitate* ductum, utrumque maximum, & ineluctabile. Et quod ad *operis natu-*

In Conceptione Chriſti omnia ſunt Deo, Dei Filio, & Virgine digna.

ram ſpectat: *Ne autem aliqui*, ait, *Prophetiam, quam produximus non intelligentes, per cavillationem nobis ea objiciant, quæ nos recte objecimus Poetis dicentibus* ἀφροδισίων Χάριν ἐληλυθέναι ἐπὶ γυναῖκας τὸν Δία *rei venereæ gratia ad mulieres ventitaſſe Jovem: quod dictum eſt*, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει *ecce Virgo in utero habebit: ſignificat* οὐ συνουσιασθεῖσαν τὴν παρθένον συλλαβεῖν *abſque conſuetudine venerea concepturam fuiſſe. Si enim conſueviſſet* ὑπὸ ὁτουοῦν *cum quocunque, non jam Virgo fuiſſet. Atenim* δύναμις Θεοῦ *virtus effectrix Dei ſuperveniens illi obumbravit, & effecit ut Virgo intacta manens fœtum ferret in utero, vix dum Angelus lætum ei Nuncium attulerat, dicens: Ecce concipies in utero de Spiritu Sancto . . . .* οὐ διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως *non per connubium, ſed per virtutem*. Et quidem ſicuti argumentatur Origenes diſputans contra Celſum: *Si factus eſt mundus, ut multis Græcorum placet, neceſſe eſt primos non ex concubitu eſſe factos, ſed ex terra, in qua infuerit ratio ſeminis, quod arbitror incredibilius quam* IESUM ἐξ ἡμίσους *dimidia ex parte natum more hominum*. Imo non incredibile tantum, ſed & perſuaſum omnino, certumque ei erit, qui primos homines a Deo conditos credat. At Ieſum ἐξ ἡμίσους *natum* ne quæſo ſic interpreteris, quaſi Origenes *imperfecte genitum* Chriſtum appellarit. Ἐξ ἡμίσους dixit, ut maris conſortium, & vel umbram ipſam cujuſcunque connubii excludat a generatione temporaria Chriſti, quam certe tanto perfectiorem conſtituit, quanto perfectior eſt Chriſti Caro ex unius Virginis ſubſtantia Dei operante virtute producta. Nihil in hoc opere eſt, quod non ſit Deo, Dei Filio, Deique Matris, & Virginis ſanctitate dignum. At in fœtura Filiorum Iovis quid eſt, quod non probrum, non indignitatem, non turpitudinem ſapiat? Pulchram ſane virginem Seme-

Quid ſit Origeni Chriſtus natus ex ἐξ ἡμίσους.

In generatione Filiorum Jovis omnia ſunt probri, & ignominiæ plena.

Semelem Bacchi Matrem, quam *Jupiter* taurus, & *Draco* libidinis igne furens ſtupravit! Et illa tamen eſt, quæ in Cœlum evecta

Matres *Filiorum Jovis* virgines ab Idololatris appellantur, quas Dæmones ipſi Tauri, Dracones, Cycni, aliaque monſtra vitiarāt.

Σύνδρομον Ἄρτεμιν εὗρε καὶ ὡμίλησεν Ἀθηνᾷ.

Comitem Dianam invenit, & converſata eſt cum Minerva.

XL. Quid porro de *Perſeo*, deque ceteris *Jovis filiis* dicam, quos vel ſpumantis auri defluxus, vel Aquila, vel Cycnus, vel Hædus ſalax progenuit? quid dicam de *Xaca Tibetano*, qui modo mas, modo fœmina, modo brutum, modo homo, modo uxor, modo maritus, Paterque Patris, & Mater Matris per tot repetitos concubitus fuerat? Qui duplici lege condita *exteriori* una, *interiori* altera, ſi illa coercuit, iſta laxavit fræna libidini? qui non una contentus uxore geminam duxit, & ſi Iaponenſes audiamus, non ſine prole fuit? Dementiſſimus ſiet oportet quiſquis tam impuros, tam impios homines ex virgine natos credat. Adde quod ut fungi hujuſmodi *Jovis filii* prodierunt. At de Unigenito Dei Filio certo loco, ac tempore ex utero Virginis, & ex ſtirpe David naſcituro oracula vere divina ediderunt Prophetæ Viri Sanctiſſimi alii, ut oſtendit S. Iuſtinus, annis ante *quam appareret, quinquies mille* (juxta Græc. ſupputationem,) *alii bis mille, alii mille, alii octingentis*. Alterum hoc argumentum, quo nullum præclarius, atque validius eſſe poterat tam luculenter, ac nervoſe tractat tum in laudata Apol., tum in Dial. cum Tryphone, ut eo uno Glorioſiſſimus Martyr Chriſtianæ Fidei cauſam in tuto ponat. Quamobrem comparatis Prophetarum vaticiniis jam completis cum inanibus, & ſordidiſſimis fabulis Poetarum: *Tot ergo*, concludit, *& tantæ res oculis conceptæ perſuaſionem, & fidem . . . rationabilem afferre poſſunt. At qui a* Poe-

Xaca Tibetanus mas & fœmina virginum corruptor, & corrupta, fons omnis impuritatis.

Prophetæ SS. verum *Dei Filium* ex *Virgine* naſciturum evidentiſſime prædixerunt.

Oracula Proph. in uno Chriſto adimpleta egregie probat *S. Juſtinus*.

Poetis fabuloſe conficta tradunt nullam... afferunt probationem; atque ea ipſa ad fraudem, & ſeductionem generis humani dicta eſſe demonſtramus, opera & ſuggeſtione malorum dæmoniorum. Audito nanque CHRISTUM *a Prophetis deprædicatum adventurum eſſe, atque per ignem impios homines diſcruciatum iri, multos, qui Jovis dicerentur Filii, in medium Poetæ produxerunt, efficere ſe poſſe dæmones ſunt rati, ut pro fabulis prodigioſis, poeticiſque narrationibus res* CHRISTI *haberentur. Et vulgata hæc ſunt & apud Græcos, & apud gentes, ubi magis illi advertebant, Prophetis prænunciantibus homines in* CHRISTUM *credituros eſſe*. Quod cum alibi tum maxime in Ægypto accidiſſe crediderim, ubi ⲟⲩϣⲏⲣⲓ *Oſirim* maximum quendam & ſingularem *Filium Jove natum* excogitarunt, innumeriſque pene fabulis involutum rudi vulgo commendatum protulerunt.

Ubinam gentium mali dæmones ſtudicſius curarunt fabulas de *Diis Jove Deo natis* diſſeminare

Filium Jovis Oſirim Ægyptii *phyſice* interpretabantur *Jovis effluvium*, & *emanationem Seminalem*.

XLI. Primum quidem, ut ego ſentio, per *Jovis Filium* φυσικῶς intelligebant *Seminalem vim*, & *ſubſtantiam fluvidam* e Iove manantem. *Jovem*, inquit Plutarchus τὸ πνεῦμα *Spiritum* appellabant: Sed *Spiritum* non omnis materiæ expertem. Qui enim eodem fluvido alitur, & conſervatur, quemadmodum delirabant Ægyptii, is certe omnino ἀσώματος, & *immaterialis* eſſe non poteſt. Sive igitur *Cœlum*, ſive *Cœleſtem* quandam, & ignotam *virtutem*, quam Ἀμοῦν occultum Deum vocabant, ſive *animam mundi*, & quidvis denique aliud per *Jovis* nomen intelligerent, Iovis hujus *effluvium*, & *emanationem* nuncuparunt OSIRIM. *Sacerdotum Sapientiores*, ait Plutarchus pag. 364., *non Nilum duntaxat* OSIRIDIS ... *nomine accipiunt*, ἀλλὰ ΟΣΙΡΙΝ μὲν ἁπλῶς ἅπασαν τὴν ὑγροποιὸν ἀρχὴν, καὶ δύναμιν, αἰτίαν γενέσεως καὶ σπέρματος οὐσίαν νομίζοντες, *ſed ſimpliciter omne omnino humectandi principium, ac facultatem* OSIRIM *nominant, cauſam generationis, & ſeminis ſubſtantiam eum eſſe exiſtimantes*. Et paullo poſt

Primum fluvidū, & ſubſtantia Seminalis *Oſiris*.

addit

addit inde dictum eſſe Ægyptiis OSIRIM, unde & υἱὸς *filius* a Græcis. *Etenim* Græci καλοῦσι . . . τὸν ΥΙΟΝ ἀπὸ τοῦ ΥΔΑΤΟΣ καὶ τοῦ ὕσαι· καὶ τὸν ΔΙΟΝΥΣΟΝ ΥΛΗΝ, ὡς κύριον τῆς ὑγρᾶς φύσεως, οὐχ ἕτερον ὄντα τοῦ ΟΣΙΡΙΔΟΣ: FILIUM *vocant* HYOM AB AQUA *& pluvia*, *&* BACCHUM HYLEM, *ut humidæ dominum naturæ: qui ſane non eſt alius ab* OSIRIDE. Similia Ægyptiacarum ſuperſtitionum defenſores reponebant dum *vellent earum*, inquit Iul. Firmic. de Err. Prof. Relig. p.4. & 5. *reddere phyſicam rationem: Frugum ſemina* OSIRIM *dicentes eſſe*: ISIN *terram*, TYPHONEM *calorem* . . . *inventionem vero* OSIRIDIS *cum fruges genitali terræ fomento conceptæ, nova rurſus cœperint procreatione generari*. Quamobrem eos alloquens, *cur plangitis*, ait, *fruges terræ*, *& creſcentia lugetis ſemina*? Semen igitur quodcunque illud ſit jam conceptum, & creſcens, ſi OSIRIS eſt, quid aliud nomen hoc indicare poterit niſi *Filium*? Illud tamen κατ' ἐξοχὴν *per excellentiam* tributum eſt *vi genitali*, *qua Deus*, utpote ἀρχὴ *principium* (verbis utor Plutarchi,) *multiplicat id, quod ab eo producitur* . . . . . *humida enim natura*, ἀρχὴ, καὶ γένεσις οὖσα πάντων ἐξ ἀρχῆς *quum eſſet ab initio principium, & ortus omnium rerum, tria prima corpora produxit terram, aerem, ignem*; ipſumque ait, *phallephoria* feſtum docere, ὅτι τὸ γόνιμον καὶ τὸ σπερματικὸν τοῦ Θεοῦ, *vim genitalem, & ſemen Dei pro materia prima habuiſſe humorem, perque humorem intime coaluiſſe cum his, quæ facta fuerant, ut partem in generatione haberent*: ſic enim interpretor συνεκεράσθη τοῖς πεφυκότι (forte πεφυκόσι) μετέχειν γενέσεως pag. 365; quum paullo ante Plutarchus dixiſſet tria illa prima corpora terram, aerem, ignem fuiſſe *a vi genitali*, *Deique ſemine* tanquam a principio generationis producta, cui proinde *Oſiris* nomen factum eſt; ut ita Dei *effluvium* ſignificaret. Obſervat præterea Chaeronenſis Philoſophus τὸν κιττὸν *hederam* a Græcis Baccho conſecratam ab Ægy-

Quod eſt Ægyptiis *Oſiris*, eſt Græcis *hyos* Filius, & *Dionyſus hyle* fluvida materies.

Frugum *ſemen Oſiris*.

Semen Dei principium, & ortus rerum, Ægyptiorum opinione, *Oſiris*.

Oſiridis plantā *Chenoſiris* quænam ea ſit, & unde Ægyptiis ſic dicta fuerit?

Ægyptiis appellari, *χενόσιρις*; quod (ut ajunt) nomen hoc ΦΥΤΟΝ ΟΣΙΡΙΔΟΣ *plantam Oſiridis* denotet. Jablonskius Σχενόσιρις a Coptica voce, ut ego video, ϣϣⲏⲛ interpretatur. Rejicit hanc etymologiam Schmidtius, & *Gin-Oſiris* nomen *χενόσιρις* rectius exponi poſſe contendit. Eſt enim ⲡⲓϫⲉ Ægyptiace *germen*, & *planta*. Sed Plutarchi ſcopus eſt, ut ſuadeat juxta Ægyptiorum opinionem hactenus declaratam intelligi *effuſionem*, ſive *effluvium Oſiridis*. Quare *χενοσιρις* idem mihi ſignificare videtur ac ⲫⲉⲛⲟⲩ‖ⲥⲓⲣⲓ *phenoſiris*: Φ *ph* enim, & ϫ *ch* quandoque apud Coptitas commutantur, & ideo ϫⲛⲟⲩⲃ, *χνοῦβος chnubos* XII. Thebæorum Rex qui *χρύσης aureus* ab Eratoſthene vertitur, admonente Bonjurio ex Gen. XIII. 2; eſt ⲫⲛⲟⲩⲃ *phnub aurum*: ⲫⲉⲛ autem Coptis is dicitur qui *effudit*. Aſt ego vereor ne Græci, a quibus hæc acceperat Plutarchus, eum in errorem induxerint, & pro *loto* Ægyptiaca *κιττὸν hederam* Chenoſirim appellari ſuaſerint. Ⲕⲉⲛⲛⲁⲣⲓ Arab. نبق *nabach* Kirkero in Dict. Copt. pag. 177. eſt *fructus minor*, *ſebaſten*: At نبق in Magno Dict. Caſtelli eſt quodcunque *loti* genus. Ignoro an idem ſit ac *Connarus* Alexandrinus, de quo videri poteſt Salmaſius in Solin. p. 1037. Mihi quidem uti ⲕⲉⲛⲛⲁⲣⲓ eſt *lotos fluvialis*, ita *κεν-*, vel *χεν-οσιρις*, eſt *lotos Nili*, qui etiam fluvius Ὀσίριδος ἀποῤῥοὴ *Oſiridis defluxus* a Jove deſcendens, ut a Plutarcho accepimus, dictus eſt. Erat *Lotus* Diis Ægyptiis ſacra, quemadmodum ut cetera taceam in Nummis Hadriani, & Antonini Pii conſpicitur. In his enim Apollo ſive Orus Matris genibus inſidens manibus tenet, & capite gerit lotum. In Indias, Iaponiam, atque Tibetum hoc ipſum ſuperſtitionis genus invectum eſt.

Chenoſiris an hedera, an, quod magis credibile fit, *lotos* Ægyptiaca fuerit, dubitatur.

Kennari Ægypt. & Arab. *nabach* lotos.

Lotos Diis Ægyptiis ſacra.

Flos Tamara natus ex infante primigenio in aquas a Deo ſupremo immiſſo, juxta impia Indorum commenta produxit *Brahmam* mundi aſpectabilis conditorem.

XLII. Et ſane Brahmanes tantam flori, qui *Tamara* dicitur, virtutem tribuunt, ut ex eo Deum *Brahmam* Creatorem Mundi natum ſtultiſſime credant. Fabulam ex *Vedam* divinæ prorſus, uti illi falſo arbitrantur, & indubitatæ

fidei

ſidei libro deſcriptam exhibent laudati Banjerus, & Maſcrierus de Rit. Relig. Ind. P. VI. C. II. pag. 245. „ Lorſqu'il „n'y avoit encore rien que Dieu & l'eau, Dieu voulant cré„er le Monde pour ſon plaiſir, fit floter ſur l'eau une feuil„le d'arbre en la forme d'ün *enfant* qui jouoit avec ſon gros „orteil dans ſa bouche. De ſon nombril ſortit une fleur nom„mée *Tamara*, de la quelle *Brahma* lui-meme tiroit ſon „origine. Ce dernier fut ſurpris de ſe voir formè, & d'igno„rer par quelle puiſſance: mais Dieu le tira de ce doute, „& lui aprit ſon origine. *Brahma* lui en marque ſa recon„noiſſance ſi vivement, que Dieu en fut touchè, & lui don„na le pouvoir de créer le Monde„. Ecquid vero eſt forma illa infantis aquarum elemento in ipſomet aſpectabilis Mundi primordio innatantis, niſi *Oſiridis* ſpecies, qualem finxerunt Ægyptiî ex abuſu illius oraculi vere divini: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*? aut quid aliud eſt flos *Tamara* ex hujus infantis umbilico exoriens, niſi Ægyptiaca lotos, quam & *Oſiridis effluvium* diximus, & tanquam divini cujuſdam infantis Parentem, uti mox intelligemus, habebant Ægyptii? Apud Japonenſes vero ſcribit Kaempherus lib. 1. pag. 26. „ On voit l'Idole d'Amida, ſe „tenant debout ſur la fleur *Tarate Faba Ægyptiaca*, ou „*Nymphaea magna*: & pag. 32. juxta Banianenſium, & Brahmanum fabulas de *Budda*, ſeu *Xaca* refert „ il y a 26430. „ans qu'il eſt aſſis ſur la fleur *Tarate*. Tibetani Lunam depingunt ſuperſtantem Nymphææ, quam illi པདྨ་ *Pemà* appellant, eamque *Ægyptiaci loti* ſimilem quaſi numen adorant: Luna deinde ſublimem ſuſtentat thronum tanquam Dei ipſius ſedem. *Ibi ſedet collocatus Xaca aurea pelle nitidus, nudiſque humeris, una tantum cyclade purpurea a lumbis ad talos uſque præcinctus. Sed pallium crocei coloris a tergo fluens rutilat; totumque corpus ſidereis ornatum ſplen-*

Tamara floris portenta ab Ægyptiis derivata in Indos.

Tarata flos apud Japonenſes *Amida* Numini; *Budda* ſeu *Xaca* ſacer.

Pemà loti Ægyptiaci ſimili thronus *Xaca* in Templis Tibetanorum viſitur innixus.

Xaca effigies apud Tibetanos illuſtrior.

doribus fulget. Vultus, & habitus divum exhibet contemplationi affixum, ruſo, & criſpo crine. E ſummo capite extollitur in orbem tumor, in ejuſque vertice pretioſus infixus lapillus mirificam lucem circumquaque fundit. Quodque admirationem in oculis intuentium auget cincinnus eſt candicans e fronte media natus, maximeque protenſus, & nutans. Præter *Xacam* incredibili religionis ſtudio alium neſcio quem divum, legumque latorem སྤྱན་རས་གཟིགས་ *Cenreſi* nuncupatum Tibetani honorant: eumque ex flore པདྨ་ *Pemà*, ſive *Paimà* in elegantis, atque admirabilis infantis formam natum miſeri illi & cœci populi celebrant. Imo & corpus hominis animatum ex floribus, ac plantis oriri tam ſtolide credunt, ut quartum hoc naſcendi genus tanquam humanæ naturæ proprium ſingulari quadam ratione appellent སྐུས་སྐྱེབ་ *Zu chieva, corpus animatum naſci*. In animo erat nomen *Cenreſi*, non uti pronunciatur, ſed uti κ͂ γράμμα legitur, enucleare. Nam diſſylabum སྤྱན་རས་ *Cenre, Cheneres* Regem juxta Bonjur. antiquioris Seſoſtris Filium: & གཟིགས་ *Chaſichas-Saſychem* Ægyptiorum legislatorem propemodum continere videtur. Atque is eſt *Cenreſi*, qui animaverat corpus Magni illius Simii Tibetanæ gentis propagatoris; qui corpore & anima multiplicatis revixit in Rege གཉའ་ཁྲི་བཙན་པོ་ *Gnatrizenbo*, quum & in hoc ipſo agriculturæ, morumque Tibetanorum Magiſtro principi per aliam quandam corporis, animique multiplicationem diſcipulus *Xaca* fuiſſet. Sic enim in infinitum uſque multiplicari a Deo conceſſum eſſe *Cenreſi* Tibetani delirant. Sed adhuc ſupereſt, ut alia, quæ ex Oſiridis fabula in Indos & Tibetanos profecta viſuntur, inveſtigemus.

Cenreſi inter Idola Tibetanorum cultus, ex flore *Pemà* natus.

De *Chenere* Rege, & *Saſyche* Ægyptiorum Legislatore occultatis in nomine *Cenreſi* Tibetano, ſuſpicio.

Cenreſis Tibetani multiplicatio quam fabuloſa.

XLIII. Quæ

XLIII. Quæ ſupra de phyſicis *Oſiridis* interpretationibus attulimus auctores habebant, (quod jam monuimus) Hierophantas Ægyptiorum Doctores. Eaque in materialiſtarum, Atheiſtarumque portenta facile migrare poterant, Quemadmodum apud litteratos Confucii Sectatores, Atheopoliticos, & quos Martinius ipſe Epicuræos appellat, in Sinenſium Imperio accidiſſe novimus; niſi cauſam principem, ſpiritalem ſumme intelligentem, & ab univerſa natura ſejunctam agnoviſſent; quam tamen Ægyptios jam inde a primis propagatæ gentis temporibus perpetuo agnoviſſe certiſſima res eſt, nec tam noſtrorum ſive veterum, ſive recentiorum, quam Ethnicorum Scriptorum teſtimoniis aperta, & evulgata. Sunt qui credant Opificem Mundi fuiſſe ab Ægyptiis repræſentatum in eo hieroglyphico Idoli ſimulacro, quod ovum ex ore effundebat. Unde forte Banianenſes in Indiis didicerunt Deum Creatorem effingere, qui Mundum fabricaturus oris ſpiritu ovum in immenſum momento explicarit. *Phtha* Deum hunc nuncupatum tradunt; ſed falſo, uti ex Porphyrio apud Euſebium lib. III. Præp. Ev. c. 12. planiſſime conſtat: eſt enim *Cneph*, non vero *Phtha*. *Phtha* appellabant Ægyptii Deum alterum ex *ovo* Cnephi editum, eumque ipſum, quem Latini *Vulcanum*, & Græci Ἥφαιστον nominarunt. Quare quum Ægyptii Jovem *ſpiritum* ab Oſiridi *primo fluvido* auxilium ſumere arbitrantur, *ſpiritus* nomine aut animam a Deo Summo effuſam, aut aliud quid ab *Ente Supremo* diſtinctum haud dubie intelligunt. Sed hujus loci non eſt plura de hoc argumento diſſerere. Iſim conſequenter uxorem Oſiridis, materiem *terram* & vim quamlibet excipientem, nutrientemque Jovis ſemen *phyſice* exponebant. Sed in Iſidem præpotenter quoque agentem *Typhonem*, *Seth*, *Smy*, *Bebeonem* Deum malum, Fratrique Oſiridi perpetuo adverſantem inducebant. Μυθικῶς Oſirim Ægyptii fecerunt

Phyſicæ interpretationes Oſiridi ab Ægyptiis tributæ, periculoſæ.

Ægyptii *ſupremi Entis* exiſtentiam perpetuo agnoverunt.

Cneph *ovum* ex ore effundens pro Mundi Opifice ab Ægyptiis, & Indis Banianenſibus habitus.

Iſis phyſice apud Ægyptios quid? *Typhon* Ægyptiorum Deus malus: *Oſiris* bonus.

Oſiris in fabulis Ægyptiorum ſol.

runt Apollinem, atque Solem *Oſirin*, ait Diodorus Sic. lib. I. Bibl., *modo Sarapin, modo Dionyſum dicunt, qui ſeipſum in oraculo Solem* dixit:

Εἰμὶ Θεὸς, τοῖος δὲ μαθεῖν, οἷον κ᾽ ἀγὼ εἴπω
Οὐράνιος κόσμος κεφαλὴ, ὁ ἀςὴρ δὲ θάλασσα
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ᾽ ὖατ᾽ ἐν αἰθέρι κεῖται
Ὄμμά τε τηλαυγὲς, λάμπρον φάος ἠελίοιο,

Sum Deus, talis vero exiſto qualem me dico
Cœleſtis mundus Caput eſt, Sydus verò Mare
Terra mihi ſunt pedes, aures vero in æthere exiſtunt
Oculus cuncta videns, fulgidum lumen Solis.

Sol *Oſiris Infans* recens natus ex *loto*.

Oſirapis ab Seſoſtri conflatus.

Oſiris ab Ægyptiis dictus eſt etiam *Solis filius*.

Oſir-ri Solis Filius exponitur.

Sic quis eſſet quærenti Nicocreonti Cypriorum Regi reſpondit. Ægyptii propterea in Sacris de Oſiride, teſte Plutarcho, *invocant eum, qui in Solis ocultatur ulnis*. Solem apud ipſos repræſentabat βρέφος ἀνεγλὸν infans recens natus è *loto* emergens: ortum & interitum, *infans* & ſenex. Oſiris denique quaſi πιϧελϣιρι *Pibelſiri creſcens filius*, juvenis ſcilicet, arcæ auratæ incluſus celebratur in Ægyptiorum fabulis, ut inde etiam conjiciamus, cur Cadmus Semelis filiæ *natum* inaurari, ſimilemque in eo Oſiridi *Soli* effici curarit; cur Seſoſtris, ut narrat S. Clemens Alex., divinæ Oſiridis proſapiæ germen illius ſimulacrum *Oſirapis* dictum ex auri cum primis & metallorum fragmentis, commixtiſque lucidiſſimarum gemmarum particulis conflatum, ac religionis cauſa hauſto pharmaco ex *Oſiridis*, & *Apis* ſepulcro delibutum, æthereo colore infici voluerit. Et hunc tamen ipſum *Oſirim*, quem tam multis argumentis ſcimus apud Ægyptios fuiſſe Solem, tanquam *Solis Filium* τὸν μὲν Ὄσιριν τοῦ ἡλίου, Plutarcho teſte, certiſſime affirmabant. An igitur ουϣηρι, vox erat eorum ſermone compoſita ουϣηρ-ρη *oſir-ri*, quæ *Filium Solis* deſignat?

ⲣⲏ etenim Ægyptiis *Sol* eſt. Id ſi ſemel ſtatuas habes continuo unde ſingula fere Oſiridis nomina & attributa juxta phyſicas æque ac fabulares, & hiſtoricas Ægyptiorum rationes a Plutarcho, aliiſque commemoratas exponas. Neque in hujus vocis uſu, ac ſignificatione amplectenda diu cunctaberis, qui probe ſcias apud Græcos pronunciationis cauſa ρ geminum haud raro in ρ ſimplex coaluiſſe. Πολύρην audis apud Stephanum Cretæ Urbem ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥήνεα τουτέστι πρόβατα ἔχειν. At doctiſſimus Holſtenius, *Scribe*, inquit, *πολύῤῥην cum Strabone, Ptolemæo, Scylace, Plinio; & juxta gentile ſubjectum: ὁ πολίτης, Πολυῤῥήνιος. In nummis tamen cl. Meneſtrier, & in uno apud Hier. Grand legi:* Πολυρινίων. Pauſanias in Atticis Σκιράδος Ἀθηνᾶς *Sciradis Minervæ* meminit, uti & Suidas in Σκίρον, Heſychius, & alii; ſed eam Harpocration vocat Σκιῤῥάδα *Scirrhadem*. Sic Σαρὰ Σάῤῥα Græc. & Ægypt.: συρίας συῤῥίας: πυρήνη συῤῥήνη: μύρον Æolice μύῤῥον: ἄραφος ἄῤῥαφος: ἄρσενος ἄῤῥενος, & alia id genus plura, ſolent a Græcis Scriptoribus modo ρ ſimplici, modo duplici pronunciari.

Græci non raro ρ geminum ſcribunt ut ſimplex, & ſimplex viciſſim ut geminum.

Nec prætermittendum eſt, quod ſæpenumero Ægyptii *literas, ubi etiam neceſſitas ferat, duplicare negligant*. Quamobrem ϯⲛⲁⲉⲣⲯⲁⲗⲓⲛ : ⲛⲓⲙⲉⲧⲁⲗⲱ : ⲓⲱ// ⲡⲏ : ⲡⲓϫⲓⲙⲁⲣⲟⲥ, & ſimilia dicunt.

Ægyptii literas ſaepe duplicare negligunt.

Diodorus lib. I. poſt *Necherophen* Ægyptiorum Regem, XII. inter Memphitas memorat Μύριν *Myrin*. Nam facta mentione U*chorei* μετὰ δὲ τὸν προειρημένον Βασιλέα, inquit, δώδεκα γενεαῖς ὕστερον διαδεξάμενος τὴν κατ᾽ Αἴγυπτον ἡγεμονίαν ΜΥΡΙΣ, ἐν τῇ μὲν Μέμφῃ κατεσκεύασε τὰ βόρεια προπύλαια. *Duodecim post prædictum Regem generationibus, Ægypti principatum obtinens* MYRIS *Memphi ædificavit propylæa Borealia.*

Myris XII. poſt *Necherophen* Ægyptiorum Rex.

XLIV. At vero Bonjurius in laudato Dynaſt. Mſs. præclare, ſolideque demonſtrat Μύριν eundem eſſe ac *Merrin*, & *Mencheren* Pharaonem illum, quo in Ægypto Imperante na-

Myris aut *Meris*, Pharao Synchronus Moyſi, idem ac *Merris* atque *Mencheres* Bonjurio in mſs. Dyn.

natus eſt Moyſes, ob eandem omnino cauſam, qua ⲟⲩϣⲏ-ⲣⲓ *Oſiri* idem videtur, ac ⲟⲩϣⲏⲣ-ⲣⲏ *Oſir-ri*. Æquum eſt, unicuique volenti, integrum Bonjurii teſtimonium proferre. Poſtquam vir egregius de Mencheris ætate diſputavit contra Marſhamum, qui Regem hunc Memphitarum *Abramo σύγχρονον* conſtituerat, hæc ſubdit: *Quod attinet ad nomen* Merris *notandum, quod ſicut Dioſpolitarum* Acencheres *memoratus a Manethone apud Joſephum lib. 1. contra Apionem eſt juxta Africanum, & Euſebium* Acherres: *ita* Mencheres *eſt* Merres. *Et ratio manifeſta, quia Ægyptiaca vox* ⲣⲏ Ri *ejuſdem ſignificati eſt cum voce* Cheres... *Solem enim deſignat in libris Copticis: adeout* Men *cognomento* Sol *æque dicatur in lingua Ægyptiaca* ⲙⲉⲛ-ⲣⲏ Men-ri, *ſeu* Men-re, *ac* ⲙⲉⲛ-ϧⲉⲣⲉⲥ Men-cheres. *Quia vero littera* N *ſequente* R *tranſit etiam in* R, *uti docet Priſcianus, & exemplis confirmat; . . . . planum eſt nomen* Men-ri *tranſire in* Merri. *Cum ergo filiam Pharaonis, ſub quo natus eſt Moſes,* Merrin *ab Artapano vocatam legimus; Patris nomen in eam translatum intelligamus neceſſe eſt. Et vero nomen illud nos palam reducit ad* Mencherem, *non ſolum quia, ut jam obſervabam* Mencheres *eſt* Merres *ſicut* Acencheres *eſt* Acherres, *idemque Ægyptiace ſignificat* Menri *ſeu* Merri *quod* Mencheres: *verum etiam quia quemadmodum* Tharra *Pater Abrahæ eſt* Thare, Sarra *ejuſdem Abrahæ uxor eſt* Sara, *ita* Merris *eſt* Meris; *& ſicut* Thethmoſis *eſt* Thythmoſis, Thermuthis Thyrmuthis, *ita* Meris *eſt* Myris: *ita quidem, ut, ſi* Mencheres *ſit duodecimus poſt* Necherophen, *quem apud Diodorum* Uchorea *vocatum vidimus, talis plane ſit* Myris. Jam non ego dicam Παμυλην nutricem Oſiridis, videri facile poſſe *Merrin*, adeoque *Myrin* Regis Pharaonis filiam, quæ *elegantem infantulum* fiſcella incluſum, & in carecto Ripæ fluminis expoſitum, inventumque enutriri ſibi juſſit, *Moyſiſque*

Marſhami ſententia de *Menchere* Abrahami ſynchrono confutatur a Bonjurio.

Ri, & *Cheres* Ægyptiacæ voces *Solem* peræque ſignificant.

Mer-ri, & *Mencheres* ſunt idem *Men*, cognomento *Sol*.

Filia Pharaonis circa SS. Prophetæ Moyſis tempora Patris nomine *Merris* vocabatur.

Necherophes I. Ægypt. Pharao eſt Bonjurio *Uchoreus* Diodori.

ſiſque nomine inſignitum pro Filio adoptavit, uti habemus Exodi cap 11. Πάμυριν quippe ſive Πάμυρλην in Πάμυλλην verſam litterarum ρ & λ commutatio, quæ frequentiſſima accidit, nullo negotio oſtendet; & ſi qua oritur dificultas ex articulo maſculino Πα, nihil ea nos affici deprehendemus, ſi tantum animadvertere velimus ipſum eſſe nomen Patris tributum Filiæ, & Solem ⲡⲓⲣⲏ maſculino genere ab Ægyptiis nuncupari. Mitto dicere quantum ex Sacra, atque Divina Moyſis hiſtoria profani Scriptores decerpſerint, ut inde Oſiridis fabulam auctiorem, denſioremque facerent. Id enim ne ipſe quidem Plutarchus diſimulare potuit, qui quum inter tot nugas ab Ægyptiis de Oſiride excogitatas τὸν παῖδα Παλαιστινὸν *Palaſtinum puerum*, Typhoniſque aſino delapſi filios Ἰεροσόλυμον καὶ Ἰουδαῖον *Hieroſolymum & Judaum* percepiſſet, Εἰσὶ, inquit, κατάδηλοι τὰ Ἰουδαϊκὰ παρέλκοντες εἰς τὸν μῦθον *manifeſtum eſt eos Judaicas res in fabulam convertiſſe*. Sed illud non omittam, quod ſicut Μύρις *Myris*, aut *Meris* eſt Ⲙⲉⲣ-ⲣⲏ *Mer-ri*, & Ⲙⲉⲛ-ⲣⲏ *Men* cognomento *Sol*, ita ⲟⲩϣⲏⲣⲓ *Oſiri* erit ⲟⲩϣⲏⲣ-ⲣⲏ *Filius Sol* nuncupatus, aut *Filius Solis*. Plures fuerunt in Ægypto Reges *Oſirides*; quorum primus a Bonjurio ſtatuitur *Toſorthrus* Filius *Necher-ophis Vulcani*, omniumque Ægyptiorum Regum antiquiſſimi; ſed qui Abrahami tempora minime anteverterit. Is eſt Oſiris, qui & *Æſculapius*, & *Serapis* dictus eſt quaſi Ϣⲏⲣⲓ-ⲁⲡⲁⲥ *Siri-apas*, & in ſtatu regiminis Ϣⲉⲣ-ⲁⲡⲁⲥ *Serapas Filius Vulcani*. *Opas* enim *Ophas*, ſeu *Apas* a Cicerone appellatur Vulcanus, quia forte apud Ægyptios Deorum Parens, & Regum vetuſtiſſimus habebatur, ut affirmat Hermapion: favetque nomini ſacra ipſa Copticæ *Scriptura* editio, qua *antiquus dierum* ⲡⲓⲁ̀ⲡⲁⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ vocatur. At vero Filius Vulcani ex Manethone, aliiſque Ægyptiacarum rerum Scriptoribus *Sol* nominatur. Eſt & *Oſiris* I. in Dyna-

Pa-mylis nutrix Oſiridis fingi potuit ex *Myri*, aut *Meri* Filia Pharaonis.

Ægyptios divina Scripturarum oracula in fabulas transformaſſe Plutarchus teſtatur.

Ut *Myris* eſt *Mer-ri* ita *Oſiris* eſt *Oſir-ri Filius Sol* ipſe, aut *Filius Solis*.

Reges *Oſirides* in Ægypto plures; eorumque primus *Toſorthrus*.

Oſiris I. Memphiticus *Necherophis* Filius idem ac Æſculapius, & *Serapis* F. Vulcani Ægypt. dictus.

F. Vulc. *Sol*.

Oſiris Elephantinus *Vſer-cheres* Filius cognomento *Sol*, aut *Solis F.*

Dynaſtia Elephantinorum, juxta Chronotaxin Ægyptiacam cum Hebraica a Bonjurio conjunctam, ille Frater Typhonis ⲟⲩⲥϣⲉⲣ-ϧⲉⲣⲉⲥ *Vſer-cheres Filius*, *Solis*, perinde atque Ⲙⲉⲛϭⲉⲣⲉⲥ, diſſertiſſime appellatus. Sunt & alii plures Ægyptiorum Reges, qui *Solis* nomine cogniti habeantur. Ac ſi ego ab ipſomet *Necher-ophe* exordium ducam, ecce ſtatim *Uchoreum* audio apud Diodorum appellari, uti & *Uchoreum Necher-ophis* filium Toſorthrum. Quid eſt autem *Uchoreus* niſi Græca terminatione nomen ex Ⲟⲩϭⲉⲣⲉⲥ *Ucheres* Ægyptiis factum? Accipe Diodori verba: *Patris nomen ſortitus* Οὐχορεὺς *Memphim ædificavit urbium Ægypti clariſſimam*. Quo pacto cohæreant hæc cum germana Ægyptiorum hiſtoria de primis conditoribus Mempheos, deque Regni exordiis ad *Necher-ophis* tempora revocatis, ne a me in præſentiarum expectes. Rem hanc contra Marshamum, Voſſium, alioſque expendit jam, expedivitque in cit. Dyn. Bonjurius. In ipſo interim *Necher-ophis* nomine, niſi mea me fallit opinio, non obſcure relucet per apocopen ⲟⲩϭⲉⲣ-ⲁⲡⲁⲥ *Sol-apis*, ſeu *apas*, aut *aphas* Vulcanus. Ⲛ enim in *Necher* redundans eſt: unde & Aſſyriorum Rex, quem S. Cyrillus Alexandr. in Cap. XXXIX. 15. *Nechordan*, Joann. Malala *Nachordan* in Chronogr. dixerat, eſt Procopio *Achordan*: *Nembrod* in Gen. cap. X. 8. legitur, qui in verſ. Coptica eſt Ⲉⲃⲣⲱⲇ *Ebrod*, & cap. XXV. 15. *Naphis* ⲁⲫⲉⲥ *aphes*, uti me monet idem Bonjurius. Jam ceteros, ſi lubet, Reges Ægyptiorum *Soles* obiter percurramus; nam obvii ſunt multi *Bi-cheres*, forte cum articulo ⲡⲓ *Pi* pro ⲡⲓϭⲉⲣⲉⲥ a Græcis dictus βιχέρης, *Cheres*, *Zeber-cheres*, *Nepher-cheres*, *Acen-cheres*, *Mercheres*, *Tar-cheres*, & Μοσχέρις *Moſ-cheris* ab Eratoſthene, ne mihi litem moveas de ſignificatione vocis, (quæ non minus Ægyptiaca, quam Hebraica eſt חרס *cheres*,) Græce verſus Ἡλιόδοτος *Sole datus*, aut *Solis natus*, quemadmodum

Ægypti Reges *Solis* nomine inſigniti plures.

Necherophes *Vchoreus*; itemque *Vchoreus* dictus *Toſorthrus F.*

Vchoreus Græca terminatione eſt Ægyptiis *Vcheres Sol*. Memphis conditor *Vchoreus* Toſorthrus, ſive Oſiris I. juxta Bonjurii ſyſtema.

Vcher-apis, ſeu *Vcher-apas*, atque adeo *aphas*, *Sol-apis*, aut *Sol-apas*, & *aphas* eſt Vulcanus Ægyptius idem ac *Necherophes*.

Soles Ægyptii *Bi-cheres* *Zeber-cheres* *Nepher-cheres* *Acen-cheres* *Mer-cheres* *Tar-cheres* *Moſ-cheris* *Boc-cheris*.

dum eruditorum plures antehac obſervarunt. Addatur his *Bocchoris* idem facile ac ⲡⲓϩⲉⲣⲉⲥ, habita ratione litterarum apud Ægyptios commutabilium; præſertim quum in antiquis exemplaribus Taciti lib. v. Hiſtor., ut etiam legit Lipſius, *Occhoris* cum articulo ⲟⲩ, ita ac ſi eſſet ⲟⲩϩⲉⲣⲉⲥ inveniatur. In eundem ordinem referri mihi poſſe videntur alia complura Ægyptiorum Regum nomina; ſed de his ſingilatim, fuſiuſque diſſerere argumenti ratio non ſinit. Ea tamen, quæ ex voce ⲣⲏ facta cernuntur, non erunt hoc in loco penitus negligenda. S. Stephanus Act. VII. 43. exprobrat in Concione Hebræis cultum Idoli *Moloch*, & Syderis Dei Ῥεμφὰν *Remphan*, aut, ut in aliis edit. legitur Ῥεφὰν. Hunc fuiſſe Saturnum, vel ſtellam Saturni Literati, & Interpretes multi docuerant. Erneſtus Jablonskius in Theſ. Epiſtol. Lacroziano tom. I. ep. 143. diſſertationem commemorat abs ſe de hoc *Ægyptiorum Deo* elucubratam, quam tamen videre necdum mihi licuit. Sed in ea epiſtola, *dedi* ad Lacroſ. inquit, *explicationem* ⲣⲏ-ⲙ̀ⲫⲉ, *vel ut apud Origenem contra Celſum legitur* ⲣⲱⲙ̀ⲫⲉ *ideſt Rex Cæli, quo Solem indicaſſe Ægyptios, dubitari non poteſt. Apud Apul. l. XI. Miles. Iſis ſive Luna dicitur Regina Cæli. Et Jerem. XLIV. 17.* מְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם, *quod idem eſt*. Verum quum dubius nimium ſit Origenis locus, ut ad marginem rejecta ſit tanquam minus certa vox Ῥομφᾶ, retenta in textu Ῥεμφὰν, fit inde ut prior illa explicatio mihi magis arrideat, & Ⲣⲏ-ⲙ̀ⲫⲉ *Sol Cæli*, aut verius ⲣⲏ-ⲙ̀ⲫⲁ, quaſi ⲣⲏⲁⲡⲁⲥ, vel ⲣⲏⲁⲫⲁⲥ ſono *a* tranſeunte in ⲙ̀ *em*, *Sol apis*, ſeu *apas* exponatur. In Coptica Verſione *Amos*, quam Romæ habemus una cum ceteris Prophetis Minoribus, cumque Danielis libro manu Bonjurii eleganter deſcriptam ex Mſs. Volumine Viri doctiſſimi, deque divinis, humaniſque litteris optime meriti Bernardi Montefauconii Ordinis

Remphan Act. 7. v. 43. Idolum Ægyptium.

Solis nomen in Remphan.

Exemplum Copticæ verſ. Daniel. & XII. Prophet. Minor. Montefauconii beneficio obtentum.

S. Benedicti in celeberrima illa Maurinor. PP. Congregatione Alumni, legitur cap. V. 26. nomen hujus Idoli *Rephan*. Ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ⲣⲉⲧⲉⲛϭⲓ ⲛ̀ϯⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲙⲟⲗⲟⲭ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲓⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ (corrigit Bonjurius ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲟⲩϯ) ⲣⲉⲫⲁⲛ ⲛⲓⲧⲩⲡⲟⲥ ⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲑⲁⲙⲓⲱ̀ⲟⲩ ⲛⲱⲧⲉⲛ. Ita & Græca: Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ΡΑΙΦΑΝ τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς; nullumque inter utramque diſcrimen intercedit niſi in eo, quod Coptica habet ⲣⲉⲫⲁⲛ *Rephan*, Græca qua utor, edita 1526. ῥαιφαν *Raephan*. Sic Græcum Βαιθὴλ tranſtulit Cophtus v. 5. ejuſdem Cap. ⲃⲉⲑⲏⲗ. Ægyptiacam lectionem exhibent S. Juſtinus M. *in Dial.* cum Tryphone, & Theodoretus *q.* 25. *in* Levit., aliique Veterum. Dicerem, ſi ita ferret inſtituti ratio de Copticis vocibus ⲥⲓⲟⲩ *Siu Sidus*: & ϣⲏⲟⲩⲓ *Sciui Statuam*, atque *Idola* ſignificantibus, quarum utraque, aut poſtrema ſaltem Hebraicæ כִּיּוּן *Ciun* ablato ן paragogico Chaldæis uſitatiſſimo, ſatis, ut opinor, exacte reſpondere videtur. Sed una expedienda res eſt, quam ſemel aggreſſi ſumus. In tanta, quæ fertur, ſententiarum varietate, *manifeſtum eſt*, inquit Pfeifferus diffic. Script. S. Locor. Centur. IV. ad Amos V., *ex Scholiaſte Copto, qui ait* ῥηφαν *eſſe Deum temporis*, S. Stephanum *pro nomine Saturni Perſico-Arabico* كَيْوَان *Civan* per כִּיּוּן *Ciun enunciatum ab* Amos *ſubſtituiſſe ejuſdem nomen Ægyptium proprium Saturni*; additque Loco XXXVI. *Exoticor. N. T. certum eſſe Coptitas* ⲣⲏⲫⲁⲛ *ῥηφαν appellare* ⲫⲟⲩⲛⲧⲉⲛⲓⲭⲣⲟⲛⲟⲥ Φουντεπιχρόνος *Deum temporis, ideſt Saturnum.* Corrige Ⲫϯ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲭⲣⲟⲛⲟⲥ Φτι ντεπιχρόνος, ne mendum ſubrepat. Addit præterea a Græcis vocari *ῥέμβαν* apud Heſychium. Nihil hujuſmodi occurrit in eo Heſychio, quem cum notis variorum accurante Schrevelio editum an. 1668. Lugd. Bat. & Roterod. habemus. Ῥεμβο-

Rephan per *e* legit Copt. Verſio Amos, Græca per *ae Raephan*.

Ægypt. voces *Siu* & *Sciui* altera *Sidus*, altera *Statuam*, & *Idola* ſignificantes comparatur cum Hebraica *Ciun* S. Prophetæ Amos.

Riphan, ſive *Rephan* auctore Scholiaſte Copto eſt *Deus temporis*.

Deum temporis Coptitæ vocant *Saturnum*.

ναν,

νᾶν, σφενδόνας mendoſe pro σφενδονᾶν, & Ῥέμφος, alias ῥάμφος, τὸ σόμα ἢ ῥὶς legimus, quæ ſane nihil habent commune cum ῥέμβαν, aut ῥέμφαν. Certum at illud eſt Coptitas ſaltem recentiores nomine **Ⲣⲏⲫⲁⲛ** intelligere *Saturnum*, uti vel ex ipſomet Dict. Copt. Kircherii p. 49. percipimus. Magnopere tamen vereor ne pro Vulcano nobis *Saturnum* obtruſerint, rati hunc eſſe Deum Χρόνον, quia *απαν* ſeu *opan* noverant *antiquum* appellari. Audivimus namque ex Daniel. cap. VII. v. 9. vocem, qua Copti *antiquum* exprimunt, eſſe ⲡⲓⲁ̀ⲡⲁⲥ: unde forte Πᾶς *Pater*, & Πὰν Deus Paſtorum originem trahunt. Deus vero & Rex Ægyptiorum antiquiſſimus erat Vulcanus, primus ignis inventor: qui propterea Ⲫ† ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲭⲣⲟⲛⲟⲥ *Deus temporis* ob ſummæ antiquitatis famam, & opinionem haberi rectiſſime potuit. Quodque non **Ⲣⲏⲙⲡⲁⲛ** *Rempan*, ſed Ρήμφαν *Remphan* verterint Græci in V. Amos, & S. Stephanus in VII. Actor., id ex crebra, eademque obvia commutatione ⲡ in ⲫ repetendum erit. Dicunt enim Copti promiſcue **Ⲡⲣⲏ** *Pri*, & **Ⲫⲣⲏ** *Phri*: **Ⲡⲓⲛⲟⲩⲃ** *Pinub*, & **Ⲫⲛⲟⲩⲃ** *Phnub*: **Ⲛⲓⲁ̀ⲫⲟⲫⲓ** *Niaphophi*, **Ⲛⲓⲁ̀ⲫⲟⲡⲓ** *Niaphopi*: ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ *piromi* ⲫⲣⲱⲙⲓ *phromi*, & alia id genus multa. *Rephan* ita, ſeu *Remphan Sol-Vulcanus*, aut *Sol-Vulcani* Filius, Oſiris eſſet, qui propterea Saturno etiam natus traditur, quia ex *Apa*, ſeu *Apha* κατ' ἐξοχὴν *antiquo* nuncupato originem traxiſſe Ægyptii teſtantur. *Toſorthrus* hic idem eſſe poſſet tanquam †ⲟⲩϣⲉⲣ-†ϧⲣⲱ *Touſerthro* & Græca terminatione *Touſorthros Filius fornacis*, ſive *Vulcani Filius*. † enim articulus fœmineus ideo præfigitur, quia ϧⲣⲱ *fornax* generis eſt fœminei: Et quidem ſi Μόλοχ *Moloch*, quod Kircherus putavit, neque Pfeifferus improbat, eſt *Typhon Mars Ægyptius*, quid tam probabile videri poteſt, quam **Ⲣⲏⲫⲁⲛ**, ſeu **Ⲣⲉⲫⲁⲛ** eſſe *Oſirim*? Quamobrem & a *Vulcano* dicta eſt Ægyptus, teſte Stephano Byzan., Ἡφαι-

Ῥέμβαν *Remban* ex Lexico Heſychii a Pfeiffero citatus in edit. noſtra deſideratur.

Coptitæ recentiores pro *Apas*, ſeu *Opas* Vulcano Saturnum interpretari facillime potuerunt.

Vulcanus utpote Deorum & Regū omnium antiquiſſimus apud Ægyptios potuit recte dici *Deus temporis*.

Remphan eſt Oſiris *Sol* ſcilicet cognomento *Vulcanus*, ſeu *Sol F. Vulcani*, ducto nomine ex *Ra*, & *Apa*, ſive *Apha*, commutata tenui in adſpiratam.

Toſorthrus exponitur *F. Vulcani*.

Idolum *Moloch* Eruditi *Typhonem* interpretantur.

Ægyptus *Vulcania*.

σία *Vulcania* tellus, & a S. Propheta Moyſe Deut. IV. *fornax ferrea*.

Oſiris *Apis* ab *Apas* ſic nuncupatus.

Eſt vero *Oſiris* iſte, & *Uchoreus Sol*, & *Apis* ita, ut ego opinor, a Patre Ⲁⲡⲁⲥ nuncupatus. Nam plerique Ægyptiorum Sacerdotum apud Plutarchum in idem recidere *Oſirim* & *Apim* teſtantur;

Bos Oſiridi Sacer *Apis* dictus ab *igne*, quo juxta Ægyptiorum fabulas concipi putabatur.

adeout *Apis* etiam appellaretur Bos eidem Oſiridi Sacer, forte ob *ignem* cœleſtem, quo uno concipi, Herodoto teſte, fabulabantur, quemadmodum *Pan* & *hircus* communi nomine vocabantur *Mendes*.

Ignis Malaice: *Api*.

Et ſi quid huc conferre poteſt ignis vocabulum ex aliena lingua acceptum, eſt illud, auctore Relando, Malaice اڤي *Api*, quod oriri potuit ex illius Inventore Vulcano *Opas*, aut *Apas*.

Rephan idem, ac *Serapis*, *Æſculapius Memphita*, & *Deus Heliopolitanus*.

Eſt idem denique ac *Serapis*, Æſculapius Soſpitator, & Deus Heliopolitanus a Manethone apud Joſephum contra Apionem commemoratus.

De Moyſe Sacerdote *Oſiridis* in Heliopoli, ac propterea *Oſarſiph* nuncupato calumnia Apionis.

Ab hoc enim *Oſiride* tanquam illius Sacerdotem in Urbe Heliopoli *Moyſem Oſarſiph* denominatum per ſummam calumniam Hebræis objicit Apion. Primum fuiſſe *Orum* Iſidis F., qui Soli ſacrificaverit, teſtis eſt Plutarchus;

Summa erga *Solem* Ægyptiorum religio.

idemque tanta religione Ægyptios Solem coluiſſe affirmat, ut ter diebus ſingulis ſacra ei facere conſueverint. At cujuſmodi eſſe potuerit Sidus Dei Rephan, diſcere licebit ex

Bos lignea inaurata ſepulcrum Merris Filiæ *Mycerini* Regis, Soli ſacra, & Solis ſimulacrum.

ſimulacro *ligneæ Bovis cavæ, & inauratæ*, in qua *Mycerinus*, Μενχέρινος, teſte Diodoro ab aliis dictus, Filiam vita functam ſepelivit: *Hæc autem Bos cum ceterum Corpus operta eſt phœniceo pallio*, ſcribit αὐτόπτης Herodotus in Euterpe, *tum vero cervicem, & caput craſſo admodum auro*: μεταξὺ δὲ τῶν κερέων, ὁ τοῦ ΗΛΙΟΥ ΚΥΚΛΟΣ μεμιμημένος ἔπεστι χρύσεως: *inter media cornua* CIRCULUS *annexus ineſt*, SOLI *aſſimilatus*: *Neque ſtans eſt bos, ſed in genua cubans . . . . effertur e conclavi quotannis . . . eique ſingulis diebus omnifarii odores adolentur, noctibus autem perpetuo incenſa lucerna adſtat*.

Merris æque ac *Iſis* apud Ægyptios culta.

Merrin hanc eſſe filiam *Merris*, ſeu *Mencheres*, de quo egimus ſupra, nullus dubito. Eam non minus

nus

nus quam *Iſin* apud Ægyptios in honore fuiſſe tradidit Artapanus. Sacra ſcilicet erat *Soli* Bos iſta, quæ quum eſſet ſedes animæ *Merris*, imago, & ſimulacrum Solis inde Merris & ipſa tanquam nuncupata eſt. Ex Iſidis fabulâ, cui quum non modo regius ornatus e capite detractus, ſed & caput ipſum amputatum fuiſſet, Mercurius ejus loco bubulum caput impoſuit, conſecrationem bovis fœminæ apud Ægyptios natam arbitror. Æque barbara & indigna eſt fabula Brachmanum, & Tibetanorum, qui Deos quoſdam capite imminutos comminiſcuntur. At *Apis* conſecratio antiquior erat. Apis vero Græce ἔπαφος, teſte Euſ. l. 3. Præp. Evang. cap. 13. *Solis & Lunæ* ſigna præſeferebat: Solis quidem τὸ μέλαν τοῦ σώματος καὶ ὑπὸ τῇ γλώττῃ κάνθαρος. *Nigror corporis, & natus ſub lingua, quem cantharum vocant*. *Mnevis* Bos *Soli ſacratur*, *Apis Lunæ*, Aeliano, Ammiano, & Porphyrio teſtibus: Lunæ tamen intellige ſacrum Apin, quia ut idem Euſebius, Ammianus, & Plinius narrant, illius omnium maxime *inſigne* erat *in latere dextro candicans Macula cornibus Lunæ creſcere incipientis*; quum ceteroquin Bos quoque ipſa *Merris* Soli ſacra eſſet. At utroſque ΑΠΙΝ, καὶ τὸν ΜΝΕΥΙΝ ΟΣΙΡΙΔΙ καθιερωθῆναι ΑPIN & MNEVIN OSIRIDI *conſecratos* Diodorus tradit lib. 1. cap. 13. Oſiridis εὔμορφον εἰκόνα *pulchram imaginem Apin* Plutarchus appellat: Straboni vero ὁ ΒΟΥΣ ΑΠΙΣ, ὅς ἐστιν ὁ αὐτὸς ΟΣΙΡΙΣ, BOS APIS, *qui idem eſt* OSIRIS: Oſiris vero *Sol*. Sed ſi ⲢⲈⲪⲀⲚ *Rephan* eſt *Sol Apis*, Sidus Rephan aliud non erit, niſi ſimulacrum ejus ſimile, quod ex Herodoto deſcripſimus in Bove *Merri*. Cum his mire conſonant, quæ in Scripturis Sanctis, & Eccleſiæ Patribus de execrabili Hebræorum cultu Vitulis, Bobuſque *Api*, & *Mnevi* frequenter tributo narrantur.

Caput Iſidis Bubulum; adeoque & Boves fœminæ Iſidi ſacræ.

Ἀποκεφαλισμὸν Deorum ab Ægyptiis mutuati ſunt Indi, & Tibetani.

Apim, & Mnevim tanquam Soli ſacros venerabantur Ægyptii.

Bos Apis idem ac Oſiris, & Sol.

Sidus Rephan Bos Apis cum ſymbolo Solis.

Apis & Mnevis Idola Hebræorum.

XLIV. Nihil propterea tam antiquum, ac ſolemne fuit Ægyptiorum Regibus, quam ut Oſiridis exemplo Solis nomen

Remphis Ægyptiorum Rex *Protei* Succeſſ.

Remphis Rampſinitus, & *Rampſis* idem.

Rampſinitus, ſive *Rampſis* Ægypt. exponitur *ſol excelſus*.

Rateſis Rex Ægypti eſt Bonjurio *Sol Iſidis*.

Sol *Orus* Ægyptiis. Ebræis *Or*.

Mares, ſeu *Maris* ex Eratoſthene eſt *Heliodorus* donum ſolis, Cur?

Pharaones a Sole cognominati: *Rathotis*, *Rathuſio*, *Rameſes*.

Rameſis Ægyptiace *Solis Filius*.

Ῥαμέστης *Rameſtis* a Græcis recentioribus dicitur, qui Rameſis eſt apud Veteres.

men oſtentarent. *Remphim* Protei filium poſt mortem Patris Regnum ſuſcepiſſe ſcribit Diodorus l. I. μετὰ δὲ τὸν Πρωτέως τελευτὴν διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς Ῥέμφις. Herodotus lib. II. cap. CXXI. Protei ſucceſſorem Rampſinitum agnoſcit, Filium non item. Rampſinitus enim idem eſt qui & *Remphis* dicitur. Hunc ipſum nonnemo Ῥήμφαν expoſuit: *Solem excelſum*, ob eam, ut puto cauſam, quod tale quiddam ſit *Rampſis* a Ⲣⲏ & ⲡⲓϭⲓⲥⲓ, additoque ⲙ pleonaſmo Ⲣⲏⲙⲯⲓⲥⲓ *Solis altitudo*. Ῥατέσις Bonjurio eſt *Sol Iſidis*: Pharao nempe ille, qui quum Hebræos fugientes perſequeretur in Mari rubro ſubmerſus perierit, occaſionem præbuit fabulæ de *Oro* a Typhone oppreſſo. *Sol* enim teſte Macrobio in Saturn. c. 20. *Horus* apud Ægyptios, uti & אור apud Hebræos lucis nomine appellatur. Μάρης *Mares*, ſeu *Maris*, Rex dictus eſt, interprete Eratoſthene Ἡλιόδωρος Heliodorus *donum Solis*, quod ⲙⲁ Ægyptiace *dare*, ⲣⲏ vero Solem deſignet. Idem plane oſtendunt aliorum Pharaonum nomina: *Rathotis*, *Rathuris*: & ipſius, ut reliquos taceam, *Rameſis*. Ⲣⲁⲙⲉⲥⲓ profecto, ſive ut Plinius legit lib. XXXVI. cap. 8. *Ramiſes* Ⲣⲁⲙⲓⲥⲓ, ſine ullo involucro eſt: *Sole genitus*: *Solis Filius*. Ne etenim plura dicamus de voce Ⲣⲁ; Ⲙⲉⲥⲓ, & Ⲙⲉⲥ in ſtatu regiminis, & ⲙⲁⲥ in ſtatu *affixionis* Ægyptiace *Naſci*, *natum*, *genitum*, atque adeo *Filium*, Bonjurio admonente, ſignificat. Ῥαμέστης *Rameſtis* etiam addito τ a Græcis dicitur: ut enim Ῥακάστης *Racaſtis* Cedreni in Comp. H. eſt Ῥακώτης *Rhacotis*: Μυτισέρατα *Mytiſerata* Stephani eſt Μυτίστρατα *Mytiſtrata* Philiſto ex notis Berkelii: & Μεστραΐν *Meſtrain* LXX. Ⲙⲉⲥⲧⲣⲉⲙ, ſeu Ⲛⲉⲥⲧⲣⲉⲙ *Meſtrem* & *Neſtrem* Copt., ita & *Rameſtis* eſt *Rameſſis*, & *Rameſis*. Roma hodieque ſpectat inſigne Ægyptiaci Regis monumentum, Obeliſcum Solis memorabili providentia Sixti V. Pontificis Maximi ante Ædem Lateranenſem ann. MDLXXXVIII. erectum. Hermapion Hieroglyphicos

Cha-

Characteres evolvit, Græceque expoſuit. Interpretationem, quamvis non integram, poſterorum memoriæ conſervandam reliquit Ammianus Marcellinus. Ex ea perſpicue intelligimus *Rameſis* nomine *Filium Solis* ſignificari. Singulis namque ςίχοις ΗΛΙΟΥ παῖς .... ὃν ΗΛΙΟΣ φιλεῖ .... ὃν ΗΛΙΟΣ ἐγέννησεν ... SOLIS F .... *quem* SOL *amat* .... *quem* SOL *genuit* ... appellatur. Singula præterea latera exhibent κατὰ ςίχους inſculptos accipitres tres, tres item Boves, totidemque brachia extenſa. Eadem ſcilicet *Solis*, quæ *Oſiridis* ſymbola, uti ea referunt Plutarch. de Iſid. & Oſir. p. 371., Porphir. de abſtin., & Clem. Alexan. V. Strom., in hoc Obeliſco cernuntur.

In Obeliſco Maximo Lateranenſi *Rameſis* interprete Hermapione *Oſiridis*, & *Solis F*.

Symbola in Obeliſco *Rameſis* eadem.

XLV. *Mythram* etiam Ægyptiorum Regem in Helio-poli obeliſcos Soli erexiſſe Plinii auctoritate fretus obſervat Schedius *De Diis Germanis* pag. 149. *Ac forſitan*, inquit, *ab hoc Mithra deſcendit Mithridates, Solis legem denotans*. Eſt autem Sol Perſica lingua *Mithra*: & *Mithridax* lapis dicitur, qui *Sole percuſſus coloribus micat*, uti & *Mithrax gemmæ* ſpecies *Rubri Maris montibus multicolor, contrà Solem varie refulgens*, Schedio ipſo ex Plinio, & Solino teſtante. De vocis *Mithra* origine multa, ac varia Philologi tradiderunt. Sed Perſicam eam eſſe plerique ſentiunt. Et ſane مهر *Mihr* Perſarum lingua *Sol* eſt. Quumque Græci, quod Relandus Diſ. VIII. de Vet. ling. Perſ. obſervat, *literam æquivalentem Perſicæ* ه *He non haberent, exprimentes eam per* θ ..... *adjecta Græca terminatione fecerunt vocabulum* Μιθρα. Eamque exemplis aliis a Græcis, Hebræiſque petitis confirmat. Sic Natum ſcribit Μιθρί nomen menſis Perſici a مهر *Mihr* interpoſito θ. Similia ſcripſerat Hydius cap. IV. & alibi in H. R. Vet. Perſ., quo cum Relandus docet مهر *Mihr* indicare *amorem*; hanc etenim principem ſignificationem ei tribuerat Hydius addens *miſerationem* perinde ac *miſericordiam* ſona-

Mithres, ſive *Mithra* Ægypt. Rex Obeliſcos, & Ipſe *Soli* erexit.

Mithra multorum ſententia vox eſt Perſica. *Mihr* ſolem denotans.

Quo pacto a *Mihr* vocem *Mithra* fecerint Græci explicat Relandus.

Mihr Hydio, & Relando auctoribus primum ſignificat *amorem*, & *miſericordiam*.

ſonare, quoniam Sol *totum orbem* fovet, *recreatve, & quaſi amore complectitur*. Nempe & tale quiddam *Omphi* Oſiris, utpote *beneficus*, ſic etiam ab Ægyptiis appellatus, deſignaſſe docet Plutarchus. Ex eo vero, quod مهر ſit *amor*, illudque nonnulli ſcribant مهير *Mahir*, *Mithræ* nomen, quo *Lunam* Perſæ non minus quam *Solem* intelligunt, deductum cenſet Relandus. Nam & Mithræ fœminæ S. Ambroſius, aliique meminerunt, & *Solem a Mithre diſtinguit Curtius*. Perſas præterea *ignem* coluiſſe *ſub viri & fœminæ ſimulacris* Julius Firmic. *de error, prof. relig.* comprobat. Quibus addere potuiſſet Ægyptios utrumque *Apidem* marem, & fœminam, Soli ſacros habentes. Nec calculum adjicere potuit Gatakeri, aliorumque Eruditorum ſententiæ, qui Herodotum ob id reprehendunt, quod Perſicæ linguæ ignarus *Lunam* a Perſarum veteribus Μίθραν ſcripſerit appellari. De *Mithra* Sole ſi quis multa, & egregia ex penitiori antiquitate copioſe ducta deſideret, conſulat Doctiſſimum Hadrienſem Epiſcopum Philippum a Turre in Monum. Vet. Antii. Quandoquidem vero in eo Lycophronis verſu:

Ὄmphi Oſiris dictus, quia *beneficus*.

Lunam, teſte Relando, Perſæ *Mithram* æque ac *Solem* appellant.

Mithra mas, & fœmina.

Ignis ſub utraque forma viri, & fœminæ a Perſis cultus.

Herodoti teſtimonium de Luna *Mithra* apud Perſas dicta a Relando defenditur.

> Σκιὰ καλύψει ΠΕΡΡΑΝ ἀμβλυώων σέλας
>
> *Umbra tegit* SOLEM *fulgorem hebetans*.

Sol a Perſis ϖέῤῥα dictus videri poteſt, dubitat Relandus de integritate lectionis, ac ſi μέῤῥαν *legamus*, inquit, *plana ſunt omnia; nam* مر *ex Mithra contractum, Sol iis eſt:* Sed ſi obſervaſſet vocem hanc Ægyptiacæ originis eſſe, eamque uti & Solis cultum ab Ægyptiis accepiſſe Perſas, nullam intellexiſſet ſibi cauſam fuiſſe cur Lycophronis lectionem tam facile immutaret. Πέῤῥα Lycophronis, quod primo ſtatim intuitu percipitur, eſt Coptica Πιρη; adeout mirum videri non debeat, ſi hodie ea vox Perſis nihil tale denotet. Vix alibi citius quam in Ægypto *Mithræ* nomen pro-

Πέῤῥαν in Lycophronis carminibus germana lectio a Relandi emendatione vindicatur.

Πέῤῥα *Perra* Lycophronis eſt *Sol* Ægyptiace dictus Πιρη *Piri*.

prodiiſſe crediderim; quum gens nulla ſit extra Ægyptum, cui tam antiquus, atque adeo frequens ejus uſus fuerit. Sunt qui cenſeant Apuleii auctoritate ducti *Mithra cognomen fuiſſe proprium primariorum Sacerdotum, ſive Principis Sacerdotum*, quemadmodum ex Hadrienſi Epiſcopo intelliges pag. 216., etſi paulopoſt Præſul Eruditiſſimus ſcribat: *in Ægypto aliis etiam, non tantum primario Sacerdoti, commune fuiſſe*: nec eſſe audiendum Kircherum, qui pro *Mithre* Ægypti Rege legit *Meſtrem*. Diſſerit cap. VI. de die Natali *Mithra*, quem ſolemnem agebant Romani, Perſæ, & Ægyptii; multiſque contra Harduinum demonſtrat Chriſtianos, præſertim in Eccleſia Romana ſemper celebraſſe die XXV. Decembris Nativitatem Unigeniti Dei Filii ex Virgine nati, nec eam fuiſſe e ſede ſua ſubmotam, neque in diem Natalem *Mihtra* translatam. Sed quod ad Ægyptios attinet animadvertit apud eos, auctore Plutarcho, ferias *Natalitias oculorum Ori, Solis* nempe & *Luna*, quos *oculos Ori* vocabant, incidiſſe in XXX. menſis *Epiphi*, *Sole & Luna in eadem linea coeuntibus*. Ac ſi annos fixos Ægyptiorum a XXIX. Auguſti, & a I. menſis Thoth inchoatos ſequamur, die XXV. Julii, inquit, feriæ illæ Natalitiæ *Solis* contigiſſent. Secus ſi annos vagos, quos ante *Auguſti* Cæſaris tempora retinebant, præ oculis habeamus. Tum enim incertus erit in eorum *heortologia* dies Natalis *Solis*; multoque etiam incertior ſi cum Novilunio ſimul & cum ſtata die 30. Epiphi conjungi eæ feriæ debuerant. Verum poſt longam rei inquiſitionem ſatius duxit cum Scaligero graviſſimi erroris incuſare Plutarchum, quod *menſes fixos Ægyptiis ab ultima antiquitate attribuat, & deinde ... Lunares faciat*. Bonjurius aliter accepit Plutarchi locum, quem de *Apotheoſi* ipſius *Ori* interpretatur; & diem 30. Menſis *Epiphi prolepticl* iveſtigandum eſſe docet, ut habeatur dies Natalis *oculorum* Ori. Ceterum non tam liquido ex Plutarcho con-

Mithra nomen in Ægypto non uni primario Sacerdoti, ſed & minoribus commune fuit.

Dies natalis *Mithra* apud Romanos Perſas, & Ægyptios celebris.

De Feſto *Nativitatis Chriſti Jeſu* in diem natalem *Mithra* translato Harduinum Philippus a Turre egregie confutavit.

De Feriis natalitiis *oculorum Ori*, Solis nempe & Lunæ incidentibus juxta Ægyptiorum ritus, in 30. Epiphi, Plutarchi locus exagitatus.

Quid per ferias natalitias *oculorum Ori* intelligat *Bonjurius*.

 ſtat,

ſtat, Ægyptios diem hunc feſtum illigaſſe novilunio cum XXX. Epiphi exacte, ac perpetuo concurrent. Quum enim ait: Τῇ τριακάδι τοῦ Ἐπιφὶ μηνὸς ἑορτάζουσι ΟΦΘΑΛΜΩΝ ΩΡΟΥ ΓΕΝΕΘΛΙΟΥ: ὅτε σελήνη καὶ ἥλιος ἐπὶ μιᾶς εὐθείας γεγόνασι per illa verba: *quando Luna & Sol in eadem linea* γεγόνασι non ipſum *coitionis diem*, ſed eum, qui jam præterierat, indicare fortaſſe voluit. Quid? ſi ſenſus iſtorum verborum eſt, ut Novilunium, de quo loquitur Plutarchus, conjungi debeat cum proxima illa voce γενέθλιον, ita ac ſi dixiſſet: OCULORUM ORI (*Ægyptii*) *celebrant* XXX. Epiphi NATALEM DIEM, *quo Luna & Sol in eadem linea coiverunt*: non autem cum verbo ſuperiori, ἑορτάζουσι? De ceteris diebus feſtis in honorem Solis apud Ægyptios inſtitutis videſis Plutarchum in cit. L. de Iſid. & Oſir. *Mithres* Ægypti Rex, de quo ſcribit Plinius, ad Seſoſtris, ſive Seſachi tempora refertur a mox laudato Bonjurio in Dynaſt. Hunc ipſum *Myrthæum* etiam veteribus nuncupatum intelligo: eumque per *metatheſin Mithram* fuiſſe factum nonnulli cenſent.

Concurſus Novilunii cum 30. Epiphi, cumque natalitiis annuis oculorum *Ori* ex verbis Plutarchi *obſcurus eſt*, & *incertus*.

Mithres Ægypti Rex, qua *Seſoſtris*, ſeu *Seſachus*, ætate vixit juxta Bonjurium.

XLVI. Atque ea quidem epocha tanto majori obſervatione digna eſt, quanto propius ad *Xaca* ætatem accedit, noſtrique argumenti rationes uberius confirmat. At quamvis idem ſint *Myrthæus*, & *Mithres*, non ejuſdem tamen originis utrumque illud nomen exiſtimo. Μυρταῖος Eratoſtheni eſt Ἀμμωνόδοτος *Ammonedatus*, Jovis nempe donum, ac Filius. More ſcilicet illo veteri, quo ſe Ægyptiorum Reges *Ammone* genitos, Ammonique caros, atque dilectos immani adulationis prodigio, & monſtruoſo ſuperbiæ faſtu jactabant. Jam ſcimus Oſiridem Ammonis F., ſcimus ex Obeliſco Rameſis Solis Filios eoſdem etiam fuiſſe, quos Ἀμμῶν ἀγαπᾷ. *Jupiter Ammon diligit*. Potuit ita *Myrthæus* dici Ἀμμωνόδοτος, quod nomen Soli in primis convenire, eique tanquam proprium tribui ſatis exploratum

Mithres ipſius etiam *Xaca* Synchronus.

Myrthæus etſi re idem eſſet ac *Mithres*, nomine tamē diverſus erat.

Myrthæus eſt Ἀμμωνόδοτος, ut & *Ammonis* ſive *Jovis* Filii, & Cari dicti ſunt *Oſiris*, *Rameſes* aliique Ægyptii Reges.

ratum habemus. At *Mithri*, quam quæſo originem dabimus? Me jam tantiſper patienter audias. Relandus nobis viam ſternet ad eam inveſtigandam. Plutarchum inducit, qui μίθρην *Perſis mediatorem* μεσίτην, *ſignificare ſcribit*; mox tamen addit huic *ſignificationi linguam Perſicam, ut hodie eſt, non ſuffragari*. Ita quidem. Nam ex Μίθρη *Mithri*, ut ego conjicio, omnium linguarum more, quæ vocalibus carent, earumque loco *puncta*, aut *lineolas* adhibent, Perſæ fecerunt مهر *Mihr*. Quod ſi antiqua illa vox integra permanſiſſet, quemadmodum Plutarchi ætate extitiſſe videtur, facile fuiſſet Relando in ejus ſignificatione percipere id quod hodie in Perſica lingua ſe fruſtra quærere profitetur. Ægyptia ea eſt, & apud Ægyptios pronum eſt intelligere quo pacto hujuſmodi ſignificationem habere potuerit. ⲙⲏⲓϯ-ⲣⲏ *Mitiri*, per contractionem *Mitri*, nomen eſt compoſitum ex ⲙⲏⲓϯ *Miti*, & ⲣⲏ *ri*, quorum alterum μεσίτην *medium*, ſive *mediatorem* in Coptica Sacrorum Librorum verſione denotat, alterum, ut ſæpe diximus, *Solem*. Id autem, ni fallor, ſatis oſtendit Perſas ab Ægyptiis una cum nomine cultum etiam Solis accepiſſe. Negavit Hydius Perſarum deos fuiſſe umquam aut Solem, aut ignem; acerrime contendens ſoli vero Deo λατρείας honores, ac venerationem illos ſemper detuliſſe. Sed hominem nimiæ animoſitatis perbelle, teſte quoque Relando, confutavit laudatiſſimus ille noſter Philippus a Turre. Non eſt autem hoc in loco prætermittendum, quod Oſirim *mediatorem* eſſe, ipſumque Plutonem dantem, & recipientem animas, ⲁⲙⲉⲛϯ *Amenti* propterea dictum, Ægyptii putabant; unde ea tum Ægyptiorum, tum Perſarum, aliarumque Gentium ſuperſtitio manavit, ut *Antra* ſubterranea Soli ſacra haberentur. Erat propterea *Mitres* Magorum ſententia μεσίτης ille, *medius* ſcilicet inter *Oromazan*, & *Arimanium*, Θεὺς... δύο *Deos* ... *duos* bonum

Mithres apud veteres Perſas vox erat ſignificans *medium*, & *mediatorem*; ſed hodie, teſte Relando, ex eorum lingua diſparuit.

Ex *Mithre* apud Perſas Solis nomen factum eſt *Mihr*.

Nomen *Mithres* a Perſis primo retentum, deinde immutatum, cauſa eſt, cur vim antiquæ ſignificationis in eorum lingua amiſerit.

Mit-ri Ægyptiace *medium*, ſeu *mediatorem ſolem* deſignat.

Ut nomen ſic & cultum *Solis Perſæ* ab Ægyptiis accepiſſe videntur.

Hydium negantem *divinitatis cultum a Perſis tributum Soli & igni* invicte confutavit Philippus a Turre.

Oſiris ab Ægyptiis Amenti *Mediator* dictus quod animas daret & reciperet.

Oſiridi Soli, eidemque Plutoni antra ſubterranea ſacra.

Mitrem medium inter Deos duos *bonum*, & *malum* Magi Perſæ æque, ac Manichæi colebant.

unum e luce puriſſima natum, malum alterum, & e caligine ortum. Quæ quidem quantum affinitatis habeant cum impio dogmate Manetis, jam antea multis oſtendit idem ipſe Philippus a Turre cap. V. de *Mithra*; quem etiam conſulere potueris, ut ſcrupulum omnem exuas, ſi forte no-

Mitra ſine adſpiratione aliquando ſcriptum in antiquorum monumentis occurrit.

men *Mitra* abſque adſpiratione ſcriptum, novum quiddam, & inſolitum videatur. Nec enim deſunt hujus orthographiæ exempla, quæ ab eo accipias. Ⲙⲛⲧⲣⲉ̀ appellant Ægyptii *viſcera*, in Dict. Copt. Kircheri; verum Græcam magis, quam Ægyptiacam indolem refert; eoque fit, ne in hac noſtra inveſtigatione locum ei tribuendum eſſe putarim. Quod autem accidit de *Mitre* μεσιτη, accidit

Cherin in Nomine v. Pyrei Perſarum dicti *Azur Cherin* Ægyptiacum eſt, non Perſicum.

apud Hydium de voce خرين *cherin*. Inter VII. Pyréa antiqua Perſarum quintum erat آذر خرين *Azur cherin*. Hujus ſignificationem quærit Hydius apud Perſas, & quum nullam inveniat, *fortaſſis*, inquit cap. 3. H. R. Vet. Perſ. p. 103.

In voce *Cherin* mendum temere ſuſpicatur.

vitioſe ſcriptum ſit pro Churdad Angelo. At quum ea vox non Perſica ſit, ſed Ægyptiaca; eſt enim manifeſte Ϧⲉⲣⲉⲥ *Cheres Sol*; unde: *My-cerinus*, aut *Men-cherinus*, & *Mencheres*, emerſit, uti in ſuperioribus obſervatum eſt, ſi eam ex origine repetiiſſet ſua, non continuo tanquam *vitioſe*

Mithra non myſtico, ſed proprio nomine per ⲑ adſpiratum nũcupatus.

ſcriptam repuliſſet. Totum id nihil impedit, quominus Myſtæ Ægyptii idem quoque nomen per ⲑ adſpiratum pronunciarent, eique præter myſticam latentem in *Mitre*, propriam, & phyſicam ſignificationem in *Mithra* contentam tribuerent. Hujuſmodi enim vocum colluſiones in Sacris Ethnicorum non raro occurrunt, quemadmodum ſi neceſſe eſſet pluribus demonſtrarem.

Proprium, & primigenium *Mithræ* nomen explicatur.

XLVII. Ajo itaque *Mithram* Ægyptiace ſonare lucem, fulgorem, atque flammam e fonte ſuo manantem. Ⲙⲟⲩⲉ̀ Ægyptii dicunt lampada, ſplendorem, aliaque horum ſimilia, quæ jam jam recenſebam. Oſeæ VII. 6. ⲛ̀ⲟⲩ-ⲙⲟⲩⲉ̀

ⲛ̀ⲟⲩ

ⲛ̀ⲟⲩⲭⲣⲱⲙ : Græce πυρος φέγγος, Vulg. *Ignis flammæ.* Ita Amos V. 20. Habach. III. 4. & 11., & alibi in eum ſenſum ſæpiſſime. Si autem ⲟ per apocopen obmuteſcat, quod cum apud Græcos, ut Gruterus pag. 19. obſervat, & nos præter ea, quæ jam attigimus, alia mox obſervaturi ſumus, tum vero maxime apud eas gentes accidere ſolet, quarum lingua ſolis conſonis conſtat, erit ſtatim vox ⲙⲩⲉ̀. Atque hinc derivatum puto nomen *Dei Heliopolitani*, Bovis ſcilicet, quem *Mnevin* Græci, Latinique Scriptores plerunque appellant. Μνύειν, ait Plutarchus pag. 364. καλȢσιν . . . ἔνιοι δὲ ϗ τȢ Ἄπιος πατέρα νομίζȢσι *Mnyein* (Mnevin) *vocant . . . eumque nonnulli Patrem Apis cenſent*. Μνεῦιν legit in Plutarcho Marshamus, & alii fortaſſe legent, ſed in edit. Pariſ. Ann. 1624. lectio, quam ego tradidi; integra jacet; quum eam Interpres neque in adnotationibus, neque in variantium catalogo ſuſpectam uſquam habuerit. Vide tamen ne primum ν tanquam neceſſarium ad naturam vocis pertinere exiſtimes. Ut enim μνίω eſt μίω: κρυμνὸς κρυμὸς; βένθος βάθος: מִרְיָם *Miriam* ſoror Moyſis, Μαριαμμη, & Μαριαμνη, *Mariamne* in variis Joſephi Codicibus; ita μνύειν *mnyein* eſt μύειν *myein*. Cui ſi demas poſtremum ν Græcæ terminationis, ecce Tibi μωει ipſiſſimum Ægyptiorum nomen ⲙⲩⲉ̀ *mye*: quumque apud eos punctulum ſupraſcriptum literis ſit etiam ſignum alterius latentis literæ, eoque ſemper inſignita appareat ⲉ̀ in voce ⲙⲟⲩⲉ̀, ſic leges ⲙⲩⲉ̀ *myè* ut ſonet Græcum Latinumque μύει *myei*. Aditus hinc aperitur ad nodum explicandum, qui mihi ſemper ſolum difficilis viſus eſt. S. Juſtinus M. in Λόγῳ παραινετικῷ ad Græcos citat Diodorum Siculum, qui de SS. Propheta Moyſe egregium dederat teſtimonium: & Gentiles alloquens: *Qui apud vos*, inquit, *hiſtoricorum omnium illuſtriſſimus eſt Diodorus, qui Bibliothecas in compendium rede-*

Ex binis vocibus, unde componitur *Mi-thra*, prior eſt Ægyptiaca *Moyè*, & *o* ſuppreſſo *Myè*, ſeu *Mıè* fulgorem, atque flammam ſignificans.

Deus Heliopolitanus *Bos Mnevis*, Plutarcho *Mnyeis*, dictus & ipſe eſt a voce *Myè*.

A Μνύειν Plutarchi ablato ν pleonaſmo, & Græca terminatione ſubducta reſtat germana vox Ægyptiaca *Myè* reſpondens Græcæ μυει.

Cur in Diodori Codicibus ætate S. Juſtini M. legeretur *Moyſes* omnium Legumlatorum in Ægypto Princeps, & modo legatur *Mnevis*, diſcutitur, & enodatur.

redegit . . . . quadraginta integris hiſtoriæ ſuæ editis libris, poſtquam in primo teſtatus eſt in Ægypto ſe ex Sacerdotibus didiciſſe priſcum admodum, atque adeo primum legislatorem fuiſſe MOSEN *ita de eo verbis hiſce ſcripſit: ſecundum veterem, quæ in Ægypto fuit inſtitutionem; quæ fabulis, ſub Diis, & Heroibus fuiſſe perhibetur*, πεῖσαι φασὶν ἐγγράφοις νόμοις πρῶτον χρῆσθαι τὰ πλήθη, καὶ βιοῦν ΜΩΥΣΗΝ *multitudini primum ut ſcriptis legibus uteretur, & viveret perſuaſiſſe ferunt* MOYSEN *virum & animi magnitudine*, καὶ τῷ βίῳ ἱκανώτατον μνημονευόμενον, *& vitæ commoditate* Sylburgio interprete, (aut quod ego Diodori, & Juſtini verbis magis conſonum exiſtimarim) & ſapientia ad inſtitutionem vitæ ſummopere idonea *commendatiſſimum. Paululum deinceps progreſſus, ac veterum legislatorum mentionem inferre volens, primi* MOYSIS *meminit. Sic namque* (Diodorus) αὐταῖς λέξεσιν *ad verbum inquit: Apud Judæos* ΜΩΥΣΗΝ τὸν καλούμενον ΘΕΟΝ MOYSEN DEI *nomine cohoneſtatum*. Dubitari itaque nequit, quin uterque Diodori locus in antiquiſſimis Codicibus, S. Juſtini M. ævo, *Moyſen* haberet. At ſequioribus ſeculis in eundem ipſum Diodori textum aperta nominis *Moyſis* immutatio irrepſit, & pro Μωϋσῆν *Moyſen* lectum eſt Μνεῦιν *Mnevin*. Quid ita? ſive Librariorum imperitia, ſive Gentilium fraude, ſive etiam caſu id factum fuerit, ut proclivis & obvia eſſet, minimeque violenta corruptio videri poſſet, oportuit, ut *Mnevis* magnam cum *Moyſi* affinitatem, & ſimilitudinem gereret. Eſt autem iſtud Μουει *Moyei*: Quod quum in Diodoro ante Sancti Juſtini tempora ſcriberetur ΜΩΥϹΙ *Moyſi*, poſtea in ventre ϲ addita forte lineola in hunc modum ε evaſit Μουει, quemadmodum extat apud Plutarchum, deinde Μνυει, tandem Μνεῦϊ; ſicque pervagatum eſt mendum in Codices Diodori. Idque eo facilius accidere potuit, quôd tam ⲙⲱⲟⲩ *aqua*, unde Moyſis nomen repe-

Poſt S. Juſtini tempora mutato C in E, irrepſit mendum in Codices Diodori, & pro ΜΩΥϹΙ ſcriptum eſt ΜΟΥΕΙ, unde Μνει, *Mnyis* ac tandem *Mnevis*.

repeti debet, quam *ſplendor*, & *flamma* ⲙⲟⲩⲉ̀ eiſdem fere vocibus ab Ægyptiis appellentur. Cl. Huetius Prop. IV. Demonſtr. Evang. cap. 4. & alibi adeo inter ſe affinia *Moyſis*, *Monii*, *Minos*, *Menis*, & *Mnevis*, & *Menſis* nomina reputavit, ut ex eadem radice ſimul nata contendat.

Aquæ, & *Splendoris*, nomina in Ægyptiaco ſermone affinia, anſam præbere potuerunt corruptioni in Diodori textum inductæ.

XLVIII. Herodotus in Euterpe Ægyptiis fortaſſe Auctoribus, quem Plutarchus Μνύειν, Diodorus Μνευὰν, Μνεῦϊν, Μ εύιν, Joſephus VIII. antiq. cap. 6. Μίναιον, aut juxta lectiones varias ab Hudſonio notatas Μίνεον, (quemadmodum & S. Epiphanius) Μινέαν, & Μινάιαν dixerunt, vocavit Μιν *Min*, (alii Μαν) & ν abjecto Μυ: unde *Men-cheres*, *Men-cherinus* Diodori ab eo dicitur *My-cerinus*. Nec ea nominis contractio inſolens tibi videri poterit, ſi forte noſti quam multa id genus exempla extent apud antiquos Scriptores. Unum commemoro ex voce *ON* repetitum, qua S. Cyrillus Solem ſignificari ſcribit. De hac autem ait Paulus Ern. Jablonskius tom. I. Theſ. Epiſtolic. ad La-Crozium pag. 183. *Non dubito quin ex* Ⲟⲉⲓⲛ *quomodo Thebaidos incolæ dicebant pro* Ⲟⲩⲓⲛⲓ *natum fuerit Græcorum* ὤν. Modo quid ſibi velint *Min*, & *My*, paucis accipe. Jam non te latet *Mnevim*, ſeu *Min* Patrem fuiſſe habitum *Apis*. At quem Patrem? *Cæleſtem* ſcilicet *ignem*, quo uno, ut alibi adnotavimus, ſine pecoris *opera* jactabant Ægyptii fuiſſe *Apim* conceptum. De *Mini*, ſeu *Meni* volunt Interpretes Eruditi fuiſſe locutum S. Iſajam Prophetam cap. 65., ubi idololatras Judæos arguit tanquam הַמְמַלְאִים לַמְנִי מִמְסָךְ *implentes* τῷ *Meni libamen* Philippus a Turre in Mon. V. Antii pag. 193: & ſeqq. explicaturus *ænigma difficile*, & *inexplicatum*, *duabus hiſce voculis latens*: NAMA. SEBESIO, quemadmodum illud exhibet in *collo Tauri* ſimulacrum Mithræ, quod in Pinciana nobiliſſima Principis Burgheſii Villa extans ære incidi curavit, multa de *Nama* diſputat, deque

In *Mnevi* cognominando quanta Scriptorum varietas.

Min, & ablata terminatione *My*, dicitur ab Herodoto *Mnevis*.

On Solis nomen contractum ex Ægyptiaca voce *Oein*, aut *Oini* denotante *lucem*.

Mnevis ſeu *Min* adeoque *My* Pater *Apis* Bovis Memphitici, eſt *ignis Cæleſtis*.

De *Mini* aut *Meni* locus celebris S. Iſaiæ Prophetæ in c. 65. juxta Hebr. textum.

Taurum Mithriacum ſervatum Romæ in Villa Pinciana Principis Burgheſii Eruditiſſimis obſervationibus illuſtravit Philippus a Turre.

deque illius origine, teſtem adducit Gruterum aſſerentem tum hanc, tum & vocem alteram *Sebeſio* Perſicam eſſe: tandemque in eam propendit ſententiam, ut *Nama* ore Romani prolatum ſit *Meni* ab Iſaja commemoratum: *Meni* vero Luna; atque ita τῷ NAMA-SEBESIO. Lunam & Solem denotari exiſtimat. Sed *Nama*, quæ in Perſica lingua tam anxie quæritur, vox eſt aperte Tibetana ནམ་ NAMa; eaque ſignificatur *Spiritus*. Nonnulli Europæi pronunciant *v'nam* ad vim quandam adſpirationis tribuendam initiali ན་ *Na*; ſed in ore Tibetanorum ſonus illius *v'* conjuncti cum ན vix percipi poteſt, nihilque præterea ad vocis naturam ſpectat. Cælum quoque eorum lingua appellatur ནམ་ NAMa; & *Cælum*, ſive *Cæli virtutem* Perſæ intellexerunt *Jovem*; ut ita NAMA ſit *Am*, *Ammûs*, ſeu *Ammon Jupiter*, cujus Filius ab Ægyptiis dicebatur *Oſiris*, ſive *Sol*, non minus quam *Taurus* uterque *Apis*, & *Mnevis*, ut jam ſuperius oſtendimus. Propterea Ægyptii, quod audio ex Kirchero cap. 3. *De Nominibus Dei*, Jovem appellabant Ⲫϯ ⲛ̀ⲣⲉⲧⲉⲛⲓⲱⲛϧ *Deum vitæ*. Hunc expreſſit S. Vates iis verbis, quæ in eodem verſiculo XI. præmiſerat הַעֹרְכִים לַגַּד שֻׁלְחָן *Ponentes menſam Gado* (& ut habet vulgatus) *Fortunæ* Jupiter enim, atque adeo Jovis ſidus, *bonæ fortunæ* Numen erat, dictum Arabice جَدٌّ *Giaddon* a جَدَّ *Giadda*, quod *felicem*, ac *fortunatum* ſignificat, uti & ab ipſo Cl. Zanolino obſervatum video, ne hic Glaſſium, Seldenum, Buxtorfium, Schedium, alioſque ejus ingenii Scriptores bene multos commemorem. Quid? ſi גד idem ſit ac גדה *gada*, vel גדי *gedi* per apocopen *caper*, & *hædus*? nam גד Hieroſolymitanus Paraphraſtes ſcribit etiam גדא *gada*. Nec ea apocope in aliis hujuſmodi vocibus inſolita eſt, & a conſuetudine Hebræorum alie-

Nama in collo Tauri Burgheſiani inſcriptum Philippus a Turre interpretatur *Meni*, cujus meminit Iſaias: *Meni* deinde *lunam*.

Nama vox eſt Tibetana, quæ *ſpiritum*, & *Cælum* denotat: *Spiritus* vero & *Cæli* nomine Ægyptii, & Perſæ Jovem intellexerunt.

Jupiter, ſive ſidus Jovis eſt *Gad*, quem Iſaias commemorat ante *Menin*.

Cum Textu Hebraico conciliatur vulgatus, qui *Gad* interpretatur *fortunam*.

Gad ſignificare poteſt *Caprum* & *Jovem Ammonem*.

aliena. Et ſane Jupiter *Ammon* Thebanorum effigiem *hædi*, & *Pan* Mendeſiorum Capri, hircique figuram gerebat, ut ipſa laſcivientis bruti ſpecie *fœcunditatem*, atque *fortunam* ex prole manantem polliceretur. Ita *Gad* Hebræorum Idololatrarum reſpondet *Nama-Sebeſio* Jovi Gentilium. Nihilominus ſi quis cum Huetio contendat *Gad* eſſe *Lunam*, non adeo pugnaces ſumus, ut huic ſententiæ acrius quam par eſt reſiſtendum putemus; dummodo & illud nobis concedat *Nama* non eſſe *Lunæ*, ſed proprium nomen *Jovis*, aut *Solis* ipſius, *quòd* ille teſte Plutarcho, iſte affirmante Macrobio 1. Saturn. cap. 19. juxta Ægyptiorum Theologiam *auctor* SPIRITUS, *caloris*, *ac luminis*, *humanæ vitæ genitor*, *&* *cuſtos eſt*.

Nama Sebeſio Gentilium reſpondet *Gad* Judæorum Idololatrarum.

Gad Huetius interpretatur *Lunam*.

XLIX. De *Meni* ut multa prætercam, quæ quum dici copioſiſſime poſſint, a viris tamen ſummis ampliſſime occupata eſſe video, nulla ea veriſimilior ſententia viſa mihi eſt, quam quæ *Mnevin* Bovem Heliopolitanum *Oſiridi* Sacrum interpretatur. Eſt enim magis & Hebræorum Idololatriæ conformis, ut, quum de *Api* ageremus, animadvertimus, & naturæ rei cumprimis accomodata. Erat & Is ſimulacrum Solis, & tanquam Deus colebatur ab Ægyptiis. Quin etiam, ſi Marshamo credimus, *Mnevin* potius quam *Apim* venerari didicerant Iſraelitæ, *quoniam in inferiore Ægypto degentes*, *Heliopolim frequentabant magis quam Memphim*. Sed ſive *Remphan* Apis, ſive *Meni* Mnevis eſſet, idem erat Bos, idem numen, ab eodem *Igne Cœleſti* peræque dictum. Quod autem vel apud Græcos ipſos Μὴν *Min*, ſeu *Men* Solem deſignet, adeoque ignem cœleſtem, ſplendorem, & flammam phaethonteam tam copioſe, ac ſolide demonſtravit Huetius *in Obſervat ad Origenis Commentaria*, ut ſi plura adderem, verendum eſſet, ne quis mihi illud objiceret: in ſilvam ne ligna feras. In Ægypto tamen verſanti non licet diſſimulare vocem

Sententia, quæ *Meni* interpretatur *Mnevin*, eſt omnium veriſimilior.

De Ebræorum cultu *Mnevi* magisquam *Api* tributo conjectura *Marshami*.

Apis & *Mnevis* ab *igne Cæleſti* uterque dictus.

Min aut *Men* Solem eſſe ex veterumGræcorum ſententia oſtendit *Huetius* ad *Comment. Sac. Origenis*.

Mendes hircus, Caper, Pan, & Juppiter Mendeſiorum Deus, eſt idem ac *ignis, ardor, & flamma Jovis.*

cem Ⲙⲉⲛⲇⲥ *Mends* in Dict. Copt. Kircherii, Arab. جدي *giadi*, quæ *Mendes* eſt Herodoto, aliiſque veteribus: *hircus* nimirum, *Caper*, *Pan*, *Jupiter* Mendeſiorum. Nam aut ego fallor, aut certe *ignem*, *ardorem*, aut *flammam Jovis* ſignificat a binis vocibus ducta Ⲙⲉⲛ *Men* & ϧⲉⲩⲥ *cheus*: quarum poſtrema eſt Jupiter Ζεύς Græco æque ac Ægyptiaco ſermone ſic dictus a *fervore*, quòd eo vitam tribuat animantibus. Eſt namque Ⲇⲥ *Ds* in Ⲙⲉⲛ-ⲇⲥ manifeſta contractio ϧⲉⲩⲥ. *Cheus* mutato ϧ *Ch* in Ⲇ *D* apud Coptos, unde emergit vocabulum Ⲇⲉⲩⲥ *Deus*, & apud Græcos in Z, unde venit Ζεὺς. Simili plane ratione inductus eſt Eratoſthenes, quum Auctoribus Ægyptiis *Minin* primum Thebæorum Regem, quem nos cum Bonjurio Vulcanum *fabuloſe*, *hiſtorice* vero primum Pharaonem *Necherophen* arbitramur, interpretatus eſt *Dionium*: ΜΙΝΗΣ, inquiens, ὁ ἑρμηνεύεται ΔΙΟΝΙΟΣ, MINIS, *qui exponitur* JOVIUS, ſive a Jove editus. Vox iſta pro *igne* accepta ex Ægypto in Tibetum migraſſe videtur. *Ignem* in primis vero *Cæleſtem* vocant Tibetani *Me*, & vulgo etiam *Mi* མེ

Chevs Ægyptiorum, eſt *Devs* Mendeſium, & *Zevs* Græcum idem ſcilicet *Jovis* nomen ac numen.

Min, ſive *Minis* I. Thebæorum Rex vertitur ab Eratoſthene *Jovius*, quaſi Jove genitus.

Me, & vulgo etiam *Mi* a Tibetanis *ignis* præſertim *Cæleſtis* appellatur.

Cui ſi addas Ταβιτὶ, *Tabiti*, quo ex Herodoto Scytharum antiquiſſimi appellabant Ἱςίῃ *Deam Veſtam*, Apidem etiam Ægyptiam eam forte, quæ Filiæ *Mycerini* ſacra erat inter Scythicas illas gentes invenies; dummodo præfixum ei velis Ægyptiacum articulum Ϯ, fœminæ accomodatum, & ⲃ, quod uſitatiſſimum eſt, accipias loco ⲡ collocatum. Quamvis eſſe poſſit articulus ⲧⲁ derivativus a Ⲫⲑⲁ *Vulcano*, ita acſi Ϯⲁⲫⲑⲓ *Taphti*, & per ⲓ epentheticum, *Taphitì*, ac *Tabitì* dicta fuiſſet *Vulcania*. Splendorem Perſæ dicunt تاب *Tab*; quumque de *Fonte Solis* loquuntur آفتاب *Aphitab aqueum ſplendorem* ipſum quoque Solem appellant, quod cum *Api* Ægyptiaco, cumque Malaico *Api igne* videlicet, quantam habeat analogiam, ſatis compertum eſſe exiſti-

Tabiti nomen apud Scythas *Deæ Veſtæ* antiquiſſimum; quo pacto ab *Apide* Ægyptiorum derivari potuerit.

exiſtimo. Statuamus ergo *Mi* ſignificare *ignem cœleſtem* a Jove emiſſum. Modo ut habeas integrum nomen *Mithra*, aliud nihil deſideratur, quam ut *Mi*, aut *My* additum velis ϯⲑⲣⲱ *Tithro*, ſive *Thro*. Sic enim erit ⲙⲩϯⲑⲣⲱ *Mythro*, ſive *Mithro ignis fornacis*. Fornacem quum audis nolim tibi fingas ædificium calci lateribuſque coquendis igni ſuccenſum, ſed nec *Fornacem* Deam, de qua Ovidius 2. Faſt. cecinit:

Ex binis vocibus Ægyptiacis *My Thro*, quarum altera *Cæleſtem ignem*, altera *fornacem*, ſive *ſedem* & *fontem ignis* deſignat, *Mithræ* nomen deductum putatur.

Facta DEA *eſt* FORNAX*: læti fornace coloni*
Orant, ut fruges temperet Illa ſuas.

ϯⲑⲣⲱ proprie ſedes eſt, fons, & ſcaturigo ignis, adeo ut *Mithra* ſit *ignis cœleſtis* e loco, & origine ſua ardens, & lucens, Quod vero aut Græcis Μιθρης *Mithres*, aut Romanis, aliiſque gentibus *Mithra* pro *Mithro* dictum ſit, novum, credo, non erit iis, qui Linguarum ingenia norint. Nam & equus, qui eſt Ægyptiace ⲑⲱⲟ *Htho*, Tibetanis dicitur རྟ་ *Tha*. Verum ne *Mithro* procul a Tibeti finibus quæramus, inter vaniſſimæ oſtentationis titulos, quibus ſupremum *Lamam* ſeductæ illæ gentes tanquam Deum honorant, *Methron* eſt nomen inſigne *Lampadis*.

Ex *Mithro* Ægyptio eſt *Mithres* Græcum, & *Mithra* Romanum; ut ex *Htho* pariter Ægyptio *Tha* Tibetanum, *equus*

མ་རིག་ མུན་པའི་ སྒྲོན་མེ་ སྣང་བའི་ དཔལ།
Ma ri munbe Thron me nangh ve pe l
Ignorantiæ tenebras (*diſſipans*) ardentis lampadis lux maxima.

Methron, ſeu *Mithron* ejuſdem ſignificationis cum *Mithro* Ægyptiaco apud Tibetanos detegitur.

Equidem སྒྲོན་མེ་ *Thron-me lampas* inverſo ordine ſcribitur. Id tamen fit more linguæ Sinenſis: atque ob hanc cauſam articuli *præpoſitivi*, quorum natura exigit ut nomina præeant, apud Tibetanos plerumque ſequuntur. Quare & eundem Magnum Lamam novo quodam honoris titulo ſalutaturi, vocant ནམ་མཁའི་ ནོར་ བུ་ ཆེ་ (Nam kei nor bu cè) *Cœlorum gemmam magnam*, Solem eo cumprimis intelligentes; ནོར་ *Nor* enim ab

Magnus Lama Tibetanorum *Thron me*, & inverſo ordine ex ingenio linguæ *Methron*, inſigni titulo quaſi *Horus, Sol*, & *gemma* Cæli ſalutatur.

ab *Hor*, ſive *Horo* derivatum eſt. Quæ quidem ſi Italice interpretari velis, dices: *Cieli dè gemma grande*. Quum autem, ut noſti, མེ *Me*, & *Mi* ignem cœleſtem ſonet, ཐྲོན *Thron* vero ardentem, atque lucentem; *Thron-me* recto ordine lectum, erit haud dubie *Methron* ſive *Mithron*, Ægyptiacum ⲙⲩϯϭⲣⲱ *Mythro*. Ex hac ipſa origine natum puto Bramhanicum तारा *Tara*, aut *Thra* proprium vocabulum *Sideris*: unde præterea conjicere liceat cur *Mithra* Indis, & Perſis Sol nuncupatus fuerit. A Germanica *Miter*, quæ *Uredinem* ſonat, *Mithram* derivatum voluit Golius a Boxhornio laudatus. Sed Golius quantumvis eruditus; & doctus, Germanæ vocis ſpecie ſtatim abſtractus, germanam ejus originem multo longius diſtantem inveſtigare neglexit. Indicavimus paullo ante nomen hoc apud Perſas fuiſſe *Lunæ* accomodatum. Hanc ipſam eſſe Ἀναῖτιν, ſive ut Plutarchus in *Artoxerxe* ſcribit Ἀνεῖτιν, & *Artemidem*: Τῆς Ἀρτέμιδος τῆς ἐν Ἐκβατάνοις, ἣν Ἀνεῖτιν καλοῦσιν, adeoque *Dianam*, *&* *Venerem* Perſicam, Relandus in cit. Diſſert. de Veteri Lingua Perſica uberrime *demonſtravit*. Quam tamen Græci, & Latini Ἀναῖτιν *Anaitidem* more ſuo vocarunt, Perſæ appellant, non باهيد *Bahid*, (qua in re quum Johannes Gravius peccaſſet ab eodem Relando caſtigatus eſt loco laudato pag. 118.) ſed ناهيد *Nahid*. Hactenus omnia probe. At in eo, quod putat nomen hoc a Perſis ad Ægyptios migraſſe, fallitur, mea quidem ſententia, Relandus. Agnoſcit is tantam vocis hujus antiquitatem apud Ægyptios, quanta Platonis ætatem non exæquet ſolum, ſed etiam ſuperet. Nam Plato loquens in Timæo de Dea Tutelari Urbis Ægyptiæ Saïs, illius nomen eſſe dixit Ægyptiace Νηῒθ *Neith*, Græce vero *Minervam*. Unde Heſychius Νηῒθη Ἀθηνᾶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις. Quibus obſervatis, approbatiſque Relandus continuo ſubdit: *Quid ſi dicamus* Νηῒθ *eſſe*

Thra Indicum, *Sidus*.

Ex *Miter* Germanico *Mithræ* nomen deduxit Golius.

Luna Mithra, eadem, quæ *Artemis*, *Diana*, & *Venus* Perſica, Græcis, & Romanis eſt *Anaitis*, at Perſis *Nahid*.

Nahid Perſica eſt *Neith* Ægyptia in Timæo Platonis.

eſſe Anaitida? nomen certe idem eſt, & exprimit Perſicum ناهيد. *An a Perſis cultus hujus Numinis ad Ægyptios manavit? Certe plura in Sacris Ægyptiorum, & Perſarum conveniunt, itaut caſui adſcribi omnia nequeant.* Contra at ego rogo, eccur non potius ab Ægyptiis ad Perſas ejuſdem Numinis nomen ac cultus manarit? Eſt enim & vetuſtior, & propria vocis hujus ſedes Ægyptus, ubi Ⲛⲁⲏⲧ *Matricem, uterum, viſcera, intima*, aliaque id genus deſignat. Unde Ⲛⲁⲏⲧ benignus quoque, & clemens vocatur. Quo ſenſu ⲟⲩ-Ⲛⲁⲏⲧ præfixo articulo ⲟⲩ dicitur a S. Jona Proph. Cap. IV. 2. Summus ille, & unicus omnis bonitatis, & clementiæ fons DEUS Noſter. Quumque auctore Plutarcho de Iſid. & Oſir. pag. 354. *Minerva*, quæ colebatur Saï, eadem eſſet ac *Iſis*, ἣν καὶ Ἶσιν νομίζουσι, eaque Mater, ſinus, & conceptaculum generationis omnium rerum haberetur: ideo & Ⲛⲁⲏⲧ, aut, ut Plato ſcribit, νηῒθ nomen apud Ægyptios obtinuit, illiuſque fani epigraphe erat: Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονός, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον· καὶ τὸ ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν. *Ego ſum omne, quod fuit, eſt, & erit: meumque peplum nemo adhuc mortalium detexit.* Sic ego intelligo quo pacto verum illud ſit, quod tandem concludit Relandus, *plura* eſſe ſcribens, quæ *in Sacris Ægyptiorum, & Perſarum conveniunt, itaut caſui adſcribi omnia nequeant.*

Anaitidis nomen & cultum a Perſis manaſſe ad Ægyptios ſuſpicatur Relandus.

Relandi ſuſpicio improbatur.

Nait vox Ægyptiaca quid ſignificet?

Nait clemens, & *miſericors* Deus appellatur in verſ. Copt. S. Prophetæ Jonæ.

Nait ſive *Neith* in urbe Saïs Ægypti eadem quæ *Minerva* ac *Iſis*.

In impia Religione Perſarum multa erant, teſte Relando, cum Ægyptiis communia.

L. Videamus jam nunc quæ olim fuerint, hodieque ſint Oſiridis Jovegeniti, Ori, Solis, Mithræ, & Iſidis ſacrilega verius quam ſacra in Indias ab Ægyptiis convecta. *Ens* ſupremum, rerumque omnium conditorem, & cauſam Principem Deum, Indorum, & Bramhanum vetuſtiſſimos agnoviſſe explorata res eſt, diſſertiſque verbis teſtata in eo Libro, quem Bramhanes वेद *Vedam* appellant, & a Deo ipſo *Brammha* traditum tanquam Univerſæ Religionis fon-

Ægyptiorum Sacra in Indiis.

Dei exiſtentiam Indi perpetuo cognoverunt.

Bramhanum teſtimonia de unius verique Dei exiſtentia in eorum legis libro *Vedam* nuncupato extant præclariſſima.

ſontem tam miris laudibus celebrant, ut eorum quidam ex ſcripto Codice Deum *Vedam* facere non dubitarint. Neque unus eſt Ziegenbalgius Danicæ Ἑτεροδοξίας propagator in Indiis, qui hujuſmodi teſtimonia La-Crozio communicaverit: Sunt & Miſſionarii noſtri Catholicæ Fidei ſatores, qui ea integre, ac religioſe deſcripta nobis tradiderunt. Habemus inter cetera Dialogos a PP. Cappucinis non ita diu ante Indoſtanica lingua conſcriptos, in quibus Chriſtianus homo cum Indo Gentili diſputans plura ei objicit ex *Vedam* depromta, ut errantem Ethnicum ab Idolorum

Apud Indorum vetuſtiſſimos antequam in Idololatriam laberentur Dei cognitio omnino pura, atque ſincera Eruditorum judicio fuiſſe creditur.

ſuperſtitione ad unius, verique Dei cultum adducat. Ea nimirum ſunt antiquiſſimæ religionis veſtigia, quam ante ſuſceptæ Idololatriæ tempora pure, caſteque Indos coluiſſe Eruditi plures exiſtimarunt. Sed uti eſt humani ingenii imbecillitas, quæ niſi peculiari Dei lumine illuſtretur, neſcit miſera ideam Supremæ Illius Mentis, ab omni corporeo

Cur Indi in omnis turpiſſimæ ſuperſtitionis, & Idololatriæ genus corruerint, cauſſæ referuntur plures.

phantaſmate puram concipere, ac retinere, evanuit in ſuis cogitationibus, & partim propria cœcitate aberrans; partim antiqui Serpentis calliditate ſeducta facile ſibi ſuaderi permiſit, ut divinos honores non jam *Creatori*, *ſed creaturæ* immani ſacrilegio tribueret. Eôque *facilius* invectæ Idololatriæ contagio in Indias *pervaſit*, quô & indoli Populorum novitatis cupidæ, & vulgi rudis inſcitiæ, & improborum Sacerdotum utilitati accomodatior erat. Quanta vero, & quam portentoſa fuerit fabularum eluvies ab impoſtoribus flagitioſiſſimis de natura, numeroque Deorum novis

In Deorum fabulis, eorumque *theogonia* fingenda Indi ſuperant quam longiſſime Græcos.

In ſumma ſuperſtitionum, ac tenebrarum nocte unius veri Dei cognitione ſe identidem tangi, & excitari Bramhanes profitentur.

in dies acceſſionibus confertim aucta, & ad ſummum adducta, ita fidem & opinionem ſuperat omnem, ut Indi in hac fingendi licentia longo poſt ſe intervallo *Græcos* reliquiſſe videantur. In tanta nihilominus tenebrarum denſitate ſplendida illa, & quæ Deo digna eſt *Supremi Entis* idea identidem lucet, ſeſeque ſpectabilem reddit. Cujus rei Teſtes locupletiſſimi ſunt non uni Catholici, Vincen-

tius

tius Maria a S. Catharina lib. III. Itiner. cap. 17., Buchetus in Epiſtola ad Epiſcopum Abrincenſem Huetium, Haldius, aliique; ſed etiam ex Heterodoxis plures, inter quos Ziegenbalgius apud La-Crozium lib. VI. H. Chriſtian. Indiarum. Bramhanes denique uno ore fatentur, & prædicant *Deum unum*, eumque *Supremum* eſſe. Nullos interea honores ei deferunt, Sacraque nulla faciunt: quæ tamen omnia Diis inferioribus præſtant. Nihil ſane magis ab omni rationis atque naturæ ſenſu alienum fingi ullo modo poteſt. Nec jam ullam habent tam indignæ, & abſurdæ rei cauſam, præterquam inſanientium capitum ſomnia, atque deliria. Ajunt Deum Summum ejus eſſe naturæ, quæ ſit omnis figuræ expers, nullis materiæ partibus conſtans, nullis corporis finibus circumſcripta: illius propterea ideam cudi ab homine, & efformari non poſſe corpoream; qualis eſſe deberet, ſi eodem Religionis cultu, quo Numina inferiora, unum illud ſupremum honorandum eſſet. Deum Principem omnium quidem excellentiſſimorum attributorum cumulum eſſe celebrant; ſed quo demum nexu cum materie conjungi queat, prorſus ignorant. Iccirco in otio ſempiterno verſantem *nihil omnino agere*, nulliuſque creatæ rei auctorem, proviſoremque eſſe contendunt. Quumque creata omnia Diis minoribus accepta referant, eorum quoque fatali vi regi, & gubernari opinantur. Eum conſequenter credunt ſeſeipſum veluti in materiæ naturam vertiſſe. quo primum tempore facta eſt creatio, *S' étant le ſouverain Etre lui-même materialiζé dans la Création*, ſcribit La-Crozius cit. lib. VI. pag. 455. At id, ſi mentem Bramhanum aſſequor, non ita accidiſſe putant, quaſi Supremus Deus nobiliſſimam, puriſſimamque ſui ipſius eſſentiam, cujuſmodi eſt Spiritus perfectiſſimus, aut deſeruerit, aut certe deſtruxerit: eſſent enim, ſi quid hujuſmodi cogitarent, non homines, ſed pecudes dementia ipſa dementiores. Per quandam igitur

Deum licet probe cognitum nullo prorſus religionis ritu honorant Indi.

Cur tam portentoſe inſaniant Bramhanes, ut Deo vero neglecto fictitios tantummodo & falſos Deos colant, nullam probabilem cauſam adferunt, niſi pura puta ſomnia atque deliria.

Deum ſummum nihil agere, ſed otio torpentem rerum omnium viſibilium creationem, totiuſque mundi gubernationem Diis minoribus reliquiſſe Bramhanes ſomniant.

Quia ignorant Bramhanes quo pacto puriſſimus Spiritus in materiem agere poſſit niſi & ipſe materialis ſit, Deum in creatione rerum ſeſeipſum materialem feciſſe ſtultiſſime fingunt.

Ex Deo materiali facto quanta errorum, & turpitudinum ſeges.

igitur ſui *diffuſionem, fluxum*, *emanationem*, προβολήν, aut *coagulationem* Deum cum materie conjunctum, & mixtum volunt. Hinc ſenſim delapſi ſunt plerique Literatorum in

Litterati Indorum materialiſtæ Stoici, & licet ſecum ipſis pugnantes Spinoſiſtæ.

errores, & figmenta Materialiſtarum, alii in impia dogmata Stoicorum, alii quamvis ſecum pugnantes non aliter, atque Sinenſes Philoſophi in Spinoſæ deliramenta inciderunt. Quodque ſingulari animadverſione dignum eſt, tam varia, tamque diſcordia portenta opinionum in eorum libris, quos Illi, uti nos Scripturam Sanctam, venerantur,

In *Vedam*, libro, ut Bramhanes prædicant, plane divino, modo Deus dicitur *ſubſtantia ſpiritalis*, *immenſa*, *& æterna*: modo alius non agnoſcitur Deus, quam *unus aer*.

& laudant, expreſſis verbis traduntur. *On trouve en certains endroits de ces livres, que Dieu eſt une ſubſtance ſpirituelle, immenſe & eternelle; on y lit en d'autres endroits, qu'il n'y a point d'autre Dieu que air, que nous reſpirons*, quemadmodum refertur in Diſſert. *De Diis Indorum* cap. I. apud Banier. tom. VI. *de Religioſ. eorum ritibus* pag. 166. Præterea cap. 13. de Dei natura tam inſane credere, & opinari dicuntur Indi, ut inter eorum Doctores ſint, qui con-

Dei ipſius ſubſtantiam animam hominum, beſtiarum, rerum denique omnium creatarum Bramhanes faciunt ducti auctoritate *Vedam*.

tendant Deum ipſum, ejuſque ſubſtantiam eſſe animam hominis. Alii, (& ii quidem magno numero cenſentur) qui impudentiſſime doceant beſtias æque ac homines eadem Dei natura atque eſſentia animari. Quidam vero animam exiſtimant eſſe emanationem, ac veluti ſcintillam, & radium ab ipſa divinitate fluentem: fereque omnes Deum ita concipiunt, ut tanquam anima univerſalis rerum permeet, animetque omne id quod exiſtit. Quare in *Vedam*, quem librum *legis*, *& doctrinæ veraciſſimæ* interpretantur, ea eſt ſententia: Quod Deus ſit univerſorum anima non eorum tantummodo quæ ſunt prædita, ſed & quæ ſunt deſtituta ſenſu ad ultimum uſque elementum naturæ. *Ἀσύστατα* ſunt hæc, & *ἀντικείμενα*. Sed ita iis accidat neceſſe eſt, qui in

Ingens apud Indos ſectarum numerus, unde?

religionis negotio ductu divinæ revelationis carent. Qua quidem ex cauſa repetenda eſt tanta illa apud Indos opinionum ſectarumque varietas, & multitudo, quanta vix nume-

numerari queat. De ſingulis dicere nec loci nec inſtituti ratio poſtulat. Quamobrem ea tantum commemorabimus, quæ pleriſque omnibus communia eſſe cognoſcimus.

Quædam *Deorum Trinitas* principem locum tenet in Religione Indorum.

LI. Itaque neſcio quam Deorum Trinitatem ab univerſis ferme Indorum Populis receptam uti Religionis baſim, ac fundamentum conſtituunt: ſicque eorum Theogoniam exponunt.

Paraſachti Deorum Mater, quid?

Paraſachti idem videtur ac *prima lux*, ſive *flamma* a Deo inviſibili manans.

Sathi aut *Sachti* Ægypt. *flamma*.

Paraſachti ſe & filios duos combuſſit.

Erat ab initio fœmina परासाक्ति *Paraſachti*, hoc eſt, excellentiſſima quædam, & ſublimiſſima virtus, nuncupata. Hanc ego interpretarer, ſi Eruditi conceſſerint, primam Dei emanationem, primamque lucem, & flammam a Deo ipſo fluentem. Nam ⲥⲁϩϯ *Sahti*, aut *Sachti* eſt Ægyptiace *flamma*. Huic noſtræ interpretationi conſona eſt fabula Nepallenſis, quæ narrat Deam Paraſachti Filios duos, & mox ſeipſam in favillam, & cineres redegiſſe, quamvis continuo & ſibi & natis jam combuſtis vitam reſtituerit.

Si eſt Dei voluntas quomodo ab Ægyptiis *Sach-ti* appellari potuerit.

PP. Capuccini, quorum ſcripta de rebus ſacris eorundem Nepallenſium conſulimus, Dei decretum, atque voluntatem intelligunt; a quo ſenſu non eſſet aliena vox item Ægyptiaca ex ⲥⲁϧ-ϯ *Sach-Ti*, quæ *librum tradere*, adeoque Dei verbum, legem, & voluntatem exterius promere ſignificat; quamobrem Deam repræſentant, quæ præter arcum, ſagittam, & enſem, librum quoque manibus gerat.

Inſignia *Paraſachti* arcus, ſagitta, enſis, & liber.

Parachatti appellat P. Buchetus, & *ſupremam potentiam* interpretatur.

Supremam & abſolutam potentiam exponit P. Buchetus in epiſt. ad Huetium, quia lingua Indica, inquit, *Chatti*, *potentiam*: *Para ſupremum* denotat. كتا *Kata* profecto Malaice dicitur *arx*, *urbs munita*: Javanice *murus*, & *paries lapideus* apud Relandum diſ. XI. de lingua Inſ Or., ſicuti Ægyptiace ⲕⲱⲧ *kot ædificium*, & ⲕⲟⲧⲁ *Kota* eſt *ædificator*; ſed ſi a priori ſententia recedendum mihi eſſet, non aliam lubentius adoptarem, quam quæ *cati* nomine *intellectum*, & *mentem* Dei intelligendam proponeret. Ægyptiis profecto ⲕⲁϯ *cati* idem eſt, quod *mens*, &

Parachatti aptius exponeretur *prima mens* a Deo emanans.

Cati Ægyptiace *mens*, & *intellectus*.

intellectus. Pſalm. CXXXV. 25. *Qui fecit cœlos in intellectu:* Græce Τῷ ποιήσαντι τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει: Copt. Ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟ ⲛ̀ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲕⲁϯ; ubi Ægyptiaca *cati* reſpondit Græcæ συνέσει, & Latinæ *intellectui*. Idem videas in ⲛ̀ⲧⲉϥⲕⲁϯ *entef-cati* Oſeæ XIV. 10. Bramhanes Cabiritarum *verbo* vim creandi tribuunt; & ڤرکتان *Par-Katan* *vocem*, ac *verbum* Malaei appellant ab کتا *Kata dicere loqui:* Indi cæteri परकह्था *ParKahtà primum loquentem* dicunt. Manavit ne Indica *chati* ex Divina Scriptura Moyſis, an vero magis ex traditione certiſſima, qua priſci mortales in Chaldæa, in Meſopotamia, in Ægypto, in Phœnicia, in univerſo terrarum Orbe a majoribus ſuis acceperant omnia Dei *Verbo*, atque *Sapientia* condita ab initio fuiſſe? Quam facile id accidere quiverit, nemo noſtrum, ut puto, eſt, qui non videat. Ea tamen, quæ antiquiſſima erat de ſapientia, virtute, intellectu, & verbo Deo Creatore fides atque traditio corrupta eſt, & pro delirantis phantaſiæ ingenio in ſpectrum multiplex, variumque monſtrum converſa. *Parachatti* a Boucheto deſcripta ita vocatur Malabarum lingua. At Indoſtanis Bramhanibus dicitur etiam परासाक्ती *Paraſakti*, & आदिसाक्ती *Adiſakti: prima virtus*, atque *potentia*.

Verbo Bramhanes multi tribuũt poteſtatem creandi; & mentis conceptum ore prolatum vocant Malaei *Par-katan*.

Parachatti eſt vox apud P. Buchetum Malabarica: Indoſtana vero *Paraſakti*, & *Adiſakti*.

LII. Eadem quoque eſt, quæ भवानी *Bavani*, & मंसा *Manza*, & ममाया *Mamaja* apud eos audit. Sed de his alibi diſſerendum erit. *Sakti* maſculini generis faciunt Bramhanes illi, qui *Tſchecteas* vocantur, unumque *Tſchecti*, ſive *Sakti* pro vero Deo colunt; qui etiam detrectant ſe ſubjicere præceptis & auctoritati libri *Vedam*; ſed pauci ſunt, qui eorum ſectam amplectantur; quippe quæ uti infamis, & hæretica habeatur. Videatur tom. VI. Banier. de Relig. Ind. Rit. pag. 229. Hoc idem tradidit Auctor Diſſert. de Diis Indor. pag. 167., qui commemoratis ſex Gentilium claſſi-

Bavani, *Manza*, *Mamaja* eadem ac *Paraſakti*.

Sakti non fœminam, ſed maſculum credunt Indi Sectarii, quos *Tſchecteas*, ſive *Sekteas* dicunt.

claſſibus inter ſe diſſidentibus, ſtatim addidit: *Les uns veulent que Paraxacti ſoit ſeule la cauſe premiére de toutes coſes, & que par conſequent en doit l'adorer comme le ſeul Dieu veritable*. Habuit *Paraſakti* tres filios, quorum primum *Bruma*, alterum *Vixnu*, tertium *Rutrem* appellavit. Ita Auctor Diſſert. de Diis Indor. Oriental. P. V. cit. lib. cap. II. & cap. XXX. in Epiſt. P. Bucheti ad Huetium. Banianes vocant *Bremaw*, *Wiſteney*, & *Ruddery*: alii *Brahma*, *Viſtnu*, & *Eſwara*: alii denique *Brama*, *Ixora*, *Wichnu*, & *Wiſtnum*. Henrico Roth, uti in China Illuſtrata refert Kircherus, ſpecies quædam Trinitatis ſunt *Brahma*, *Bexhno*, & *Mahex*, Mahadeus ſcilicet, ſive Eſwara: Tanta eſt in eorum nominibus pronunciandis varietas. Addam his Indoſtanica, quæ ſunt ब्रांम्हा *Bramha*, वीश्नु *Viſcnu*, इस्वरेन *Iſuoren*, aut इस्वर *Iſuor*. La-Crozius l. VI. Chr. Ind. pag. 464. Idolum *Tſchiven* deſcribens: *Quinque*, inquit, *capita Tſchiven totidem nomina gerunt*: BIRUMA, VISTNOU, RUDDIREN, MAIESOUREN TCHATATCHIVOUM; *ſed tria quæ poſtremo commemorantur, ſunt mera epitheta* τȣ̃ ISUREN, *adeout omnes hæ quinque divinitates, ad tres tantummodo redigantur*: BIRUMA, VISTNU, ISUREN.

Indorum ſecta, quæ unam *Paraſakti* pro Summo veroque Deo colendam prædicat

Dii tres *Paraſakti* Filii *Bruma*, *Vixnu*, *Rutrem*; variaque apud Indos eorum nomina pronunciandi ratio.

Indoſtana nomina: *Bramha*, *Viſcnu*, *Iſuoren*.

Tſchiven, ſeu *Sciven* Idolum *Pentacephalon* quid?

LIII. Sed undenam tria hæc nomina derivata putabimus? Malabares equidem pro *Brama*, ſive *Bramhà* perpetuo dicunt *Birouma*, quod proxime accedit ad Ægyptiacum Ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ. Eſt autem *Piromis*, auctore Herodoto in Euterpe cap. 143. Græca lingua expoſitum καλὸς κἀγαθὸς; ideſt *honeſtus*, & *bonus*, uti revera hominem eſſe decet, qui Ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ vocari velit, vir ſcilicet ad virtutem natus. Nam Ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ Ægyptiace *homo*, ſeu *vir* appellatur. Indeque nata videtur Singalæorum vox *Pirimiia* La-Crozio, *Pirimijaa* Relando, mendoſe fortaſſis *Pirimba* in tom. VI. de Ritib. Relig. Ind. p. 295. Hoc idem confirmat mox laudatus

Birouma Malabaricum idem ac *Brama* ab Ægyptiaco *Piromi* derivatum conjicitur.

Piromi eſt Ægyptiace *homo*.

Idem eſt *Pirimiia*, ſeu *Pirimijaa* in Inſula *Ceylon*.

Brama Samſcretica lingua Bramhanum *hominem* ſonat.

tus La-Crozius ex eo quod *Bramæ* nomen parem obtineat ſignificationem in lingua Sancta Indorum, vulgo dicta *Samſcret*; teſtemque appellat Bramhanem illum, cujus ſcripta leguntur in Appendice ad *Theatrum Idololatriæ* Abrahami Rogerii. Ob hanc denique cauſam, quod *Bramam* hominem eſſe cenſeant Indi, nullum ei cultum apud ipſos deferri obſervat; quandoquidem uni Bramhanes ſint, qui *Bramhæ* perſonam una ſecum gerant, ſuoque aſpectu commendent. Illius effigiem, qualem in China illuſtrata Kircherus protulerat, exhibet pag. 294. ſæpe citatus Tom. VI. de Ritib. Ind. Porphyrius in lib. de Styge deſcriptam edidit ex fide ac teſtimonio *Bardiſanis* ſtatuam omnino mirificam, quæ forte Bramhæ ſimulacrum videri poterit.

Bramæ effigies *homo*.

Statua *Androgyni* in Indis ab hæretico *Bardeſane* viſa, & a Porphyrio deſcripta.

Ajebant Bramhanes (ſunt verba Bardiſanis apud eumdem Porph.) *antrum nativum ingentis magnitudinis in editiſſimo monte ferme juxta terræ meditullium eſſe. In illo antro ſtatua eſt decem, ut videtur, aut duodecim cubitorum, habitu erecto; manibus in formam crucis extenſis, cujus dextera faciei pars virilis eſt; ſiniſtra muliebris. Atque eadem ratione brachium, ac pes, totumque dexterum latus virile: ſiniſtrum vero muliebre: Ut iſta partium commiſſio ſtuporem ſpectantibus incutiat: & quod in uno eodemque corpore conjunctam inter ſe utriuſque lateris diſſimilitudinem videant. Dexteræ mammæ illius ſtatuæ Solem inſculptum eſſe ajunt, ſiniſtræ Lunam. Et in duobus brachiis ſculptoris arte magnum numerum Angelorum expreſſum: cæteraque quæ mundo continentur: videlicet cælum, montes, mare, fluvium, oceanum, plantas, & animalia, & quicquid tandem in rerum natura exiſtit. Hanc ſtatuam ajunt* DEUM FILIO SUO *dediſſe, cum mundum conderet, ut exemplum ſibi propoſitum haberet*. An hic hæreſiarcha Bardeſanes Indorum ſententiam integre retulerit prorſus ignoro. Illud eſt Patrum noſtrorum fide & aucto-

In Indico *Androgyno* Sol, Luna, cœleſtia, ac terreſtria omnia.

Ad exemplar *ſtatuæ* Indicæ, auctore Bardeſane, mundum a *Dei Filio* conditum Indigenæ illi cōmentabantur.

ritate

ritate probatum, Simonem Magum, Saturninum, Baſilidem, Gnoſticos omnes, Manetem, adeoque Bardeſanem docuiſſe, hominem hunc, cujus naturæ ſumus, fuiſſe ab aſpectabilis mundi conditore formatum ad exemplum, & ſimilitudinem neſcio cujus *primi hominis*, quem ebrio Illi, & temulento capite ſibi perbelle ſomniarant. Habes & aliud *Bramhæ* ſimulacrum, quod Hagræ in ejus Templo Petrus A Valle viderat, nobiſque ſpectandum exhibent laud. Scriptores eod. T. VI. de Relig. Ind. Rit. pag. 296. Nam quæ multæ commemorantur ab Hydio X. aut XII. cubitorum ſtatuæ e rupibus paſſim in Indiis exciſæ cap. V. de Vet. Rĕl. Perſ., num *Bramham* repræſentarint vix divinare licet. *Chinenſes, & Indi*, ait ibid. Hyd. pag. 132. *præter imagines in Pagodis, & delubris prægrandes, aliquando etiam* INTEGRAS RUPES (*præſertim ſi natura in pyramidalem formam vergebant*,) IN IDOLA FORMARE *ſolebant*. Mox duas inter ceteras ex libro *Masâlik Mamâlik* refert, immanes equidem & prodigioſas, alteram quæ erat سرخ بت *Surc'h-But, Idolum rubrum*, alteram خنك بت *C'hing-But, Idolum griſeum*, ſeu *cinericium*. Sentio jam quam fabuloſa ſint, quæ ſtatim recitat ex *libro Pharh. Gi. in India conſcripto* de duobus hiſce Idolis: quod tamen obſervat apud Perſicum commentatorem plures fuiſſe, qui ea retulerint ad Idola ود *Wodd in figura hominis*, & سواع *Sowâ in figura mulieris* ab impio Maumete in Alcorano commemorata, & a Noe Patriarcha noſtro Sanctiſſimo quamdiu viveret rejecta, ac reprobata, non erit omnino a re noſtra alienum. Ut enim in *Wod*, *Bramhæ* hominis, ita & *But*, ſeu *Buttæ* Tibetani veſtigium quodammodo intuemur. Sic eſto. At nolim tu aegre feras, ſi quis *Birouma* Malabaricum *Bromha* quoque dictum in quadam Fidei profeſſione viri Bramhanis ab Auctoribus Hiſt. de Rel. Rit. Ind. commemorata, *Bacchum* intelligere velit. Quum enim Alexander Magnus, quod

De *homine ſecundo* ad exemplum *Primi* condito vetuſtiſſima hæreticorum fabula.

In Templo Hagræ ſimulacrum *Bramhæ*.

Idola Sinenſium, & Indorum, teſte Hydio, in egræ ſæpe Rupes, præſertim ſi pyramidis figuram imitarentur.

Surc'h-But, & *C'hing-But* immanes Idolorum ſtatuæ.

Wod, & *Sovva* Idola, qūæ?

Birouma dictus etiam *Bromhà*, potuit eſſe *Bacchus*.

quod celebrat Plutarch. in *Or.* I. *de illius Fort. atque Virt.*, Bacchicarum commeſſationum memoriam in Indiis renovare, Græcorumque Deorum ſuperſtitionem inſerere ſuſcepiſſet, illud principio curarit neceſſe eſt, ut quæ nova eſſent nomina priſcis Indicarum Deitatum ſimilia, ea ſollicite inſinuare, ac perſuadere ſtuderet. Quid vero τῷ *Birouma* ſimilius quam Βρόμος, & Βρόμιος inſigne, ut noſti, *Bacchi* nomen? Ac ſi باكر *Bakar* Malaice eſt *urere*, unde forte *Bacchus*, quaſi *urens* emerſit, ne dubita, quin idem tibi Βρόμος oſtendat. Βρόμος μὲν *Bromus* inquit Euſtathius ἐπὶ φλογὸς *de flamma* dicitur. Neque de una tantum ignis flamma, ſed & de vento, aereque ſpirante proprie uſurpatur: *κυρίως ἐπὶ ἀνέμου, καὶ ἐπὶ πυρὸς, ἐφ᾽ ὧν τὸ* Βρέμειν. Verba ſunt Euſtath. in Ill. N. Qui vero Βρόμος Græcis, Romanis eadem pene Malabarum voce *Broumos* dicebatur: Βροῦμος γὰρ, ait Johannes Tzetzes in Heſiodi Ἔργα pag. 125. παρ᾽ αὐτοῖς ὁ ΔΙΟΝΥΣΟΣ. Quæ autem Bacchi origo fuerit multis in ſuperioribus explicatum eſt. Sed ut ille ex Jovis femore editus partuſque dicitur ſine Matre: Sic & *Bruma*, quem Indi Orientales apud Auctorem Diſſert. Hiſtor. de eorum Diis P. V. Tom. VI. Barnier. p. 189. *Diſent être fils du primier principe, ſans que toutefois il ait de Mere*, aut ſi Matrem ei tribuunt *Paraſaktin*, quemadmodum *Semelem* Bacchi æthereo igne combuſtam, in Cœlo cum Diana, & Minerva tanquam virginem Græcorum Fabulæ collocarunt, ita & eam, quæ *Brumam* edidit, ſeſeque ipſam incendio conſumſit, uti virginem Bramhanes repræſentant.

Bromos, & *Bromios* Bacchi epitheta *Birouma*, atque adeo *Brama* Indico quam ſimillima.

Ut *Bacchus* Malaice *Urens*, ſic *Cromos*, interprete Euſtathio, eſt *flamma*, *aer ſpirans*, & *ventus*.

Broumos Romanorum *Bacchus*, idem fere ac Indicum *Brouma*.

Bacchi, & *Brumæ* generatio ſimilis.

LIV. Quæ proinde Baccho ex Jove origo fuit, eandem ſibi vindicant cum Indi omnino omnes, tum vero maxime Bramhanes, qui ex capite *Brumæ*, ut vulgo ferunt, ſive, ut alii volunt, ex ore illius ſe natos ſtultiſſime prædicant. Tale quiddam præſeferre videtur celeberrimi Dandamidis reſponſum,

Bramhanes originem ſuam ſe traxiſſe iactabant ex capite, aut certe ex ore *Bramhæ*.

ſum, quum per Nuncium Alexandro dixit: *Neque ſe*, ut narrat Arrianus, *ad eum venturum, neque aliis ut irent permiſſurum*; ὡς ΔΙΟΣ ΥΙΟΣ καὶ αὐτὸς εἴη, *quod ipſe etiam* JOVIS FILIUS *eſſet perinde atque Alexander*. Qui ita *Birou-mam* explicant, cauſam dabunt La-Crozio, cur eum diſtinctis honoribus Indi minime colant: quôd ſcilicet eundem ac *Iſureñ* eſſe credant. Mihi vero *Bramha*, qui ſit Alexándri ævo vetuſtior, Ægyptiacus eſt, idemque ſignificat ac *materiæ fæculentæ*, *&* *ebullientis ſpiritum principem*. ⲃⲣⲉϩⲓ *Brehi* erat Ægyptiis *Bitumen*: Gen. VI. 14. Ⲉⲕⲉϯ ⲙ̀ⲃⲣⲉϩⲓ ⲛⲁⲥ (ⲛ̀ⲟⲩⲕⲩⲃⲱⲧⲟⲥ) ⲥⲁϧⲟⲩⲛ ⲛⲉⲙ ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲡⲓ ⲙ̀ⲃⲣⲉϩⲓ. Græce Ἀσφαλτώσεις αὐτὴν (κιβωτὸν) ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν τῇ ἀσφάλτῳ: Vulg. *bitumine linies* (eam arcam) *intrinſecus*, *&* *extrinſecus*. Rurſus cap. XI. 3. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟⲩⲕⲁϩⲓ ⲉ̀ ⲟⲩⲃⲣⲉϩⲓ ⲡⲉ. *Et lutum in bitumen fuit*: Græce καὶ ἄσφαλτος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλὸς. *&* *bitumen erat ipſis lutum*. At Hebraice וְהַחֵמָר הָיָה לָהֶם לַחֹמֶר, quæ Sanctes Pagninus vertit: *&* *lutum fuit eis in cæmentum*: Vulg. *bitumen pro cæmento*. Quæ interpretationum varietas ex eo nata eſt, quod quum חֵמָר & חֹמֶר ab eadem radice חָמַר proficiſcantur, unum pro altero uſurpatur. Itaque Ægyptius ⲃⲣⲉϩⲓ *brehi* dixit, quod חֹמֶר *Chomer* Hebræus. חֹמֶר *Chomer* vero eſt *cæmentum: Lutum ex terra*, *&* *aqua*, *ſeu argilla*. Talmudiſtæ in Magno Buxtorfii Lexico חֹמֶר *Chomer* appellant *materiam primam*, & omnes res *materiales* חֹמְרִי *Chomri*. Quumque voci חֹמֶר reſpondeat Ægyptiaca ⲃⲣⲉϩⲓ *brehi*, adeoque ⲃⲣⲉϩ *breh* per apocopen, vix certe dubito quin & hæc ipſa ad *materiem creationis* ſignificandam apud Ægyptios

Bramhan antiquiſſimus Dandamis ſe *Jovis Filiũ* dixit æque ac Alexander M.

De *Bramha* agitur ante tempora Alex. M. . & unde nomen acceperit, inveſtigatur.

Brehi Ægyptiaca *materiem bituminoſam* denotans una eſſe potuit ex vocibus componentibus nomen *Bramha*.

Brehi, ex Script. Sacr. verſionibus inter ſe comparatis, ſignificat *bitumen*, & *lutum*.

Brehi, & *Chomer*, *materia prima* Talmudiſtarum idem.

Am, & Amon *ſpiritus*.

gyptios accepta fuerit. Huic ſi addas *Am*, qua in nominum præſertim compoſitione Ægyptii, ut Græcos prætercam, Amonem ſpiritum intellexerunt, erit ⲃⲣⲉϩⲁⲙ *Breham*, & per craſin coaleſcente ⲉ in *a* ⲃⲣⲁⲙ *Bram*. Sed ſi placet adde demum ϩⲏ *He*, aut *Ha*, quum ſoleant & Ægyptii, & Indi ⲏ in ⲁ commutare, ecce Tibi ſponte ſua natum ⲃⲣⲁⲙϩⲏ *Bramhè*, ſeu *Bramhâ*, quemadmodum a Nepallenſibus ſcribitur, & pronunciatur. Nam per *He*, ſive *Ha* principium, initium, & caput ſignificari teſtis eſt Coptica Verſio Gen. XXXIII. 2., ubi quod habet Hebr. רִאשֹׁנָה juxta Vulg. *in principio*, & Græca ἐν πρώτοις, Ægyptiaca legit ⲉⲧⲩ//ϩⲏ., & ⲓⲥϫⲉⲛ//ϩⲏ *a principio* Joel. II. 23., unde Arabs apud Kircherum exponit بدو in Lexico pag. 309. Etſi *Mha* per *metatheſin* adſpirationis ϩ poſſit facillime derivari ab Ægyptiaco ⲙⲁϩⲓ *mahi*, quod *magnum*, *fortem*, atque *potentem*, imo & *brachium* ipſum deſignat. Eſt ita nomen Indorum opinioni accomodatum, qui Mundi artificem, & conditorem Bramham dementiſſime credunt. Sic enim Bramha *ebullitionis*, *effloreſcentiæ*, & *creationis materialis ſpiritum principem*, ſive *potentem* ſonat. Et certe vox ⲃⲣⲉϩⲓ *Brehi* tria illa percommode notat: Eoque ſenſu Græcum Βρύειν, obſervante Salmaſ. in Solin. pag. 1080. exponitur, ἐξανθεῖν, ἀναβλύειν, ἀναπηδᾶν: *Quod & de illis rebus dicitur, quæ efferveſcendo ſpumam ejiciunt, & quaſi florem emittunt*. His affinia ſunt, quæ mihi ex Talmudiſtis ſuppeditat Buxtorfii Lexicon ad vocem בְּרִי, quæ *creare* ſignificat. Inde enim eſt, quod Baal Aruch ברי explicat ex ſignificatione בר per צא לחוץ *exivit foras*; & בריאות המים vertuntur *creationes aquarum*: הבריא *pinguem reddere*: בריבא *pullities*, *fœcundatio*: & alia in hunc ſenſum plura, ut *ebullire*, *efferveſcere*, & *in tumores erigi*. Hinc etiam Cabbaliſtæ Judæi mundum materialem *Briaticum*

He, aut *Ha* Ægyptiace *principium*.

Breh-am-ha collectæ voces *Bramha* nomen eompoſuiſſe putantur

Bramha à duabus Ægyptiacis *Breh-mah* fieri quoque potuiſſe conceditur.

Ebullitionis, *effloreſcentiæ*. & *creationis* ſpiritum *principem*, ac ſi vis *potentem* interpretamur *Bramha*.

Brehi cum Græcis, & Talmudiis ejuſdem naturæ vocibus comparata magis illuſtratur.

Mundus Briaticus Cabbaliſtarum, mundus materialis.

ticum appellarunt : & Βράσμον, ſive ἐκβρασμὸν Valentiniani hæretici dixerunt *efferveſcentiam* & *æſtum* Matris *Achamoth*, quam e Pleromate & luce depulſam, tanquam abortivum fœtum omnis formæ & figuræ expertem ἐκβεβράσθαι κατὰ ἀνάγκην teſte S. Iren. pag. 18. fabulabantur. Aquam ita ignem, & ebullitionem commixtorum, tanquam prima conditi Orbis principia hac una voce Ⲃⲣⲉϩⲓ *Brehi* non tantum Ægyptiorum, ſed etiam Indorum ſententia deſignari crediderim.

Braſmos Valentinianorum *æſtus Matris Achamoth*

Prima Mundi creati principia *Brebi*.

LV. Hujuſmodi vero confuſam, & permixtam aquarum molem, narrant Banianenſes, tubo quodam flatus jaculatorio prodigioſe ſufflando commoviſſe Deum, cum primum mundum condere voluit. Mox aquæ immaniter tumefactæ rotundam induerunt figuram ovi, quod paullatim extenſum, ac dilatatum lucidum firmamentum compoſuit. Aſt ex liquido earum ſedimento Deus ipſe globum inferiorem conſtruxit; & quidem ex ſolidioribus particulis terram, ex liquidioribus maria. Juſſit deinde terræ, ut ex intimis ſui ipſius viſceribus hominem foras emitteret: & ecce e medio telluris centro caput ſtatim, & reliqua deinceps humani corporis membra gradatim prodire: interea dum ſummus naturæ Auctor in faciem ejus inſpiravit ſpiraculum vitæ, & rationis lumen infudit, cujus ope agnitum Creatorem, ut erat homo recens conditus, adoravit. Ei poſtmodum vitæ ſociam adjunxit Deus mulierem: hanc *Parcuteam*; illum *Pouroum* appellans. De nomine *Pouri* ſcribit Schmidtius in cit. ſuperius Diſſert., ejuſque originem ducit ab Ægyptiaca Ⲡⲟⲩⲣⲟ *Pouro*, quæ Regem, Ducem, & Paſtorem exprimit. Sed पुरुष *Purus* Nepallenſium *perſonam* denotat. Primis hiſce Genitoribus quatuor Filios adſcribunt: *Brammonem*, *Cutteryum*, *Shudderyum*, & *Wiſium*. Tot enim faciunt humani generis propagatores,

Mundum *ætatis primæ* quomodo creaverit Deus ex fabulis Indorum Banianenſium.

Porus, & *Parcutea*, mas, & fœmina, primi hominum Parentes a Banianenſibus dicti.

Porus Ægyptiacæ *Pouro* affinis: at *Purus* Nepallenſium *Perſona*.

Inter quatuor *Pori* filios Primogenitus *Brammon*.

Uxores Filiorum *Pori*, Mulieres quatuor in IV. Mundi partibus a Deo creatæ.

res, quot ſunt conditi orbis partes, in quarum ſingulis ſeparatim creatas volunt mulieres quatuor, totidem Illis *Pori* Filiis in conjugium deſtinatas, ſemel, ac in ſua quiſque regione eas obviam, quantumvis inſperato, habuiſſent.

Mundo *ætates* IV. tribuunt Indi omnes.

Hæc in prima mundi ætate; (nam quatuor, ut Indi omnes, ætates mundo tribuunt;) contigiſſe Banianenſes affirmant;

Banianenſium fabulæ de prima Mundi creatione ex corruptis fontibus Traditionis, & Fidei noſtræ Sanctiſſimæ.

quæ licet magna ex parte fabulis involuta mirificeque corrupta, veſtigia tamen aliqua priſcæ traditionis a Patriarchis noſtris Sanctiſſimis derivatæ de Mundi, & Adami creatione palam retinere videntur. Sed in ſecunda ætate multo longius a vero miſeri Banianenſes diſceſſerunt. *Brammon*, qui antea nonniſi nudus homo fuerat, & in una *Orientis* parte hominum propagator & doctor, evadit mox totius naturæ creator.

Mundi, & rerum omnium *ætatis primæ* deſtructio per univerſale diluvium.

Mundo, qui prius erat, univerſalis diluvii aquis ob immania hominum ſcelera deſtructo, extinctis corporibus, & animabus in Dei ſinum receptis,

Mundi, ac perfectiorum rerum *ætatis ſecundæ* nova creatio.

actum eſt de nova alterius Mundi, perfectiorumque creaturarum Fabricatione. Itaque e cacumine *Meropurbatei* montis ſupremus Imperator Deus, quamvis nulla jam terra eſſet, quæ jam perierat, Terræ tamen, O fabulam male ſutam! *verbo* ſuo ſic jubet: *Egredere Bremaw creaturarum omnium viventium in ætate ſecunda Princeps*.

Bremavv omnium Princeps, *Wiſteney*, & *Ruddery* e terra dei *verbo* atque imperio producti. *Bremavv* creator Mundi *ætatis ſecundæ*.

Quem ubi terra e ſinu ſuo ſtatim projecit, juſſa eſt eodem quoque modo proferre *Wiſteney*, & *Ruddery*. Quandoquidem vero *Bremawo* traditum fuerat creandi munus atque poteſtas, cogitare cœpit quo pacto commiſſam ſibi provinciam pro dignitate abſolveret;

Bremavv Mundum creaturus, quaſi fœmina pariens, mirum in modum tumefactus diſtenditur, finditur demum, & *gemellos* enititur: *Ceterupa*, & *Manovv*.

cum ecce ut gravida mulier partus difficultate, & angore concuſſa, totus fere ad agonem uſque vehementiſſime quatitur, & contorquetur; & quamvis ſtatura ſit omnium procerrimus, in immenſum tamen viſcera ſibi tandiu intumeſcere, & extendi perſentit, quandiu univerſum & integrum, quod gerit, corpus diffiſſum *Geminos* emittit e dex-

e dextero latere marem, e ſiniſtro fœminam: hanc *Ceteroupa*, *ſtellæ*, ut ex Indorum lingua interpretor, *figuram*, ducto vocabulo a binis hiſce ſimplicibus छत्र-रूप *Cetr-Rup*: illum *Manow* ſic dictum tanquam ſpiritum lumine plenum; inde enim puto مانشيي *Manùſia* Malaice: *Manùſpaja*, & *Minihaa* Singalaice, & vulgo apud Indos omnes मानुस *Manùs* hominem quaſi a lucis fulgore ſpectata natura mentis appellari, quemadmodum *Mani* mirifici ſplendoris lapis in myſteriis Indorum celebratiſſimus nuncupatur. Malaei enim hominem quâ corporeus eſt, vocare ſolent اورڠ *Oerang*. Sic videri poterit Brammha prægnanti mulieri, ſive fœcundæ naturæ ſimilis, quam ut adumbrarent Ægyptii, teſte Horapolline lib. II. Hierogl. cap. 14. pingebant ἡλίου κύκλον σὺν ἀστέρι μετὰ ἡλίου δίσκου δίχα τετμημένου *circulum Solis cum ſtella, & Solis diſco in duas partes diviſum*. Banianenſes, qui ex viſceribus Bramhæ in eum modum diffuſis non homines ſolum, ſed Mundum univerſum ſecundò creatum ſomniant, longe impius quam antea de Deo Creatore ſentiunt. Multo etiam ſceleſtiores ſunt Bramhanes alii pene omnes, quibus ea eſt communis plane, & ſacrilega opinio, quod *ovum primigenium*, mundi nempe eſſentia una eademque individua res ſit cum *Bramha conditore*, ejuſque natura in Orbem extenſa. Id eſt, quod obſervant Auctores Part. VIII. T. VI. de Relig. Ind. Rit. pag. 296. In eaque operis cum opifice confuſione longo intervallo Bramhanes ab Ægyptiis diſſidere declarant: *Les Egyptiens, en dépeignant le Createur de l'univers avec un œuf ſortant de ſa bouche, ne confondoient point l'ouvrier & l'ourage, au lieu que ſuivant le principe des Bramines, il ne paroit pas que l'un ſoit diſtingué de l'autre*. Hujuſmodi tamen im-

Exponitur *Ceterupa figura*, ſeu *forma ſtellæ*: & *Manovv luminoſus*, & *ſplendens*.

Ex lumine, & fulgore rationis dictus creditur homo *Manuſia*: uti & a luce lapis *Mani* apud Indos.

Cum partu *Bremavv* comparatur Symbolum Ægyptiacũ Mulieris prægnantis.

Banianenſium, & Bramhanum opinio de Mundi Creatore quam impia.

Cum natura creata confundere videntur Bramhanes Creatorem; quod non fecerunt Ægyptii.

impietatis genus P. Buchetus in Epiſt. ad Huetium non omnibus, ſed quibuſdam tantummodo tribuere videtur, ubi ex Indorum ſententia refert *Mundos quatuordecim in ovo contineri*, aut, ut alii quidam affirmant, in *Bruma*

Bramhanes ſe eſſe dictitant eãdem ipſam ſubſtantiam, & naturam Bramhæ.

ipſo: quamvis apud Auctores Diſſert. de Diis Ind. Or. Bramhanes univerſi uti ſe e capite, aut ex ore Brammhæ natos jactitant, ita mira confidentia, & explicatiſſimis verbis prædicent ipſiſſimam eſſe ſe naturam & ſubſtantiam Brumæ. La-Crozius, qui tam frequentia & illuſtria Bramhanum teſtimonia de veri Dei exiſtentia retulit; ac celebravit, illud tamen monſtri totam hanc eorum religionem immaniter fœdare, ac ſubvertere agnovit L. VI. H. Chriſtian. Ind.; quôd

In *Ente ſupremo* ante *creationem* rerum *ſexus duos* inter ſe conjunctos vere contineri; ſed in creationis exordio ſeparari, Indorum opinio eſt undique impia & portentoſa.

velint, ita ſupremum Ens omnia rerum creatarum principia continere, *ut vere in ſeipſo incluſa gerat, eſſentiam, vires, & realem naturam utriuſque ſexus:* nec alia ratione credant exordium creationis a Deo inſtitui, niſi ſeparatis ſexubus, quos antea conjunctos, atque confuſos in ſe intime retinuerat. Nepallenſes interea *Bramha* originem,

De Mundi creationis exordio fabula Nepallenſis. *Chaos*, & *Nharen* duo rerum omnium principia.

& Mundi creationem aliter narrant. Quum nihil rerum eſſet, præterquam immenſum *Chaos* aquarum, & *Nharen* नाहरेन ſolus; Is ipſe tanquam Nymphææ, ſeu Loti folium cujus formam induerat, ſupernatabat aquis. In ejus centro

Nharen *ſemen Mundi* centro *Loti* incluſum, & ſupernatans aquis augetur, immenſum in *orbem* explicatur, ſcinditur in partes duas.

ſedebat incluſum *Semen Mundi* ut ſtilla roris, quæ vi ſua majorem in orbem continenter aucta ovum tandem evaſit magnitudinis propemodum infinitæ. Eo in æquas partes *orinzontaliter* ſciſſo, Bramha ex ipſius centro effluxit; at pars altera in altum diſſiliit, immobilis altera ſubſedit in

Bramha ex *Orbis* ſeu *Ovi* centro editus quomodo *continentes ſeptem*, totidemque *Cælos* ex ſectis Ovi partibus, tunicisque formarit.

aquis. Tum ex utraque parte Bramha *Continentes* ſeptem totidem interjectis Maribus conſtruxit; ſeptem vero Cælos ex ſeptem Ovi tunicis fabricatus eſt. Accepimus hæc e Mſs. narrationibus PP. Capuccinorum, quæ, ſi lubet, conferri poterunt cum ſuperioribus pag. 65. Malabares & Coro-

romandelenſes, referente Baldæo, uti obſervant laudati Scriptores P. VIII. de Rel. Ind. Ritibus pag. 296., *germen*, ſeu *ſemen Mundi* appellant *Ixorettam*, quam *Bavani* mox Nepallenſes vocabant. Verum inter hos & Malabares non levis eſt in cœteris diſcrepantia. Nam iſti præterea quinque elementa in ovo contenta memorant: flammam, & aerem ex eo prodiviſſe volunt: ovum in partes inæquales diviſum, unde Cælum & Terra formata ſunt: Tunicas item ſeptem eodem modo diviſas, ſed ita ut ſuperiores tunicæ, Cælos ſeptem: Mundos vero ſeptem, inferiores conſtruxerint, arbitrabantur. Has denique partes omnes inter ſe conjunctas fingunt ope funiculi, ſeu fili a ſummo ad imum per centrum transducti, in cujus ſummitate ſedeat *Ixoretta*. *Filum* ad Semen ſignificandum veteres uſurparunt. Addunt montem e terra ſurrexiſſe, in ejuſque vertice apparuiſſe figuram trianguli oſtendentem neſcio quid orbiculati e medio prominens, quod *Quevelingam* vocant. Iiſque duabus figuris ſexus, ajunt, duos repræſentari, quos tamen ob arctiſſimum vinculum, quo alter alteri adhæret, unum idemque eſſe contendunt. *Iſorettam* ne cum *Iſuren* confundamus admonent; nam nec *Iſis Ægyptia* erat forte cum *Oſiride* confundenda. Verum ſicuti Oſiris *ſemen Dei*, & *vis ſeminalis* rerum habebatur apud Ægyptios, idem etiam Φυσικῶς erit fortaſſe *Iſuren* apud Indos; quamvis *ſemen*, ſive *germen Mundi* μυθικῶς Iſoretta dicatur. Jam vero ſi Bramha Nepallenſium ex centro ovi exivit; Bramha Malabarum aliud non erit quam *flamma* & *aer*; Hi enim duo iſta indidem exiviſſe tantummodo memorant. Sed in eo imago quædam apparet *Phtha*, Vulcani ſcilicet Ægyptiaci, de quo diximus num. XLIII. pag. 67. Quid ſi & ipſe ſit *Jupiter* aer, æther, & univerſus cæli ambitus? Ætheri enim, quo nomine veteres Jovem ſæpiſſime appellarunt, *vim omnia adſtringendi* tribuit apud Clementem Alexandri-

Semen Mundi apud Malabares, & Coromandelenſes, *Ixoretta*: eadem quæ *Bavani* Nepallenſium.

Malabarum, & Nepallenſiũ opinio de creationis principiis, in quo differat?

Ixoretta in ſummitate funiculi orbes omnes conditos conjungentis.

Figura trianguli cum orbiculo prominenti, quæ in prima Mundi creatione e vertice montis apparuit, quid repræſentet?

Bramha Malabarum *flamma*, & *aer*.

Bramha Indicus *æther omnia adſtringens*, & *Jupiter* ipſe.

drinum V. Strom. Empedocles in eo verſu:

.... ἢ δ' ΑΙΘΗΡ, σφίγγων περὶ κύκλον ἅπαντα.

.... AETHER, *qui cuncta aſtringit in orbem.*

Jupiter transformatus in *Cygnum.*

Jovis Metamorphoſis, qua ſe transformavit in *Cygnum*, notiſſima eſt, & mille Græcorum, Latinorumque Poetarum carminibus celebrata. Neque de ea ſiluit Nonnus, qui duodecim impuriſſimi dæmonis amores numerans in VII. *Dionyſ.*, de octavo ſic cecinit:

Octava Metamorphoſis Jovis ex Nonni Dionyſiac.

Ὄγδοος ἔμφρονα ΚΥΚΝΟΝ ἄγει γυμνόχροϊ Λήδῃ

Octavus prudentem CYGNUM *adducit nudum corpus habenti Ledæ:*

Clementis Alex. irronia in *Cygnum*, & *Jovem.*

ut merito Clem. Alex. in Protrept. eleganti irronia Gentiles provocans de ſuo hoc Cygno, deque Jove ſuo roget: Ποῦ ὁ ΚΥΚΝΟΣ; ποῦ δαὶ αὐτὸς ὁ ΖΕΥΣ; *ubi* CYGNUS? *ubi vero* JUPITER *ipſe?* γεγήρακε μετὰ τοῦ πτεροῦ .... τέθνηκε ὁ ΖΕΥΣ ὡς Λήδα, ὡς ΚΥΚΝΟΣ: *una cum penna conſenuit .... mortuus eſt* JUPITER *ut Leda, ut* CYGNUS. Eadem eſt *Bramhæ* in *Cygnum* transformatio: eumque ſecum in Cælo ſuo *Satialogam* retinet una cum *Saraſſvadi* uxore, nec alio, per omnia itinerum ſpatia, vectore utitur quam *Cygno*, *qui eſt la voiture dont il ſe ſert dans les voiagês qu'il entreprend:* uti narrat Auctor Diſſert. de Diis Ind. Or. capp. IV. & XI. Tom. VI. ſæpe laud. de Rel. eorum Rit. Alii vero vehentem *Bramhæ* faciunt *Ampſam*, avem Querquedulæ ſimilem, teſte Scriptore Diſs. ſequentis pag. 249. Sed Miſſionarii noſtri *Anſerem* dicunt. Erat autem Anſer apud Græcos, Romanos, aliaſque gentes avis Soli, Junoni, Priapo, & Iſidi ſacra, arbitro & ſequeſtro Cupero in Harpocrate. Idemque jam pro re explorata habet doctiſſimus A Turre. Nec Cygni ſolum, verum etiam *Cervi* corpus a Bramha animatum ex Indorum ſententia tradit laud. P. Buchetus: *Bruma a animè le corps d'un Cerf, & celui d'un Cygne.* De transformatione in Cygnum nonnulla mox diceba

Bramhæ transformatio in *Cygnum* eadem quæ *Jovis.*

Vectores Bramhæ *Cygnus*, *Ampſa* aut *Anſer.*

Anſer *Soli*, *Priapo*, *Junoni*, & *Iſidi* ſacer.

Metempſychoſis, ſeu *transformatio* ſecunda Bramhæ in *Cervum.*

bamus, unde conjicere liceat, cur hymnorum, & cantus veluti Auctor *Bramha* ſpectetur ab Indis. Quum enim ob magnitudinem potentiæ ſuæ tam ſuperbe de ſe ſentiret, ut nullum obſervantiæ genus *Eſwara* deferret, non ita effugere potuit Fratris iram, quin ei ſtatim meritas pœnas daret. Tum *quinto* multatus capite, *quatuor*, quæ ſibi reliqua erant, in eam cogitationem erexit, ut *Eſwaram* tempeſtive placaret *par des hymnes*, ſicuti legitur in Part. VI. Tom. VI. de Rel. Ind. pag. 245., *qu' il compoſa à ſa louange*. Et hunc Deum Creatorem colunt Indi, qui ſibi caput adimi ſinit, & ademtum reſtituere neſcit? Nae illi caput amiſerunt omne, dum his nugis nugaciſſimis fidem tam ſtolide præſtant!

Bramha in *Eſvvaram* ſuperbus, & inſolens.

Ira percitus *Eſvvara* unum ex quinque capitibus *Bramha* abſcindit.

Bramha compoſitis hymnis demulcet *Eſvvaram*, eumque placat.

Bramha decollatus, ac mutilus, quam impotens, ac ridiculus Deus rerum omnium Creator.

LVI. Quôd itaque *Bramham* in Cygnum transformatum velint, cauſa eſſe potuit, hymnorum, & canticorum inventio ei uni tanquam Auctori tributa. Quare ipſi quoque Ægyptii (tradit Horus Apollò), *volentes ſenem muſicum commonſtrare* κύκνον ζωγραφοῦσι *cycnum depingunt, quòd hic ſeneſcens ſuaviſſimum edat concentum*. Sic Bramhanes religioni ducunt ſacrum *Vedam* legendo percurrere, rati nefas eſſe aliter quam cantando, illius verba proferre, ut nedum Bramhæ perſonam, ſed & Bramhæ cygnum ſe eſſe ea quoque ſuperſtitione fortaſſe demonſtrent. De illius in *Cervum metempſychoſi, ac transformatione* pauca, quæ ego addam, modo ſuperſunt. Amant cantica *Cervi*, amant & *Tauri*, obſervante Porphyrio in III. de Abſtinentia §. 6. Sed ut Cervum animaret, non una fuit muſici concentus illecebra, quæ Bramham impulerit, ſed ipſa cumprimis extremæ libidinis vis, & propudioſa voluptas. Proh ſcelus! Credunt Indi, teſte laudato Scriptore pag. 142. *Viſtnoum*, & *Eſwaram* non indigere fœminarum connubio, ut filios procreent, *puis qu' il leur attribuent la puiſſance de les produire par un ſeul acte de la volonte*, quippe qui uno voluntatis nutu eos in lucem educere, & fabricari queant.

Bramha transformatio in *Cygnum* ex hymnis, & cantu ab eo primum inventis, profecta.

Cygnus in ſacris Ægyptiorũ Muſici ſenis ſymbolum.

Non licet Bramhanibus verba libri *Vedam* ore proferre, niſi cantando.

Cervi, & *Tauri* cantu delectantur, & ſono.

Bramha non tam cantus, quam *belluinæ libidinis* cauſa animavit corpus *Cervi*.

Viſtnu, & *Eſvvara* non opus eſſe fœminarum miniſterio ad liberos procreandos, Indi profitentur.

Mul-

Multo itaque minus ad ſobolis propagationem indiguiſſet fœminis princeps ille rerum omnium Creator *Bramha*: Nihilo tamen minus *Cette même Hiſtoire dex Dieux raconte, que* BRUMA *voulant ſe marier avec ſa fille, & prévoiant que non ſeulement elle ſeroit difficulte d'y conſentir, mais encore que ſon mariage n'avroit pas l'approbation des autres Dieux, il ſe metamorphoſa en* CERF, *qu'ainſi déguiſé, il pourſuivit ſa fille qui le fuioit, juſqu'à ce qu'elle fut arrivée dans une Forèt fort epaiſſe, & fort obſcure, & que ce fut en ce lieu écarté & ſolitaire, que furent célébrées ſes inceſtueuſes nôces*. Ecquid, amabo, turpius, quid ſceleſtius, quid *Deo Creatore* indignius percipi poteſt? Non contentus *Bramha* priori inceſtu, quo ſe cum *Matre* concumbens tam impie fœdarat, *Cervus* deinde factus deperit filiam, inſequitur fugientem, interque denſiſſimæ ſylvæ umbras comprimit invitam, & Bramhanibus e capite ſuo, adeoque & a Cervi cornibus natis, quoties ſolitudines *ſacras* contemplationis, & *pœnitentiæ* cauſa ex more petunt, novi, ejuſque ſordidiſſimi inceſtus exemplum, quod meditentur, relinquit. Eccuinam Indicus *Bramha* idem eſſe non videatur, ac *Jupiter* Ille, quem pari omnino turpitudinum labe Clem. Alex. in Protrep. pag. 11. pollutum oſtendit? *Hic ipſe Jupiter, qui genuit, coit, cum* τῇ Φερεφάττῃ *Proſerpina ſua filia poſt Matrem Cererem, oblitus prioris ſceleris. Pater, & corruptor puellæ Jupiter, & coit factus Draco*, (Indis pro Dracone *Cervus*) *convictus quiſnam eſſet*. At *Cervi*, qui *ſæviunt*, ut ait Solinus, *rabie libidinis efferati*, erant apud Gentiles Iſidi multimammeæ ſacri. Deæ ſimulacrum cum tribus cervinis capitibus, quæ circum Illius femora extant, exhibuit Kircherus in Oedip. Tom. 1. pag. 190. Cervum Dianæ, vel Lunæ ſacrum tum ex Nummis Commodi & Caracallæ, tum ex Callimacho, & Claudiano teſtibus probat Gisbertus Cuper. in Harpocr. pag. 64. Sed ipſi

Bramha ſub forma *Cervi* inceſti flagitium cum *Filia* committit.

Ut *Jupiter* Matrem *Cererem*, & Filiam *Proſerpinam*, ſic *Bramha* Matrem, & Filiam gemino inceſto polluit.

Cervi *Iſidi*, *Dianæ*, *Lunæ*, *Apollini*, *Oſiridi*, adeoque *Baccho*, ac *Soli* ſacri.

ipſi etiam ſoli eos *ſacrari* arbitratur, quum *Apollo* Cervum *manui impoſitum habeat in nummis Juliæ Domnæ & Balbini a Mileſiis ſignatis apud Patinum, & Seguinum, non ſecus ac* OSIRIS *vel Sol in Trajani Nummo apud eundem.* Si itaque *Cervi*, & *Cygni* inſignia inſpiciamus, facile deprehendemus Bramham Indicum eundem eſſe ac Jovem, Ammonem, Apollinem, Bacchum, Oſirim Μουσηγέτην, Pana denique ipſum, & Solem.

LVII. Quod tandem ajunt Indi de *Bramha*, *qu'ils diſent*, teſte P. Bucheto in altera ad Huetium epiſtola, *s'être montrè ſous mille figures différentes*, argumento eſt, eorum opinione eundem fuiſſe *Bramham*, qualis erat, *Sol* & *Jupiter* apud Gentiles. Nam αὐτὸν ἐν ὕλῃ ΔΙΑ, τὸν ΗΛΙΟΝ, ϗ αὐτὴν τὴν ΗΡΑΝ ἐν ὕλῃ τὴν ΣΕΛΗΝΗΝ, SOLEM *ipſum in materia eſſe* JOVEM, & LUNAM *ipſam in materia* JUNONEM, Plutarchus in quæſt. Rom. pro re omnibus comperta & explorata docuit. Quamobrem uti ΖΕΥΣ τὰ πάντα JUPITER *omnia* Euphorioni, & Æſchylo apud Clementem Alexandrinum in V. Strom., & apud Apulejum Orpheo; ſic eſt Indorum *Bramha* τὰ πάντα. वृहस्पती *Brihaſpati*, & *Briſpiti*, (ut efferunt ſæpe laudati Miſſonarii;) *Brahaſpeti* in P. VI. de Rel. Ind. R. pag. 235; tum Vulgari Indoſtanica, tum Samſcretica lingua ſidus *Jovis* appellant; unde quintus hebdomadæ dies वृहस्पतीवाल *Brihaſpati-Val*, aut *Brahaſpeti-Varam*, *dies Jovis* vocatur. Idolum fingunt hominem flavi coloris throno inſidentem, qui non aliter quam Bramha, dextera coronam ex trajectis, mobilibuſque globulis textam, ei ſimilem, quæ *precatoria* dicitur, ſuſpenſam gerit: ſiniſtra vero *librum*. Deum hunc ex eadem, qua *Bramhanes*, ſtirpe editum celebrant, eumque tanquam omnis *fortunæ*, ac *proſperitatis* Numen larga munerum, ac ſacrificiorum oblatione honorant. Colitur eodem die una ſimul

 cum

Bramha innumeras induit formas.

Ut *Sol*, ita & *Bramha*, in materia *Jupiter*.

Jupiter, & Bramha τὰ πάντα *omnia*.

Brahaſpati, aut *Brehaſpeti* apud Indos *Sidus Jovis*.

Brahaſpati-Val, ſive *Brahaſpeti-Varam* dies Jovis.

Effigies *Brahaſpeti* dextera coronam *precatoriæ* ſimilem, ſiniſtra librum gerit.

Fortunæ numen Jupiter Indicus.

Dea ſcientiarum una cum Brahaſpati eodem die colitur.

cum *Brahaſpati*, Dea ſcientiarum स्वरास्वती *Suaraſuoti*, quæ & मंजुस्वरी *Mangiuſuori*, a *Tibetanis* pariter culta, nuncupatur. Hinc factum puto cur *Bramha* nomen nonnulli *ſcientiam* ſint interpretati. Eadem enim eſt, quæ *Bavani*, & ब्रम्हानी *Bramhani* Bramhæ uxor & ſocia in creatione Mundi; ſimilibus propterea *corollæ* & *libri* inſignibus apud eas gentes diſtincta. Colligo ex his *Jovem Brahaſpati* eundem ac *Bramham* in Vetuſtiori Indorum *Theogonia* fuiſſe. Et *corolla*, mea quidem ſententia, demonſtrat *Orbium Univerſorum ſeriem*, quos *Bramha* complectitur uti Creator: ſed Indorum vulgus eam eſse dictitat, quo Deus ut illi ſolent, in *ſuperſtitioſiſſimis* quibuſdam precibus recitandis utebatur, dum *pœnitens* ob ſcelera abs ſe commiſsa oraret: *Liber* vero præfigurat tum ſapientiam & artem, quarum ope molitus eſt creationem; tum legem in *Vedam* Bramhanibus traditam: tum litterarum ac artium inventionem ei tributam: tum denique *Fati* decretum, quod Ille mortalium omnium vitæ, eorumque eventibus, & actionibus figit. Divinum præterea librum *Panjangam* ab ipſomet *Brahaſpeti* bonorum Angelorum Magiſtro conſcriptum ferunt, in quo *Neſaſti Faſtique* dies ad minimas uſque horarum particulas conſignati erant. At nomen *Brihaſpeti* neſcio quid Ægyptiaci ſapit, mihique eum ſignificat, qui vitam Orbi tribuat, ſive *Orbem viventem*, aut *rotam*, & *plauſtrum vitæ*. Præter ea, quæ diximus de voce *Brehi*, alia plura obſervanda ſuperſunt. Ⲃⲣⲉϩⲓ *Brehi* namque eſt apud Ægyptios *Trochea*, *rota*, *currus*, & *plauſtrum*: Unde quod Gr. habet Amos II. 13. ὃν τρόπον κυλίεται ἡ ἅμαξα, *ſicuti volvitur plauſtrum*. Copt. legit ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲉ̀ ϣⲁⲩⲥⲱ ⲕⲉⲣⲕⲉⲣ ⲛ̀ⲟⲩⲃⲣⲉϩⲓ: Huic adde ϫⲫⲓⲉ̀ϯ *vivit* mutato ϫ in ⲥ, quod ſæpe fieri, dum ad alienas gentes nomina migrant, exempla multa demonſtrant, ut شباس , شمنوت *Sebaſch*

Saraſvoti, Mangiuſuori Dea, & ipſa Tibetanorum, eædem, quæ Bavani, & Brambani Conjux, & adiutrix Bramhæ in creatione Mundi.

Bramha, & Jupiter Brahaſpeti, idem.

Coronæ & libri Symbola explicantur.

Panjangam liber a Brahaſpeti ſcriptus quid?

Brahaſpeti nomen quibus ex Ægyptiis vocibus componi potuit.

Brehi-ſpiete Ægyptiace exponitur *Orbis, rota, aut currus vitæ.*

baſch, & *Semanutha* ex Ⲭⲁⲛⲁⲥⲉⲛ, & Ⲭⲉⲙⲛⲟⲩϯ, erit compoſitum Ⲃⲣⲉϩⲓⲭⲫⲓⲉϯ *Brehiſpieti* rotam, ſeu currum vitæ circumvolutum, adeoque *Sidus Jovis*, & *Bramham* apprime deſignans. De curru Jovis, deque Imagine Solis chryſtallo incluſa, ſacriſque altaribus præferri ſolita in proceſſionibus militaribus Perſarum, videſis quæ Curtius in Proceſſione Darii, quæ Strabo, ac Dio Chryſoſt. in Orat. Boryſthenica XXXVI. litteris commendarunt. Quod ſi *Orbem ſpumantem* interpretari ſubeat, Ægyptiaca Ⲭⲉϣⲥⲫⲏⲓϯ *Seſcſpheiti*, & per aphæreſin *Speiti* occurrit, quæ cum *Brehi* conjuncta, eandemque Tibi vocem, eundemque ſenſum facili negotio exhibere queat. Altera accedit ejuſdem vocis Ⲃⲣⲉϩⲓ ſignificatio, eaque eſt *Vitulus*, & *Juvencus*, unde manare potuit ब्राह्ही *Brahhi* quinta inter Deas octo Civitatum Nepallenſium cuſtodes, ita dicta a Nigro, cui inſidet *Tauro*, quod is fortaſſe eſſet hujuſmodi Deæ Sacer, non aliter, quam Apis Iſidi, ut veterum plures tradiderunt. Nec me multum movet, ut credam non eundem eſſe Deum *Bramham*, & *Brahaſpeti*, quòd eos pari Religionis cultu non proſequantur Indi. Id enim tribuendum cumprimis eſt ambitioni, avaritiæ, ac publicæ fraudi Bramhanum, qui priſcos Gentilitatis honores Bramhæ ſublatos ſibimetipſis inſolentiſſime vindicarunt, multis interea excogitatis, ſparſiſque fabellis, quibus inſanæ plebeculæ perſuaderent, Diis aliis ita judicantibus, e Templorum, ſtatuarum, & ſacrificiorum jure ob commiſſa crimina Bramham merito excidiſſe. Teſtis ecce adeſt Auctor Diſſert. de Diis Indor. Or. cap. 3. *Pretendent*, ait, *que étant eux-memes ſubſtanciallement le Dieu Bruma, c' eſt auſſi à eux que les Peuples doivent rendre leur reſpects & adreſſer leurs vœux, & qu' il n' y a point de moien plus aſſuré pour obtenir une felicité éternelle après la mort, que leur donner abbondamment des biens qu' on poſſéde en*

Currus Jovis, & Imago Solis in Proceſſionibus militaribus Perſarum

Brahi Dea Nepallenſium nigro Tauro inſidens, ita forte vocatur ex *Brehi juvencum* apud Ægyptios ſignificante.

Cur Bramhanes *Bramham* non æque, ac *Brahaſpeti* hodie colant?

Quo conſilio Bramhanes uti naturam ipſam, ſic & detractos *Bramhæ* honores ſibi arrogaverint

Nulla forte ab initio extititapud IndosImago *Bramha*: Cur?

ce monde. Quamvis ſuſpicari liceat nullis ab initio imaginibus *Bramham* fuiſſe cultum ex Inſtituto Bacchi, qui è Jovis Ammonis Templo, obſervante Huetio, omnem Dei effigiem excluſam voluit: præſertim quum *Amun* Ægyptiaca lingua inter cetera *occultum* ſignificet: quodque occultum eſſet, nec ſub hominum aſpectu caderet, nulla fortaſſe ſive ſcalpri, ſive penicilli ope exprimi poſſe crederetur. Hominis forma, quam τῷ *Brahaſpeti* affingunt, cauſam aperit, cur Bramhæ nomen alii ad *hominem* ſignificandum trahant, alii *ſcientiam excellentiſſimam* interpretentur. Eſt enim humani generis propagator: idemque etiam eſt eorum opinione rerum univerſarum architectus, & opifex, ſumme potens, ſummeque intelligens. Hujus vero ſymbolum, & ænigma erat apud veteres homo. Sic enim de Ægyptiis ſcribit Clemens Alexandr. in V. Strom. pag. 567. Σύνεσιν καὶ μνήμην, καὶ κράτος, καὶ τέχνην ὁ ἌΝΘΡΩΠΟΣ αἰνισσόμενος, τοῖς ἱεροῖς πρὸς αὐτῶν ἐγγλύφεται: *Intellectum, memoriam, potentiam, & artem* HOMO *ſignificans ab eis in ſacris inſculpitur*. Eaque forte ſunt, quæ per *hominis* ſymbolum in *Brahaſpeti*, ac *Bramha* creatore Indorum vetuſtiſſimi ſignificari voluerunt. Sic *Opifex intellectus, qui*, teſte Jamblicho, *& veritatis eſt dominus, atque ſapientia, quatenus in generationem progrediens occultam latentium rationum potentiam traducit in lucem*, AMUN *Ægyptiaca lingua vocatur*, Bramhæ Indico tam apte accomodatus videri poteſt, ut Amonem ipſum Ægyptium in Indias tranſmigraſſe facile putes. Hoc idem de *Priapo* ſenties, quem Indi pro Bramha accipiunt, & *Lingam* ubique invocantes mira cum infamia, & impietate adorant: *Depuis qu'on a diſcontinué de dreſſer des ſtatues à Bruma . . . . les Bramines l'adorent ſeus l'idée que les Romains avoient autrefois du Dieu Priape . . . . les Idoles, ou les repréſentations de Priape, que l'on forge pour*

Forma hominis Jovi Indico tributa cauſa fuiſſe conjicitur, cur alii *hominē*, alii *ſcientiam* Bramhæ nomen interpretentur.

Ad *intellectum*, *memoriam*, *potentiam*, & *artem* demonſtrandā Ægyptii Hierophantæ pingebant *hominem*.

Intellectus opifex abditas rerum cauſas, atque potentiam in lucem proferens *Amun* ab Ægyptiis vocatus, idem ac *Bramha*.

Bramha *Priapus*, *Lingam* dictus ab Indis.

hono-

honorer Bruma, ſont appellées dans les Indes Lingam: Ita in Diſs. de Diis Ind. cap. III. Hæc tamen demonſtrant, Bramham non alium eſſe ab *Iſuren*, ſive ab *Oſiride*, & a *Serapi* Jove in Nonni Dionyſ. nuncupato; dum te non pudeat meminiſſe Simulacri Oſiridiani: ἀνθρωπομόρφου, & ἐξορπάζοντος τῷ αἰδοίῳ.

Bramha idem, ac *Iſuren*, *Oſiris*, & *Serapis Jupiter*.

LVIII. Non eſt etiam diſſimulandus Bramha *Quadrifrons*, qui aut *Mercurium* τετρακέφαλον in Trivio *Ceramico* collocatum, aut *Janum* referre videtur. Nam, ut inquit Servius ad lib. VII. Æn.. *Alii* Janum *diei dominum*, (non aliter quam *Jovem* Feſtus,) *volunt, in quo ortus, & occaſus; alii anni totius, quem in quatuor partes conſtat eſſe diviſum*. Bavius Baſſus apud Macrob. in I. Saturn. cap. 9. *quadriformem* Janum appellat, quod *univerſa climata majeſtate* complectatur: & Arnobius lib. III. *quidam*, ait, *mundum, annum alii: Solem eſſe prodidere nonnulli*. Eaſdem de Bramha opiniones inter Indos verſari ex his, quæ diximus ſatis compertum eſſe poteſt. Addendum tamen eſt *Bramham*, uti narrant laud. Script. Gall. in VIII. P. Tom. VI. de Relig. Ind. pag. 297., ſingulis quibuſque annis æque ac Uxorem *Chatti mori*, atque *renaſci*, quæ quidem de *Oſiride Ægyptii*, de *anno*, atque *Sole* Gentes reliquæ, ac præſertim Romani, commentabantur. Bramhæ quadrifrontis inſignibus communita cernuntur Priaporum monſtra, quæ ad publicæ honeſtatis excidium, bonorumque pudorem per univerſam *Indoſtaniam* in agris, in Urbibus, in Templis fere omnibus erecta paſſim occurrunt. Omnia hæc ex arcano illo Ægyptiorum, ac Pythagoreorum τετρακτὺν *quaternario numero*, unde animæ noſtræ fontem, totiuſque naturæ principium repetebant, manaſſe ſuſpicor. In hunc ſenſum explicat Seldenus p. 209. *de Diis Syris* Pythagoricum jusjurandum: οὐ μὰ τὴν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα ΤΕΤΡΑΚΤΗΝ παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώ-

Bramha τετρακέφαλος idem, qui *Mercurius*, aut *Janus Jupiter*.

Janus quatuor Mundi climata continens, *quadriformis*.

Janus *Mundus*: *Annus*: *Sol* apud Gentiles.

Bramha Indicus ut *Oſiris*, & *Sol* annis ſingulis moritur, & renaſcitur.

Bramha *quadrifrons* Lingamis Indorum inſculptus.

Lingamorum ſpectacula quàm obſcena, & frequentia in Indiis.

Tetractys, ſeu *quaternarius numerus* in Ægyptiorum, & Pythagoreorũ myſteriis animæ fons & naturæ principium.

Pythagorici Sacramenti formula a Seldeno expoſita.

ζώ-

Pythagoreis tantundem erat per *Tetractyn* jurare ac per *Creatorem Univerſi*.

ζώματ᾿ ἔχουσαν: Non per τετρακτὺν ſeu quaternarium numerum, qui animæ noſtræ fontem dedit, in quo perennis naturæ ſive æternitatis fundamenta ſunt; aut in quo æternæ naturæ ſunt radices, hoc eſt non per univerſi creatorem.

Quatuor perennis naturæ radices. Quæ?

Forte enim ῥιζώματα illa ſunt Jupiter, Juno, Pluto, & Neſtis illi, ſeu Aether, Aer, Terra, & Aqua; quæ

. . . . . τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα

Dii Εργάται operarii, *Ammon*, *Hermes*, aliique ex lapide quadrato ſeſe viſendos plerumque exhibebant.

vocabat Empedocles, ſeu quatuor elementa. Quare & Deos Εργάτας *Operarios* ut *Ammon*, *Hermes*, aliique, ex lapide τετραγώνῳ *quadrato* apparere conſueviſſe Pauſanias refert.

Origo *Bramhæ* ex umbilico infantis, nempe *Fratris Viſnu*, arcanum prima fronte videtur difficile captu: explicatur.

LIX. Ex *umbilico infantis*, quo pacto *Bramham* natum prædicent Indi, ne alia monumenta commemorem, audivimus N. XLII. p. 65. *Vixnu* fratrem eum eſſe volunt infantem, cui originem ſuam acceptam referre debeat Bramha: *L'hiſtoire de Dieux, que les Gentils Orientaux adorent, rapporte que Bruma . . . . tire ſon origine du nombril de ſon frere Vixnu, ce qui, ſans deute, eſt incomprébenſibile*, teſte, ac judice Auct. Diſs. de Diis Or. cap. III. Sed quod captu difficile, & arduum prima fronte videtur, planum erit & expeditum, ſi tantum ſectarum placita cognita habuerimus. *Viſnuitæ* toti in eo ſunt, ut *ſupremæ divinitatis* locum vindicent uni *Viſnu*. Contra *Iſurenitæ*, qui omnium Principem Deum, *Iſuren* eſſe contendunt. Utrique tamen ſuum quiſque Deum *inviſibilem*, & *viſibilem* faciunt. Itaque Illi originem Bramhæ repetunt ex Umbilico *Viſnu*, iſti ex *Queveling a* Patre ſive ex *Iſuren*: Illi *Nharen*, quem ego *Solem* eſſe putarim, quemque iidem ipſi cum Nepallenſibus, ceteriſque omnibus, creatarum rerum principium appellant, pro Deo *Viſnu*, Iſti pro *Iſuren* accipiunt. Iis denique Diis pro ſua quiſque vice tribuunt, quod Malabares *Ixorettæ*, imo quod & ipſimet ſive *Viſnuitæ*, ſive *Iſurenitæ* parum ſibi conſtantes, Matris *Bavani*, & *Paraſachti* proprium eſſe

Deum omnium Principem facit Viſnuitarũ ſecta *Viſnu*: Iſurenitarum *Iſuren*; indeque fit cur Illi *Bramham* natum velint ex *Viſnu*: Iſti ex *Quevelinga* Gallice prolato, ſive ex *Scevelingo* Patre.

Nharen Viſnuitis *Viſnu*, & *Iſurenitis Iſuren*, & *Scevelinga*. *Viſnu*, & *Iſuren* cũ *Ixoretta* Malabarum ambo confuſi.

Modo ex *Viſnu* aut *Iſuren*, modo ex una Matre *Bavani*, ſive ex *Paraſachti* natũ faciunt *Bramham* inconſtantes Indi.

cr

credunt. Verum, ut ad umbilicum Viſnu redeam, ſatis veriſimile eſt in eo etiam fabulam adumbrari *Jovis Ammonis*. Is enim, *in Lybia apud Ammonios* (ita ab Ammone Ægyptio, teſte Herodoto, nuncupatos) *colebatur tam ſub forma* capitis arietini, *quam ſub forma* umbilici, *qui a quibuſdam creditur* pyxis Nautica *tam ex figura quam quòd geſtabatur in* auræto navigio, *quando tanquam oraculum pro reſponſo conſulebatur*. Hydii verba recitavimus ex cap. III. pag. 98. de Hiſt. Rel. Veter. Perſar., a quo non eſt ſejungendus Kircherus ſcribens Tom. 1. Oedip. pag. 202. *Unde & primi Ægyptii eum per figuram aliquam incognitam, umbilicum, aut neſcio quid circulare aut ſphæricum affectantem . . referebant*. Ejuſdem formæ Deum *Heliogabalum* interpretatur Seldenus de *Diis Syris* Syntagm. II. pag. 223. *Ego ſane*, inquit Agalibalum, *ſeu* Agol Baal, *ideſt* עגל בעל *Numen illud vocitatum Aſiaticis fuiſſe & merito ſuſpicor: ſonare autem poteſt* Deus, *ſeu* Dominus rotundus ΖΕΥΣ (Jupiter) ἐπικυκλίδιος, *ſive circularis aut volubilis* & ſi *forte* auctore Hydio pag. 116., *melius legendum fuiſſet* עגלי בעל *Aglibaal* 'Αγλιβήλω in ea, quam Seldenus explicat, Inſcriptione. Sequitur Ille porro, & Herodiani verbis Numinis ſimulacrum deſcribit; *lapidem* ſcilicet *magnitudine immani, baſi circulari, in conum deſinentem . . . . cujuſmodi effigies erant Apollinis* 'Αγυιέως, *& Paphiæ Veneris*, ſacrique lapides *Bætyli*, ſive *Bætylia* a Phœnicibus dicti, aut ut erat apud Hydium μύδρος Græcorum. Obſervat denique figuram illam acuminatam eſſe propriam ignis, *qui non modo a veteribus cultus eſt, verum etiam &* SOLEM *ipſum, &* JOVEM *ſignanter denotat. Eſt enim Sol caloris fons:* JOVEM *vero in igne latere, ſeu ab eo cuſtodiri arbitrabantur priſci*. Univerſa hæc gentium Theologia detegitur in *Bramha*, & *Viſnu* Indico cognomento *Nharen*. Hic enim Solem denotat, Hydio teſte

Bramhà ex *Umbilico* natus *Jovis Ammonis* formam præferre videtur.

Ammon in Lybia ſub forma *umbilici*, ſeu *pixidis nauticæ* ex Hydio.

Jovis Ammonis figura priſcis Ægyptiis erat etiã *umbilicus*, aut orbiculare quiddam, & ſphæricum, judice Kirchero.

Sol *Heliogabalus*, ſive *Elagabalus*, Seldeno *Deus rotundus*: *Jupiter circularis*.

Elagabali ſimulacrum ſaxum ab imo rotundum, & conicum.

Bæthyli Phœnicum, & *Mydros* Græcorum *Elagabali* ſimulacro ſimiles.

Lapides acuminati quam apti ad *ignem*, adeoquè ad *Solem*, & *Jovem* repræſentandos.

Nharen Viſnu, *Sol*: Mogolo-Tatarice *Naran*, ita forte dictus a *Nar* igne.

Bramha *Jupiter circularis*.

teſte cap. IV. de Vet. Rel. Perſ. pag. 123: *Ultra Imaum lingua Mogolo-Tatarica Sol dicitur* ناران *Naran*, (La-Crozio *Naraien* Viſtnu,) *& Luna atque menſis* صرا *Sarà*: Quin etiam *Perſice*, & *Arabice* نار *Nar*, in Relandi Diſs. de Vet. Lingua Perſ., *ignem*, antiquis Sabinis *ſulpitur*: & Ægyptiace Ⲛⲓϫⲣⲱⲙ in numero plurium *Nijarom*, aut Ⲛⲓϧⲣⲱⲙ *Nichrom ignes*, ac proinde collectas multiplicis ignis vires ſignificat. Ac proinde ſi *Nharem*, ſeu Viſnu, *Solem*; *Bramha* Jovem igneum ἐπικυκλίδιον proculdubio oſtendet. Qua de re loquentem audio Auct. Diſs. de Diis Ind. cap. 1. *Ils diſent que la lettre* O *eſt cette divinité* Parama-Bruma, *ou pour mieux dire, ils la repreſentent par ce ſymbole ou hieroglyphe, & croient que ceux qui ſont aſſez heureux pour la prononcer en mourant, vont infailliblement & directement jovir de la gloire dans le Ciel*. Accedit La-Crozius ipſe, qui ex Mſs. *Ziegenbalgii*, & *Grundler* alteram, quam viderat, ſymbolicam *ſupremæ divinitatis* Imaginem Indico penicillo depictam referens L. VI. *Chriſt. Ind.* pag. 455: *L'autre eſt bien plus ſimple, ce n'eſt, qu'un Triangle renfermé dans un* CERCLE. Nempe eadem eſt, quam per O, *Parama-Brumæ* repræſentari jamjam dicebamus. Sed in eo, quod addit La-Crozius: *On ne rend aucun culte à ces Images*, vereor ne nimis confidenter nobis imponere velit. Aliter profecto cenſendum eſſe accepimus ex Eo, quem nos ante La-Crozium teſtem adducebamus. Sed quô verſuti hominis conſilia tendant ſatis perſpicuum eſt. Noſtra modo intereſt abſolvere, quæ ſemel cœpimus. Habent & Indi ſacros *Batylos*, lapides ſcilicet in pyramidis, conique formam inſtructos, quibus & aras erigunt, & ſacra ex Religionis inſtituto ſolemniter faciunt; ut in iis non unum *Solem*, ſeu *Viſnu*, quem eo ritu præcipue colunt, ſed etiam *flammam*, ignemque æthereum, adeoque *Bramham Jovem* intelligamus. Hunc ipſum eſſe puto, quem

Sacrum *Parama-Brumæ* ſymbolum apud Indos littera O.

Indi in puncto mortis, ſi litteram O pronunciaverint, recta in Cælum feruntur; ſuperſtitionis, & inſaniæ portentum.

Circulus cum Triangulo inſcripto *Supremæ Divinitatis* Imago apud La-Croz.

De *Supremæ Divinitatis* Imaginibus ſine ullo prorſus honore apud Indos frequentatis La-Crozii teſtimonium fallax.

In ſacris Indorum *Batylis*, *Viſnu*, & *Bramhæ*, Solis ſcilicet, & Jovis ignei cultus detegitur.

Per-

Perſæ apud Hydium vocarunt اذر بهرام *Azuri-Behram* ignem *Martis* ex rubente igneove Planetæ colore. Mars enim erat, judice Seldeno aliiſque pluribus, Jupiter Perſarum. Non defuerunt, qui *Pythagoram* Philoſophorum celeberrimum eundem eſſe putarint ac *Bramham*. Opinionem hanc commemorant Scriptores Partis VIII. de Rel. Ind. Rit. cap. I. pag. 294. eamque paucis, ſed ſolide prorſus, invicteque rejiciunt. Herma Ægyptiorum, ſive Mercurius Triſmegiſtus, aliorum ſententia habitus eſt Bramha Indicus, uti eo loci me admonent laudati nuper Scriptores. In ea tamen inveſtiganda ne moras diu nectam argumenti copia, & amplitudo ſuadet. De *Xaca*, ſeu *Xe-kïa*, quôd *Bramham* credidi, gratulor Auctores habere, qui mihi præeant, animoſque addant ad eam denique opinionem fidentius conſtabiliendam, quam ego antea, ſine duce, ſolis conjecturis me tenuiſſe dubitabam. Jam non ego quæram de *Bramha* an ipſe ſit, quem Cimbris in regione Britaniæ cognitum ſuſpicantur *Thomas Gale*, & *Jo: Georg. Keyslerus*, ſic adnotante *Joanne Jarkio* ad Cap. VIII. *Eliæ Schedii* de Diis Germanis. Nam de voce *Bramha*, quam duo Illi Eruditi Viri legunt pro *Tramai* in Cimbrio lapide, Seldenus ipſe Inſcriptionis editor, *quid ſibi vellet Tramai*, inquit, *ne hariolari quidem auſus ſum*. Verum de his nimis multa; nunc de *Viſnu*, & *Iſuren* pauca ſubjungam.

Behram Jupiter Perſarum Martialis, *Mars* ipſe.

Bramha quorumdam opinione *Pythagoras*, *Mercurius Triſmegiſtus* : *Xaca* : Et *Xe-Chia* Sinenſium.

Bramha nomen priſcæ Cimbrorum Genti in Britania cognitum ſuſpicantur *Gale*, & *Keyslerus*.

Bramha pro *Trama* in Cimbrio lapide a Seldeno edito, *Gale*, & *Keysleri* incertiſſima lectio.

LX. Deum alterum *Mundi Conſervatorem* वीश्नु *Viſnu Malabares*, aliæque finitimæ gentes appellant. *Indoſtani* vero वीश्न *Biſcna*, & वीश्न *Viſcna*. A Perſis divinitatem hanc accepiſſe Indos La-Crozius exiſtimat lib. VI. Hiſt. *Chriſtianiſmi Ind.* pag. 438. & 446. eo fretus argumento, quôd *Viſnu* commune fere nomen gerat cum eo Perſarum *Deo*, cui ſacer eſt dies quintus *epagomenarum* in anno eorum

Mundi Conſervator *Viſnu* Malabarum, & Indoſtanorum dialecto *Viſcnu*, & *Biſcna*.

Viſnu, La-Crozius Perſarū Numen exiſtimavit.

Vibiſhtùsh, ſeu *Vibishtuſhiush* ultimum ex Hydio inter quinque adiectitios dies anni intercalaris Perſarum, Angelum, ſive Deũ *Viſnu* nullo jure interpretatur *La-Crozius*.

Cum Ægyptiorum *Epagomenis* comparat Hyd. dies quinque adjectitios Perſarũ.

Vibiſhtush, & *Vibiſhtuſhiush* nomina Ægyptiacis affinia, quid ſignificare queant, diſquiritur.

intercalari. Nam apud Hydium de Vet. Rel. Perſ. cap. XV. pag. 193. *Angelus*, ſive *Deus* ille appellatur *Vibishtûsh*; ſeu, quod addit Hydius: *Vibishtushiush*. Verum nec ſi Angelus, nec ſi Deus, aut quicquid demum aliud ſit, nobis aperire potuit Hydius: Ægyptiorum tantummodo ἐπαγομένας *cum quibuſdam Diis cognomines* in mentem nobis revocat, ut inde conjiciamus, quid eo vocabulo Perſæ intelligere voluerint. Mihi vero *Vibishtûsh*, aut *Vibishtushiush*, (quandoquidem ad Ægyptios confugere jubeor,) ſignificare videtur *finem ſolemnitatis glorioſæ*: Id enim Coptice eſt: ⲡⲓⲛ ϭⲉⲓϣⲱⲉϭ-ϣⲟϣ: aut ſimpliciter ⲡⲓ-ϣⲱⲉϭ ϣⲟⲩϣⲟⲩ: *compotatio*, ſive *convivium glorioſum*, & *maximum*, ni tibi magis arrideat *Viſcthebthoſc* ⲡⲓϣⲱⲉϭⲱⲟⲩϣ, & verſo *th* in *sh*: Viſctheshoſc *ſolemnitatis finis*. משתה *Miſcthe*, & ob frequentem ἐναλλαγὴν μ in β, π: & ε in υ, aut ου *Piſcthe*, aut *Piſcthu*, feſtum eſt Aſsueri in ſacro libro *Heſter denotans*, ut animadvertit Hydius pag. 268., *compotationem*, ſeu *convivium vini*, & *tale feſtum celebrare*, erat درون يشتن *Derûn Yeshten*. *Talis etiam erat Babyloniorum* Σακέα, *ſcilicet* ساقية *Sakia compotatio*, *ſeu propinatio*. Magi ſolemne illud convivium, & feſtum maximum per omnes quinque adjectitios dies agebant. Ægyptii annum *intercalarem* vocabant ⲟⲥⲓⲥⲕ, auctore Kirchero, quæ vox per metatheſin *Sioſc*, reſpondere poſset, ut modo video, Perſicæ *Shiush*. Ultimus *epagomenarum* dies erat apud ipſos dicatus *Nephthy*, quia Νεφθὼ, inquit Plutarchus in Iſide, *vocant extremas terræ partes quæ Mare attingunt*, *ideoque ultimam eam nuncupant*, & *Typhonis uxorem dicunt*. Nihil igitur eſt cur cum La-Crozio, aut Hydio in *Pentade* Perſica diu quæramus Indicum Numen *Biſnu*; quod multo veriſimilius ab Ægyptiis primum originem ſuam duxit. Plura mihi nomina Coptitæ offerunt, quæ Indicæ divinitatis naturæ, & appellationi non inepte accomodata videri queant.

Exponitur *Vihiſhthush*, & *Vihiſhtuſhiush* aut *Solemnitas illa maxima*, aut *finis ſolemnitatis* ejus, quæ *Miſcthe* in S. libro Heſter, *Yeſhte* a Perſis, & *Sacea* a Babyloniis appellabatur.

Ultimus *Epagomenarum* dies apud Ægyptios ſacer erat *Nephthy*, quæ poſtremo loco nata *finis*, & *extremitas* explicabatur.

Biſcna, aut *Biſcnu* Indos ab Ægyptiis accepiſſe conjicitur.

queant. Ⲡⲓϣⲛⲉ *Piſcne Rete*, ſeu *Sagenam* dicunt: Habacuc I. 16. ⲉⲑⲃⲉⲫⲁⲓ ⲉϥⲉ̀ⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ ⲛ̀ϫⲉⲡⲉϥ-ϣⲛⲉ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟⲧ *Propterea ſacrificabit Sagenæ*, ſeu *Reti ſuo*. Chaldæorum *Idolum* illud eſt, quod hoc in loco S. Propheta *Sagenam*, & *Rete* appellat. Non ignoro pleroſque Interpretes vocem hanc *metaphorice* explicare. Sed huic metaphoræ potuitne anſam præbere *Horus* ille Ægyptiorum *Reticulatus*, & quaſi *Sagena* involutus, qualem egregie repræſentatum cernis in Menſa Iſiaca eruditiſſimis commentariis Laurentii Pignorii illuſtrata? Horus profecto in paludibus circa Butum ab Latona educatus, & Apollo, & Bacchus, & Priapus, & *Mundus* ipſe eſt, reticulatis faſciis, ut puto, involutus, quod bonis maliſque, lucidis ac tenebroſis conſtet, reſque alias in ſe contineat, alias fluere ſinat. Quo etiam ſenſu, (ne unum illum a Cupero adoptatum complectar,) accipi poſſunt *pueri ſeminudi* ab Arnobio in falſa Gentilium religione deriſi. Quid, ſi *Rete* Chaldaicum ſit *Artemis* ἀγροτέρα ἅμα Θεὸς καὶ Δίκτυννα *agreſtis ſimul & Marina Dea Dictynna* apud Plutarchum de Solertia Animal. pag. 965.; & pag. 984. Δικτυννη *Dictynne a retibus dicta*? Hanc ipſam eſſe *Atargatim*, אדיר דג *Aderdaga*, *Magnum Piſcem*, ab Aſſyriis cultam, & a Babyloniis *Salambus* nuncupatam, eandem, quæ & *Derceto* Dea Syria; & Heliopolitana, Strabo, Plinius, Diodorus Siculus, & Auctor Etymologici Magni teſtantur. Non me fugit, quid de *Derceto* Seldenus, Salmaſius, Schedius, aliique ſcribant. Sed ſi, quid ego ſentiam, liberrime proferre licuerit, *Derceto* κατ᾽ ἐξοχὴν inſignem *Maris rubri piſcem* interpretabor. Nam Ægyptii Mare rubrum dicunt Ⲫⲓⲟⲙ ⲛ̀-ϣⲁⲣⲓ; ut ϣⲁⲣⲓ vox ſit, *rubrum aquæ* denotans. Quumque ϣ cum ϫ, adeoque cum ϫ commutari ſoleat, facile fuit Græcis, & alienigenis Ϫⲉⲣⲓⲕⲏⲧⲱ, & Ϫⲉⲣⲕⲏⲧⲱ *Dericeto*, aut *Derceto* ſcribere pro *Scarceto*, ſive *Scerceto*. Δελεφατ *Delephat*, quaſi

Piſcne Ægyptiorum ſermone *Sagena*, & *Rete* in libro S. Prophet. noſtri *Habacuch Chaldæorum* Numen *Sagena Rete* adeoque *Piſcne*; unde?

Piſcne a *Diis* forte *reticulatis*.

Horus Ægyptiorum idem ac Apollo, Bacchus, & Priapus, Mundus reticulatus: Cur?

Pueri ſeminudi ab Arnobio deriſi, forte *reticulati*.

Piſcne Chaldæorum eſſe potuit *Dictynna* a Retibus dicta, eadem, quæ *Atergatis* Aſſyrior. *Salambus* Babylonior. *Dea Syria*, & Heliopolitana, *Derceto*.

Derceto e *Mari rubro* nomen, quo pacto accipere potuit.

Venus e Maris ſpuma delephat; Ægyptiis delphav-, aut delphat oxyrinchus piſcis.

Maris ſpumam ajunt, teſte Heſychio, *Venerem* ἀφροδίτην vocari; eamque ipſam eſſe *Derceto*, & *Salambo* a Babyloniis cultam; ſed ecce ϩⲓ-ⲇⲉⲗⲫⲁⲧ plurali numero, me quoque tacente, prodit aperte Græcum δελεφατ in ſingulari, & ex Arabico interprete *Salaba* سلبا, per *epentheſin* μ; *Scalamba* & *Salambo*, Oxyrinchum apud Ægyptios. Quæ vox ſi a Græ-

Oxyrinchus, Arab. Salaba babyloniis Salambo, Oſyridis ſinus, & Iſis ipſa: cur?

cis ad nativam dialectum transferatur, habebimus continuo Ⲟⲭⲱⲏⲣⲏⲛⲥⲱⲓ *Oſcirinſoi*, *Oſiridis ſinum*, τὰ αἰδία, *Iſin* ſcilicet vi Oſiridis fluvida, eaque ignea tumidam. Narrant enim Ægyptii, ut eſt in Oedip. Kirch. tom. 1. pag. 35. *Oxyrinchum devoraſſe pudendum Oſiridis a Typhone reſectum, ac*

Fabulam Dea in piſcem converſæ ab Ægyptiis primum adumbratam Gentes aliæ ſibi accomodarunt.

in Nilum projectum, ut mirum non ſit, quôd Piſcem hunc Ægyptii tantopere venerari ſtuduerint. A Nilo renata fabula in Oanne deducta eſt ad Mare rubrum: unde Arabice سلبا idem ſonat ac *Scarammò* per enallagen λ & β in ρ & μ; ideſt *rubrum* ſive *igneum*, & *æſtum aquæ*; hinc ad Euphratem, ad Lacum Aſcalonis, ad Græcos denique in littore

Hecate, Salambo Tithyrambo, Nephtys, & Thermutis eadem.

Cretico. *Tithyrambo*, ſcribit S. Epiphanius, *Hecaten alii interpretantur, alii Senephtus*, (ex emendata Kircherii lectione Tom. 1. Oepid. pag. 119. *Nephtis*,) *alii Thermutidi*

Tithyrambo Bovis, ſive Tauri commotio.

ſacra faciunt. Tithyrambo Iſin interpretor, quæ invento Oſiri ita ab Ægyptiis diceretur, quaſi *Bovis vis*, atque *commotio*. Nam *Thyr*; unde Menſis Ⲁⲑⲱⲣ & *Athyr*,

Athyr, per aphæreſin Thyr Ægyptiorũ Taurus.

Arabice هتور *Hatur*; Taurum deſignat; præſertim ſi conſulas Kircherium in *Supplem. Lexici Copti* cap. 5., ubi de ⲱⲣⲓⲁⲥ, ideſt *de Statione Hori* agens, inquit: Arabum التريه *Al-tarieh idem eſt ac Statio Taurina; & aliunde nomen ſuum non invenit niſi a voce Arabica* ثور *Tzuor, quæ*

Tithyrambo exponi poteſt Bos foeta, aut Bos Spiritus aquæ.

Taurum ſignificat: Quanquam unius Heſychii auctoritas: Ἀθὺρ μὴν καὶ Βοῦς παρὰ Αἰγυπτίοις: omnium inſtar eſſe debeat. At ⲉⲙⲃⲟⲛ *embon* vim & commotionem indicat, niſi ſit Ϯⲑⲩⲣⲁⲙⲙⲟϩ *Tithyrammoh* Bos plena, aut *Bos ſpiritus aquæ*, quum hoc idem intelligatur per eas voces *am-mo*;

ut

ut jam monuimus. Moſchus enim in *Europa* Iſim, ac Venerem *Vitulam marinam* appellat. *Thermutis* Bonjurio eſt *Bos mortis*; a radice ⲙⲱⲟⲩⲧ mortem ſignificante; eandemque facit cum *Merri*. Verum *Thermutis*, & *Thyrmutis* ſatis etiam apte dici poteſt *Merris*, ſive *Iſis* ipſa *Oſiridem* mortuum deflens, eumque *invocans*; id enim eſt ⲙⲟⲩϯ *mouti*, indeque *incantatores*, quique *medentur morſibus ſerpentum* dicti ſunt ⲛⲓⲣⲉϥⲙⲟⲩϯ. Atque ob hanc ego cauſam opinor *Thermutin* Ælianum accepiſſe pro *Aſpide*. Hecatem *Venerem Victricem* deſcribit in *Theogonia* Heſiodus, eamque tanquam omnis marinæ prædæ præſidem, atque diſtributricem canit. Hæc eadem *Atergatis* Babyloniorum *dimidia quidem fœmina, inferior vero pars a femore uſque ad imos pedes in piſcem deſinit*; ajebat Lucianus; ſive ut Diodorus ſcribit: *faciem refert mulieris, ſed toto alias corpore piſcem*. Quum itaque, uti exiſtimare licet, velamen ſimulacri ſive integrum, ſive tantum in parte ſui inferiore contextum eſſet ex ſquamis reticulato opere ſertis, formam *Sacculi*, ſeu *Sagenæ*, cujus ore veluti incluſa fœmina ad femur uſque videbatur, potuit a S. Propheta Habacuc *ſagenæ*, & *reti* aptiſſime prorſus aſſimilari. Adiſis, ut hoc integumenti genus intelligere queas Briſſonium lib. III. de Regno Perſ. Illic enim Herodotum laudat, qui Perſarum *arma deſcribens habuiſſe ait: circa corpus tunicas manuleatas* ποικίλους *variis ſquamis e ferro conſertis, in ſimilitudinem piſcium*. Et ſquamis ſic conſertam Loricam vocat idem Herodotus χιτῶνα φολιδωτὸν: Strabo vero κιτῶνα λεπιδωτὸν, ita etiam nuncupatum Piſcem *Lepidotum* ab Ægyptiis in honore habitum, a quibus *Thoracas mutuatos eſſe Perſas* ex Herodoto, idem ipſe Briſſonius obſervat. Ac ſi quid præterea de hujuſmodi Lorica cupis, accipe Silii carmen lib. V.

Venus, & Iſis *Vitula Marina*.

Thermutis, aut *Thyrmutis*, Bonjurio, *Bos mortis*, eadem, ac *Merris*.

Thyrmutis exponitur non inepte Iſis Bos Oſiridem Taurum deflens, & invocans.

Hecate *Marinæ prædæ* Domina in Heſiodo.

Atergatis pars dimidia corporis, aut *facie* tenus, *Mulier* pars reliqua *Piſcis*.

Piſcis, quo veluti incluſa tenebatur Dea *Atergatis*, ſacculi fortaſſe, & Sagenæ ſpeciem referebat.

Lori-

Lorícam induitur: tortos huic nexilis hamos
Ferro ſquama rudi permiſtoque aſperat auro.

Sagena apud Heſych. quævis armatura, ac tegumentum omne.

Σαγηνεύειν eidem Heſychio: quid?

Chaldaicum Idolum ex *vi* prædandi gentes immani, *Sagena*.

Hæc tene: nam ego cetera proſequar. Σαγηνη deinde, obſervante Gujeto, in Heſychium idem eſt ac Σάγη ἡ ὅλη πανοπλία, ἢ περιβόλαιον σκέπασμα *Omnis armatura, & cujuſcumque circuminducti tegumenti genus*. Σαγηνεύειν præterea eidem Heſychio eſt αἰχμαλωτίζειν in ſervitutem μετὰ βίας redigere; Quare Sagenæ nomen a Chaldæis metonymice tributum eſt *Beeltidi* tanquam vi *prædatrici*, quæ omnia complecteretur, ſuoque nutu proſtratas gentes in captivitatem attraheret. Ac neſcio equidem an Babylonii tempore Prophetæ Habacuc id moris tenerent, quod in circumvallandis urbibus antiquiſſimos Perſarum frequentaſſe novimus. De eo agit *Briſſonius* lib. III. de Reg. Perſ. pag. 781. & ſeq., ibique ex Ariſtidis, Himerii, Heſychii, & Herodoti teſtimoniis oſtendit, conſueviſſe Perſas Sagenis circumdare, & expugnare urbes. Unius ego dabo Herodoti verba: *Quarum inſularum ut quamque capiebant Barbari*, ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους *tanquam in Sagenam includebant*. Nec una eſt Venus victrix, cui armatam Sagenam dicarint Ethnici. Nam, ſi ἀγρηνὰ δίκτυα, auctore Heſychio, erat ἀγρηνὸν (ſive *venatorium*, ſive *piſcatorium* dixeris) certum quoddam veſtimenti genus ſimile *reti*, quo utebantur *Bacchantes* δικτυοειδὲς ὃ περιτίθενται οἱ βακχεύοντες Διονύσῳ; Ἀφροδίτῃ generatim tribuit idem Heſychius tunicam *variegatam, & interpunctam*. De his non plura. Redeo ad *Biſcnu* Indicum; quem ego in primis Venerem, aut *Iſidem* ipſam eſſe conjicerem. Profecto cur Iſidem credam, illud me ſtatim inducit, quôd *Viſnu* in *Piſcem* æque ut *Derceto*, & *Atergatim*, tranſformatum Indi omnes conſtantiſſime profitentur. Ejus effigiem egregie ſculptam cernimus in P. VIII. Tom. VI. de Relig. Indor. Ritib. ad pag. 304. Ex ore ſquamoſi, ac lori-

Sagena Perſæ circumvallabant Urbes.

Ἀγρηνὸν Indumentum *reticulatum* Bacchantium.

Veneris Tunica, quæ?

Biſcnu Indicus forte, Venus, & Iſis.

Viſnu, ut *Derceto*, & *Atergatis* transformatur *in Piſcem*.

Viſnu in Piſcem verſi effigies.

cati

cati Piſcis, quaſi ex ſacculo prodit, formamque hominis in parte corporis ſuperiori ad femora uſque demonſtrat in inferiori Piſcem. Brachiis quatuor inſtructus, priori librum Vedam e manibus ſuperbi *Deveta* in imo Maris ſinu latentis ereptum: altero *annulum:* tertio *macharam*: quarto *concham* tenet, ubi Vedam ſervabatur incluſus. Concham, qua Venus Cytherea vecta eſt in Cyprum Inſulam, carmine celebrat Statius L. I. Sylv., ejuſque generis eſſe cecinit Propertius, quæ nobiliores *margaritas* proferat:

Viſnu τετραχειρ tenet manibus: *Vedam*: *annulum*: *macharam*: *concham*.

Concha *Venus* in Cyprum delata.

Et venit e rubro concha Erycina Mari.

Conchæ *Maris rubri* nobiliſſimæ.

Cur ita? a Schedio intelliges. Sunt enim *inter concharum genera Nerites per maria navigantes: præbentes concavam ſibi partem, alteram vero flanti auræ inſtar Veli opponentes. Hinc etiam* ΔΙΩΝΗ *ab humiditate dicta*. Quæ omnia cum *Veneris* marinæ ingenio mire conveniunt. At *Vedam* cum audio non papyraceum Volumen; quamvis & illud *Veneris* ubique, & ſpurcitiæ omnis pleniſſimum ſit, ſed वेद *Bed* ita a Nepallenſibus nuncupatum, primum naturæ principium interpretor. *Bed* enim idem apparet ac *Bedy*, quod Phryges *aquam* vocant, *ſicut etiam Orpheus:*

Nerites, quæ?

Vedam, Nepallenſium ſermone *Bed*, figurate acceptus idem forte ac *Bedy*.

Καὶ Βέδυ Νυμφάων κατολείβεται ἀγλαὸν ὕδωρ.

Bedy Phrygum, & Orphei *Aqua*: Macedonũ, *Aer*.

Quin etiam Dion Thytes ſimiliter ſcribere videtur. At vero Comicus Philydeus, Βέδυ τὸν ἀέρα, Βιόδωρον ὄντα Bedy aerem, qui vitam ſuppeditat, *per hæc intelligit:*

Ἕλκειν τὸ Βέδυ σωτήριον προσεύχομαι.

Haurire poſſim ut Bedy ſalutiferum precor.

Huic opinioni conſentit etiam Neanthes Cyzicenus, ſcribens Sacerdotes Macedonum in precibus Βέδυ καλεῖν *Bedy invocare, ut ſit eis propitius, & filiis*. Hactenus Clemens Alexandrinus in V. Strom. pag. 569. Ex quo conjicimus Bedy Macedonicum Indis fortaſſe placuiſſe, illudque vetuſtiori fabulæ de Venere, Junone, Iſide Marina, & *Biſcna* adjeciſſe.

Ex *Bedy* Macedonico manare potuit *Bed* Indorum.

ciſſe. Annulus *Orbis Dominam*, quam & *Cœli Reginam* Gentiles vocarunt, indicare poteſt, aut ſi ab Ægyptiis tota hæc ſuperſtitionum pompa manavit: Iſidem tenentem *annulum*, ideſt Oſirim, ſeu Indicum *Iſour* इस्वर: ductum forte ex Ægyptiaco ⲡⲓϣⲥⲟⲩⲣ *Piſcſour* deſignante *annulum*, & eum in primis ſacrum, quo Σφραγισταὶ Sacerdotes Boves victimæ deſtinatos notabant. Armatam Venerem *gladius*: Bellonam bella adverſus *Devetas* Gigantes improbos, & maleficos: Victricem denique obtruncati hoſtis cornuta calvaria marinis undis innatans adumbrant. Velum, quod ab humeris *Biſnu* veluti aura agitatum deorſum per interſtitia brachiorum utrinque protenditur, longeque fluit, indicium quoddam eſſe poteſt Stolæ, ac Pepli Iſiaci, de quo multa in Harpocr. Cuperus, & ad Cuperum Steph. Le Moyne. Vectorem geminum ei tribuunt Indi, avem nempe गरुड *Garuda*, & *Anemonta*. *Garudam* alii *Accipitrem* rubri coloris, aut *Vulturem*: alii *Aquilam* dicunt: *Anemonta* हानुमांत *Simium*, & quidem ſine maris concubitu natum. Accipiter maſculus, & Aquila erant aves *Soli*, aut *Ætheri* ſacræ, ut jam Eruditi fatentur; Accipiter fœmina Veneri: uti & Minervæ, ac Junoni, atque Vulcano *Vultur*: At *Simius* apud Pignorium *ornatur Iſiacis ſymbolis, lunaribus cornibus, orbe patulo*, & *Aſpide*, quæ niſi fallor, demonſtrant *Viſnu* Numen eſſe gemini ſexus, quemadmodum inter Ægyptiorum Deos *Vulcanus*, & *Minerva*, teſte Horapol. μόνοι *ſoli erant* ἀρσενοθήλεις *mares ſimul*, ac *fœmina*. Sed Minerva licet *fabuloſe* accepta diverſa ſit ab *Iſide*, re tamen ipſa una eademque eſt. Ac ſane *Viſnu*, qui fœminæ formam non ſemel ſuſcepit, eaque ſolo conſpectu, ne quidem tacta, effeciſſe dicitur ab ſordidis Bramhanibus, ut *Iſuren* in manibus ſibi natum viderit *Puerum*, quid aliud

Annulus; Gladius: Bella adverſus *Devetas*. caput hoſtis reciſum in effigie *Viſnu*, Iſidis, ac Veneris armatæ indicia.

Velum, quod gerit *Viſnu*, forte ex Iſidis *Peplo* fictum.

Vectores Viſnu duo: *Garuda*, & *Anemonta*: Garuda *Accipiter*, *Vultur*, aut *Aquila*.

Anemonta *Simius* ſine maris opera natus.

Accipiter, ſive mas, ſive fœmina, *Aquila*, *Vultur*: *Simius* apud Ægyptios, quibus diis ſacri.

τῷ *Viſnu* utrumque ſexum Indos tribuiſſe conjicitur.

Vulcanus, & *Minerva* gemini ſexus Dii.

Viſnu in *fœminam* quandoque mutatus.

aliud niſi Scorti probrum, & laſcivientis fæmellæ monſtrum præſefert? In कूर्म *Kurma*, præterea hoc eſt in *teſtudinem* transformatum *Viſnu* cum alii in Indiis tum maxime Nepallenſes affirmant, ut immenſam *Merupa* montis molem dorſo ſuſtineret, ne terra enormi pondere preſſa in abyſſum corrueret. Interea *Viſnu* in ſupremo cacumine montis loti floribus undique cinctus cernitur juxta Tab. *Incarnat.* II. Et idem nihilominus eſt, qui in *Teſtudinem* verſus monti ſubjacet, eumque ſuo veluti dorſo innixum ſublevat atque ſuſtentat. *Viſnu* ita ſe ipſum, ſuamque ipſius animam in ea teſtudine latentem premere videtur. Quid inde Eruditi conjicient? Eruntne, qui *Viſnu* Indicum cum *Cæleſti Venere* Eleorum, cumque *Cupidine* prementibus pede teſtudinem comparatum velint? Per me licet. Schedius enim & Cuperus in Harpocr. tum ex Pauſania, tum ex antiquo marmore edito a Philippo Thomaſino hæc de Venere & Cupidine obſervant. Confundunt, opinor, Bramhanes *Viſnu* cum *Ixoretta*, & *Bavani*, & ideo in fœminam vertunt, ſicque πολύμορφον eum faciunt non aliter atque Venerem, & Iſidem Gentiles reliqui. Contra, Lunam ut Ægyptii aliæque gentes, Diis maſculis accenſent, & *Somo*, ſive *Som* सोम Nepallenſium ſermone, appellant. Nihil tamen certi ſtatuo; nam multa eſſe video, quæ mihi *Mercurium* in *Viſnu* patefacere poſſent. Reliqua modo proſequamur. Ⲡⲓϭⲛⲟⲛ *Piſnon*, Ægyptii *tenerum*, *mollem*, *delicatum*, *amœnum*, *virentemque* vocant: Ⲡⲓϣⲛⲉ *Piſcne*, *locum ubi naſcuntur olera:* Ⲡⲓϭⲛⲱⲟⲩ *Piſnou*, & *Biſnou*, *aream:* ⲡⲓⲥⲁ̀ⲛⲓⲥ *gubernaculum*, *indicem anchoræ*, *lignum fluctuans:* Ⲡⲓϣⲉⲛϩⲏⲧ *Piſcenhet*, *miſericordem:* Ⲡⲓⲥⲏⲓⲛⲓ *Medicum:* Ⲡⲓⲥⲓⲛⲉ *Piſine*, vel uti lego apud Kircherum de Herb. & Plant. Ægypt. ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲏⲣⲓ Prolem Solis *Heliotropium:* ϣⲁⲛⲟⲩϣ, ſi cum adjuncto articulo ⲡⲓ *Pi* lega-

Iſuren viſa fœmina *Viſnu*, ſeu *Biſcna*, natum ſibi illico puerum videt.

Viſnu in Teſtudinem transformatus.

Effigies *Viſnu* in Incarnatione, ut vocant, ſecunda T. VI. de R. I. Rit.

Viſnu e vertice Montis *Merupa* quomodo *Teſtudinem* ſub monte jacentem, adeoque ſeipſum in *teſtudinem* transformatum premere videatur.

Simulacra *Veneris*, & dei *Cupidinis* pedibus prementium *teſtudinem*.

Viſnu cum *Ixoretta*, & *Bavani* confuſus, ut *Venus* & *Iſis*, πολύμορφος.

Somo Indicus, ſeu *Som* Nepallenſium Deus *Lunus*; ipſa ſcilicet Luna ex fœmina maſculus.

Non unius *Veneris*, ſed etiam *Mercurii* indicia apparēt in *Viſnu*.

Quam multa ſint Ægyptiaca nomina, quibus omnia fere Indico *Viſnu* attributa percommode explicantur.

legatur, *Piſcanuſc Nutritorem*, *conſervatorem* dicunt. An non tot nomina ex eadem fere omnia radice nata *Viſnu*, & *Biſcna* Indicum cum attributis ſuis oſtendunt: nimirum roris ſtillam loti ſinu contentam, Deum floridum, amænum, Puerum delicatum, hortum *lotigenum*, folium fluctuans, virentis naturæ principium, (cui ſub viridis ſalicis umbra, ita ac ſi *Adon* eſſet, amant plerique Viſnuiſtarum ſacra facere,) Solis *Quevelinga* ſeu Priapi Filium ſine Matre, aut ſi ex Matre editum, ſine Patre: Beneficum vero etiam, & miſericordia plenum, qui ad terræ firmitatem Ⲡⲓϫⲉⲛⲉ̀ⲫⲱⲣ *Piſenephor*, quaſi alter *Omophorus* Manicheorum, *pavimentum teſtudineum* factus: qui *area* rerum: qui Ϫⲁϫϭⲛⲁϫϭⲓ *Saſnaghi dens* tellurem *ſuſtentans*, *Aper* idem & *ſerpens* μυριοκέφαλος शेषनाग a Bramhanibus fictus, *Merupa* montem conſtringat, & orbem terrarum regat: qui demum ob varias, quas induit, formas, & Deus *Incarnationum*, ſeu Ⲡⲓϫⲓⲛⲓ, aut Ⲡⲓⲥⲓⲛⲓ *Piſini*, & Ⲡⲓ-ϣⲛⲉ *Pi-ſcne adventus*, ac *tranſmigratio* dicatur? An non denique in decurtato nomine Ⲡⲓϣⲁⲛⲟⲩ, & Ⲡⲓϣⲛⲟⲩ *Viſnu* habes, quem Indi uti creati Orbis *altorem*, *conſervatoremque* deprædicant? At is, Deuſne eſt an Dea? eſtne Horus? eſtne Mercurius? Mercurium profecto oſtendere poſſent, tum nomen ipſum Ⲡⲓϭⲟⲥⲛⲓ contractum in Ⲡⲓϭⲥⲛⲓ *Piſni*, aut *Piſna*, *conſiliarius*, tum Ⲡⲓϭⲛⲟⲩϥ per apocopen *Nuntius*, ut *Emen* apud La-Crozium pro *Amenti*, Plutonem dicunt Indi, tum etiam Ⲡⲓϣⲁⲛⲟⲩϯ *Deorum Miniſter*, ea ratione qua Jablonskius hanc vocem expoſuit in Epiſtola ad La-Crozium, tum denique Ⲡⲓⲁ̀ⲛⲟⲩϯ *Janitor*, aliaque id genus nomina Mercurii munera explicantia, quæ ego miſſa facio.

> *Saſnaghi*, Ægyptiace *dens ſuſtentans*, idem qui *Viſnu*, *Aper* dente ſuſtentans Terram: idem etiam qui Indicus *Seſnagh*, mille capitum ſerpens, montem *Merupa* cingens.

> Biſcna *Incarnationum*, ſeu *Metamorphoſeon* Deus latet in Ægyptiaco *Piſcne*, quod eſt *adventus*, & *tranſmigratio*.

> *Viſnu* Deus *Conſervator* ex Ægyptio *Piſcanuſc* idem ſignificante, deduci potuit.

> Voces Ægyptiacæ plures uni Indicæ *Viſnu* ſimiles, & affines, *Mercurium* quoque indicare videntur.

> *Amida* Japonenſium, *Anubis*, ſeu *Mercurius*.

LXI. *Amida* maximus ille Japonenſium Deus *Anubim* Ægyptium haud dubie refert. Illius Simulacri forma aere in-

inciſa ſpectatur Tom. VI. a nobis ſæpiſſime commemorato in Tab. addita ad pag. 16. *de Relig. Japonenſium Ritibus* cap. 11.; eamque mox Galli Scriptores Eruditiſſimi verbis hiſce deſcribunt: *On le voit ici repréſenté ſur un Autel, & monté ſur un Cheval qui a ſept têtes. Ces têtes hieroglyphiques ſont ſept mille ſiécles* .... AMIDA, *au lieu d' une face humaine, a celle d' un* CHIEN, *comme* ANNUBIS, *& tient dans ſes mains un cercle d' or qu' il mord: on diroit que cela reſſemble au cercle des Egyptiens qui repreſentoit le tems; du moins tout cela montre que ce dieu eſt un emblême de la révolution des ſiécles. Omyto* Deum Amidam nonnunquam appellari teſtantur: quæ vox ab Ægyptiis primum derivari potuit; Deumque *Septemtrionis Præſidem* nec nova, nec abſurda ſignificatione commonſtrat: ⲉⲙϩⲓϯ *Embhiti* enim, unde fortaſſis *Omyto*, *Septemtrionem* deſignat. Quamquam ego credam per *Amidæ* nomen aliud nihil intelligere Japonenſes quam *Liberatorem*. Semper enim in ore habent *jaculatorium* illud orandi genus: *Namanda:* (hoc eſt *Namu Amida Buth: Bienheureux Amida, Sauvez-nous:*) cui quam vicinum ſit Ægyptium ⲛⲁϩⲙⲉⲛ *ſalva nos*, quiſquis in hoc litterarum genere verſatus fuerit, facile deprehendet. Hinc opinor *Amida* dictus eſt quaſi ⲁⲙⲏ-ⲧⲟⲓ *Amitoe eminens*, & *ſumma felicitas:* utpote qui *curam animorum gerat*, eoſque a pœnis, & ſuppliciis eripiat; aut certe, ita primum vocari cœpit ab ⲁⲙⲏϯ *Amiti*, quæ vox idem ſonat, ac *mamillæ ejus*. Quo ego jure id ſentiam ex iis, quæ pone ſequuntur, colligere poteris. Cum Dii ceteri, tum præſertim *Mercurius* ſexus utriuſque Deus habitus eſt Ethnicorum ſententia. Gisbertus Cuperus in *Homeri Apotheoſi* pag. 227. *Mercurium* refert ex Albrico Philoſopho *de viro in fœminam, & de fœmina in maſculum ſe mutaſſe cum volebat*. Ejuſdem forte naturæ, ac gemini ſexus Deum *Amidam* Japonenſes exiſtimant. *En*

Anubis Japonenſis effigies.

Anubis Japonenſis Ægyptio ſimilis.

Omyto quandoque etiam nuncupatus Amida, ſi ex *Embiti* Ægyptio veniat, Deū *Septemtrionis* ſignificare poteſt.

Namanda orationis formula, qua Japonenſes *Amidam* invocant, accedit ad Ægyptiacam: *Nahmen: Salva nos.*

Amida nomen per Ægyptiam *Amitœ*, aut *Amiti* expoſitum *ſummam felicitatem; fortunam*, aut lactantia *ubera* ſonat.

Mercurius voluntatis ſuæ nutu ſe ſe mutat in fœminam.

 quel-

Amida fœminæ vultum oſtentans.

Amida ſive *Dei* ſive *Deæ Marinæ* inſignia præfert.

Amida ſimulacrum ad Maris Japonici littus erectum.

Religionis cauſa ut ſe *Amidæ*, & aquis præfocãdos devoveant Japonenſium Fanatici.

quelques endroits on le repréſente ſous la figure d'un jeune homme nud, ou ſous un viſage de femme avec les oreilles percées. Effigies altera, quam exhibent citati Scriptores in eadem Tab. II. notas omnes habet ſive Dei, ſive Deæ marinæ. Saxo veluti ſtylobatæ inter ſcopulos prope maris littus, flexis genibus, ſuperſtat *Amida*, ut mihi cernere videor, ſed ita ut corpus ſuper crura decuſſatim poſita libret: Tenet ambabus manibus coronam ex globulis precatoriis, eoſque digitis movet, ut ſolent orantes. Ad pectus, ni fallor, thoracem gerit ex ſquamis ſertum: Ante ſimulacrum viſuntur Japonenſes, quorum alii recta ex littore, alii ex ſcapharum ſpondis ad Muſicorum inſtrumentorum ſonos, modoſque varios geſticulantes, ſaltitanteſque in maris undas, aut ut verius dicam, in Inferorum abyſſum tam mira inſania perciti ſeſe ipſos alligatis ponderibus ad brachia, ad lumbos, pedeſque immergendos projiciunt, haud ſane aliter quam Indi in flumen *Gangem*. Eſſet hæc effigies cum ea comparanda, quam Kircherus protulit Tom. I. in Oedip., quamque *Hori* Imagini parallelam cenſuit. In ea Thorax videtur anſulis forſan, aut hamis conſertus. Idolum *Canon*, ſive *Quanon*, aut *Quamvvon* tum in *Hollandicar. legation.* ſylloge, tum in *Eccleſiæ Japonenſis Hiſt.* apud eoſdem Scriptores, illud eſſe traditur, cui ita ſe miſeri Japonii devoveant; *Mais il y a apparence que ces deux divinités n'en ſont qu'une*. Equidem nonniſi unicam Divinitatem eſſe *Amidam* & *Quamvvon*, argumenta omnia ſuadent. Eſt *Canon*, aut *Quamvvon* idem ipſe *Viſcnu tranſformatus* in Piſcem. Imaginem habes in Tab. II ad pag. 18. cit. Tom. VI.; quam ſi cum *Viſcnu* conferas, vix quicquam erit, in quo alterum ab altero differre putes. Id unum peculiare habet *Canon*: ornamentum capitis, in quo redimiculum, & *florem* cernis; *ſceptrum*, quod in una dextera ex duabus tenet; nam alteram ſtricto pugno in altum erigit:

Indi ſeſe ipſos necandos in Gangem fluvium dejiciunt tanquam diis *Iſuren*, aut *Viſcnu* devotos.

Amidam Japoponenſem cum *Horo* Ægyptio comparat Kircherus.

Canon, ſeu *Quamvvon* Numen alterum Japonenſium, idẽ eſt ac *Amida*, & *Viſcnu* Indicus transformatus in *Piſcem*.

git:

git: eumdem rurſus *florem*, quem in una ſiniſtra geſtat; & neſcio quid protuberans quaſi mammoſum pectus; cetera tam ſimillima ſunt, ut ovum ovo ſimilius eſſe nequeat. At nomen proculdubio Ægyptium eſt. **Ⲕⲁⲛⲟⲩϥⲓ** *Canovſi* vocant Copti, quod Arabs Interpres البني *Al-Beni*, *Nerites*: margaritas nempe, de quibus nos ante diſſeruimus. Quumque Japonenſes, ut & Gentes aliæ ſoleant ſæpe nomina peregrina ad nativæ linguæ ingenium accomodare, addita Ægyptiacæ voci terminatione propria, pro **Ⲕⲁⲛⲟⲩϥⲓ** *Canovſi*, *aut Kanovſ*, & *Quanovſ* dixerunt *Canon*, & *Quamvvon*. Imo illud etiam nunc video, ex **Ⲡⲓⲕⲁⲛⲟⲩ** mutato κ in c, fieri potuiſſe *Biſnu*; quod facile admodum, & proclive erat. Canopum, Ægyptiacum illum aquarum Deum, ſuſpicantur duo πολυθρύλλητοι viri *Banier*, & *Maſcrier* idem eſſe Numen, quod *Canon*, & *Quamvvon* vocant, coluntque Japonii. Illius certe Idoli ſimulacra, uti ab Ægyptiis effingi conſueverant, ad ea illuſtranda, quæ nos paullo ante obſervabamus, nonnihil conferre poterunt. *Idola Canopi*, ſic ea deſcribit Kircherus Tom. I. Oed. ſynt. III. cap. VII. *erant forma nunc hydriæ, nunc pueri reticulata veſte involuti, nunc Hermæ forma*. Statua, quam ex *Cimeliarchio* Senatoris Amſtelodamenſis Gerardi Reinſt evulgavit pag. 210., Vas eſt quod in antica puerum veluti Horum exhibet. كنوفس *Canuphis*, ita ab Abenephio Arabe nuncupatus, aquam per *ubera*, *quæ in eo effinxerunt* [Ægyptii] *effundit*; *& indicatur eo fluxu proceſſus naturæ omnia nutrientis*. In antiquo nummo Gazophilacii Franciſci Menedrii, *Canopus apparet mammis turgidus*, *& reticulato indutus tegumento*, ut vehemens modo ſuſpicio oriatur, ne forte ἐπιστήθιον *Amidæ*, de quo paullo ſupra loquebamur *uberum* potius, quam *ſquamarum* ſeriem præſeferat. Numen, quod *Mari*, *fluminibus*, *& toti humidæ naturæ præeſt*, *Nili* quoque nomine ab Ægyptiis

Canon mammoſus.

Canon ex *Kanovſi* Ægyptio derivatum putatur. Quid ita? *Kanovſi* Ægypt. & *Beni* Arab. idem.

Ex voce *Pikanovſi*, & *Pikanu* an *Piſnu*, adeoque *Biſnu* fieri potuerit?

Canopus Ægyptiorum quamdam cum *Canon* Japonenſium affinitatem habet.

Canopi ſimulacra, *hydriæ pueri reticulati*: *Herma*.

Canopus Horo ſimilis.

Canuphis, ſeu *Canopus* aquam per *ubera* fundens nutricis naturæ ſymbolum.

Canopus mammoſus, & reticulatus.

Maris, & humidæ naturæ Numen *Canopus*.

Nili nomen, teſte Abenephio, ab Ægyptiis tributum *Canopo*.

Canopus mammoſus, & *Iſis* multimammea Kirchero idem eſſe videntur. Idem etiam *Canopus*, & *Oſiris*

Indicæ Imagines fœminæ *Biſnoni*, & Maris *Biſcna* ſimillimæ.

ptiis donatum, idem Abenephius Canopum dicit. Ex his concludit in hanc ſententiam Kircherus: *Certe Iſis multimammea, nihil aliud referre videtur, niſi Canopum aliquem ſimiliter μαστοειδέα ſeu mammatum*; eôque demum, progreditur ut Canopi inſignia communia peræque faciat *Oſiridi*. Eadem inſedit Indis opinio. Nam effigies *Biſnoni*, quam Indica manu coloratam ſecum detulerunt Patres Capuccini, tam ſimilis eſt Imagini repræſentanti *Biſnûm* in Piſcem converſum, ut inde neſcias uxorem a marito diſcernere.

Beni Margaritæ *Nerites* nomen, eſt *Canovſi*, & *Veneri* Marinæ commune.

Ex *Beni* Venus, ejuſque *ètymon* explicatur.

Binos, ſeu *Vinos*, auctore Suida, Deæ Veneris nomen.

Venus nomen derivatum ex *Benoth* juxta Seldenum, Schedium, alioſque.

Succhot *Benoth* IV. Reg. XVII. 30. *Tabernacula Filiarum* iidem interpretantur.

Porro, niſi me Arabs Interpres fallat, *Beni*, *Nerites*, [a νήρον, ab *aqua* ſcilicet, ſic appellatæ ejus generis *margaritæ*] nomen eſt, quod cum *Canovſi* Ægyptio convenit, tum etiam Veneri accomodatiſſimum eſt, atque ad illius ἔτυμον explicandum perbelle conducit. Βῖνος ὄνομα Θεᾶς, *Binos*, ſeu *Vinos*, (& *Venos* in Nummis Juliæ Auguſtæ Septimii Severi uxoris) *nomen eſt Deæ*, inquit Suidas. Illud Seldenus, Schedius, aliique factum cenſent ex סכות בנות *Succoth Benoth* mutatis B in V, quod frequentiſſimum eſt, & Tau finale in Σ. Porro *Succhot Benoth* interpretatur *Tabernacula Filiarum*. Sacra enim hæc, addit Schedius, *apud Aſſyrios fiebant, puellaque in tabernaculis pudicitiam proſtituebant hoſpitibus:* Eademque ſacra in *Sicca Venerea* Africæ, unde *Venus Siccenſis*, fieri conſueviſſe ipſomet Seldeno duce obſervat.

Sicca Venerea Africæ ex *Succot-Benoth*.

Seldeni ſententiam, Scriptores alii graviſſimi rejiciunt.

Succot-Benoth Rabbini ſimulacrum *Gallinæ cũ pullis ſuis* imaginantur.

Succot-Benoth Kircher. *Horias*, *Al-Tarjeh Hori* ac *Tauri ſtatio*, eadem ac Rabbinorum *Gallina*; aut *certa aliqua congeries ſiderum*.

Sententiam hanc improbant Viri Eruditi plures apud Andream Beyerum in additament. ad Seldeni Syntagm. *De Diis Syris* pag. 296. Placet iis Rabbinorum opinio, qui *Succhot Benoth Gallinam cum pullis ſuis* ex Babylonicæ linguæ genio exponunt. His accedit Kircherus, cui *Succhot Benoth* eſt *Horias* Ægyptiorum, & Arabum الطريح *Altaríeh*, Hori, ac Tauri ſtatio, *eô quôd Horus, quo Mundi fœcunditatem, Plutarcho teſte* ἱερογλύφως *innuebant, maxime in Tauro, Veneris domo Plejadum conſortio ſeſe exereret:*

ret. Hæc in Suppl. ad Prodromum, & Lexicum Coptum pag. 561. Latius in Oedip. Synt. 4. pag. 359. binas illas voces explicat *per certam aliquam Siderum congeriem, ſive Plejadum, ſive Hyadum, aut Vergiliarum*. Tantorum ego hominum ſententiæ non intercedam. Ea tamen opinio acceptior mihi, & probatior eſt, quæ *Succhot-Benoth* tanquam proprium Idoli nomen interpretatur. Idipſum ſenſiſſe videntur LXX. dum סְכּוֹת בְּנוֹת vertunt Σωκχὼθ Βενὶθ (Βενιθεὶ inter Var. Valton.) *Socchòth Benìth*. Hoc idem indigitat Syrus Interpres ܦܠܚܝܢ ܠܣܟܘܬ ܒܢܘܬ *colebant Socuth Bnuth*; tum Arabs سَاخُوتَ بِنُوتَ يَعْبُدُونَ *ſerviebant* (Samaritanorum Coloniæ, quæ Babylone erant) *Sachuth-Benuth*. Quæ certe vix cum Seldeni, aliorumque ſententia conciliari poſſunt. In his enim non proſtitutæ *puellæ*, ſed Deaſter aliquis Babylonicus eſt, (forte etiam Geminus) cui cultum deferrent Samaritani. *Sacæ* veſtigium in Arabica, ac Syra lectione apparet; ſed aliud quiddam hoc in loco divinare præſtat. Σωχὶς εἶδος ἀμπέλου, *Sochis ſpecies vitis* ab Heſychio dicitur, uti ἄμπελος *Bacchus* apud S. Clementem Alexandrinum. Inde *Sochòt* in numero plurium Ebræis, ac Samaritanis vocari facillime potuit *Bacchus* ipſe Babyloniorum Deus. Σωχὸς *Sochòs* etiam ab eodem Heſychio ὁ τῶν Κουρήτων Πατὴρ *Pater Curetum* nuncupatur; qui quidem, ſi Orpheum, Clementem Alexandrinum, alioſque veterum audiamus, idem erit ac *Corybanthum* Pater, & unus ex numero *Cabirorum*. Scholiaſtes Apollonii ad 1. Argonaut. Cabirorum nomina refert, eaque ſunt: Ἀξίερος, ἀξιόκερσα, ἀξιόκερσος, τέταρτος Κάσμιλος ὁ Ἑρμῆς ἐστὶν: *Ceres*, *Proſerpina*, *Pluto*, *Quartus Camillus*; *ipſe nempe Mercurius*. De Cadmili etymo, & orthographia legeſis in Cuperi Harpocrate *Stephanum Le-Moyne* pag. 266. Obſervat interea Hieron.

Succot-Benoth tanquã proprium Idoli nomen in Græca, Syra, Arabica verſione accipitur, ac retinetur.

Sacæ Babyloniorum veſtigium in Syra, & Arabica verſione.

Sochòt ex *Sochis*: ſpecies vitis: *Bacchum* Babyloniorum Deum, *Vitem* nuncupatum, referre poteſt.

Sochòs Curetum *Pater*: idem, ex veterum teſtimonio, ac Pater *Corybantum*, & *Cabirorum* unus.

Dii Cabirii IV. *Ceres*, *Proſerpina*, *Pluto*, *Camillus* Miniſter, ſeu *Mercurius*.

Ale-

Mercurius ex Camillo ſeu Miniſtro Parens Cabirorum factus teſte Acuſilao apud Strabonem: Idemque Imbramus a Caribus appellatus.
Seches Babyloniorum, Mercurii Sidus, affine Sochòs Curetum Patri.
Mercurius Sol, Bacchus, Priapus.
In Succhot Samaritanorum Babylone agentium conjicitur Phallus.

Aleander in explicat. Tab. Heliacæ T. v. *Theſ. antiqu. Roman.* pag. 760. Mercurium Κάμιλον *a Strabone, (ut inconſtanter variant fabulæ,) Parentem potius quam Miniſtrum Cabirorum ex Acuſilao Argivo referri*; eumque eſſe, quem Ἴμβραμον *Imbramon* λέγουσιν οἱ Κᾶρες. Babylonii autem, ut probe noſti, Σεχὲς *Sechès* Mercurii ſidus, ſimili fere voce, qua *Curetum* Patrem appellarunt. At Mercurius ἐντεταμένος idem eſt cum Baccho, Sole, Priapo, ut jam oſtendit Cuperus. Hæc nos eo ducunt, ut *Phallum* omnis laſciviæ, ac fœditatis ſimulacrum in *Succhot* Samaritanorum facile deprehendamus.

Suchin Samaritanorum Spina, & quicquid pungit, ac ſtimulat.
Sucinos apud Heſych. Eunuchus; at Eunuchus calamus, truncus, & virga,

LXII. ࠎࠅࠊࠉࠍ *Suchin* ad Gen. III. *Spinas*, & quicquid demum acre, acutum, & pungens eſt vocant Samaritani, unde forte Σούκινος *Sucinos* apud Heſychium ὁ Εὐνοῦχος: Εὐνοῦχοι vero *κάλαμοι calami*, & alia id genus; etſi ubi mox Εὐνοῦχος *Eunuchus* ab Heſychio exponitur *κάλαμος calamus, arundo, virga, truncus*, Cornelius Schrevelius legendum putet *κάλαβος*; nulla tamen, ut ego opinor, neceſſitate, præſertim ſi τοῦ καλάμου Etymon illud ſit, quod alibi Schrevelius ipſe me docuit, idemque Heſychius in καλαμᾶται, & καλάμη non obſcure inſinuat. Εὐνοῦχους *Enuchos* etiam, teſte Ariſtotele περὶ φυτῶν apud Athenæum quidam vocarunt ſive *dactylos*, ſive *palmas* ex genere φοινίκων ἀνόρχων. Quod obſervaſſe non erit, ut paullo poſt intelliges, a re noſtra alienum. Neque ab iis divellendum

Eunuchi ex Ariſtotele genus quoddam palmarum, ſeu Dactylorum.

Sucha Hebr., quid?
Sochein, & Sacein terere, ac pertundere, percolare, fœces per ſaccum tráſmittere: Inde forſan Saca, & Pertunda Dea, omnis turpidinis monſtrum.
Sacan Heſychio, quid?

eſt סוחה *Sucha* Hebr. putamen, ſordidum quiddam, & abraſum denotans. Σωχεῖν item, & σακκεῖν, quorum alterum ab Heſychio, alterum ab Herodoto accepimus, τρίβειν denotat, terere, pertundere, ac ὑλίζειν per ſaccum tranſmittere; quo forte ſpectant Σάκα, & *Pertunda*, cujus meminit Arnobius in IV. adverſus Gentes pag. 131. Σάκαν *Sacan* nanque eſt τὸ τῆς γυναικός, idque etiam χοῖρος, χοιρόσακα, oſtentum nempe quoddam, & artefactum, quod

ita

ita appellabatur, ſcribente Heſychio μηχάνημά τι ὅπως ἐκαλεῖτο. Adde ϣⲟⲕ & ⲥⲟⲕ Ægyptiorum, quod eſt etiam *ſculpere*, *fodere*, ac *perforare*; סכך propterea dicta Nahum. II. 5. *talpa*, *teſtudo*, ſeu *machina bellica ad muros ſuffodiendos* adhibita. Ad phallum per hanc vocem *Suchot* indicatum referri poſſunt, tum Syriacæ voces ܣܘܟܐ *Savchoto* *rami* ac *frondes*: ܣܟܝܢܐ *Sachino gladius* ܣܘܟܢܐ *Savchono clavus*: ܣܘܟܐ *Socho ſummitas*, *terminus*, & *culmen*, idem cum Ægyptiaca ⲥⲱⲕⲓ: tum Arabica ipſa *Sachut*, quæ, ut ex Caſtelli Dictionario collegi, *paxillos*, *trabes*, *virgas*, & alia in hunc ſenſum plura deſignare valet. ܣܟܝ *Sachi* præterea, & ܣܘܟܝܐ *Suchojo* expectare, & expectationem, adeoque rei deſiderium, ardentemque cupiditatem, interpretantur. Vocem hanc uſurparunt Indi, *Amorumque Deum Cupidinem* सुख देव *Such-Devo* appellarunt. Quod porro τῷ *Suchot* additum audis *Benoth*, Venerem, juxta Seldenum intellige. Venus enim, Cnidio, & Varrone teſtibus, neque Græca, neque Latina vox eſt. Eam ego ab Ægyptiis acceptam exiſtimarem. ⲠⲓⲂⲉⲛⲓ & ⲦⲂⲉⲛⲓ utroque genere *Palma* eorum lingua vocatur. De maſculo, & fœmina palmarum, earum in primis, quæ Ægyptiacæ, & Babylonicæ tanquam inſigniores commemorantur, videſis Salmaſii Comment. in Solinum. Nihil erit quod de hoc argumento præterea cupias. Erat palma apud Ægyptios nedum Iſidi ſacra, ſed & vivum quoddam *Iſidis* ſimulacrum. *Non abs re*, ſcribit Horapol. lib. I. pag. 4., ἐνιαυτὸν *annum* ISIN *appellant*, & *aliter etiam annum indicantes* φοίνικα PALMAM *pingunt*; *quòd arbor hæc ſola ex omnibus ad ſingulos Lunæ ortus*, *ſingulos quoque ramos procreet*, *itaut* XII. *Ra-*

Scok & *Sok* Ægyptiis *ſculpere*, atque etiam *fodere*.

Hebraicæ, Syriacæ, & Arabicæ voces, unde *Suchot* emergere, & *phallus* in eo adumbrari potuit.

Soki Ægyptiace *culmen*, & *ſummitas*.

Such-Devo, cupidinis Deus in Indiis.

Benoth idem, ac *Venus*.

Venus vox peregrina Græcis, atque Latinis.

Venus nomen a *Beni*, ſeu *Veni* Ægyptio *Palmā* marem, & fœminam denotante repetitur.

Beni, ſive *Palma* apud Ægyptios *Annum*, & *Iſidem* repræſentabat.

Bais Ægypt *Palma*, & *anima*.

norum productione annus expleatur. Palmas Ægyptios *vernacula voce appellaſſe Bais, quæ vox Horapollini* animam *ſignificat*, obſervatio eſt Laur. Pignorii p. 10. *in Menſa Iſiaca expos*. Et hoc ſcilicet alterum erat Ægyptiacæ palmæ nomen: ⲠⲒ-ⲂⲀⲒ *Pi-Bai*, cujus etiam Porphyrius meminit in L. de Abſtin. Inde accipitrem, quo *Deum*, *Solem*, & *animam* repræſentabant, Βαϊὴθ teſte Horapol. L. 1. C. 7. nuncuparunt; quod *nomen*, inquit, *ſi diviſeris*, *animam*, & *cor ſonat*. ἔστι γὰρ τὸ μὲν Βαὶ ψυχὴ, τὸ δ᾽ ἢθ καρδία: *Bai* enim *anima* eſt, *Het* ϨⲎⲦ vero *Cor*. Aliter quoque dictum ab Ægyptiis Ⓦ ἱέρακα accipitrem, *Thauſtum*, ex Aeliano animadvertit Bonjurius in Mſs. Diſſert. de *Dynaſt.*, ſed nos de Palmæ arcanis dicimus. Deorum, ac Oſiridis præſertim, & Iſidis Capita Palmarum frondibus ornata in Iſiaca menſa conſpicimus. Qua de re Pignorius ſcribit: *Apex ille, ſeu Tutulus Oſiridis Capiti impoſitus accedit nonnihil ad eam Teletarum coronam, cujus meminit Apulejus in hac verba: at manu dextra gerebam flammis adultam facem, & caput decore corona cinxerat Palmæ candidæ foliis in modum radiorum proſiſtentibus .... Soleas præterea ex hujus arboris foliis perfectas Iſidi tribuit Apulejus*. Φιάλη καρυωτὴ ἀγαθῆς τύχης: & ἄλλη καρυωτὴ ΟΣ.... ΙΔΟΣ commemorantur *in Inſcriptione elegantiſſima, quæ continet donaria ſplendidiſſima, quæ Seleucus, & Antiochus Reges dono dederunt Apollini Mileſio*. Hanc refert Cuperus ad magnum illud litterarum omnium promtuarium Antonium Magliabechium inter epiſtolas Claror. Belgar. a V.C. Joh. Targionio editas ep. XII., putatque *Caryotem alteram* Oſiridis *eſſe*; quum prior dicata ſit *Fortunæ*. Sive autem Φιάλη phiala ſejungenda ſit a καρυωτῆ, ſive Φιάλη καρυωτῆ ſpecies quædam palmæ intelligatur, quæ circa Φιάλω *phialam* aut ad ſaxa fontis Nili, aut ad eum locum ubi Apis immergebatur in Nilum orietur, ſive ita demum exponatur, uti exponitur a Targionio

Accipiter Dei, Solis, & animæ ſymbolum apud Ægyptios cur *Baïeth* appellaretur, explicat Horapollo.

Thauſtus alterum Accipitris nomen in eundem ferme ſenſum a Bonjurio exponitur in Mſs. Ægypt. Dynaſt.

Palma Oſiridi & Iſidi ſacra.

Ægyptiorum Teletarum corona ex *Palmæ foliis* ceu radiis texta ab Apulejo deſcribitur.

Soleæ Iſidis ex *foliis palmæ*.

Phialæ duæ *Caryotæ*, inter donaria Seleuci, & Antiochi Regum Apollini Mileſio oblata, quibus dicatæ Diis, & cur dictæ *Caryotæ*?

Καρυωτὴ in Fragmento Gr. *Epigraphes* a Cupero deſcripto, ſolitarie accipi poſſe videtur pro una *Palma* καρυωτῆ.

nio, ex his omnibus colligitur palmam arborem fuiſſe Diis deabuſque ſacram, & myſticis rationibus, ut verbis utar Pignorii, *inſignem*. Babylonii *eam celebrant, atque decantant arborem*, (verba ſunt Plutarchi Symp. VIII. Q. IV. pag. 724.) quôd *ipſis* CCCLX. *utilitatum genera præbeat*. Plinius *Margaridas, Regias, Syagros, Adelphidas, Patetos*, varia palmarum nomina recitat, *de quibus*, ſubjungit Salmaſius in Solin. pag. 1322., *aliud nihil noſci, notarique poteſt*. Eſt tamen, concedente Salmaſio, quod quis de *Margaridis* primo loco commemoratis & noſcat & notet. Nemo eſt, qui non videat *Margaridas* dici, hoc eſt *Margaritas*. Ut enim بني *Beni* Arab. *Margaritæ*, quemadmodum obſervatum eſt, ita & ⲂⲈⲚⲒ *Beni* Ægypt. communi veluti nomine cum Margaritis, dictæ ſunt Palmæ, quas *Margaridas* Plinius appellat. Simili plane ratione ductus *Balanum*, & φοινικοπάσελλον Zoſimi comparavit Salmaſius pag. 1334. cum *Natef* Arabico, quod eſt etiam, ut ex R. Kimchi obſervavit Grotius, *Margaritum purum, aut Bdellium purum*. At Palmis Plinius *ardoris animam; Veneris intellectum: Mari* cum fœmina μίξιν Theophraſtus: *Maſculis Babyloniis* Herodotus ψῆναρ, interprete Heſychio τὰ σπέρματα, *florem, lanuginem*: Fœminis *fructum*: & *ardentis lampadis formam* Diodorus tribuit. Accedit quod ⲁⲛⲁⲗⲙⲏⲓ nomine Arab. *Beni* non tam *Margaritam*, quam *naturam* Ægyptii intelligunt.

Palmæ apud Idololatras quam multis, & myſticis rationibus *inſignis*.

Utilitates *Palmæ Babylonii* CCCLX.

Inter varia Palmarum genera *Margaridæ*.

Palmas *Margaridas* Plinii a *Margaritis* ſic dictas interpretamur.

Uti Salmaſio *dactylus*, & *paſtillus inſtar palmulæ* eſt Arabicum *Natef Margaritum purum*, ita & *Beni* Ægyptiorum *Palma* dici potuit ex Arabica *Beni Margarita*.

Ardoris anima, Veneris intellectus, aliaque id genus attributa *Palmis*, cauſam præbuere Gentilibus, cur eas *Veneri*, ceteriſque conjugalibus Diis conſecrarint.

LXIII. Ergo ſic ego cenſeo: *Benoth* Samaritanorum Babylone agentium *Venus* eſt; ſed quæ ita dicta ſit ex ⲂⲈⲚⲒ *Beni*, & *Veni palma margarida*, ſeu *margarita*. Cujus ἐγκάρδιον, ſive *cerebrum*, & *cor*, quum ſimile forte viſum fuerit *ciſilioni*, ſeu cordi *Bdellii*, aut etiam *Margariti puri*, ſimile quoque nomen بني *Beni* ab Arabibus, impoſitum eſt *Neritibus* margaritis. Porro uti ex Ἀθηνᾶ *Minerva*, τῇ Θεῷ Ἀθηναίᾳ *Deo Athenæa*, nomen dedu-

Benoth Venus eſt ita nuncupata ex *Beni*, ſeu *Veni* Palma & Margarita.

Athenæa Minervæ, & Mulieri cuicunque commune nomen apud Athenienſes.

ctum eſt Ἀθηναΐα *Athenæa*, quo *mulierem* generatim vocarunt Athenienſium vetuſtiſſimi, teſte Stephano *de Urbibus*, ejuſque Commentatore *Berkelio*, ita & ex Venere *Beni* vox nata eſt, quæ apud Arabes, & Malæos in Indiis, mulierem ſponſam deſignat. Vide Caſtellum in بنا, unde *Binaon* Arab. *ingredi ad ſponſam* ſignificat: & بنى *Bini* Malaice eſt *uxor* non ſine analogia aliqua cum Ægyptiaca ⲃⲓⲛⲓ *Bini Cupa fuſoria*, cumque Græco Βυνὴ, Θαλάμη *cubile*, & Βάννα, auctore Heſychio, γυνὴ ὑπὸ Βοιωτῶν. Jam, ut quæ fuſe pertractata ſunt, in ſummam redigam, *Succoth-Benoth* imagines interpretor tum Phalli, ſive Priapi, qui idem eſt ac *Mercurius* Ἐντεταμένος, tum etiam *Veneris*: uno verbo, *Bacchum* & *Venerem*. Etſi ego videam exponi ſic etiam poſſe, ut τὰ αἰδοῖα aut Oſiridis, aut Bacchi, *Succoth Benòth* dicantur tanquam proprium geſtamen *Veneris*, ut erat μόελον Iſidis. Imo vero, ſi quis unius tantum *Veneris* ſive αἰδοῖων, ſive ſimulacra intelligere velit, ea ratione Scripturæ Sacræ locum interpretabitur, quam nemo jure reprehendere queat. Id enim, quod poſtremo loco poſuimus, ſignificare poſſunt סכות בנות, etiamſi juxta Seldeni mentem ea accipiamus; quum, admonente Salmaſio, Σκηναὶ *Scenæ*, (quibus reſpondent *Succhòth* apud Ebræos,) *corpora* non raro deſignent. Nam σκηνὴ, οἰκία, & οἴκημα: unde *Auſonius* in Moſella: *ſcenaſque domorum, ita appellavit* Ædificiorum corpora: & Σκῆνος Heſychius τὸ σῶμα. Statuæ, Imagines, ac Teleſmata, quibus religionis cauſa clam palam geruntur, & oſtentantur modo *ſeparatim*, modo *conjunctim* τὰ αἰδοῖα Deorum, atque Dearum in Indiis frequentiſſima ſunt; ut plura de iis dicere me vetet pudor. Ergo ad *Canwon* Japonicum redeo; quod ſane Idolum quum idem ſit ac *Canopus*, ſeu *Canuphis* Ægyptius, idem etiam erit ac *Beni*, *Margaritum*, & *Venus Marina*. Hanc ipſam arbitror

Poſito *Veneris* nomine *Beni*, probabilis cauſa redditur, cur Arabes *adire Sponſam Binaon* dixerint, cur *uxor* Malæis *Bini*, *cubile* Græcis *Byni*, & *mulier* Bœotis *Banna* vocetur.

Concluditur *Succoth-Benoth Phallos* eſſe & *Veneres*: nec tamen improbatur Interpres, qui pro iis intelligat vel pudenda quædam Veneris & Iſidis geſtamina, vel unius Veneris obſcena ac ſimulacra a Samaritanis Babylone culta.

Succhot Ebr., *Scenæ* Græcis, atque Latinis, corpora quandoque ſignificat.

Obſcena Deorum in propudioſa ſuperſtitione Indorum multifariam oſtenſa, & uſurpata.

Canwon Japonicus, *Beni Margarita*, & *Venus Pelagia*.

tror eam eſſe, quam Indi fabulantur e Maris ſinu eductam in कुर्म्म अवतार *Churma Avotàr*, hoc eſt in *Incarnatione*, qua *Viſnu* factus eſt *Teſtudo* traditur ex Libro बीश्न पुरान *Biſna Purana* Nepallenſium. Ajunt enim Deos, Deitaſque, quum ſemel & iterum plicato corpore ſerpentis *Seſnag* circumligaſſent veluti fune Montem *Someru*, eo in modum ingentis torcularis circumrotato, ſic univerſum maris ſinum exagitaſſe, ut aquæ undique excuſſæ, atque compreſſæ coactæ fuerint foras emittere रतन *Ratan* XIV., totidem ſcilicet genera rerum, quæ omnium pretioſiſſimæ, ſi unam tantum excipias, haberentur: रुपा argentum *Rupà*: मानी lapidem *Manì*: कलपबीर्छ Arborem *Kalp-Birc*, ſive प्रासातीग *Praſatig*: सोरा vas liquoris ad inebriandum *Sorà*: बेदानवांतर volumina legis *Bedanvantar*: चांद Lunam *Ciand*: कामेधो Vaccam boni omnis feracem *Camendò*: अम्रीत Ambroſiam, ſeu immortalitatis poculum *Amrit*: सतरुंदगग Elephantum proboſcidum ſeptem *Satrund-gagg*: लछीमी forte ex Ægyptio Cϩⲓⲙⲓ *Schimi* uxorem *Biſnu*, Deam divitiarum *Laccimi*, aut रमाव *Remavo*, ſeu Virginem *Remban*, uti appellant laudati Scriptores: मस्ताकगोडा Equum Semptemcipitem *Maſtak-gorà*: धनुख Arcum ſagittarium *Danuch*: संख Στρόμβον magnam marinam Concham *Sank*: ac denique माहुर venenum *Mahur* adeo exitiale Diis, Deitiſque ipſis, ut ejus halitu exanimati jacuerint, hodieque jacerent niſi *Mhadeus* hoc eſt *Iſuren* lethiferum pharmacum peſtem, ac necem univerſis creatis rebus certiſſime illaturum illico ſorbuiſ-

De *Concha*, *Margarita*, ac *Venere* e Maris ſinu educta, quid fabulentur Indi?

Dii atque Deitæ conjunctis viribus Montem *Someru* ceu prelum verſantes aquas Maris quatiunt, indeque exprimunt XIV. genera rerum.

I. *Rupà*.
II. *Mani*.
III. *Kalp-birc*.
IV. *Sorà*.
V. *Bedanvantar*.
VI. *Ciand*.
VII. *Camendò*.
VIII. *Amrit*.
IX. *Satrundgagg*.
X. *Laccimi*, *Remavo*, ſeu *virgo Remban*.
XI. *Maſtak-gorà*.
XII. *Danuch*.
XIII. *Sank*
XIV. *Mahur*.

Mabur venenum peſtilentiſſimum ab Iſuren potum *mali* ſymbolum. *Malum* ex impia Indorum opinione Dei ſubſtantiæ infeſtum.

buiſſet; quamvis gutture tenus hauſtum non permiſerit in ſinum, ac viſcera labi. Eo nempe ſymbolo adumbratam volunt Indi *Mali* naturam ex materia ductam, Deique ipſius ſubſtantiæ acerrime inſultantem.

Japonicum *Emblema* creationis duplex: alterum eſt *Ovum* Tauri cornibus ſciſſum, alterum ab Indico parum differt.

In quo Japonicum ab Indico differat.

In Emblemate Japonico pro Monte *Someru* Truncus eſt magnæ arboris Teſtudinis dorſo inter aquas Maris inſiſtens. Truncus arboris Japonicæ ſimilis videtur Palmæ Ægyptiæ, aut Babylonicæ.

LXIV. Præter *emblema* primum, quo Japonenſes Deum Creatorem ita fingunt, ut *Taurus* ſit, qui cornibus *Ovum* diſrumpit, & aperit; ſecundum habent Indico ſimile; ſi tantum pro duobus Diis caudam ſerpentis juxta Indos trahentibus, tres numeres in Imagine Japonica; ac Solem præterea addas, qui ſub hominis Barbati forma, & capite radiato e Mari ſurgens *acuto ſtimulo* pungit *teſtudinem* ſuperſtantem aquis, dorſoque regentem non Montem *Someru*, ſeu *Merupa*, ſed arboris *truncum*, in cujus ſummitate ſedet Supremus Creator Deus, non aliter ac Viſnu in vertice *Someru*. Aliud quiddam eſſet obſervatione dignum; ſed ego *Truncum* arboris meditor, qui mihi ſimilis videtur *Palmæ* Ægyptiæ ac Babylonicæ. Harum enim *Caudex*, Auctore Salmaſio in Solinum p. 1329., *totus ſcaber eſt, & aſper denſis ſquamis per gradus diſpoſitis, & extantibus*. Talis profecto vel leviter intuenti apparet *Truncus* Japonicæ *arboris*, quam Indi appellant *Kalp-Birc*. Ex hoc vero *Trunco* ajunt Theologi Japonenſes Deum eduxiſſe materiem rerum primigeniam; ut proinde *Iſim* in eo tamquam in caudice *Beni* Palmæ Ægyptiæ adumbratam conjiciam. *C'eſt, à ce que diſent les Théologiens Japonois, du tronc d'arbre qui porte* [legerem *poſé*] *ſur le dos de la Tortué, que le Dieu Createur tira la matier primitive de toutes choſes*, Conjecturam fulcit numerus *Pulvinarium* XII., quæ totidem ramorum locum tenent, quot jam in Palma annis ſingulis prodire, & extolli ex Horapol. accepimus. Sic enim Ægyptiæ Palmæ, ejuſque ramorum ſymbolum moribus ſuis accomodarunt Iaponii. Eorum quippe mos eſt Sedis loco pulvinaribus uti. Atque hinc etiam originem ducere potuit

E Trunco arboris materiam primigeniam ad rerum creationem eductam fingunt Theologi Japonenſes.

Auctores Galli T. VI. de R. Jap. Rit.

Pulvinaria XII., quibus, in ſummitate arboris Deus creator, ut *Viſnu* Indicus in vertice *Someru*, inſidet, Ramos XII. Beni, ſeu Palmæ Ægyptiæ repræſentare videntur.

duo-

duodennis Cyclus Japonenſium, quem illi cum Tibetanis, ut alia plura, eodem fere modo communem habent. *Sank* concham Marinam cernis in Tabula *Canon*. Ex ejus veluti ſinu neſcio quis barbatus homo femore tenus prodiens ſeſe in altum erigit, junctiſque manibus, & oculis in *Canon* defixis ſpeciem orantis exhibet. An forte illud ipſum eſt, quod in Dei nomine proferendo, སངས *Sangh* Tibetani appellant? Magno ſane in pretio apud ipſos eſt *Concha Marina*, eaque uti ſacra habetur. *Laccimi* virgo *Remavo*, *Biſnoni*, *Ixoretta* Indica, idem ſignificare videtur, quod *arbor* hieroglyphica creationis apud Japonios. At ſive Japonenſes, ſive Indos, ſive Tibetanos adeas, ubique Tibi occurret virentis arboris religio ob ſymbola forſan creationis, & conſervationis rerum recepta, atque retenta. *Maſtak-gora* equus *Septiceps*, vector eſt ſeſſoris *Anubidis*, quemadmodum picta Amidæ Tabula repræſentat. Cetera aliis obſervanda relinquam. Quod ego ex meis hiſce obſervationibus conjiciebam illud eſt, Iſim Venerem, *Deam Palmarem* dictam a voce *Beni* tanquam aquarum ac terræ *Margaritum*, gemini ſexus Numen, ipſum eſſe *Canuphi* Ægyptiacum, *Canon*, *Mercurium*, *Anubim* Japonicum, *Biſnoni* denique & *Biſcnu* ſeu *Viſnu* Indorum, quemadmodum auctore Apulejo, ut animadvertit Chriſtophorus Wolfius in *Manichæiſmo ante Manichæos* pag. 72., *Iſis & Oſiris unum idemque Numen erat ſub diverſis nominibus*. Quod etiam de *Hecate* & *Anubi* docet Plutarchus in *Iſ.* & *Oſir.* pag. 368. Νέφθυς *Nephthys eſt, quod infra terram ſitum non cernitur:* Ἶσις *Iſis, quod ſupra terram manifeſtum extat.* Ὁ δ᾽ … ΟΡΙ-ΖΩΝ κύκλος *At Circulus iſthæc ambo tangens ac dirimens, qui a definiendo* HORIZON *dicitur, ambobus communis,* ΑΝΟΥΒΙΣ κέκληται ANUBIS *vocatur, ac forma* ΚΥΝΙ CANI *aſſimilatur, quia canis viſu perinde noctu utitur atque interdiu. Videturque Anubis apud Ægyptios eam obtinere*

Cyclo annorum XII. Tibetani æque ac Japonenſes utuntur.

Sank in Tabula *Canon* Japonici, quid oſtendat?

Sangh in nomine Dei Tibetanorũ, num quid habeat ſimile Indico *Sank* dubitatur.

Arbor ſymbolica Japonenſium idẽ ſignificat, quod *Laccimi*, virgo *Remavo*, *Remban*, *Biſnoni*, & *Ixoretta* Indorum.

Maſtak-gorà Equus ἑπτακέφαλος vector *Anubidis*, ſeu *Amidæ* Japonici.

Dea Palmaris Apulei in. 1. Metamorph. p. 116., Venus ſcilicet Terræ Mariſque *Margarita Beni*, ſeu *Veni* Canuphi Ægyptius, Canon, Mercurius, Anubis, Amida Japonicus, *Biſnoni*, & *Viſnu* Indicus, *nominibus* plura, *re* tamen ipſa, ut *Iſis & Oſiris*, unum idemque ſunt Numen. *Hecate*, & *Anubis* Plutarcho idem.

vim,

vim, quam apud Græcos ἡ ΕΚΑΤΗ HECATE *Numen ſcilicet terreſtre ſimul & cæleſte. Nonnullis Anubis Saturnus eſſe videtur*. Erneſtus Jablonskius in ep. 144. ad La-Crozium multa ſcitu digna de Anubi Ægyptiorum Mercurio, deque Nominis ejus origine profert, quæ cum Plutarchi ſententia conjungi queant. Dixerat de Anubi Apulej. XI. Miles: *Hic horrendum attollens Canis cervices arduas, Ille ſuperum commeator & inferum, nunc atra nunc aurea facie ſublimis*. Inde colligit Jablonskius, *faciem Anubis ex una parte fuiſſe auream, ab altera atram*; eôque referri poſſe exiſtimat Ænigma *Sinenſium*, qui *Annum* exprimere volentes, *arborem* pingunt (ut *Palmam* Ægyptii,) *cujus folia ex dimidio ſint nigra, & ex dimidio alba*. Quôd vero *ſolus* ſit Planeta *Mercurius*, *qui . . . & de Luna & de Sole ſuam ſibi partem vindicat*, *hinc*, ait, *ſuperum vocatur, & inferum commeator Anubis*: Quumque Luciano in *Jove Tragoedo Anubis, Attis, & Mithra* ὅλοι ὁλόχρυσοι myſtica quadam ratione dicantur *ex ſolido auro conflati*; Et Cedrenus ſcribat *Mercurium artem auri ex metallis educendi docuiſſe homines*: atque in Ægypto *verſantem utpote ceterorum omnium præſtantiſſimum ſtolam geſſiſſe auream*; *ab Ægyptiis demum* πλουτοδότην . . . ὡς τοῦ χρυσοῦ Θεὸν, *divitiarum largitorem tamquam Deum auri fuiſſe vocatum*: idem ipſe Jablonskius argumentatur nomen *Anubis aliud nihil eſſe quam* ⲉⲛⲛⲟⲩⲃ *Deum aureum*. Aureus profecto eſt *Anubis* Japonicus, aureus *circulus*, quem uti *horizontis* ſymbolum dentibus ſtringit, ac rodit *Amida*, nomine forſan ducto ab ⲁⲙⲉⲧ *Ameti* Ægyptio *rodens*: nam & id opinari nonnemo facillime poterit. Anubis demum ceu fortunæ, & *auri* largitor ab Japoniis colitur non aliter ac *Laccimi* ab Indis. Καμήφης *Camiphis* Προπάτωρ Avus Hermetis, ſeu *Mercurii*, adnotante Jablonskio, *occurrit* apud Stobæum. In quibuſdam Ægyptiorum ſermonibus, ut referunt *Excerpta Da-*

Mercurius Ægyptiorum Anubis, cur narrante Apuleio atram aureamque faciem alternet, explicat Jablonskius.

Anni ſymbolum apud Ægyptios *Palma*: apud Sinenſes *arbor* cum foliis ex parte dimidia *nigris*, ex parte *albis*.

Anubis, Attis, & *Mithra* ex auro ſolido.

Auri Deus Mercurius.

Anubim ſic dictum ex Ægyptia voce *Ennub* aureum deſignante, exiſtimat Jablonskius.

Anubis Japonicus *Aureus*.

Anubis dici etiã potuit *Amida* quaſi *Ameti, rodens*: quid ita?

Mercurii Avus *Camiphis*.

maſcii apud ipſum Jablonſkium, ἡ μὲν μία τῶν ὅλων ἀρχὴ σκότος ἄγνωστον ὑμνουμένη, καὶ τοῦτο τρεῖς ἀναφωνούμενον οὕτως, *unum univerſorum principium tenebræ, ſeu chaos ignotum hymnis colitur, idemque uti trinum deprædicatur*: ſic enim Damaſcii verba interpretor. At Hiraiſcus τὰς δὲ δύο ἀρχὰς ὕδωρ καὶ ψάμμον, *principia duo aquam & arenam* (terræ nempe particulas innatantes aquis) Ægyptios tradidiſſe ſcribit: Aſclepiades vero ψάμμον τε ὕδωρ *arenam*, ſeu terram, *& aquam*: Ex his poſtea ortum eſſe πρῶτον Καμηφιν *Primum Camiphin*: ab hoc deinde δεύτερον ἀπὸ τούτου *Secundum*: & ab hoc ipſo τὸν τρίτον *Tertium*: ὃς συμπληροῦν τὸν ὅλον νοητὸν διάκοσμον, *iiſque univerſorum intelligibilium ordinem compleri*. Verum Hiraiſcus junior τὸν τρίτον ὀνομαζόμενα Καμηφιν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Πάππου τὸν ΗΛΙΟΝ εἶναι φησὶν, *Tertium Camiphin a Patre & Avo cognominatum*, SOLEM *eſſe dicit*.

In excerptis Damaſcii apud Photium Ægyptii in ignotis tenebris *unum trinumque* norunt rerum omnium principium.

Hiraiſcus, & Aſclepiades *principia duo* rerum conditioni tribuunt juxta Ægyptiorum Theologiam: Quænam ea ſint?

Camiphis Tres quomodo nati?

Tertius Camiphis Hiraiſco juniori *Sol*.

LXV. Deos Ægypti Protectores tres hoſce Καμηφὶς exponit Jablonſkius: eſt enim, eo interprete, Ⲭⲏ-ⲙⲓ *Regio humida*, Ægyptus nempe inferior, & Ⲫⲓ Matth. IX. 17. pro τηρεῖν *tueri*, & *cuſtodire* accipitur. Non multum ego a Jablonſkii opinione diſcedam, qui hujuſmodi *Camiphis* pro Diis Ægyptiorum perinde habeam. Sed vocem ſignificare puto *Spiritus* lucis atque fervoris, ⲕⲁⲙⲓ ita appellatos a חם *Cham*; unde Ⲭⲁⲙⲓ *Chami*, & Ⲭⲏⲙⲓ *Chemi* Pſ. CIV., Terra Ægypti nigra: Copt. Verſ. Ⲕⲓⲙ Jon. I. 15, ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲕⲓⲙ, Græce ἀπὸ τοῦ σάλου αὐτῆς *fervor*: ϩⲉⲙⲙⲉ Pſal. XVIII. (apud Kircherum ϩⲉⲙⲓ) *calor*: Ⲁⲩ-ϩⲉⲙⲙⲉ *calefacti*: & חמה *Chama*, monente Bocharto *Sol* apud Hebr., quod etiam in ſuperioribus obſervatum eſt. In vocula Φι, ne plura hic congeram, Arabs Interpres القبلة *Kibla* mihi exhibet, quæ Kirchero eſt *Auſter*, & *Oriens*, aliis *Meridies*. Kibla Jovis Ammonis effigiem, & Umbilicum Viſnu Indici hoc rurſus in loco ſpectandum offert. Audiſis Hy-

Kamiphis, interprete Jablonſkio, Dii Ægyptiæ Terræ Patroni.

Kamiphis, opinione noſtra, *Spiritus lucis* atque *fervoris*.

Chami, & *Chemi* ſeu *Chimi* Ægyptus.

Cham niger & ardens.

Kim Ægypt. *fervor*, & *æſtus*, *Hemi* calor.

Chama Hebr. *Sol*.

Φι exponitur Arab. *Kibla*, ſeu *Kebla*: *Auſter*, *Oriens*, *Meridies*.

Kibla effigies Jovis Lybici, & forte etiam Viſnu Indici umbilicus.

dium in Append. H. Rel. Vet. Perſ. pag. 495. & ſeq. ita lo-
Kibla Pyxis Nautica, Sinenſibus *Kie-pon* ex Hydio. quentem: *Inſtrumentum itinera dirigens vocatur* compaſſus, *Italice* Buſſolo *ideſt* Pyxis. *Sinice ea* XXIV. *Ventorum vocatur* Kie-pon, *ideſt* lineata pyxis. *Arabico-Perſice audit* قبله نما *Kibla Nama, ideſt Kiblæ libellus, ſeu charta, vulgo perperam* خبره نما *Chabra Nama: alias rectius* قبله نما *Kibla Noma, ideſt Kiblam oſtendens, ſive velis individuum Kiblæ punctum, ſive quemvis locum anteriorem, ad quem tendis, ſcilicet directum iter quaqua verſus diri-
Kibla Hydio *Meridies*. gens: Sed cum* Kibla *ſit meridies, iter tam ad eam, quam ad aliam quamvis plagam per conſequentiam deducendum eſt . . . : . Martinius in Atlante de China agens ait:* ibi ante Europæorum inventionem, artis nauticæ, & magnetis
Acus Magneticæ uſus apud Sinenſes. uſus antiquiſſimus: *Acu magnetica etiam inſtruitur Chinenſium* Pyxis ſortilega, *ubi ſortitio, ſeu electio facienda hujuſmodi acu indicatur . . . . In Lybia apud Ammonios . .
Kibla Jovis Ammonis umbilicus, & Deus ipſe Navigiorum Rector, & Ductor. . . . . Jovis effigies fuiſſe videtur ſemiglobulare quiddam (uti eſt compaſſus marinus) forma umbilici librarii, ſeu umbonis, tanquam* ἔνθεον *quoddam adoratum propter ejuſdem divinum auxilium, utpote in quo Index magneticus erat ſicut intus exiſtens quidam Deus navigiorum curſum in me-
De Sabæis cur *Zabios* appellarint Arabes, *Aſſemanii* ſententia temere a Beauſobrio exagitata. dio æquore dirigens.* De *Kibla* ſeu *Kebla* Sabæorum, (quos Præſul doctiſſimus Aſſemanius *Zabios* ab Arabibus novo veluti nomine nuncupatos cenſet, poſtquam priſca religione deſerta Chaldaica dogmata adoptarunt, quicquid verſutus homo Beauſobrius ſentiat,) mentionem facit Abulfaragius narrans ex Syro Sec. IX., ſive X. Scriptore *Tabeth-Ebn. Corra*,
Kibla ſeu *Keblæ* Sabæorum *Polus Arcticus*. Ad *Keblam* verſi ter in die adorabant Solem. *Keblos*, Heſychio Auctore Κυνοκέφαλος *Cynocephalus* ob Canini capitis formam. *Polum arcticum fuiſſe* eorum Keblam, eam nempe Cæli plagam, quô ſe vertere conſueverant, dum Solem adoraturi diebus ſingulis mane, meridie, ac veſpere ter ei preces ex præſcripto fundebant. Κέβλος *Keblos* ab Heſychio refertur, idemque κυνοκέφαλος κῆτος exponitur. *Kietù* कन तु, ſive *Ketù* Indi vocant caudam draconis Cæleſtis; Idolum-

lumque fingunt rubello vultu in parte ſuperiori ad ventrem uſque hominem, in inferiori ſerpentem; qui dextera *Enſem*, ſiniſtra reſectum caput tenet capillis ſuſpenſum. Hunc certis ſtatiſque temporibus contra *Solem*, ac *Lunam* ſe ſiſtere, eiſque lucem adimere ferunt. Vapores demum, & exhalationes, quæ circum Solem & Lunam rubeſcere cernuntur, nil aliud quam *Kietù* putant. Hûc ſcilicet Indi traxiſſe videntur, quod veteres de *Mercurio* ſuam ſibi partem de Sole, & Luna vindicante ſcripſerunt. Itaque quinam eſſe poſſit κῆτος Heſychii, ex Indico *Kietù* conjicere licet. Attamen *legendum* putat Schrevelius ex adnotationibus Palm. & Salm. *κιωοκέφαλος, κῆπος, quæ ſunt*, inquit, *duo interpretamenta vocis* Κέβλος. *Eſt autem κῆπος* ζῶον ὅμοιον πιθήκῳ animal ſimile Simiæ. *Idem & κιωοκέφαλος etiam dicitur ob Caninum Caput* .... Ecquid rei eſt, dices, voci *Kebla* cum Κέβλος *Keblos*? Multum equidem; idque tute ipſe intelliges ex Clem. Alexandrino in V. Strom. pag. 567. ubi de binis, iiſque aureis canibus agens, quos in Deorum κωμασίαις, ſive *Proceſſionibus* ſuis Ægyptii circumferebant, Vir Maximus agens, *ſunt*, inquit, *Canes duorum hemiſphæriorum ſymbola*. Et rurſus: *Sunt qui volunt* Tropicos *ſignificari a canibus, qui cuſtodiunt; ac inſtar Janitorum obſervant acceſſum Solis ad Auſtrum, & Septemtrionem*. Hæc mihi ſuadent, ut Καμηφὶς interpreter *Spiritus Auſtri*, ſeu *Septemtrionis*, aut *Orientis* duces ac directores in creatione Mundi inferioris, inter quos tertius Καμηφὶ *Mercurius* Κέβλος, κιωοκέφαλος Poli rector, utriuſque Hemiſphærii, & Tropici cuſtos, Sol denique ipſe ex Avo Ammone primo *Camiphi* editus. *Kubel* कुबल Indi Nepallenſes *Deum cuſtodem Septemtrionis* appellant. Præeſt Is germinationi, & incremento ſegetum, florum, herbarum, plantarumque omnium. Nihilque tam

Κιωοκέφαλος κῆτος *Ketus* Heſychii idem eſt ac Indicus *Kietù* ſive *Ketù*.

Κῆτος in Heſychii textu ex *Kietu* Indico defendi poteſt.

Κῆπος Animal ſimile Simiæ, idemque etiam *Cynocephalus* legit pro κῆτος Schrevelius ex Palm. & Salm.

Kebla idem ſignificat quod κέβλος, κυνοκέφαλος *Canis* cuſtos, & Solis obſervator.

Tertius *Camiphi* Ægyptiorum Mercurius Κέβλος.

Kubel Indorum Deus *Tutelaris* Septemtrionis.

Kubel vis genitalis, & Auctrix frugum Univerſæ Terræ.

Kubel metallorum, & gemmarum Numen.

rarum, & pretioſum eſt in cunctis per Orbem terræ ſinubus, quod hoc Numen non regat, & procreet. Illius enim Imperio & argentum, & aurum, & adamantes, & gemmæ, & metalla univerſa ſubſunt. Hominem effingunt inſidentem Nymphææ flavi, aureique coloris, qui gerit dextera una *compagem trium gemmarum*, altera, ut viſum eſt PP.

Kubel murem ſiniſtra tenens, quid indicare poſſit?

Apollo Smyntheus a muribus dictus.

Capuccinis, *matricem adamantis:* quemadmodum in ſiniſtris, altera manu *ſceptrum*, altera *murem* tenet, quaſi idem eſſet ac Apollo *Smyntheus*, de quo multis agit *Cuperus in Monum. Antiq.* pag. 210. & ſeqq. Niſi ad murem

Mures Thebani a Diodoro deſcripti in parte inferiori ὁμόχθονοι

tribuendum Deo *Kubel* ea moti fuerint opinione, quam Ægyptii ex portentoſis Thebanorum muribus conceperant, ut animantia omnia e terræ vi genita falſo exiſtimarent.

Baſudala uxor *Kubel*.

Baſudala, ... quam ego ſic dictam a Bove ſeu Vacca putarem, Deaſtri uxorem vocant. Quod facit, ne ego

Kubel cum *Keblos*, & *Kebla* comparatur.

nomen *Kubel* कुवेल cum Κύβελη *Cybele*; ſed potius cum Κέβλος *Keblos*, commutata vocali *u* in *e*, uti etiam cum *Kebla*, ſeu *Kibla* conferendum exiſtimem. Japonenſes, & ii

Kamis Dii *Sintoſiſtarum* Japonéſium.

præſertim qui *Sintoſiſtæ* vulgô dicuntur, Deos ſuos *Kamis*

Kamis ex Kaempfero *ſpiritus*, ſeu *anima*.

appellant: *Sin & Kami ſont les Noms des Idoles, qui ſont l'object de ce culte. . . . le Dieux, qui ſont l'objet de leur culte nommez Sin & Cami, ce qui ſignifie Ames ou* ESPRITS: ait Kaëmpferus Lib. III. H. Jap. Capp. I. & II. Quam arctam conjunctionem habeant hujuſmodi *Kami* Japonici cum Ægyptiis Ⲕⲁⲙⲏⲫⲓⲥ; eorum *Genealogia*,

Japonenſes originem ſuam Diis Genitoribus acceptam referunt.

Dii Japonenſium ex prima agitatione Chaos editi, eandem præſeferũt originem, quam *Kamiphis* Ægyptiorum.

quam ego ex Kaëmpfero referam, ſatis demonſtrat. Japonenſes, inquit l. I. c. VII. *ils ſe croyent deſcendus de leurs Dieux, qu'ils ne regardent neanmoins pas comme éternels, mais ils diſent que dans le premier mouvement du chaos, dont toutes choſes ont été formées, leurs Dieux furent auſſi produits par ſon pouvoir inviſible*. Iſthæc tu quæſo conferas cum ſuperioribus Damaſcii verbis. *Ils ont deux differen-*

rentes Genealogies de leurs Dieux. La primiere eſt une ſucceſſion d'eſprits celeſtes, d'etre purement ſpirituels . . . La ſeconde eſt une Race d'Eſprits terreſtres, ou Dieux Hommes . . . . Enfin ils engendrerent la troiſiéme Race qui habite aujourd hui le Japon. Conſtat prior illa Deorum claſſis ex Diis magnis VII., quorum primi tres uxoribus caruerunt. Horum omnium Princeps eſt *Kuni toko Dat ſii No Mikotto . . . la primiere choſe qui ſortit du chaos . . ſon fils ſortit de lui d'une maniere qui eſt inconcevable à l'Eſprit humain* pag. 86. *Spina* formam eam rem habuiſſe, quæ primum prodiit e ſinu Chaos Japonenſes diſſerte teſtantur apud eundem Kaëmpferum pag. 179. *Au comencement de l'ouverture de toutes choſes, le chaos flottoit comme les poiſſons nagent dans l'eau pour leur plaiſir. De ce chaos ſortit quelque choſe ſemblable à une epine, qui etoit ſuſceptible de mouvement & de transformation. Cette choſe devint une Ame ou un Eſprit, & cet Eſprit eſt apellé: Kuni toko Dat ſij No Mikotto.* Galli Scriptores tam ſæpe laudati adnotant *ſpinam* pro ſexu accipi poſſe, At in ea *Semen* ego *Mundi*, idem quod *Nahren*, *Bavani*, *Stillam roris* in calice floris loti incluſam, *Ixorettam*, *funiculum*, *filum*, punctum ſeu orbiculum in triangulo primigenio, *Surculum ex umbilico Viſnu*, *Bramham* ex eo prodeuntem, Lingam, Quevelingam, *Acum* umbilici Ammonis, de quibus jam egimus pag. 108. 109. 118. 119.: & ſi, quod Kaëmpfero placuit, a Babyloniis originem traxerunt Japonenſes, *Suchot*, calamum, virgam, ridicam ex earum genere, quas Κάμακας Heſychius interpretatur κοντάρια ὀρθὰ, ἢ καλάμυς ὀξεῖς, Priapum Babylonicum, Θεῖον & phallum Ægyptium a Plutarcho deſcriptum intueor. Erit ita primigenii hujus ſeminis ſymbolum *aculeus*, quem Sol Japonicus infigit Teſtudini, uti & aurea illa atque oblonga ſpina, quæ mire aculeata e vertice ſupremi Creatoris in altum ſurgit. Nec omittam, quod ſum-

Genealogia Deorum Japonenſium, quæ?

Primi ordinis Dii Magni VII. cœlibes tres, Mariti quatuor.

Princeps Deorum VII., quis?

Spina e ſinu Chaos motus, & transformationis capax, *Anima*, ſeu *Spiritus Princeps* evaſit.

Spina Chaos juxta fabulas Japonenſium idem quod Indorum *Nahren*, *Bavani*, *ſtilla roris* in calice loti *Ixoretta*, *filum* ſemen Mundi, *punctum* in centro trianguli, *ſurculus ex umbilico Viſnu*, *Lingam*, *Acus umbilici Ammonis*: *Suchòt* Babyloniorum, calamus, virga, & id genus alia.

Aculeus Solis, & *Apex aculeatus* ſupremi Creatoris apud Japonenſes, ſymbola ſeminis Mundi.

Summus Creator Japonenſium, ut Indicus *Viſnu*, Niger.

Kami principalis Sintoiſtarum *ſubſtantia Solis*.

Amidæ ſtatuam Solis radiis ornatam e *Sina* in Japoniam, quo ſeculo fabulones divinitus convolaſſe prædicent.

Kami Tenſio Dai Dſin a Sintoiſtis ſingulariter cultus, *Terreſtrium Deorũ* Princeps, ſacrorum Regũ, & Japonenſium Pater.

Tenſio Dai Dſin cæleſtium radiorum fons, vita, *anima*, *lux*, & ſummus naturæ Moderator.

Tenſio Dai Dſin, & *Horus* Ægyptiorum eundem locum tenent in claſſe *Semideorũ*.

Dai Butta Japonicus Kaempfero idem qui *Bacchus* apud Græcos: *Vaccaſvvara*, *Budda*, & *Viſnu* apud Indos in IX. ſui Incarnatione ſub hominis forma viſus.

Budha vocatur a Sinenſibus, & Japoniis *Buds*, & *Siaka*, hoc eſt *Xaca*: a Siamenſibus *Sammona Khodum*: a Pegua-

ſummi Creatoris ſimulacrum licet ex auro ſolido conflatum habeant Japonenſes, Dei tamen vultum atro colore imbutum repræſentant. Inſignem deinde *Kami*, quem *Sintoiſtæ* præſertim, religioſiſſime colunt, *Solis ſubſtantiam* dicunt; ex eaque opinione originem forte habuit oſtentum *Amidæ*, quod Sec. Aer. Chr. ſexto contigiſſe jactitant, quum Deaſtri ſtatua (*Harpocrati* ſimilis juxta Kircherum,) e Sinenſi Imperio in Japoniæ finibus, ut cœci indigenæ credunt, aureis circumdata radiis apparuit. Eundem ego fecerim cum *Tenſio Dai Dſin* Filio Primogenito Patris *Iſanagi No Mikotto*, VII. in Genealogia Deorum, & Matris Deæ *Iſanami No Mikotto*, Terreſtrium Deorum, ſive Semideorum Principe, eoque tertiæ Regum ſacrorum claſſis, & Japonicæ ſtirpis Progenitore. Nam characteres, inquit Kaëmpferus L. I. pag. 85. *Dont on ſe ſert pour exprimer ce nom* (Tenſio Dai Dſin,) *ſignifient un grand Eſprit repandant des rayons celeſtes . . . . La vie meme, l'Ame, la Lumiere, & le Souverain Monarque de la Nature*. Huic reſpondet in *Dynaſtia Semideorum* Ægypti ex Manethonis ſcriptis *Horus* Αἰγυπτίων α΄ ΩΡΟΣ ἡμίθεος ἐβασίλευσεν. Ab his ne quæſo ſepares *Dai Butta* criſpo capillo, & *mammoſo pectore* quâ juvenem, quâ virum, qualem habes in imaginibus Deorum Japonenſium Tom. VI. cit. de *Rel.* eorum *Rit.*, & Tom. I. Kaëmpf. Tab. V. Eſt enim Idolum iſtud a Kaëmpfero viſum pag. 30., *comme celle de Bacchus, que les Bramins appellent Viccaſwara:* idem ac *Pudha*, *la même Perſonne ques les Brahmins appellent Budha, & qu'ils croyent être partie eſſentielle du Wiſthnu, ou leur divinitè qui fit ſa neuvieme apparition dans le monde ſous ce nom, & ſous la forme d'un homme. Les Chinois & Japonnois l'appellent Buds, & Siaka . . . . à Siam . . les Savant parmi eux dans leur Palì ou langage ſaint l'appellent Sammona Khodum . . Les Peguans l'appellent Sammana Khutama.*

pag.

pag. 208. Alii *Sommona Codam*; quam ſane vocem nemo non Ægyptiacam dixerit. Nam Ϯⲥⲟⲩⲙⲁⲛⲓ *Ti-Sumani* Ægyptii *Genitalia* vocant: & Ⲥⲟⲩⲙⲟⲛⲁⲥ *Sumonas Mentaſtrum* in ſacris Ægyptiorum frequentiſſime uſurpatum, σπέρμα Ἀπόλλωνος *ſemen Apollinis*, aut *Mentham* αἷμα καὶ γόνον τοῦ Ἄμμωνος *ſanguinem, ac genituram Ammonis* ex Arabibus, & Apul. interpretatur Kircherus. Atque hæc omnia Japonica Numina quanquam μυθικῶς diverſa, φυσικῶς tamen idem ſunt ac *Viſnu* Indicus, ut ſatis probatum eſt. *Viſnu* igitur & *Kamis* erit & *Camiphi*, & *Sol*, & *Priapus*, & *Bacchus*, & *Mercurius Anubis*; *Sommona Codam*, *Budda*, & *Xaca*.

guànis *Sammana Khutama*: ab aliis *Sommona Codam* voce, ut conjicitur ducta ab Ægyptia *Sumani*, vel *Sumonas*.

Viſnu Indicus, *Kamis*, *Kamiphi*, *SommonaCodam*, *Budda*, & *Xaca*.

LXVI. *Iſuren* Tertius eſt Deus, quem Indi colunt. Eum plerique Eruditorum, La-Crozius in primis, & qui La-Crozium ſequuntur Banier, & Maſcrier, *Oſirim* Ægyptiorum ſine ulla difficultate arbitrantur. Oſiris Euſebio Lib. I. Præp. Evang. appellatur Ὕσιρις *Hyſiris*. Τὸν ὌΣΙΡΙΝ Ἑλλάνικος ὝΣΙΡΙΝ ἔθηκε, ἀκηκοέναι ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον: *Pro* OSIRI HYSIRIM *poſuit Hellanicus, quòd ita eum a Sacerdotibus nominari acceperit.* Ut enim Platoni in Cratylo Ἰσία, Ὠσία, aut ut eſt in textu Plutarchi edito pag. 375, Ὀσία *Oſia*, pro Οὐσία *Uſia* dicitur; ac rurſus Plato ipſe apud eundem Plutarchum affirmat *Uſiam* veteres appellaſſe Ἰσίαν, (melius forte per Y *Hyſian*;) Nos vero, & Græci Μωϋσῆν pro Μωσῆν efferre conſuevimus; quemadmodum ſupra declaravimus; Ita & Ægyptii, & Indi pro Ⲟⲩϣⲓⲣⲓ *Uſcirin*, aut Ὄσιριν *Oſirin*, dixerunt Ὕσιριν, *Iſuren*; quum ambo hæc nomina unam, eandemque originem agnoſcere videantur. Deum *Deſtructorem* vocant, eique uni tanquam propriam tribuunt vim & poteſtatem omnia deſtruendi, ut ita in originem, unde primum orta ſunt, redigantur; ſicque novarum productionum opus Deus ipſe moliatur. Ea quoque fertur inter Indos opinio, quòd *Iſuren* animorum na-

Tertius Indorum Deus *Iſuren* idem ac *Oſiris*.

Oſiris apud Euſebium, & Hellanicum *Yſiris*.

Ut *Yſian* Plato pro *Uſcian*, ſic *Yſirin* Ægyptii, & Græci, deinde *Iſuren* pro *Uſcirin* dixerunt Indi.

Iſuren Deus *Deſtructionis*: cur?

naturam a materie fœcibus purgatam ad ſe trahat, primoque principio conjungat. Ac ſi repetere licet, quod aliàs ante diximus, *Pluto* is eſt, *Dis*, & *Amenti* animarum *dator atque receptor:* Deus inferorum, Deus mortis, Univerſorum Judex *Giam* ज्ञम nuncupatus. Idem omnino de Oſiri ſentiebant Ægyptii, ut Plutarchus narrat in Iſ. & Oſir. pag. 382. Ob hanc plane cauſam rerum omnium deſtructio, & conflagratio, quæ ſicuti narrant Indi, ter jam accidit in præſentis Mundi ætatibus, Ei uni tanquam Auctori tribuitur.

Iſuren ut *Oſiris* Ægyptius, Pluto, dator & receptor animorum, Deus mortis, & Univerſorum Judex ab Indis *Giam* nuncupatus.

Nihilo tamen minus Iſuren fons eſt, & origo generationis, *Mahdeus* vulgo a Nepallenſibus cognominatus, idem ac *Lingam*, atque *Priapus*.

Iſuren, *Mahdeus* a N. pallenſibus vocatus, idem ac *Lingam*, ſeu *Priapus*.

Tanta vero obſcenitate ſpurciſſimi hujus Numinis geſta undique redundant, ut omnem non modeſtiæ ſolum, ſed & ipſius humanitatis ſenſum exuiſſe videantur Bramhanes, qui ea tanquam divina cum in ſacris tabulis ſcripta, tum etiam in Templis picta, inſculptaque ſaxis poſterorum memoriæ commendarunt.

Geſta *Iſuren* venereis obſcenitatibus, & ſpurcitiis plena.

Satis ſit eorum ſpecimen La-Crozii verbis referre: *Les Indien ont le Lingam, qui ajoûte encore quelque choſe à l'infamie du Phallus des Egyptiens & des Grecs. Ils adorent le faux Dieu Iſuren ſous cette figure monſtrueuſe & obſcene, qu'ils expoſent dans les Temples, & qu'ils expoſent en Proceſſion inſultant d'une maniére horrible à la pudeur & à la credulitè de la populace*: Chriſt. Ind. L. VI. pag. 431.

Ægyptii & Græci *Phalli* turpitudo ab Indis Bramhanibus aucta.

Paſupati फसुपाति vocant Nepallenſes *Phallum* quadriformem *flavi*, *rubri*, *viridis*, *albique* coloris: eumque conſpiciunt tanquam ſymbolum conjunctionis librorum IV., qui अचाल *Atzala* nuncupantur, cum libris IV. *Bed*, ſeu Vedam a Bramha compoſitis. Agitur in *Atzala* de *ſono*, de *cantu*, de *choræis*, & *numeris*: ajuntque libros hoſce IV. ex ore quadruplici Iſuren prodiiſſe. Quod etiam demonſtrat *Iſuren* idem eſſe cum *Bramha*. Vide quæ ſcripſimus p. 116., & N. LVIII. Multa prætereo

Phallus Nepallenſium *Paſupati* quadruplicis coloris & formæ, ſymbolum conjunctionis librorum *Atzalà* cum libris *Vedam*. *Atzalà* libri IV. divinitus editi ex *ore quadruplici Iſuren*.

tereo quæ cum ex ingenti Volumine *Lingh-Purana* inſcripto, tum ex aliis pluribus PP. Capuccini de *Iſuren* flagitiis collegerunt. Is ipſe eſt humectationis principium, *humidæ naturæ Dominus*, origo ſacrorum fluminum, *Pokar* in I. Mundi ætate, in hac noſtra *Gangis*; unde tam multiplex illa ablutionum ſuperſtitio, earumque admirabilis vis ad crimina quævis expianda manavit. Lacus deinde eſt in finibus Tibeti *Nepal* verſus ſitus, quò viri ac fœminæ, tum exteri tum indigenæ ex univerſo Mogulenſium Imperio incredibili *fanatiſmo* correpti annis ſingulis menſe tertio, & quarto coeuntibus cum Luna Maji, & Junii noſtri peregrinantur, pelles Tigridum pallii loco geſtantes. Medio in Lacu jacet decumbens nigro vultu Idolum *Nilcandò* नीलकौंदो Tigridis pelle ad lumbos præcinctum, gerens brachiis manibuſve quatuor, alia quidem Tympanum, alia Tridentem; alia coronam precatoriam, & quarta vaſculum Veneni. Iis abluti aquis credunt miſeri tantam animi munditiem continuo recuperaſſe, ut ſe omnino puros, & cælo dignos exiſtiment. Nullumque eſſe volunt delicti genus, quantumvis enorme & execrabile, ne quidem *Deicidio* hoc eſt Bovis nece, excepto, quod non ſtatim ejus lavacri virtute deleatur. Bavani, quæ prius *Sati*, poſtea *Parbati* per μετεμψύχωσιν renata eſt ex *Hem* हेम, & *Meno* मेना Parentibus, Fontibus & ipſa, lacubus, & fluminibus ut Iſis, ut Latona, ut Diana præeſt. Quod quidem non Nepallenſes ſolum, ſed & Malabares, aliique tradunt in Indiis. At ea uxor eſt Iſuren. Sed *Hem* Patrem *Parbati* ſic dictum puta ab *Ham* Jove Ammone; qui *Hemal* हेमाल vocatur a Nepallenſibus, & *Mons* creditur ſocer Iſuren. Inter XII. *Zodiacalium ſignorum nomina ab antiquiſſimis Chaldæis, & Phœnicibus excogitata . . . . primum [quod tempore Hipparchi in Zodiaci, Eclipticæ interſectione ſitum] dictum eſt* Κριὸς

Iſuren, ut Oſiris, humidæ naturæ Dominus, ſacrorum fluminum *Bagmati*, & *Gangis* Auctor.

Aquæ *Gangis* piaculares.

Ad lacum *Iſuren*, aliàs *Nilcandò*, in finibus Tibeti, Mogullenſium, aliorumque Populorum ex Indiis Peregrinationes ſacræ.

Nilcandò cubat in aquis, nigrum vultum, Tigridis pellem ad lumbos, aliaque ſibi propria inſignia ferens.

Aquis lacus *Nilcandò* univerſa plane crimina expiari putant Indi eo peregrinantes.

Interfectio Bovis *Deicidium*.

Bavani, renata *Parbati* ex Patre *Hem*, & Matre *Menò*, uxor *Iſuren*, Dea *aquarum*.

Hem Pater *Parbati*, Jupiter, Ammon, & Mons *Hemal* ita a Nepallenſibus nuncupatus.

Hamàl Orientalium, teſte Hydio, *Agnus adultus*, hoc eſt *Aries*, ex veterum Chaldæorum, & Phœnicum Aſtronomia, inter XII. Zodiaci ſigna primum erat.

Giamul, ſeu *Jamul* Ægyptiis *Aries*, idem qui Arabice *Hamal*.

Bavani prius dicta *Sati* Filia *Dacc*.

gregis Zodiacalis Dux . . . . is eſt Orientalibus حمل *Hamàl, ideſt* Agnus adultus, *ſcilicet* Aries *dux pecudum & gregum; proxime veniebat Taurus dux pecorum & armentorum*. Utere, ſi lubet, ad rem noſtram iſtiuſmodi Hydii obſervationibus editis C. XXXII. de Vet. Rel. Perſ p. 390. Nam & Ægyptii in Dict. Copt. Kircherii Πιϫⲁⲙⲟⲩⲗ *Pigiamul*, Arab. حمل *Hamàl* appellarunt *Arietem*. दक्ष *Dacc* neſcio quem *Patrem* Bavani fingunt, quo tempore vocabatur *Sati*. Quod quanta impietate Indi effutiant, ſatis admirari nequeo; nam, ſi ea Mater eſt Iſuren omniumque Deorum, & ab Ente ſupremo, uti Illi ſolemniter profitentur, ἀμέσως edita eſt; unde in ſcenam venit novus iſte *Dacc*, a Filia *impius* ob eam cauſam appellatus, quôd ſeipſam a cultu Iſuren ad Viſnu honorandum adducere aliquando ſtuduerit? Ex geſtis Iſuren opera Patrum Capuccinorum collectis id ſcimus. བདག་པོ *Dak-po* habent etiam Tibetani, eumque

Dacc tentans avertere Filiam a cultu *Iſuren* redarguitur impietatis.

Princeps *Docam* loci ſcilicet, qui ſuper aera late fuſus Sedes eſt Malignorum Spirituum.

Chames ſpiritus malefici, Tibetanorum ſententia, qui?

Principem, & Caput loci འདོད་ཁམས་ *Docam* ſuper aëra poſiti interpretantur. Ibi enim verſantur ཁམས་ *Chames Spiritus* malefici, nocendique cupidi. *Viri ii ſunt ac mulieres*, qui *metempſychoſin* ſubivere in hujuſmodi loco, ubi etiam Laharum ſedem collocant Tibetani. Inde དགའ་རབ་དབང་ཕྱུག་ *Carabuangciu magna lætitia*, atque voluptas, (quod eſt proprium Principis nomen) jacula vitiorum quinque in hunc noſtrum terrarum orbem quotidie vibrat; inter

Carabuangciu nomen proprium Principis *Docam*.

Carabuãgciu jaculorum V. vibrator.

Docia, jaculum *luxuriæ*, quo pacto reſpondeat τῷ *Tſchocas*, & idē eſſe poſſit *Tſchokka* nomen *Iſuren* Malabaricum.

Kenkei uxor *ſecunda Iſuren* cum cauda Piſcis.

quæ འདོད་ཆགས་ *Docia* &, integra lectione retenta pronunciatiſque litteris ut Bayerus pronunciat, *hhtot-tſchocas luxuria*; ex quo forte derivatum eſt *Tſchokka* Malabaricum nomen alterum Iſureni apud La-Crozium Lib. cit. p. 487. *Kenkei* uxor ſecunda *Iſuren*, ex eodem La-Crozio pag. 466., rubri coloris Dea, ne marinam Mariti ſtirpem mentiatur, Piſcis caudam gerit. Sed age, rem expediamus. *Sol* eſt Iſuren,

Iſuren Sol, ut Oſiris.

ren, qualis erat Oſiris apud Ægyptios. Idque probatum eſſe video Viris pleriſque eruditiſſimis, qui Indorum Theologiam ſtudioſius inveſtigarunt. Ignis proinde poteſtas, & vis omnis ab eo pendere creditur; & ideo *Rutren* hoc eſt *Destructoris* nomen ſortitus eſt *Iſuren*. Nec mirum; quum teſte Plutarcho, Mathematici, & Aſtronomi Ægyptii Solem *Typhonem* eſſe, & *Herculem* in Sole circumagi conſtituerint. Abſurda viſa eſt ea opinio Plutarcho, quippe quæ cum vi Solis benefica vim herculeam, aut maleficam Typhonis conciliare vix poſſet. At conciliabant Aſtronomi; quemadmodum conciliabat Plutarchus miniſteria Plutonis cum Deo ipſo Oſiride, etſi Ægyptii Sacerdotes Oſiridem Plutonem dicere tantô magis reformidarent, quantô ſanctius rem ita eſſe putabant? Quid Tibetani? Nonne & ii cum *Xaca Typhonem* conjunxiſſe videntur? Redi, obſecro te, ad n. XIX., ubi de re iſta plura tradidimus. Effigies Iſuren, præter *Lingam*, multæ apud Indos exſtant; ſed eas ſingillatim referre non vacat. Tertius oculus, & Luna corniculata duo ſunt inſignia, unde Iſuren a Diis ceteris diſcernere continuo poſſis. Illum in media, iſtam in ſumma fronte gerit. Cur Indi *Trioculum* efformaverint Iſuren, ni ſatis ſupra explicatum habeas N. XXXIV., accipe quid Pignorius de Oculo Oſiridis ſcribat in *Expoſ. Menſæ Iſiacæ* pag. 16. *penultimi ſigni inſigne geſtamen ſunt Oſiridis teſtes* [*quod nemo non rideat*] *oculati: licet enim oculus hic non ita exacte appareat, in gemma tamen, quam Molochitem vocant apud Nic. Fabricium liquido conſpicitur.... ut minus mirum ſit, quod ſcripſit Macrobius: Ægyptios ut Oſirim, qui Diodoro, Plutarcho, & Euſebio multioculum ſignificat, exprimerent, ſpeciem oculi delineaſſe: teſtes vero ſacravit Iſis.* Facit & huc *oculus Solis* a Typhone deglutitus eique deinde *reſtitutus*, ut narrat Plutarchus. At Luna Iſidem cum *Sole* Iſuren, ſeu Oſiri conjunctam, mea opinione, demonſtrat.

Iſuren ignis imperium tenet.

Iſuren cur *Rutren*?

Solem qui *Typhonem*, & *Herculem* dixerint apud Ægyptios. A Plutarcho reprehenduntur; ſed immerito.

Sol ut *Xaca* ipſe Tibetanorum *Typho*.

Inſignia præclara *Iſuren Oculi tres*, & *Luna corniculata* in ſummitate frontis.

Oſiridis inſigne turpiſſimum, ex Pignorio, *Teſtes oculati*.

Oculus Solis a Typhone deglutitus, & reſtitutus.

Luna in fronte *Iſuren* Iſidis cum Oſiride conjunctionem oſtendit.

ſtrat. Imo, ni malus omnino conjector ego ſim, Luna, quæ in ea frontis ſede oculos intuentium primo intuitu ferit, occaſionem præbere potuit Indis, ut Iſuren cum *Iſi* aliquando confunderent.

Iſan Deum collocant Indi inter Orientem & Septemtrionem.

Nam in eorum Coſmographia inter Orientem, & Boream locum tenet medium *Iſan*, Numen ac nomen, ut apparet, ab *Iſi* derivatum; quod tamen idem eſt ac *Mahdeus*, ſive *Iſuren* Loto inſidens, albo vultu, brachiis quatuor, tridente, corona precatoria, & veneni vaſculo inſignitus.

Iſan ab *Iſi* ita forte vocatus idem ac *Mahdeus*, ac *Iſuren*.

Ignis inter inſignia *Iſuren* præcipuum.

Eſt etiam *ignis* præcipuum ſymbolum ſimulacri *Iſurenici*; *Arcus* deinde, *ſagitta* & ad ſolis quoque radios indicandos oblongi capilli, quibus tanta, ac tam fœcunda vis inerat, ut in Mare projecti *Puerum* ſtatim protulerint ſuperfluitantem aquis, ſeſeque mox explicantem in Virum

Ex capillis *Iſuren* Puer repente natus, dictuſque *Gialandar* Gigas.

Gigantem immenſæ molis. *Gialandar* जलांडार *Hydropiſin* hunc appellant, qui paulo poſt *Bramhæ*, præ doloris acerbitate lacrymanti barbæ pilos avulſit, Soli dentes contudit, & Lunam cecidit colaphis. Fabulam, quam etiam in T. VI. de Rel. Ind. Rit. deſcriptam memini, ex Mſs. Cod. PP. Capuccinorum pag. 175. excerpſi.

Num idem ſit *Vaſculum Iſuren*, & *poculum* Oſiridis, dubitatur.

An veneni vaſculum cum ποτηρίῳ Oſiridis, de quo Pignorius cit. pag. 16., conferri debeat, ſuſpicari poſſum, ſed affirmare non auſim. Bos præterea idem forte ac *Apis*, & *Mnevis*, Vector eſt *Iſureni*.

Bove vehitur *Iſuren*.

Bovis cultus in Indiis.

Quamobrem Vaccam Indi omnes ſacram habent, tantaque religione colunt, ut quiſquis eorum Vaccam occiderit, *deicidium* commiſiſſe credatur.

Bovis occiſio *deicidium*.

Cinis ex Vaccæ fimo ſacer.

Eo cinere ſe conſecrant Indi *Iſurenitæ*: *Viſnuitæ* ſignis aliis, & notis minio impreſſis.

Nepallenſes quod Bubalos occidant & comedant, Schiſmatici, & impuri.

Hinc Iſurenitæ cinere ſacro, quem ex Vaccæ fimo ſtudioſiſſime colligunt, frontem inprimis, aliaque ſibi corporis membra inſpergunt, & liniunt. Nam & eo cinere delinitum, perfuſumque celebrant Deum Iſuren. At Viſnuitæ ſignis aliis ac notis cum minio ſe conſecrant. Nepallenſes quod Bubali carne veſcantur, uti Schiſmatici, & impuri ab Indis aliis tractantur; ea eſt divinitatis opinio, quam Bobus cum maxime tribuit perdi-

ta

ta illa, & Idololatrica Natio. In Ectypo a La-Crozio edito pag. 447. *H. Chriſtianis. Ind.* conſpicitur *Cervus*, quem in altum erectum ſummis digitis unius dexteræ medio & indice ſuſtentat Iſuren, ut non alius a *Bramha* Deo Principe videatur. Et ſane uti *Bavani* Matrem, ſic & Iſuren Patrem, & Creatorem Univerſorum ubique laudant, ac celebrant ſacra volumina Bramhanum. Geminum eum faciunt *creatum* & *increatum*; qua de re La-Crozius Teſtimonium neſcio cujus *Propheta* edidit deſumtum ex libro *Diragala Sakkarum* afflatu Numinis, uti jactant conſcripto: *Poſt innumera, & infinita ſeculorum & orbium ſpatia veniet demum* ISUREN *increatus, Is eſt Lex quadruplex, Is* LINGAM, *Is ſine ſemine ſemen. Is infinita ſapientia, lumen ſpiritus, eſſentia inviſibilis. Verus eſt ſine mendacio; oculus in fronte ejus media ſplendet. Juſtus eſt, non mutatur, etſi varias induat formas; Jus tribuit unicuique ſuum, ſeſeque multiplici ratione hominibus manifeſtat. Cognitu difficillimus eſt; nemoque ſapientum Illius magnitudinem comprehendere valet. Nuſquam, ne quidem in libris legis, imo neque a* BIROUMA, *neque a* VISNU, *neque a Diis ceteris videri poteſt. Is eſt, qui motum & vitam cunctis animantibus confert; qui omnia creavit, qui conſervat omnia: qui nullis temporum finibus circumſcriptus præterita, præſentia, ac futura diſponit.* Interea, quod maxime obſtupeſcendum eſt, Iſureni hujus naturam in infami figura *Lingam*, in materie, in Brutis, in omnibus animalibus diſpertitam, illigatam, & coagmentatam ſacrilega temeritate deprædicant. Tradit La-Crozius *Iſuren*, ſeu *Tchiven*, *qui eſt la vertu maſculine, e l'origine de tous lex Dieux*, vultum gerere albi coloris, & cutem Europæam referre. Sed hac in re La-Crozium accuratiorem eſſe oportuit. Modo enim albo, modo atro colore pro muneris, ac ſymboli varietate pingitur apud Indos *Iſuren*, uti nos in ſuperioribus indicavimus,

Cervus in Imagine *Iſuren* apud La-Crozium indicat forte *Iſuren* eundem eſſe ac *Bramham*.

Bavani Mater, *Iſuren* Pater univerſorum in Religione Bramhanum.

Iſuren creatus ſimul & increatus. De *Iſuren* increato Bramhanis Vatis oraculum.

Iſuren Lex Quadruplex: Lingam: Semen: Lumen, Spiritus: eſſentia inviſibilis: Juſtus Judex: Immutabilis ſimul & mutabilis: multiformis: incomprehenſibilis: ne Diis quidem ipſis *Bramhæ* & *Viſnu* conſpicuus: motus, vita, conditor, conſervator; infinitus, & ſummus univerſorum proviſor.

Iſurenum Bramhanes quanto altius ſupra creatarum rerum naturam verbis evehunt, tanto indignius deprimunt, ſecant, diſpertiunt, materiæ illigant, & coagmentant.

Iſuren virtus maſculina, & omnium Deorum origo.

Iſuren Indi variis coloribus pro munerum varietate pingunt.

mus, & pluribus adhuc, ſi ferret occaſio, demonſtrari poſſet.

Bramha, Viſnu, Iſuren M. Alexandri ætate unum idemque *Solis* Numen.

LXVII. Verum Dii hi tres, quos hucuſque deſcripſimus, quantumvis diverſa gererent nomina, re tamen ipſa Magni Alexandri Ævo unus idemque erant; iique omnes ad unum *Solem* referebantur. Uni etenim *Indico Soli*, non aliis quibuſcumque Diis monumentum in Indiis erexit Alexander. Hunc veteres recenteſque Indos tanquam Deum perpetuo coluiſſe tam certa, & explorata res eſt, quam quæ ullis ambagibus obſcurari queat. Nec ego ſane, quamdiu me non omnia Indicarum rerum monumenta fallant, fidem adjungere potero neſcio cui Opuſculo de *Humana Vitæ Oeconomia* inſcripto, & Italice anno ſuperiori Ferrariæ edito, ubi Auctor de Religione diſſerens P. VII. p. 145., ementito antiquiſſimi Bramhanis nomine, ne Indi Solem adorent magna quidem ſapientia, & auctoritate præſcribit. Sapiunt hæc Angli Scriptoris ingenium, qui in Hydii, Beauſobrii, aliorumque id genus hominum Scholis inſtructus, ut illi Perſas, ſic iſte Indos ab Idololatrico Solis cultu, nunc demum purgare ac vindicare vellet: quo conſilio? ſatis jam norunt, qui *Naturalis Religionis* aſſertores, eorumque conatus, & artificia cognita, perſpectaque habent. Anſam novi hujus operis ſive ex integro cudendi, ſive vitiandi præbere facillime potuit ſimplex quædam, & nuda ſeries præceptorum, ad *Moralis Civiliſque vitæ Oeconomiam* ſpectantium, tributa *Samtanputrà* སམནྟ་པུ་ཏྲ Filio *Anù* ཨ་ནུ Principi ditionis *Thon* ཐོན་ in Regno Tibeti; cujus ætas refertur ad tempora Regis XXIV. *Tzhong-Tzheng-Khambò* སྲོང་བཙན་སྒམ་པོ. Conſtat Indiculus ille præceptis, ſive

Soli Indico Monumentum ab Alexan. erectum.

Sol ab Indis perpetuo cultus.

In Opuſculo *De Humanæ Vitæ œconomia* ex *Tibetano Anglice* primum, deinde *Gallice*, ac *Italice* demum edito Ferrar. an. *1759.* ne *Sol* adoretur, *Bramhan*, uti putatur, Auctor præſcribit. Anglus, qui primum Opuſculum vertit, & evulgavit, quàm ſuſpectæ fidei Editor.

Ex indiculo præceptorum de *Moralis*, & *Civilis vitæ Oeconomia* tributo *Samtanputrà* Principi Tibetanorum Magiſtro, opuſculi fingendi occaſio ſumi potuit.

sen-

ſententiis breviſſimis XXXVI., quarum X., *virtutes*: X. *vitia*: XVI. *civilia ſubditorum officia* numerant. De *Samtanputrà* mentio fit in MSS. ad Mare Caſpium effoſſis; ſed illius Acta putidis ſcatent fabellis. Caret deinde opuſculum omnibus genuinæ antiquitatis notis, nec niſi temere tribui poteſt, aut Confucio, aut *Dandamidi*, aut alii cuiquam Bramhanum ante Chriſtianæ Religionis tempora. *Caotſou* Sinenſis ille *litteratiſſimus*, qui in ſacro Tibetanorum Tabulario libellum detexit; quique, uti ferunt, ex orationis ſtylo de operis Bramhanici antiquitate judicium tulit, tam ſubleſtæ fidei eſt, ut quum Bramhanum linguam tum popularem, tum ſacram nunquam didiciſſe videatur, de vetuſtiſſimis tamen eorum ſcriptis ex una Tibetanorum lingua, quam paucos ante annos cognoſcere cœperat, confidenter pronunciat. Eſtne forte Bramhanica lingua eadem quæ Tibetana? Emat nugas haſce qui velit. Ego in Indorum religione nihil tam antiquum, neque vero tam frequens, atque probatum eſſe video quam divinitatem, & cultum Solis. Templum magnificentiſſimum margaritis conſtratum, dicatumque *Soli* Philoſtr. refert L. II. C. XII. Et Lib. III. in *Vit. Apollonii* c. 4. & 5. quam mira, ac ſingulari veneratione ſacra Soli facerent, & ignem colerent abunde teſtatur. *Jovem inprimis*, Pana, Herculem, Pyramidem quandam divinis honoribus affeciſſe, & divinationis ergo Indos obſervaſſe cæleſtia, narrat Clem. Alexandrinus. Sed hæc Numina quo pacto ad Æthereum ignem, & ad Solem referret antiquitas Cuperus oſtendit. De *Baccho*, *Dionyſo*, Græcorum, Ægyptiorum Oſiride, de Sole propterea quem colerent Indi ante Æræ Chriſtianæ exordia Veterum teſtimonia, quorum nonnulla commemoravimus, frequentiſſima extant: Quid? quod *Solem*, & *Ignem* tanquam Deos Indi hodieque ſalutant? Illum *Surgg* सुर्ज, Iſtum dubii ſe-

Samtanputrà in Mſs. ad Mare Caſpium inventis.

Nec *Confugius*, nec *Dandamis*, nec alius quiſquam Bramhanû CHRISTO JESU vetuſtior, opuſculi auctor demonſtrari poteſt.

Caotſou Sinenſis in judicio ferendo de Opuſculi antiquitate minime idoneus, ac dubiæ fidei cenſor.

Religionis cultus ab Indis *Soli* tributus, antiquiſſimus, & probatiſſimus.

Templa dicata, & ſacrificia ab Indis oblata *Soli*, teſte Philoſtrato.

Dii ad *Solem* relati, & ab Indis culti apud Clem. Alexandr., alioſque veterum.

Solem & *Ignem* quam religioſe, & ſanctè per hæc tempora venerentur Indi.

xus Numen appellant *Aghinì* अग्नि, & utrumque rutilanti hominis vultu, utrumque Nymphææ inſidentem effingunt. Illius inſignia ſunt brachia IV., cum Arcu, Jaculo, duobus Nymphææ Floribus, cumque Vectore ſuo, Equo viridi jacente, & intra ejuſdem circuli ſpatium, concluſo. Iſtius brachia item IV, ubi & *Surgg* ipſe, ſceptra duo cum duabus pinnatis ſagittis, vaſculum aureum, & haſta. Illum die, quem nos Dominicum dicimus, accenſis facibus, plerique etiam jejuni honorant. Iſti præter यज्ञ *Giaghiè* in die *ordinationis* Bramhanum, & quotidianum ſacrificium incendii होम *Hòm*, ſtata ſunt annua ſacra, quæ mira cum pompa, ac religione celebrant. Ignem denique vitam, & animam hominis opinantur.

Solem Aſſirii *Adad* hoc, eſt unum, interprete Macrobio, appellabant.

Soli autem Aſſyrii *Adad nomen dederunt. Ejus nominis interpretatio ſignificat unus*; inquit Macrobius I. Saturn. C. XXIII. In quem Macrobii locum admonet Schedius mendum librariorum oſcitantia inductum corrigendum eſſe, & pro *Adad* legi oportere אחד *Achad*, ſeu *Ahad*, vel חד Chald., aut ܚܕ Syr. *Chad* ſcilicet, ſive *Had*. Eodemque ſenſu juxta Scaligerum interpretatur אחד in C. LXVI. Iſ. v. 17. Voci *Had* affinis eſt *It* Sinica *unum* denotans apud Bayerum. Quare cecinit Orpheus:

Adad emendat Schedius *Achad*, aut *Ahad*, ſeu *Chad*, & *Had*.

Had affine Sinicum *It unum*.

Εἷς ΖΕΥΣ, εἷς ΑΙΔΗΣ, εἷς ΗΛΙΟΣ, εἷς ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Unus JUPITER, *unus* PLUTO, *unus* SOL, *unus* DIONYSUS.

Unus dicti *Jupiter*, *Pluto*, *Sol*, *Dionyſus*.

LXVIII. Jam vero quum Tibetani ex domeſticis monumentis tradant duo ſimulacra *Xacæ*, alterum ex Urbe Nepal in *Indoſtania* ab illius Regis Filia ལྷ་ཅིས་ཁྲིབ་ཙུང་ *Lhacitritzung* nuncupata, alterum e Sina ab Imperatoris Sinenſium Filia *Lhacikoncioa* ལྷ་ཅིས་དཀོན་མཆོག་ ambabus nuptis Regi Tibetanorum XXIV. cognomento འཛོང་ཙེན་ཁང་པོ་

Duo ſimulacra *Xacæ*, ſeu *Sacchiæ* Lhaſſam in Tibeto primum translata a duabus Fœminis Nepallenſi una Sinenſi altera, ambabus uxoribus *Tzong-tzhen-khambo* Regis Tibetanorum XXIV.

Tzong-

Tzong-tzhen Khambo, tum primum fuiſſe *Lhaſſam* adducta, duoque eis Templa erecta, quorum primum ར་མོ་ཆེ་ *Ramocè*: ſecundum ལྷ་བྲང་ *Laprang* appellata fuere; ſicque *Xaçæ* nomen ac religionem in Tibeto propagatam velint; Hic certe *Xaca*, qui ſeculis ante CHRISTI JESU Nativitatem fere decem in Sina, indeque Tibetanæ genti apparuit, non idem cum eo eſt, cujus Religio innotuit Sinenſibus, uti ex Navaretta diximus N. XIV., anno circiter a Chriſto nato ſexageſimo. Rogas quid rerum eſſet *Xaca* Ille antiquior? Nil aliud, reponam, quam quod erant *Iſis*, *Jupiter*, *Horus*, *Mercurius*, *Bacchus* in primis, *Oſiris*, & *Sol* ipſe *Had*, aut *It*, unde བོད་ཡིད་ *Pot jit* inſigne illud *Xaca* nomen. Potuit præterea eſſe *Xekia* Sinenſium, virtus illa Cæli, cui, ut ſcimus, unus Gentis Imperator hodieque ſacrificat. Nec me movet, quod Indi, ac Tibetani ſuos hoſce Deos in lucis, in nemoribus, in ſolitudine contemplationi deditos perpetuo repræſentent; ita ac ſi ante Chriſti tempora nulla habuerint Gentiles ſolitariæ converſationis exempla, quæ Diis accomodarent. Sydera, ac Planetæ per immenſa Cæli latifundia vagantes, veluti in *deſerto* δι' αἰθέρος ἐρήμας verſari dicuntur, ut Pindarus, & ut alii veterum Poetarum loqui conſueverunt. Spiritus vero, quibus Aſtra animari putabant, ii ſunt, quos *contemplatores, ſpeculatoreſque vocabant*, uti de *Zophaſemim* Huetius obſervat. Hinc de *Mhadeo Iſuren* narrant Bramhanes, quod quum ſemel nudus, ſuoque illo inſperſus cinere more Fakirorum per orbem errans, ad Arctum veniſſet, ibi Filium *ſeptem capitum* कर्मासाहुमी *Karm-ſahumi* ex ſeſe ſine fœminæ miniſterio peperit. At *Stellæ* ſeptem *Urſæ Majoris*, [quæ ſunt juxta Bramhanicum textum a PP. Capuccinis deſcriptum, *ſeptem contemplatores*,] puerum educarunt.

Ramocè, & *Laprang* Templa duo duobus *Xacæ* ſimulacris erecta.

Xaca quiſquis ille ſit, qui cognitus dicitur Sinenſibus & Tibetanis ſeculis fere X. ante *Chriſtum Jeſum*, diverſus eſt a *Xaca* in Sinas allato annis poſt *Chriſtum* circiter LX.

Xaca antiquior *Iſis*, *Jupiter*, *Horus*, *Mercurius*, *Bacchus*, *Oſiris*, *Sol*, *Had*, ſeu *It*, & *Budda*, ſive *Pot Iit* Tibetanorum lingua ſic appellatus, & *Xekia*, *Virtus Cæli* a Sinenſibus dictus.

Deos facere dicerunt Indi *Solitudinum incolas* a *Sideribus*, & *Planetis*, quos per *ætheris deſerta* vagari dixerunt Poetæ Gentilium.

Aſtrorum animi, Ethnicorum ſententia, *contemplatores* dicti.

Karm-Sahumi ſeptem Capitum Filius a *Mhadeo*, ſeu *Iſuren* ad *Arctum* partus, & a VII. *Contemplatoribus*, a ſtellis ſcilicet VII. *Urſæ Majoris* altus, & educatus.

Xaca recens num. 24. & 25. deſcriptus, ex officina Manichæorum profectus conjicitur.

LXIX. Ab hoc itaque antiquiore *Xaca*, recens ille, ac plane novus, cujus geſta dedimus integris Num. XXIV. & XXV., diſtinguendus eſt. Is in Tibetum ex Sina deferri non potuit, niſi vergente ſeculo Eccleſiæ primo, poſt An. LX. Ae. V. Hunc ſolidum eſſe partum video hæreſis Manichæorum, quæ late per Indias, per Turkiſtaniam, per Tibetanas Regiones, perque Sinas citiſſime peragravit. Quid ego dubitem? *Dubitari vix poteſt*, inquit Doctiſſimus Euſebius Renaudotius in H. Patriarch. Alexandr. pag. 44., *maximam ſuperſtitionum partem, quæ Indos, Sinas, & vicinos Populos a ſeculis multis occœcatos tenent ex Manichæorum doctrina, reliquiiſque ſectæ Zoroaſtreæ originem ducere.* Occinit Renaudotio Præſul Sapientiſſimus Simon Aſſemanius Tom. III. Bibl. Orient. P. II. in *Timotheo Patriarcha Neſtorianorum*, quem ego conſulas velim. At inique Calvinianus homo Beauſobrius L. II. H. Manich. C. III. in Renaudotium celeberrimum illum Orthodoxæ Fidei Aſſertorem invehitur quo loci de Manichæiſmi labe in Sinas invecta ſcribit. *A l'égard des Chinois, ces Peuples adorent des Idoles; cela n'eſt point Manichéen. Les lettrez, ou les doctes, ſont dans l'extremite opposée au Manicheïſme.... Ils ne reconnoiſſent qu'un Principe, & ce Principe eſt la Matiére.* Sic Beauſobrius Tom. I. p. 189. Tenetne Ille ſatis Sinicarum ſectarum myſteria, dum iſta profert? Scripta poſſideo Eruditi Sinenſis mihi amiciſſimi, & in patriæ linguæ literis probe verſati, quibus præclare oſtendit ne ipſam quidem *Ateiſtarum*, ſeu *Confucianorum* ſectam *Giû Kiào* alienam eſſe ab Idolorum cultu. Conjungat, ſi poteſt Beauſobrius, cum Atheiſmo religionem Deorum. At quæ duo inter ſe toto cælo pugnantia conjungere Ille forte aut detrectat, aut ignorat, *Atheo-politici* in Sina conjungere norunt. Conjungunt *Hò Sciang*, *Bonzii* a noſtratibus dicti, qui ſectam *Fò Kiao* toto Imperio frequentiſſimam, & *Tibetanæ* cognatam ſequuntur: Interque Deos, alios

Manichæorum hæreſis in Indiis in Turkiſtania, in Tibeto, atque Sina, latiſſime propagata.

Renaudotii, & Aſſemani teſtimonia.

Impetitur à Calviniſta Beauſobrio Renaudotius.

Defenditur Renaudotius.

Idolorum cultus cum Atheiſmo a ſecta *Giû Kiào* in Sina conjũgitur.

Idolorum cultum in ſecta *Fò Kiào* copulant Bonzii cum Manichæiſmo.

alios habent beneficos, alios maleficos, eoſque ſibi mutuo adverſantes conſtituunt. In Indiis pariter Litterati, qui ex *Materialiſmo* in Atheiſmum denique inciderunt, utrumque cum Idololatria, & hanc rurſus cum Manichæiſmo conciliant. In ſecta quoque *Taŏ Kiào* evidentiſſima extant veſtigia Manichæiſmi. Sed quid? Eritne tam imprudens Beauſobrius, ut quærat in erroribus inter ſomnia ac deliria natis rectam aliquam cogitationum ſeriem, atque principiorum conſtantiam? Quicumque voluerint Chriſtianæ Religionis pulchritudinem cum deformitatibus Paganorum componere, ii demum nonniſi monſtra dabunt. Id cum aliâs ante, tum nuper etiam intelligimus ex luculentiſſimo, ſanctiſſimoque Eminentiſſimorum Patrum Decreto de *Kurbanis Ritibus* edito, uti me docet Epiſtola ſumma ſapientia, & ſententiarum gravitate de hoc argumento per hos dies conſcripta. Orthodoxa Religio Chriſti Virgo eſt, ſola, pura, immaculata, & commixtionis neſcia. Illius Nomen, & quaſdam veluti exterioris indumenti particulas per inanem quandam, & fallacem imitationem Semichriſtianus *Manes* egregius in *Schighil* Sinæ *Cathaicæ*, aut etiam Sinæ *Tibetanæ* Pictor, ceterique ipſius hæreſis ſectatores ſibi aliquando arrogarunt; Quumque ejus naturæ eſſent cortices, & integumenta iſthæc, quæ Paganorum dorſo accomodari facillime quirent, ea veteri tum Indorum tum Tibetanorum Paganiſmo adjungere, & agglutinare curarunt. Fœdam hanc commixtionem *Liturgicæ orationis Exemplum* a La-Crozio tum in *Hiſt. Chriſt. Ind.*, tum in I. T. *Theſ. Epiſtolici* pag. 31. publicatum demonſtrat: *A Deo facta eſt diſtributio in Religione, & a littera* A *factum eſt pretioſum Vas, a littera vero* CHUM *ex pura, & puriſſima ſancta Aqua Mare factum eſt. Prima ſalus in veris fidelibus a latitudine eſt, & a ſumma radice Domino, qui album florem tenens benedicit. Is ſupremus Dominus & radix eſt ſu-*

Secta *Fŏ Kiào* Tibetanorum Religioni cognata.

In monſtris ab hæreſi partis quâ imprudenter & inſcite quærat *Beauſobrius* concinnitatem partium, & principiorum conſtantiam.

Commixtio Chriſtianæ Religionis cum Paganorum ſuperſtitione ſemper monſtra gignit.

Kurbanorum ritus tanquam ſuperſtitioſi nuper damnati.

Chriſtiana Religio cum Paganorum ſuperſtitionibus commiſceri neſcit.

Manes in Sina Cathaica ſive Tibetana, pingendi arte excellens.

Facies, & lineamenta quædam Chriſtianæ Religionis Indorum, ac Tibetanorum Paganiſmo a Manete inducta.

Manichæiſmus cum Paganiſmo Tibetanorum conciliatus detegitur.

Oratio Liturgica Tibetanorum.

pra nubes, & hunc Dominum & radicem colimus. Ad quatuor partes radicis creationis originalis colimus, & laudamus dilectos octo Filios, ſexdecim locis munitos, & tres ſummos & octoginta Magnos Creatores. Omnino Poeta colimus in excelſis habitantes majores & minores ſorores, duas & quinquaginta fidas filias colimus, Martyres cum tribus cæleſtibus conſortibus colimus. Cæleſtes Vicarios, mirabilem œconomum, qui ſtellas diſpenſat, colimus, fortes gubernatores, qui decem partibus cæleſtium generum præſunt, colimus. Eum qui Tonitru, & Angelum cuſtodem, & longam vitam dat, & omnia ad œconomiam neceſſaria implet, colimus. Eum qui nobis in longa itinera bonos viales dat, qui a vita hujus mundi ſemotus in ſupremis locis degit ſuper theſauris maris, colimus: oratio noſtra ad eum: Qui in excelſis es ſuper omni creatura, da ſapientiam, comitare nos tres horas diei, & tres horas noctis . . . . . Miſerere, & da longam vitam, imo omnia, quæ oro, da, & perfice omnes meas preces, & ſupplicationes. Tres preces. O vere, Domine, miſerere, ut promiſiſti, benedic. Mitte Angelum meum Cuſtodem quotidie & omni hora. Miſerere eorum, qui ex vita deceſſerunt, & qui nondum deceſſerunt . . . . Miſerere noſtri in omnibus decem plagis, & locis, ut & hodie hoc loco. Miſerere, Domine promiſſionis . . . . Benedictio Domini, radix radicum, & fortuna ſit & maneat ſuper me. Angeli in fide confirmantis benedictio ſit ſuper me . . . . Omnis benedictio ſuper me impleatur. Teſtatur La-Crozius orationis hujus exemplar Tanguticis characteribus exaratum apud ſe in Codice Liturgico Tangutanorum fuiſſe aſſervatum. Narrat quo pacto ex Ruſſico Amicus Germanice, & ipſe demum ex Germanico Latine ſumma fide fuerit interpretatus. Sed Gabriel, homo ille Mogulenſis, qui primum ex Tangutico Orationem Moſcovitice tranſtulit, tam rudis erat, & imperitus, ut verſionem nonniſi inquinatam

Tibetanæ orationis exemplar apud La-Croz.

Gabriel Mogulenſis ex Tibetana lingua orationem Ruſſice primum, ſed admodum inquinate tranſtulit.

natam parere potuerit. Eſt itaque cur de juſta ſaltem interpretatione, deque ſenſus perſpicuitate alicubi ambigamus. *J'ai cru*, [eſt ejuſdem La-Crozii obſervatio L. VI. *Chr. Ind.* pag. 518.] *entrevoir* dans ces Prieres, *au travers des ſuperſtitions dont elles ſont pleines, des fragments Liturgiques* [forte Neſtorianorum ex pag. 514.] *des anciens Chrêtiens de la Grande Tartarie. Ces mots* Notre priére ſoit a Dieu, & Faites Miſericorde, *ſemblent pris de l'exhortation ordinaire à la priére* (Oremus,) *&* *du* Kyrie éléyſon *de toutes les Liturgies Chretiens*. Facile id concederem La-Crozio niſi ex Epiſt. II. P. Andradæ edita Romæ Ann. 1628. certiſſime ſcirem fuiſſe perſuaſum Lamis ipſis Tibetanis, ut quum recitarent precem ཨོཾ་མ་ཎི་པདྨེ་ཧཱུྃ *Hommenipemeum* idem intelligerent, ac ſi dicerent *Domine miſerere*. Quem certe ſenſum, etſi ab ipſo quoque Bayero poſtea adoptatum, nullo modo ferunt Tibetana verba Magicæ ſuperſtitionis plena, quemadmodum in ſcriptis ſuis oſtendit P. Franciſcus Horatius Pinnabillenſis. Sed de hac oratione alibi dicendum eſt. Pauca inpræſentiarum adferam, quæ in Oratione Tibetana, uti ex Interprete Mogulenſi edita eſt a La-Crozio, cum Manichæorum placitis conſentire videntur.

Orationis interpretatio alicubi ſuſpecta.

Fragmenta quædam veteris Liturgiæ Tartarorum Chriſtianorum, qui forte Neſtoriani eſſent, viſa ſunt La-Crozio Tibetanæ orationi inſerta.

Formulam orandi: *Hommen pemeum* P. Andrada e Soc. J. omnium primus interpretatus eſt: *Domine miſerere mei*: eoque ſenſu in poſterum uſurpandam *Lamis* Tibetanis reliquit.

Hommenipemeum judice P. Horatio Pinnabill. ſuperſtitioſa prorſus, & magica eſt Tibetanorum oratio.

LXX. Primum quidem Deus, a quo dicitur facta *diſtributio* in Religione idem eſt, ac *ſumma radix Dominus*, *qui album florem tenens benedicit*. སྤྱན་རས་གཟིགས་ *Cenreſi* is eſt aliter dictus འཕགས་མཆོགས་ *Paciò*, qui dextera tenet florem *Pemà*. Idipſum adnotatum video a laudato Pinnabillenſi in Mſs. monitis ad orationem *Hommenipemeum*. Si cauſam quæris, cur hujuſmodi florem gerat *Cenreſi*, hanc habes ſupra ad pag. 66. Ex eo enim fabulones Tibe-

Cenreſi Deus eſt, quem facit auctorem *diſtributionis in Religione*, oratio Tibetanorum.

Cenreſi album florem *Pemà* in dextera tenet. Cur?

Simulacrum *Cenreſi* Pyramis ex undecim humanis capitibus uni corporis Trunco inſiſtens. Caput in vertice Pyramidis poſitum deſcribitur.

Tibetani natum ferunt Deaſtrum སྤྱན་རས་གཟིགས་ *Cenreſi*. Effigies ac ſimulacrum acervus eſt undecim humanorum capitum in pyramidis formam inſtructus. In ſummo Pyramidis vertice ſitum primo loco conſpicitur caput radiatum, rubenti vultu, cærulea plectilique coma ornatum. Oritur e fronte media oblongus candiduſque cincinnus; & tumor e ſummitate capitis ſurgit veluti carnis orbiculus, cujus demum culmen eſt aureus lapillus aurea admirandaque luce refulgens. Divinam præterea frontem ornat regia corona ex auro contexta, inſculptis floribus, nitidiſque gemmis diſtincta.

Caput *Dei Hopamè* primum eſt, & apex ſacræ Pyramidis Tibetanæ.

Primum hoc caput, illud idem eſſe volunt quod caput Dei *Hopame*. At འོད་དཔག་མེད་ *Hopamè* idem

Hopamè idem Tibetanis quod *Infiniti ſplendores*.

eſt quod *ſplendores infiniti*. Euge hîc, Beauſobri[illegible]rige frontem, vide quem magnum Deum colant Tibetani, vindica, ſi potes, ab impietate gentem Numini tam fabuloſo devotam.

Hopamè Tibetanorum idem ac *Splēditenens* Manichæorum.

Hic enim vero eſt ipſiſſimus Manichæorum *Splenditenens*, de quo jam ſcis quid ſcribat SS. Ille P., vereque Maximus AUGUSTINUS: *Ad Te*, inquit L. XV. c. 5. contra Fauſt., *eſt ſermo Manichæa Congregatio, fallax, & fallaciis involuta. Oſtende nobis machos tuos* SPLENDITENENTEM *Ponderatorem*, *& Atlantem laturarium. Illum enim dicis capita elementorum tenere, mundumque ſuſpendere .... Annon recordaris amatorium canticum tuum, ubi deſcribis maximum regnantium* REGEM, SCEPTRIGERUM PERENNEM, FLOREIS CORONIS CINCTUM, ET FACIE RUTILANTE?

Manichæorum *Splēditenens, Ponderator* eſt, tenet capita elementorum, & mundum librat.

In *Hopamè* Tibetanorum expreſſus cernitur *Maximus Regnantium Rex, floreis coronis cinctus, & facie rutilante* a Manichæis cultus, & a S. Auguſtino deſcriptus.

Confugit Beauſobrius ad *Orientales figuras, & allegorias*, eoque artificio benignus Calviniſta ſacrilegas Majorum ſuorum ſuperſtitiones blande lenire, & obtegere nititur. Quam fallax, & inane velamen! quo uti nec Tibetanus hodie, ſic nec olim Manichæus *Splenditenens* tegi voluit. AUGUSTINUS, quum eſſet, ſi quis alius unquam, ingenio mitiſſimus, nihilque eorum, quæ modo Beauſobrius tanquam nova, & inexcogi-

Quam fallaciter & inique *ad Orientales figuras & allegorias* Calvinianus Beauſobrius trahere nitatur *Splenditenentem* Manichæorum.

cogitata ſe proferre putat, ignoraret, paratus erat portentoſa iſthæc Manichæorum figmenta figuratis tribuere locutionibus. Sed totum hoc liberalis excuſationis, & interpretamenti genus Manichæi conſtantiſſime reſpuebant. Quamobrem AUGUSTINUS poſt recitata verba Fauſtum ſic alloqui pergit: *Neque potes dicere hoc aliqua myſtica ſignificatione ita dictum, vel ita demonſtratum* [Splenditenentem,] *cum tibi præcipue laudari Manichæus non ob aliud ſoleat, niſi quod remotis figurarum integumentis,* (advertat hæc Beauſobrius,) *Ipſe Tibi veritatem nudam & propriam loqueretur.* PROPRIE *igitur cantas* DEUM REGEM SCEPTRIGERUM FLORIBUS CORONATUM: & C. 6. *Tu vero præcipue Manichæum ob hoc prædicas, quod non ad talia dicenda, ſed potius ad ſolvenda ultimus venerit, ut & figuris antiquorum apertis, & ſuis narrationibus, ac diſputationibus evidenti luce prolatis, nullo ſe occultaret ænigmate . . . . . ſententias ſuas nullis allegoricis ambagibus texeret.* Nihilominus tantæ eſt impudentiæ Beauſobrius, ut quum intelligeret in hæreticorum vindiciis non alia ſibi via aditum patere ad Eccleſiæ Patres tanquam calumniæ reos carpendos, quam unico illo *allegoriarum* cuniculo; ibi maxime *allegorias* fingit, ubi ſe nullis omnino *allegoriis*, ſed apertis, propriiſque ſententiis loquutos ore ſuo Manichæi ipſi gloriantur. Manes *Facie ad faciem Splenditenentem* Deum, aliaque id genus phantaſmata ſe vidiſſe prædicat apud AUGUSTINUM, & hunc audebit dicere Beauſobrius loquutum ἀλληγορικῶς? Quidni? id rurſus audebit Lib. IX. C. II. N. VIII. qui omnia in AUGUSTINUM ſibi licere cenſuit. Quod tamen nemini mirum videri debet, quum N. IV, & alibi, ne ipſi quidem vere Divino Sacrorum Canticorum *Epithalamio* pepercerit, cui *amatorium canticum* Manichæorum orationis ac rerum dignitate præponendum duxit: *Il nétoit pourtant pas dans le goût, ni dans le ſtile du cantique des cantiques.* Itaque poſtquam Lib. VII. jam citato

S. Auguſtinus unius veritatis amator paratiſſimus erat ad excipiendas Beauſobrianas interpretationes, ſi Manichei voluiſſent.

Manichæi ſine figurarum involucris *Splenditenentem* proprie accipi, & intelligi volebant.

S. Aug. recitat aperta teſtimonia Manichæorum reſpuentium Beauſobrianas defenſiones tanquã minus proprias, & a mente ſua prorſus alienas.

Doli, & fallaciæ Beauſobrianæ ut Calvinianus homo defenſis hæreticis SSmos Eccleſiæ Patres tanquam calumniatores traducat.

Beauſobrius in Manichæorum dictis ibi maxime fingit *allegorias*, ubi apertius hæretici *allegorias* rejiciunt.

Beauſobrii livor in S. Auguſtinum quam apertus, inſolens, & acerbus.

Beauſobrius quãto honeſtius de *cantico amatorio* Manichæorum ſenſit, tanto turpius, atque ſordidius de ſacro *Cantico canticorum* auſus eſt opinari.

Beauſobrius, qui prius *Splenditenentē* Manichæorum *figurate* acceptum vel *aerē*, vel *aethera*, vel certe *Solem* definierat, mutata dein ſententia *Unum ex Æonibus coram Deo* aſſidentibus omni proculdubio conſtituit.

Beauſobrius refellitur, & caſtigatur.

tato *Aerem, Æthera*, ſed *Solem* potiſſimum in *Splenditenente* Manichæorum intelligi debere ſtatuerat, ſenſit demum Lib. IX. aliud quiddam in eo nomine latere, quod Sapientum judicio errorem in religionis negotio foveret. Quare mutata ſententia pag. 617. *J'ai été en doute ſi ce* Splenditenent *n'étoit pas, ou l'air, ou le ſoleil, & je m'étoit* determiné *à croire que c'étoit le dernier . . . mais je ne deute plus à préſent, que ce ne ſoit un des Eons qui aſſiſtent en la preſence de Dieu, & qui a le governement des cinq Elemens Celeſtes*. Undenam ſcivit Beauſobrius *Æona* vocatum; aut in *Æonum* numero a Manichæis collocatum *Splenditenentem*? Quis ex Vatibus Manichæorum huic homini revelavit munera ac dignitates Æonis in conſpectu Summi Dei perpetuo aſſidentis, & elementa quinque cæleſtia gubernantis? Acceſſum ad lucem Patris *inacceſſibilem* ne ipſi quidem Filio Patris, Manichæi concedebant, ſi Fauſtum fidem ſuam profitentem audiamus; Nunc vero Beauſobrius coram Patre perpetuo ſtantem ex inaudita quadam Manichæorum *apocalypſi* ſuum hunc Æona nobis demonſtrare non dubitat. Quomodo coram Summo Deo aſſidet *Splenditenens*, ſi in eo loco figitur ubi nonniſi *reliquias membrorum Dei*, quas colligat, capiat, manibuſque retineat, invenire poteſt? Ad rem AUGUSTINUS XI. C. L. XX. contra Fauſtum: *Cur*, inquit, *non ſit* JESUS *& ille* SPLENDITENENS, *& ille Atlas, & ille Rex honoris, & ille Spiritus potens, & ille primus homo, & quicquid aliud innumerabiliter per diverſa nomina, & diverſa officia prædicatis*? Quid? quod Manichæi poſt XII. Magnos *Deos* in eo cantico celebrant *innumerabiles regnicolas, & Deorum agmina, & Angelorum cohortes, eaque omnia non condidiſſe Deum, ſed de ſua ſubſtantia genuiſſe* prædicabant? Eccur Beauſobrius non Diis magis quam *Angelis Splenditenentem Ponderatorem* accenſuit? Attamen nec Angelos nec Deos colebant Manichæi, unum quippe Deum

Splenditenēs Manichæorum Deo proximus eſſe nequit, quum, fatentibus Manichæis, ibi ſit, ubi diſperſæ inveniūtur *reliquiæ mēbrorum Dei*.

Splenditenēs Manichæorum ex D. Aug. putari poteſt & *Jeſus* patibilis, & *Atlas*, & *Rex honoris*, & *Spiritus potēs*, & *primus homo*, & alii id genus Dii plures ab iiſdem hereticis excogitati.

Splenditenēs Manichæorum Deorum magis quam Angelorum ordinibus accenſendus.

Deum honorabant, inquit Beauſobrius; & iniquus eſt AUGUSTINUS, qui eos Polytheiſmi incuſat. Hîc vero hominem oro, ut nôbiſcum ingenue agat, nec verbis tentet ludificare ſimplices. Unum ſane Deum ſe colere dictitabant Manichæi. Sed ſub *unius* appellatione quicquid de Dei ſubſtantia genitum erat, intelligebant. Id innumeris, invictiſſque plane argumentis, niſi ad alia feſtinaret oratio, oſtendere poſſem. Quod enim de *Emanationibus* intra & extra Deum ſomniat, quaſi quæ extra prodeunt amittant rationem divinæ ſubſtantiæ, quam antea dum intra erant, obtinebant, novum delirium eſt veteri Manichæorum ſyſtemati a Beauſobrio additum. Nam Chriſtus in Sole ſimul & Luna, & *Spiritus Sanctus* in aere collocati, erant eorum ſententia emanationes duæ extra Patrem, vel ipſis corporeis locorum intervallis tum a Patre tum a ſeipſis invicem disjunctæ, ac ſeparatæ, & tamen unum cum Patre, eique ὁμοϐσίϐς & appellabant & venerabantur. Imo vero Solem ipſum, Lunam, & Aera Sedes Chriſti & Spiritus Sancti conſubſtantiales eidem Dei Filio, & Spiritui Sancto impii homines delirabant: *cum & ipſas Sedes ejuſdem ſubſtantiæ dicatis,* ait Fauſtum, ejuſque gregales alloquens AUGUSTINUS L. XX. C. VIII.; idemque diſſertiſſime Felix, aliique paſſim Manichæorum adſtererent. Hinc *Regna, terra lucida, Pater* inhabitator, & quicquid in eis continebatur, *una erant ſubſtantia*. Ita eſt, Beauſobrj. Non eo nomine, quôd *extra* Deum Patrem ſummi boni, purique luminis *emanatio* fieret, putabant Manichæi paternas *proles* naturam divinam amittere; hanc enim licet *extra manantes* ſolide, integreque ſervabant: ſed eas tantummodo; quæ procul ab lucidorum regnorum finibus miſſæ inito conflictu, ex fortuita quadam commixtione cum particulis *Hyles*, Terræ tenebroſæ, & naturæ malorum Principum confuſæ, vinctæ, & irretitæ detinerentur; ſecundum *accidentia*, non ſecun-

Manichæos *Polytheiſmi* temere ab Aug. inſimulari effutit Beauſobrius.

Unum Deum *verbis*, *re* plures, innumerabiles Manichæi colebant.

Unius Dei nomine Manichæi vocabant quicquid e Dei ſubſtantia emanaret.

Duplex Emanationum genus *intra*, & *extra* Deum purum putumque commentum eſt Beauſobrii falſo Manichæis tributum.

Emanationes omnes *extra* Deũ vocabant Manichæi Deum, Deoque *conſubſtantiales*.

Chriſtum in Sole, *Spiritum Sanctum* in aere emanationes duas *extra* Deum Patrem, a Patre, & a ſeipſis mutuo ſeparatas, Deo Patri, ſibique *conſubſtantiales* per ſummam impietatem conceptis verbis profitebãtur Manichæi.

Solem. Lunam, Aera Chriſto, ac Spiritui Sancto: *Regna* vero & *Terram lucidam* Deo Patri inhabitatori *conſubſtantiales* Manichæi pariter affirmabant.

Emanatio *puri luminis* licet *extra Deum Patrẽ* prodiret, *eandẽ* Dei Patris *ſubſtantiam* in Manichæorum ſyſtemate ſolide retinebat.

Emanatio Dei *extra Deum*, ejuſque lucidam

terram in commixtionem veniens cum emanatione terræ tenebroſæ, erat ex deliriis Manicheorum, ipſiſſima Dei ſubſtantia, quæ ſecundum accidentia mutationem, corruptionemque ſubibat.

ſecundum *naturam* ſubigi, mutari, violari, ipſique tenebrarum, & ignis tartarei globo affigi credebant. Horrenda ſane, ſed veriſſima ea ſunt Manichæorum deliria.

Emanationes nullas intra Deũ manantes, ſed omnes extra Deum fluentes docuit Manichæus.

Emanationes intra, & extra Regna Dei a Manichæis agnitas Beauſobrius malitióſe convertit in emanationes intra, & extra Deum.

Hypotheſis de Manichæorum emanationibus intra & extra Deum a Beauſobrio excogitata non vindicat ab impietate hæreticos diſſerte profitentes ipſas quoque emanationes extra Deum eſſe Deo conſubſtantiales.

LXXI. Nullas itaque *emanationes* in ſyſtemate Manetis habemus, quæ *immanentes* in Deo aut dici, aut cogitari poſſint: omnes ſunt *extra fluentes:* nec aliud *emanationum* genus agnoſcunt Manichæi. Id etiam aut agnovit, aut agnoſcere neceſſario debuit Beauſobrius. Quo tamen eſt ingenio ad incautos fallendum comparatus, voluit ſtudioſe confundere emanationes *immanentes intra*, & *extra* Regna Dei, cum *emanationibus* intra Deum, & *extra* Deum. Quanquam eo etiam duplici emanationum genere in Manichaica fabula poſito, falſiſſimum ſit, Manichæos non docuiſſe Deo ὁμοουσίους *conſubſtantiales* emanationes, quæ fluerent extra Deum. Erant enim ipſamet Dei ſubſtantia fluens, non aliud quiddam ab ea diſtinctum, & ſeparatum. Apertiſſima ſunt apud AUGUSTINUM Manichæorum teſtimonia, quam quæ ullis Beauſobrianis commentis involvi, & obſcurari queant. Qua modo fide, quo animi candore auſus eſt Beauſobrius cum Manichæorum ſyſtemate comparare doctrinam de duplici *emanatione*, quam unus aut alter ſive ex veteribus, ſive ex recentioribus Religionis noſtræ Theologis aliquando tradidit? Eratne ſui compos, quum pag. 620. ſcripſit: *Cette diſtinction*, (*des* Emanations immanentes, & *des* Emanations, qui ſortent) *par laquelle on juſtifie les Catoliques, juſtifie de même les* Manichéens? Quid ſpectri eſt Thraſonianum illud? *Mais j'ai une autre obſervation à faire, & qui auroit fort embaraſſè* S. AUGUSTIN, *ſi on la lui avoit propoſée. On lui auroit dit, que les Anges ſont effectivement des Emanations de la ſubſtance divine, & que cette doctrine a été enſeignée par Moyſe . . . dans le Chap.* XXXIII. *du Deuteronome*, ubi v. 2. juxta LXX. ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ (Κυρίου) Ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ a dextris Dei Angeli cum ipſo repræſentantur;

Emanationes immanentes in Deo, & extra Deum fluentes ab uno vel altero Theologorum Orthodoxo ſenſu explicatæ, nullo jure a Beauſobrio cum Manichæorum emanationibus comparantur.

De confuſione, in quam S. Auguſtinum injeciſſet, Beauſobrii dictũ inſania, & impudentia plenum.

Angelos tanquã emanationes divinæ ſubſtantiæ a S.

tur;

tur; ſed pro *Angelis* Hebraicus mendoſe legit אֵשׁ דָּת *Eſch-Dath*, ſive uti pronunciare placuit Beauſobrio *Eſch-Dot*. Quæ voces duæ, judice Richardo Simonio in Hiſt. Crit. Vet. Teſt. Lib. II. Cap. XI., in unam coaleſcere debent, ut ſit *Eſchdot Emanationes*. *Donc, ſelon Moyſe, & ſelon le LXX. les Anges ſont des emanations, des effuſions de la ſubſtance divine; le Prophête les a appellez de la ſorte.* Hoccine totum illud negocii eſt, quo ſe Beauſobrius AUGUSTINUM noſtrum tantopere defatigaturum ſperabat? In primis Hebraicæ lectionis emendatio meris conjecturis nititur. LXX. Interpretes pari omnino ratione potuerunt ſenſum geminæ vocis *Eſch Dat* Angelos vertere, qua volunt Simonius, & Beauſobrius unicum illud nomen *Eſchdot* in *Angelos* fuiſſe converſum, etſi proprie *Angelos* non ſignificaret. Quæram deinde a Beauſobrio quo jure ſenſum vocis *Eſchdot* ad aliud nihil, quam ad *emanationes* ſignificandum conſtringi jubeat? Nam Marcus Marinus, cujus auctoritas in Hebraicæ linguæ controverſiis ſummo loco habenda eſt אשדורת אשדורת *Aſchedot*, & *Aſchdot quid proprie ſignificet* incertum exiſtimat, additque *in plurali nomen eſſe caſtrorum*, quæ forte in declivio, & profuſione Montis Phaſgæ poſita eſſent. Quidni & in hoc Deut. loco ſic dicta intelligamus *Aſchdot* caſtra Angelorum in declivio Montis Pharan? Salomon Glaſſius L. III. Tr. VI. *De Præpoſ.* p. 1032. vocem hanc conferri præcipit cum διαταγαῖς Actor. VII. 53. ut idem a Moyſe dictum ſit, quod poſtea S. Stephanus Protomartyr explicuit, quum ait: *Qui accepiſtis legem* εἰς διαταγάς *in diſpoſitiones Angelorum, hoc eſt in diſpoſitionibus ſeu in mediis agminibus Angelorum ſtipantium, honoris & officii cauſa Jehovam Imperatorem ſuum.* Nemo autem eſt, qui neſciat in Hebraici ſermonis peritia longo intervallo Beauſobrium a Glaſſio ſupe-

a S. Propheta Moyſe in voce *Eſchdot* juxta Manichæorum ſententiam perſpicue agnitos, D. Auguſtino Beauſobrius objeciſſet.

Beauſobrii animoſitas deridenda.

Beauſobrius, & Richardus Simonius meris conjecturis ducti ex binis vocibus *Eſch Dat* unam fecerunt *Eſchdot*.

Interpretes LXX. ut *Eſchdot*, *Eſch Dat* vertere potuerunt *Angelos*.

Voci *Eſchdot* Beauſobrius contra jus faſque omne unicum *Emanationum* ſenſum illigat.

Senſus vocis *Aſchedot*, aut *Aſchdot*, V. doctiſſimo Marco-Marino judice, omnino *incertus*.

Aſchdot in numero plurium *caſtra Angelorum* in declivio, ac profuſione Montis deſignare poteſt.

Aſchdot Deuter. XXXIII. 2. Salomoni Glaſſio idē ſunt ac *diſpoſitiones*, & *agmina Angelorū* Actor. VII. 53.

perari. Quôd denique tam malus, & iniquus interpres exponat vocem *Eſchdot emanationes*, & *effuſiones*, erit qui forte permittere velit; hujuſmodi enim voces accomodari poſſunt creatis rebus, quæ de nihilo conditæ a Dei virtute, & omnipotentia procedere utcunque dicantur; at quôd verba Sacri Textus *a dextris ejus* (Dei nempe) interpretetur *ſes emanations*; *emanations, effuſions de la ſubſtance divine*, patienter quis ferat? Corrumpit enim vero ſacrilege mentem Spiritus Sancti, & manifeſtam impoſturam affingit Prophetæ Moyſi. His non contentus pergit comparare *Splenditenentem* Manichæorum *ſex vultus & ora habentem* cum *Cherubim* Ezechielis; eaque prorſus ratione, qua nos Orthodoxi *figurate* accipimus facies quatuor Cherubim, Manichæos accepiſſe contendit *ſex vultus Splenditenentis*, & *Adamanteum Heroa Belligerum* haſta armatum & clypeo. Verum & hîc more ſuo aperte mentitur. Quoties provocavit AUGUSTINUS, oravitque Manichæos, ut iſta ſaltem, aliaque id genus figmenta interpretari vellent? At Illi nec *pingendo*, nec *ſculpendo*, nec *interpretando* demonſtrare volebant, ſed uti a Manete Paraclito Spiritu ſine figurarum involucris propoſita fuerant integra mente credi, colique jubebant. Legant, qui cognoſcere cupiunt quam malæ fidei ſit publicus iſte Impoſtor Beauſobrius, cum alia plurima AUGUSTINI loca, tum præſertim C.IX.L.XX. contra Fauſtum; videant boni quique rerum æſtimatores ne veſtigium quidem novarum excuſationum, quas unus Beauſobrius ad Manichæorum defenſionem per hos dies ex integro comminiſcitur, in veterum monumentis reperiri. Nec Manes, nec Secundinus, nec Adimantus, nec Felix, nec Fauſtus, etſi ſcriptis, & coram ſæpe ab AUGUSTINO moniti, & incitati, errores ſuos Beauſobrianarum ſimulationum, & figurarum prætextu obtendere curarunt. Imo ne id facerent unquam, religioni duxerunt. Quæ hactenus demonſtravi, oſtendunt Ma-

Nomen *Eſchdot* pro *emanationibus* ſumtum non *effluvia*, ac *diffuſiones* ſubſtantiæ Dei, ſed res ſignificat manantes ab omnipotentia Dei per creationem. Beauſobrius vertens in eo Deuter. loco Eſchdot a dextris Dei effuſiones, & *emanationes ſubſtantiæ Dei*, Sacrum Textum aperte corrumpit.

Manichæorum *Splenditenentem ſex vultus habētem* Beauſobrius ſacrilege aſſimilat *Cherubim* S. Ezechiel. Prophetæ.

Sex vultus, & *ora Splenditenentis* non *figurate* accipi, ſed *ſimpliciter*, uti proponebantur, & credi, & honorari Manichæi jubebant.

Beauſobrii impoſturæ *de ſexuplici vultu Splenditenentis* a Manicheis *figuratè* intellecto, refutantur ex D. Auguſtino, & ex ſilentio Manichæorum.

Manichæi crebro a S. Auguſtino moniti, ut ſi *figurate Splenditenentem*, & alia id genus monſtra intelligerent, aperte faterentur, & explicarent, neu-

Manichæos *Splenditenentem* collocaſſe in Deorum numerum, eique divinos tribuiſſe honores. Quanquam etenim Beauſobrio concederem fuiſſe *emanationem* divinæ ſubſtantiæ, unumque ex Angelorum Principibus, eum tamen collocat intra Regnum, & Terram lucidam, quam Dei ſedem ac domicilium Manichæi vocabant. At quicquid ea ſedes complectebatur, totum id unius ejuſdemque cum Deo ſubſtantiæ, adeoque Deus ipſe erat in Regno ſuo diffuſus. Quod paſſim Manichæi id fatentur. Huc referri debet ea *divinorum luminum cultura*, quam ſe integre religioſeque tenere ore ſuo profitetur Fauſtus apud AUGUSTINUM. Manetem vero *Splenditenentem* poſuiſſe in Regno luminis teſtis eſt epiſtola, quam *Fundamenti* inſcripſit. Ibi enim *Deus Pater* deſcribitur *in ſua ſancta ſtirpe perpetuus . . . continens apud ſe ſapientiam, & ſenſus vitales, per quos etiam duodecim membra luminis ſui comprehendit*. Verum ne *Hopamè* Tibetanus a Manichæorum *Splenditenente* derivatus videri poſſit, ea in primis difficultas eſt, quôd *ſex vultus*, & *ora* haberet, *Hopamè* unum. Hic tamen nodus expeditus erit, ſi *Hopamè* non μυθικῶς, ſed φυσικῶς ſpectare velimus. Idem eſt enim qui *Cenreſi*. Hinc etiam *Menippa* appellatur apud laudatos Scriptores Gallicos de *Tartar. Ritib.*; quanquam, dum *novem* tantum *capita* imagini *Menippa* tribuunt, aut errant, aut ita explicari debent, ut conſulto omiſerint duo reliqua, quæ utpote in poſtica ſimulacri parte poſita in intuentium conſpectum venire nequeant. Ad hujus vero ſive *Hopamè*, ſive *Cenreſi* ἑνδεκακεφάλου arcanum juxta Manichæorum fabulas explicandum non una ſuppetit via. Anathematiſmi Eccleſiæ adverſus Manichaicas hæreſes apud Cotelerium Vol. I. Patrum Apoſtolicorum pag. 537. damnari jubent *cunctos a Mane fabricatos Deos*, inter ceteros καὶ τὸν Φεγγοκάστοχον (Φεγγοκάθοχον ex Cotelerio), & ut Beauſobrius utramque lectionem caſtigans emen-

neutrum unquam præſtare voluerunt: imo contra *figurate* ſe loqui negarunt.
Splenditenens, Manichæorum ſententia, Deus.

Ex Manichæorũ principiis cogitur Beauſobrius *Splenditenentem emanationem divinæ ſubſtantiæ inter Regna lucida* a Manichæis poſitam tanquam *Deum*, Deoque *conſubſtantialem* admittere.
Divinorum luminum culturam ſancte tenet, & profitetur Fauſtus Manichæus.

Quo pacto *Hopamè* Tibetanorum ad exemplum *Splenditenentis*, Manichæorum fingi, & excudi quiverit, explicatur.
Hopamè Φυσικῶς idem ac *Cenreſi*. *Menippo* quoque dictus in T. VI. De *Rit. Tartar* apud Script. Gall.

Modi tres explicandi XI. capita *Cenreſi* Tibetani juxta fabulas Manichæorum.
Primus eſt ſi conjugantur vultus VI. *Splenditenentis*, & V. *Splendores intelligentiis præditi*, tot habebimus a Manichæis capita, quot reſpondeant *Hendecacephalo Cenreſi* Tibetanorum.

mendare voluit, ſed imperite, Φεγγοκατέχων,) hoc eſt *Splenditenentem*, καὶ πεντανοερὰ φέγγη *quinque intelligentiis præditos ſplendores*. Jam ſi quis Unico trunco tot Capita conjungere vellet, quot neceſſaria eſſent ad repræſentandum *Splenditenentem* unâ cum adjunctis ſplendoribus, *undecim* proculdubio vultus intra unius figuræ ambitum diſponere cogeretur: quorum ſex *Splenditenenti*, quinque reliqui *Splendoribus intelligentibus* reſponderent. Modus alter, quo Ἐνδεκάμορφος *Cenreſi* ex Manichæorum Diis componi poterit, ſic erit; ſi *Hopamè*, qui a Tibetanis aliis quoque coloribus pingitur uti Rex གསེར་གྱི་འཁོར་ལོ་ *Serkicorlò*, dicamus exhibere *Maximum Regnantium ſceptrigerum perennem, rutilantem facie*: *Cenreſi* vero, cujus *trioculum* Caput Oſiridi, ſeu Iſuren ſimile ſecundo loco collocatur, cenſeamus referre vel Δημιουργὸν *Demiurgum*, vel Δίκαιον Κριτὴν *Juſtum Judicem*: ſi addamus ſubinde *quadriformem Patrem magnitudinis* cum *Bramha* Indico comparandum; acſi tandem adjungamus V. ſplendores intelligentes, de quibus ante mentionem fecimus.

Secundus eſt; ſi *Maximum Regnãtium ſceptrigerũ, rutilantem facie*: *Demiurgum*. vel Juſtum Judicem, *Patrem magnitudinis quadriformem*, ſex nempe vultus cum *quinque ſplendoribus* copulabimus, ſic etiam *Cenreſi* habebimus *Hendecacephalon*.

Nec deſunt Dii alii in Theologia Manetis conſpicui, quos cum nominibus, & muneribus Deorum *Endecacephali* Tibetani conferre poſſem, ſi Tibetanarum ſuperſtitionum cognitio paullo uberior, & explicatior ad nos perveniſſet.

Aditum ad tertium aperiunt XII *Magni Dii* Manichæorum.

Manichæi præterea XII. *Magnos Deos* colebant, teſte S. AUGUSTINO in XV. contra Fauſtum: & Manes ipſe, ut jam audivimus XII. *Membra luminis*; aut ut eſt in Tyrbonis narrationibus inter Acta Archel. cum Manete, XII. *Gubernatores* celebrabat.

Dii XI. ex Platone Ductores exercitus in partes undecim diſtributi, ſequentiſque Jovem Principem Deorum Maximum.

Plato, quod Beauſobrius XII. hoſce Manetis Deos illuſtraturus, obſervat, omnium Caput & Principem fecit Jovem, quem comitabantur exercitus Deorum κατ' ἕνδεκα μέρη in partes *undecim* pulchre, ornateque tributus. Undecim ita Dii Duces, & Gubernatores eſſent, qui totidem præerant ordinibus

bus univerſi exercitus circumſtipantis Jovem. Ex his quoque fontibus proficiſci potuerunt tum *Hopamè* tum *Cenreſi* ἑνδεκάμορφος Tibetanorum. Credunt ad occaſum neſcio quem alium *Mundum*, ab omni æternitate exiſtere. In eo *Paradiſum* collocant Mundo ipſi coævum. Sed qui in hoc *Paradiſo* habitet alius nemo eſt præterquam unus, idemque ſolus *Hopamè*. An hic pro Supremo Numine a Tibetanis colatur, in præſentia non quæram. Id unum, vade & ſequeſtro P. Oratio Pinnabillenſi, affirmare non dubitavero Deum Summum, ut impia earum gentium opinio fert, ex *Hopamè* conflari, eique etiam Dei naturam tribui. Vocari propterea སངས་རྒྱས་དཀོན་མཆོག *Sanghie Con Cioa*; quod nomen proprium eſſe volunt divinæ perſonæ, quam primo loco in ſua illa fictitia Trinitate connumerant: *Deumque Sanctum*; *Sanctorum Deum* interpretantur; *Sanctum* enim & *Sanctos* quum dicunt, *Deum* intelligunt. La-Crozio in *H. Chriſtianiſmi Ind.* pag. 514. tertia perſona eſt, quam ſic ab Tangutanis appellari ſcribit: *Sanguya Conioc, c'eſt a dire, la Viſion, & l'Amour de la gloire*. Ne vero *Sanguya Conioc* diverſum putes a *Sanghie Concioa*, aut *Sanghie Concioc*, monitum te volo non Tibetanum nomen, ſed unam nominis pronunciationem, in qua certe La-Crozius peccat, variam eſſe. In eo, quem dicebamus Mundo, ajunt *Hopamè* plurimos habere diſcipulos *Cianciub* བྱང་ཆུབ Tibetano idiomate dictos, quos *legem* doceat. Is idem eſt, qui alterum ſui *Caput* accomodavit, inſeruitque cervicibus diſcipuli *Cenreſi*. Quod quomodo factum ſit paucis dicam. Quum ſemel e profunda contemplatione excitatus *Cenreſi*, mundumque intuitus vidiſſet homines a ſanctitatis tramite aberrare, in tantam animi mæſtitiam, ac deſperationem incidit, ut fronte illiſa muro caput ſibi in partes undecim ſciderit. Accurrit e ſummo Cælo repente delapſus Hopamè;

Ex XI. Magnis Diis Manichæorum qua ratione formari potuit *Hendecacephalos Cenreſi*.

Mundus æternus & Paradiſus *Hopamè* qualis, & ubi ſitus.

Ex *Hopamè* Dei natura componitur, & Deus apud Tibetanos eſt *Hopamè*.

Hopamè dictus *Sanghiè Concioà* Prima *Tibetanæ Trinitatis* Perſona: Tertia juxta La-Crozium nuncupata *Sanguya Conioc*; eadem ſcilicet quæ Prima *Sanghiè Concioà*.

Cianciub diſcipuli *Hopamè*.

Alterum ex duobus capitibus *Hopamè* inſitum, & conglutinatum cervicibus *Cenreſi*.

Plorat *Cenreſi legem* violatam in deſperationem agitur: Caput illidet muro, illudque ſcinditur in partes XI.

Ex ſciſſis partibus Capita XI. componit *Hopamè*, eaque agglutinant collo *Cenreſi*.

mè; *ſectaſque* partes ita compegit, ut ex ſingulis ſingula Ei capita conformarit. Sed inter hæc *primum*, quod cetera regit, Caput ipſum *Hopamè* duplicatum eſſe volunt. Cujus quidem fabulæ rationem quiſquis rite perpenderit, intelliget ſtatim illud idem eſſe Caput Dei *Hopamè*, quod antea in *Cenreſi* ſectum, diviſumque fuerat. Ex octo vero Brachiis totidemque manibus, quibus inſtructus eſt *Cenreſi*, ſex numerantur addita a Deo *Hopamè*. Horum tria, quæ ſunt a ſiniſtris, hæc inſignia gerunt; in primis florem *Pemà*, deinde *Arcum* & *Sagittam*: poſtmodum *Vas* æneum aqua plenum: Quæ vero a dextris: coronam precatoriam ex *Aquea* Cryſtallo ſummi pretii, divinæque virtutis lapillo inſtructam, ſingulis propterea pleniluniis quum ſolari radio percellitur, manantem aqua: *Rotam* deinceps, qua Cenreſi naturam in orbem convolvi, perque ſui multiplicationem in omnia corporum, animorumque genera tranſfigurari oſtendatur: ac denique *annularem* digitum volam verſus aliquantulum inflexum, unde liquorem ſuaviſſimum & ad ſedandos cruciatus ཡི་དྭགས་ *Itarum* fluere Tibetani comminiſcuntur. Duo, quæ reſtant, brachia in formam orantis compoſita tenet. Capita variis coloribus diſtinguuntur. Alia enim rubro, alia albo, alia viridi ſunt infecta præter ſecundum, quod atrum eſt, & oculis tribus donatum. Indicat Ruber *Cenreſim* in Reges, in Imperatores, alioſve Principes tranſmutari: albus in homines benignos, ac mites, niger in ſeveros, ac formidabiles, viridis in propagatores, & conſervatores legis. Sed præcipuum & inſigne ſymbolum contineri dictitant in ſummis tribus vultibus, quibus pro triplici colorum genere ſignificari credunt excellentiores transformationes *Cenreſi* in triplicem བླས་ *Lamarum*, རྒྱལ་པོ་ *Kielpò Regum*, & ཀྱིས ཆོས་སྐྱོང་ *Cio-Kiong*

Inter XI. Capita *Cenreſi* primum eſt *Caput Hopamè*. Caput *Cenreſi* ſciſſum idem fuiſſe videtur quod Caput *Hopamè*.

Brachia ſex ab *Hopamè* addita *Cenreſi*. Inſignia *Cenreſi* *Pemà*, Arcus, *Sagitta*, *Vas æneum*, *Corona precatoria* ex chryſtallo aquea, *Rota*, *digitus annularis inflexus* liquore mirabili fluens, & mitigans ſupplicia *Itarum*.

Capita *Cenreſi* quadruplici colorum ſpecie diſtincta. Caput ſecundum *atrum*, & *trioculum*. Rubri, albi, nigri, viridiſque coloris ſymbola.

Præſtantiora ſymbola *trium ſummorum Capitum*, eorumque *colorum*.

Kiong νομοφυλάκων ordinem. Ex quibus apparet, ut & id obiter attingam, illud idem Tibetanos de *Cenreſi* fabulari, quòd Indi de Deo Bramha, deque ipſius ſubſtantia diffuſa, ac diſpertita in omnem omnino tum Deorum, tum dæmonum, tum hominum, rerumque univerſarum naturam, ut audivimus, fabulantur. Spectabilis eſt *Corona*, quam gerit caput atrum *Cenreſi*. Aridis calvariis ceu radiis contexta cernitur, calvariarumque apices globuli ſunt auro obſcuriori compacti ad profundæ ſapientiæ, artiſque magicæ ſecretum indicandum. *Amenti* Ægyptium, *Emen* Malabaricum, Deum ſcilicet & inferorum Plutonem, *Oſirim*, *juſtumque judicem* a Demiurgo Manichæorum prolatum in eo intueor. Sed quum id muneris in damnatorum pœnis decernendis apud inferos exercet, pro *Cenreſi* appellatur གཤིན་རྗེ་ཆོས་རྒྱལ་ *Scingeciòghiel*, *Rex juſtiſſimus*, & *Rex Legis*, interprete P. Franciſco Horatio Pinnabillenſi. Simulacrum venuſtius, comtiuſque reddunt ornamenta octo plane muliebria; quibus etiam ſtatuas Numinum འཇམ་དབྱངས་ *Giam Jang*, & ཕྱག་ན་རྡོ་རྗེ་ *Cihana Thorceh* exornare ſolent. Nam præter Regiam coronam, inaures ei ſunt, humerales, torques tres, quorum alter ad pectus, alter ad umbilicum uſque protenditur, armillæ, & circuli ad pedes aurei gemmis, margaritiſque diſtincti. Pallam ſericam, eamque duplicem cingit ad lumbos: alteram rubentem uſque ad pedum *circulos*, cyaneam alteram genu tenus protenſam. Poſtremo ſericum virideque Pallium induit, cujus pars altera ab humeris ad talos retrorſum largiſſime fluit, altera ad brachiorum flexus utrinque reducta, antrorſum magnifice, amplíterque delabitur. Simili nanque pallio *Trabà* གྲྭ་པ་ *Religioſi* Tibetani utuntur. Univerſa hæc indumentorum genera aureis ubique floribus intertexta micant. Quodque

Dei *Cenreſi*, ut Dei *Bramha* natura in omnes rerum ſpecies diffuſa, diſpertita, atque converſa.

Corona Capitis ſecundi nempe *Cenreſi* ex mortuorú calvariis.

Sapientia *Magica* tributa *Cenreſi*:

Cenreſi Amenti Ægyptius, Deus Pluto, Oſiris, *Juſtus Judex* Manichæorum ita dictus in Anathē. apud Coteler.

Cenreſi pœnarum in inferis diſtributor *Scingecioghiel* appellatur.

Cenreſi ornamenta VIII.

Cenreſi indumenta.

Pallium *Cenreſi* viride, forma, & amplitudine ei ſimile, quo viri ac mulieres ſacri Tibetanorum utuntur.

Cenreſi indumenta conſperſa *floribus*.

Cenreſi maſculus ſimul & fœmina. Thronus *Cenreſi Lotos* albi coloris.

ego pene omiſeram de pectore *Cenreſi*, tanquam alterius ſexus indicia, orbiculi duo rubicundi protuberant. Sedem denique ſternit Monſtro Flos albus *Pemà* པདྨ Lotus ſcilicet miræ magnitudinis atque candoris. Jam vero tanta iſthæc florum copia, qua vides tam abunde ac ſplendide ornatum *Cenreſi*, quid aliud Tibi facilius oſtendet, quam XII. illa Manichæorum *ſecula floribus conveſtita, & canoribus plena, & in faciem Patris flores ſuos jactantia*? Quod ſi me roges, ubinam *Patrem Maximum*, & ubi *Secula* XII., ſive XII. *Magnos Deos*, & *Gubernatores*, quales Manichæi colebant, in eo Tibetanorum Numinum acervo inveniam? Tene quid ſentiam. *Cenreſi* idem eſt ac *Hopamè Viſibilis*, nam *Inviſibilis* continet ſe ſe ad occidentem, ubi ipſi quoque Cabaliſtæ *Dei Majeſtatem* collocant, in Mundo alio, alio-ve lucis atque ſplendoris Regno. Hunc ego dico in Hendecacephalo *Cenreſi Patrem* maximum, quem reliqui Dii X. *floribus conveſtiti* circumdant, & quaſi flores in faciem Patris jactare videntur. Duo qui deſunt, ut numerum Deorum XII. impleant, arceſſendi ſunt ex viſibili illa, & chimerica *Trinitate*, quam Tibetani Diis hiſce tribus *Giam Jang*, *Cihana Torcèh*, & *Cenreſi* compactam effingunt.

Capita XI. *Cenreſi*, ut *Numina*, ſeu *ſecula* Manichæorum, *conveſtita floribus*.

Hopamè Inviſibilis Tibetanorum perinde atque *Dei Majeſtas* ex Cabaliſtarum ſomniis, collocatur in Occidente.

Hopamè Viſibilis in *Hendecacephalo* ſimulacro Tibetanorum reſpondere putatur *Patri Maximo* Manichæorum.

Reliqui Dii X. conjuncti cum duobus aliis *Giam Jang*, & *Cihana Torcèh*, dant *Deos Magnos* XII. Manichæorum *flores jactantes in faciem Hopamè* Patris Maximi Tibetanorum.

LXXII. Nec ſic tamen *Hopamè Viſibilem*, *Cenreſi*, & Patrem Illum Maximum ſejungas velim a *Splenditenente* Manichæorum. Uterque enim triſtatur, uterque plangit, atque deſperat. *Splenditenens* reliquias *membrorum Dei* habens *in manu*, *cetera omnia capta*, *oppreſſa*, *inquinata plangit* apud AUGUSTINUM L. XX. contra Fauſtum C. 9. Pares vidimus lacrymas in *Cenreſi*, ſeu *Hopamè viſibili* Legem Dei fractam, contritam, & inquinatam lugente. Quod idem eſt, ac plangere membra Dei oppreſſa, atque fœdata. *Deum* nanque & *Legem* Tibetani unum idemque faciunt: & ideo

Hopamè Viſibilis, & *Cenreſi*, iidem ac *Pater Maximus*, & *Splenditenens* Manichæorum.

Sic *Cenreſi*, ſeu *Hopamè Viſibilis* Tibetanorum plangit Legem *Dei* oppreſſam, ac diſſipatam, ut plangit membra Dei diſſipata *Splẽditenens* Manichæorum.

ideo Secundam Trinitatis Perſonam vocant ཆོས་དཀོན་མཆོག་ *Cio Concioa* ex Pinnabillenſi noſtro, ſive juxta La-Crozium *Cho Conjoc, cè qui ſignifie le grand Livre:* & rurſus: *la Seconde Perſonne eſt l'Auteur & le Livre même de leur Loi.* Nec aliter de prima; deque tertia perſona ſentiunt, uti paullo ante docuimus. Eandem fovent opinionem Bramhanes, qui *Vedam*, & *Atzalà Bramham* ipſum, & *Iſuren* eſſe volunt. At nihil eſt, dicet aliquis, cur Manichæos cum Tibetanis comparatos velis; nulla enim Manichæi, quæ colerent, ſimulacra habebant, quod jam noſti a Beauſobrio demonſtratum Lib. IX. C. 6. Novi quæ Beauſobrius eo loci ignaris ſuadere nitatur, ut ab omni Idololatricæ ſuperſtitionis ſpecie Manichæos ſuos defenſos præbeat, quaſi ſine ſimulacris in phantaſmatum ſuorum cultu Manichæi nequirent pejores eſſe Paganis, quemadmodum S. AUGUSTINUS luculentiſſimis argumentis oſtendit toto Lib. XX. contra Fauſtum. Mihi vero ſatis eſt in præſentia, ſi Manichæi *videri* vellent *favere ſe ſimulacris* Gentilium. *Quod propterea feciſſe* SS. Doctor contra Adimant. Manichæi diſcipulum C. XIII. obſervat, *ut miſerrimæ, & veſanæ ſectæ etiam Paganorum conciliarent benevolentiam*. Habemus ita quo pacto Idololatria Tibetanorum cum erroribus Manichæorum ſocietatis fœdus facili negotio inire potuerit; ne cui mirum videatur, quod hactenus tradidimus de Manichæorum ſecta in Tibetum inducta.

Legem, & *membra Dei* diſſipata & inquinata plangere, ex Tibetanorũ ſententia, idem. *Lex, Legis Liber*, & *Deus*, apud Tibetanos & Indos, unum idemque ſunt.

Quam infeliciter Beauſobrius ab *Idololatria* ſordibus Manichæos purget, atque defendat.

Abſque ſimulacris, Deorum phantaſmata Manichæi religioſe colebant.

Manichæi favebant ſimulacris Gentilium.

Quam facile fuerit Manichæis errores *Sectæ ad Paganiſmum proclivis*, cum *Idololatria* Gentium in Tibeto conjungere.

LXXIII. Ajunt præterea in hac *oratione Lamæ* Tibetani *ſe colere mirabilem œconomum, qui ſtellas diſpenſat, & fortes Gubernatores, qui decem partibus Cæleſtium generum præſunt* . . . . Et iterum: *Miſerere noſtri in omnibus decem plagis, & locis*; quæ Gallice La-Crozius expoſuerat: *L'œconomie merveilleuſe qui préſide aux Etoiles, les puiſſans Gouverneurs qui regiſſent les dix parties des Etres qui ſont*

 dans

dans le Cieux.... Ajez pitie de nous dans les diz Climats. Caput *Hopamè*, & decem reliqua in ſtatua *Cenreſi*, mirabilem iſtum œconomum una cum x. potentibus Gubernatoribus ea, qua diximus ratione exhibere crediderim. Quod vero dicitur tum *de decem partibus cæleſtium generum*, tum *de decem plagis*, atque climatibus, nihil omnino conjunctionis habet cum *ſyſtemate* Mundi, cujuſmodi hac ætate noſtra a Tibetanis inſtruitur. Totum eſt eorum opinione *Vacuum*; nullumque plane Cælorum orbem agnoſcunt. At in recitato textu partes decem ſupernorum generum, quæ in Cælis verſantur, quemadmodum & climata, ac *loca* decem, videntur neſcio quid præſeferre, quod propius ad Manichæorum οὐρανολογίαν accedat. *Decem* nanque *Cælos* abs Manichæis numerari teſtis eſt S. AUGUSTINUS Lib. XXXII. c. 19. contra Fauſtum. Ab Aſtronomicis Pythagoræ inſtitutis opinionem hanc derivatam Beauſobrius cenſet. Sapit illa tamen magis quam Pythagoræ placita, Valentinianorum, Marcoſiorumque hæreticorum deliria de *virtutibus decem*, quas & *Cælos decem*, & εἰκόνας τῆς ἀοράτου δεκάδος *inviſibilis decadis imagines* nominabant apud S. IRENAEUM Lib. I. cont. Hær. C. 17. Certiora ego darem, ſi Tibetanum orationis exemplar conſulere, & perveſtigare liceret. Vix enim eſt cur dubitem tot *Cælos* in hac oratione a Tibetanis conſtitui, quot ſunt inter ſe diſtincta ſublimium rerum genera, quæ in Cælis eſſe dicuntur.

Oeconomus ſtellarum, & Gubernatores potentes *decem partium cæleſtium generũ* in Tibetana oratione commemorati, per XI. illa capita *Cenreſi* repræſentari putãtur.

Tibetani nullos hodie *Cælos* agnoſcunt:

Quod nos Cælum, *Vacuum* Tibetani appellant.

Tibetani veteres in recitato orationis fragmento *Cælos* X., ut Manichæi ſtatuere videntur.

Cælos X. ab Valentinianis, & Marcoſiis hæreticis magis, quam a Pythagoræis, quod Beauſobrius voluit, Manichæos accepiſſe credimus.

LXXIV. Reliquum eſt, ut paucis quæram, quid ſibi velint Tibetani, quum ſtatim ab initio profitentur *diſtributionem in Religione fuiſſe factam a Deo: Vas pretioſum factum a littera* A; *Mare factum ex pura & puriſſima Sancta Aqua a littera* CHUM: *quatuor eſſe partes radicis creationis originalis, & ad* quatuor haſce partes *dilectos octo filios ſedecim* locis munitos; quos Illi ſe colere & venerari teſtantur. Quæ quidem omnia, arcana videri poterunt obſcuriſſima, ut vix locum

Quæ de Deo auctore diſtributionis in Religione: de Vaſe pretioſo & Mari: de quatuor Partibus radicis primigeniæ: de octo dilectis filiis, deque locis ſexdecim in oratione Tibetanorum propoſita ſunt, inveſtigantur.

locum divinationi relinquant. Sed quum in toto hoc fabularum involucro de primigenia rerum creatione agatur, impia Tibetanorum opinio de Mundi Viſibilis formatione non parum lucis ad ea tam tenebroſa myſteria conjicienda ſuppeditabit. Hanc itaque Mundo originem fuiſſe tradunt. Mundi alii ante hunc, quem oculis uſurpamus, innumerabiles erant, & prope infiniti. VIII decies centena millia eorum numerus ab aliquibus computatur. Ii a nemine producti ſeſeipſis ab omni æternitate extabant: non æque tamen omnes æternum duraturi. Uni quippe Mundo Dei *Hopamè* ad occidentem poſito durationem adſcribunt omni prorſus fine carentem. Animi, Lahæque Orbium illorum incolæ ſine principio inibi ſemper vixiſſe dicuntur. In eorum aliquot nulla lex eſt. Huc tranſmigrare per μετεμψύχωσιν, non Deo, ſed *Fato* impellente, coguntur *Lahæ* omnes, qui in aliis Mundis, ubi *Lex* & ipſa æterna, atque ingenita reperitur, peccarunt. Contra, in hos migrant *Lahæ*, qui vivendi finem accipiunt in Mundis orbatis lege. Cur tam ingentem *Mundorum* numerum *Lhamæ* Tibetani excogitarint, non alia, ut video ex S. IRENAEO, eſſe potuit cauſa, niſi magnus ille innumerabilium Deorum numerus in hac ipſa oratione non obſcure indigitatus. Hoc enim poſito, & illud primum ſequatur neceſſe eſt. Manichæi, ut hæretici alii bene multi, Mundum *intelligibilem*, eumque æternum ſtatuebant. In eo *beata, & glorioſa ſecula neque numero, neque Prolixitate* æſtimanda: *regna ſplendidiſſima fundata ſupra lucidam, & beatam terram. Innumerabiles Regnicolas, agmina Deorum; & Angelorum exercitus ſibi fingebant*. Quæ quidem & innumerabilia ſecula, & Regna pro innumerabilibus Mundis facile accipi potuerunt. Niſi *innumerabiles hoſce Mundos* ab Epicuro potius, & ab Atheis Sinenſibus didicerint Tibetani. At Mundi, qui ſine *Lege* hoc eſt ſine *Deo*, & *Luce* a Tibetanis ſomniantur, aut *ſpatia* ſunt

De Mundi Viſibilis origine Tibetanorum opinio.

Ante Mundum Viſibilem Mundi alii innumerabiles, ſeſeipſis extantes, æterni, ſed non omnes iidem ſemper perſeveraturi.

Soli Mundo Dei *Hopamè* æternitatem principio ac fine carentem tribuunt Tibetani.

Lahæ, animique æterni.

Lege Mundi aliquot deſtituti.

Lex & ipſa coæterna Mundis.

Lahæ peccantes in Mundis, ubi regnat *Lex*, vi *Fati* devolvuntur in Mundos deſtitutos *Lege*; & viciſſim.

Mundi innumerabiles ex innumerabilibus Diis: S. Iren. ſententia.

Manichæi Mundum *intelligibilem* æternum putarunt.

In Mundo intelligibili & æterno beata, innumerabilia ſecula, Regna ſplendidiſſima, agmina Deorum, & alia id genus Manichæorum figmenta.

Secula, & Regna innumerabilia Manicheorum eadem forte ſunt ac Mundi innumerabiles Tibetanorum.

Mundi innumerabiles ab Epicuro

ro quoque, & ab Athæis poſiti. Mundi Tibetanorum deſtituti *Lege*, aſſimilandi, vel *infinita inanitati* ſupra terram tenebroſam, vel *Terra* ipſi *tenebroſa* Manichæorum.

ſunt *infinita inanitatis* ſupra terram tenebroſam a Manete, uti narrat S. AUGUSTINUS, excogitata, aut *terra* ipſa *tenebrarum profunda*, & *immenſa magnitudine*, *in qua habitabant ignea corpora*, *genera ſcilicet peſtifera*, *ſeſe juxta unam partem ac latus illuſtris*, & *ſancta terra* extollens. Vidimus enim paullo ante a Tibetanis maleficorum Laharum, Dæmonumque ſpiritus ſuper Aëra collocari in *Dokam*.

Supra ſpatium poſtremo occupatum a Mundo Viſibili ſita erant ab omni ævo loca XVI. a *Lahis corpore indutis* frequentata, I., & omnium inferior *Chaden*, II. *Brul ca*. III. *Gen Brul Vã gce*. IV. V. VI. VII. *Zang bene ſgi*. VIII. *Ho Scel*. IX. *Ze Me Ho*. X. *Chie ciung*. XI. *Ze me chie*. XII. *Mi ceva*. XIII. *Mi Tung-va*. XIV. *Scindu tova* XV. *Chia Nom Nang va*. XVI. *Hua Min*.

LXXV. Et ſane antequam Mundus Viſibilis oriretur ſupra ſpatium, quo hodie circumſcribitur, imaginantur Tibetani loca extitiſſe *ſexdecim*, ubi verſabantur *Laha* ལྷ་. Erat I., ducta ſupputatione ab inferiori, *Chaden* དགའ་ལྡན་ magnæ lætitiæ locus. II. *Brulca* འཕྲུལ་དགའ་ hoc eſt, gaudium ingens ex prodigiis, quæ ibi Lahæ operantur. III. *Gen Brul Vangce* གཞན་འཕྲུལ་དབང་བྱེད་ Prodigiorum virtute Dominantes: IV. V. VI. & VII. communi nomine dicti *Zang-bene ſgi* ཚངས་པའི་གནས་བཞི་ Sedes quadruplici contemplationis generi vacantium. VIII. *Ho Scel* འོད་གསལ་ Magni luminis atque ſplendoris. IX. *Ze me ho* ཚད་མེད་འོད་ Luce infinita micantium. X. *Chie ciung* དགེ་ཆུང་ Exiguarum virtutum. XI. *Ze me chie* ཚད་མེད་དགེ་ Infinitarum virtutum regio. XII. *Mi ceva* མི་ཆེ་བ་. XIII. *Mi Tung-va* མི་གདུང་བ་. XIV. *Scindu tova* ཤིན་ཏུ་མཐོང་བ་ Altiſſimus. XV. *Chia Nom Nang va* གྱ་ནོམ་སྣང་བ་ Pax maxima. XVI. *Hua Min* འོག་མིན་ Omnium ſummus, nec ullus eo ſuperior. In his *Laha* corpora gerunt, pretioſis amiciuntur veſtibus, de-

deliciis fruuntur, alunturque cibis, omnia ſuppeditante Fato, atque Fortuna. Sed quatuor adhuc ſupereminent loca, quorum I. eſt *Namca taje chiece* ནམ་མཁའ་མཐའ་ཡས་ཀྱེ་ཆེད II. *Nam ſce taje chiece* རྣམ་ཤེས་མཐའ་ཡས་སྐྱེ་ཆེད. III. *Ci jang me be chiece* ཅི་ཡང་མེད་པའི་སྐྱེ་ཆེན. IV. *Duſce me min chiij chiece* འདུ་ཤེ་མེད་མིན་གྱི་སྐྱེ་ཆེད. In his *Laha* corpore carent, nec ſuſtentantur cibo, ſed uni cæleſtium rerum contemplationi inhærent, dolentes hominum vices, quòd tam longas ac operoſas *tranſmigrationes* ſubire cogantur. Altis, atque beatis Laharum Regnis, oppoſita ſtatuerunt *Gnielvà* ཉྱལ་བ *Inferorum* loca XVI., quorum octo *ignis*, octo *frigoris*, ſeu *gelu* ſupplicia continent. Duo ſunt reliqui: *Jang ſci Jang ſo* ཡང་ཤེས་ཡང་བསོས ideſt *modo morientium modo reviviſcentium*; & alter *Nar me* མ་ནར་མེད *cruciatus* nempe *infiniti:* quos ſexdecim jam memoratis locis adjungunt, & ita octodecim numerant Regiones Tartareas, in quas peccantium animi cogente Fato truduntur. Quumque totidem loca pœnarum unicuique Mundo adſcribant, neceſſe eſt, ut ea ante Mundi hujus fabricationem, vel extra, vel intra vacuum *ab æterno* poſita conſiſterent. Eo nemo torquendus impellitur, niſi ſit aliqua corporis forma donatus. Supplicia in gehenna *Narmè* licet proprie æterna non dicant, tam longæ tamen durationis cenſent, ut eorum finem vix unquam aut inveniri, aut cogitatione percipi poſſe credant. Qui in Mundi viſibilis deſtructione detinebuntur carcere creati *Narmè*, abibunt in alios *Narmè* æternos æque & increatos, ut Mundi alii æterni ſunt & increati.

Stationes, ſeu loca IV. eminentiora a Lahis *corpore exutis* inhabitata.
I. *Nam ca taje chiece.*
II. *Nam ſce taje chiece.*
III. *Ci jang me be chiece.*
IV. *Duſce me min chiij chiece.*

XVI. item *inferorum* loca ſtatuũt Tibetani: *Octo*, ubi *ignis*, & *Octo*, ubi *gelu* ſupplicia vigent:
Jang ſci Jang ſo: & *Narmè* loci duo inferorum inſignes, XVI. ſuperioribus additi.

Loca inferorum unicuique Mundo coæva.

Nemo in inferis ſine aliqua corporis ſpecie torquetur.
Supplicia *Narmè* infinitæ propemodum durationis.
Addicti ſuppliciis *Narmè*, eo pereunte in Mundi Viſibilis deſtructione, migrabunt in alios *Narmè* inviſibiles, æternos, & increatos.

LXXVI. Quum

Cauſa & origo Mundi Viſibilis, *Fatum*.

LXXVI. Quum itaque rerum harum aſpectabilium nil niſi vacuum eſſet, cauſarum nexus, qui totus a natura, ac ſtatu Animorum in Mundis aliis viventium pendebat, neceſſitatem aliquando induxit, ut Mundus iſte viſibilis oriretur; tum ſtatim agente Fato *ventus* excitatus eſt vehementiſſimus, eoque mox congeſta immenſa volumina nubium infinitam diu evomere perrexerunt aquarum copiam. Librabat Ea ſe ſuper aerem craſſiſſimum ex eodem vento productum; indeque Mare ortum eſt magnum atque vaſtiſſimum. In hoc Mari novus, ac validiſſimus ventus erupit, ingentique tempeſtate commota, nihil non in eo turbavit, atque excuſſit. Ex tam vehementi aquarum agitatione, & æſtu auri ſpuma prodiit, qua deorſum labente aureus Maris fundus conſtratus eſt, dictus གསེར་ཀྱི་ས་གཞི་ *Ser chŷ Saſgi*, *Terra auri*. Tertius iterum, idemque turbineus ventus Mare univerſum convolvens invertit ita, ut in fluctus mire tumidos, ſummeque elatos evexerit. Emerſit ex his infinitus numerus atomorum in ſpecies omnino quinque diviſus. Aliæ enim *terræ* ས་ *Sa*, aliæ *auri* གསེར་ *Ser*, aliæ *chryſtalli* ཤེལ་ *Scel*, aliæ *Pemà*, ſeu *Paimaraca* པདྨ་ར་ག་ག་ pretioſi, rubrique coloris lapidis, aliæ demum *Bedrhurià* བཻ་ཌཱུརྱ་ pretioſi item lapidis, ſed viridis coloris, naturam habebant. Ex terreis, coactiſque atomis conſtiterunt *quatuor* Mundi Partes, & Inſulæ, ſive *continentes* octo. Pars Meridionalis, dicta *Zambuling* འཛམ་བུ་གླིང་ cum duabus Inſulis *Ngajap* རྔ་ཡབ་, & *Ngajapſcen* རྔ་ཡབ་གཞན་ *pyramidis* obtuſæ figuram imitari videtur: *Sphæ-*

Ex *Fato* primum *Ventus*, ex Vento *Nubes*, ex his *immenſa aquarũ copia*.

Ex *Aquis*, & *Aere* craſſiſſimo aquas undique ſuſtentante, *Mare* primigenium.

Ventus a Fato ſecundò excitatus *Mare* totum æſtu ac tempeſtate invertit. Hinc *auri ſpuma*, & fundus Maris *Terra auri*.

Ventus turbineus tertiò commotus ex fluctibus æſtuantibus, mireque tumidis *atomos* elicit quintuplicis ſpeciei, *terreas*, *aureas*, *chryſtallinas*, *Paimaraceas*, *Bedruhrineas*.

Ex *terreis atomis* IV. Mundi *Partes*, & *Inſulæ*, ſeu *continentes octo*.

Sphæricam habent occidua *Palangciò* བ་གླང་སྤྱོད་, ejuſque Inſulæ duæ *Jonden* ག་ཡོན་སྣད་, & *Lamciodrò* ལམ་མཆོག་འགྲོ་: *Quadratam* Septemtrionalis *Tramignien* སྒྲ་མི་སྙན་, & Inſulæ item duæ cognomines *Tramignien* una, *Tramigniendà* སྒྲ་མི་སྙན་ཟླ་ altera: *Semiſphæricæ* vero, ſeu *Semicirculares* ſunt binæ Inſulæ *Lù* ལུས་, ac *Lùpà* ལུས་འཕགས་, & Pars Orientalis *Lùpàling* ལུས་འཕགས་གླིང་. At ex quatuor reliquis atomorum ſpeciebus fabricatum narrant in Mari admirandæ tum altitudinis tum latitudinis montem, quem dicunt རི་རྒྱལ་ལྷུན་པོ་ *Righiel Lunbo*, non raro etiam *Riroù*, རི་རབས་. Latus Orientale Montis atomi *chryſtallinæ*: Auſtrale *Paimaraceæ*, Occiduum *Bedruriacæ*, Septemtrionale *aureæ* compoſuerunt. Mons *formæ quadratæ*, *intra* Mare, ſpatium deorſum occupat *Pahtzè* དཔག་ཚད་, ſeu leucarum octoginta mille, totidemque leucas ſurſum verſus porrigitur *extra*.

Ex atomis *aureis*, *chryſtallinis*, *Paimaraceis*, & *Bedruriacis*, *Mons Righiel* in medio Mari.

Verum non alius profecto eſt *Righiel Lunbò* Tibetanorum, quam *Someru* सोमेरु, aut *Merupa* मेरुप Indorum, & Truncus ipſe *arboris* creationis Japonenſium.

Mons *Righiel* idẽ ac *Someru* Indorum, & *Truncus arboris creationis* Japonenſium.

Adhærent ſingulis lateribus Montis gradus ſinguli mire ſublimes, eademque, qua latera, materie compacti. Mons *Righiel* cingitur montibus aureis ſeptem; quorum primus cum ſupremo comparatus dimidio minor eſt; & ita ceteri eadem proportione gradatim decreſcunt. Intervalla, quibus montes intercipiuntur, & a ſe invicem ſeparantur, ſunt maria ſeptem lactea mellei ſaporis, coloris vero ad ortum candidi, atque chryſtallini: ad auſtrum viridis, ſeu magis cærulei: ad occaſum rubri: ad ſemptemtrio-

Mons *Righiel* montibus ſeptem cingitur, totidemque Maribus.

Montium nomina *Muchiun Zin*, *Nambaredu*, *Tanari*, *Tanatu*, *Scioldazin*, *Seng teng*, *Gna ſcign zin*. Ab his præter *Mare ſalſum* ſex reliqua Maria nomen accipiunt.

trionem aurei. Nomina ſunt I. *Nambaredu Ki-Rol thzò*. II. *Tanari Ki-Rol thzò*. III *Tanatu Ki-Rol thzò*. IV. *Scioldazin Ki-Rol thzò*. V. *Seng teng KiRol thzò*. VI. *Gha ſcign zin Ki-Rol thzò*. VII. *Pazacenki ghiamzò cenbò* བ་ཚྭ་ཅན་གྱི་རྒྱ་མཚོ་ཆེན་པོ་ *Mare magnum ſalſum*, & *amarum*. Octo ita montes cum *Righiel*, & octo Maria cum *Mare primigenio* ſupputant; totumque *terraqueum* orbem *Gikten* འཇིག་རྟེན་ appellant. Ad partem auſtralem *Righiel*

Ad auſtrum *Righiel* portentoſiſſima arbor, dicta Tibetice *Zampuh*, Indice *Giamun*.

collocant *arborem Zampuh* འཛམ་བུའི་ dictam ab Indis *Giamun* जामुन. Ea altiſſimis defixa radicibus in Mare *Matroba* མ་དྲོས་པ་ quod eſt in Regno *Sciamphalà* ཤམ་བྷ་ལ་ verticem Montis ramorum ſummitate attingit. Sed radices infra terram, Orientem verſus centum leucas ſerpunt, & exſpatiantur. Tam vero late ad Occaſum protenduntur rami, ut & Boreale latus montis circumplectantur.

Fructus arboris *Zampuh* alimentum *Labarum*.

Fructus, quos comedant, inde decerpunt colliguntque *Labæ* in Montis faſtigio verſantes. Saxa IV. ingentia juxta caudicem arboris originem præbent ſacris IV. fluminibus:

Quatuor ſacrorum Fluminum origo ex ſaxis IV hærentibus caudici arboris *Zampuh*.

Gangí མགན་འགིས་, *Sinthù* སིན་དྷུ་, *Pahkiù* པག་ཤུ་, *Sita* སི་ད་. Primum quod Orientem reſpicit, caput præſefert Elephantis. II. Quod eſt ad Auſtrum formam *Bubalini* capitis. III. Equi viridis ad Occaſum. IV. Leonis ad Boream.

Saxorum IV forma.

Schema Mundi Tibetanum in quo præſertim ab Indico differat.

Indica figura Telluris, Marium, & Montium Elipſin: Tibeta-

In eo Mundi *Schemate* fabricando nonnihil differunt Indi a Tibetanis. Indi figuram Terræ *ovatam*; Tibetani *circularem* deſcribunt. Montibus, & Maribus formam tribuunt Indi *elipticam*; Tibetani *quadratam*. Indi *continentem* noſtrum, ceu extima *peripheria* cingunt *Mare dulci*: Tibetani

tani *Mare ſalſo*, & hoc rurſus *muro ferreo* ingentis magnitùdinis, quò *univerſus Terraqueus Orbis* continetur ne forte effluat. Murum ego ferreum, niſi Tibi magis arrideat, *Inane Indicum Sunn*, interpretarer *Ferrum*; unum ſcilicet ex V. elementis Tibetanorum, quæ ſunt: ཤིང་ *Scing Lignum*: མེ་ *Me Ignis*: ས་ *Sa Terra*: ལྕགས་ *Cia Ferrum*: ཆུ་ *Ciu Aqua*. Manichæi quoque elementa numerabant quinque bona: *aera*, *lucem*, *ignem*, *aquam*, *ventum*; & quinque mala; *fumum*, *tenebras*, *ignem*, *aquam*, & *ventum*. Probabile certe fit *Ferri* nomine Tibetanos intelligere *Ventum*, cui ad comprimendas aquas Maris, & partes telluris ne delabantur vim quandam maximam, ac præpotentem tribuant. Nam & vento tanquam *Omophoro* Orbem Univerſum ſuſtineri, ne corruat, arbitrantur. In Marium quoque ordine, eorumque materie deſignanda diſcrepant Indi. Primum illudque intimum vocant *Kar Samudr* खर समुद्र *Mare Salſum*: ſecundum *Huk Samudr* हुखसमुद्र redundans *Saccharo* ex arundinibus expreſſo: tertium *Madù Samudr* मधुसमुद्र mero ſtillato, ſive ut alii malunt, vino palmeo plenum: quartum *Rup Samudr* रुपसमुद्र *Mare mellifluum*: quintum *Dadi Samudr* दधीसमुद्र *Lactis coagulati*: ſextum *Kir Samudr* खीरसमुद्र *ex oriza cum lacte cocta*, habita apud pleroſque Indorum pro re plane divina Diis, ac *Soli* in primis ſacra: ſeptimum *Set Samudr* सेतसमुद्र *Mare aquæ dulcis* tam amplum, atque diffuſum, ut ibi tantum finem habeat, ubi incipit *Vacuum Sunn* सुन.

betana Telluris *circularis* eſt, *Marium & Montium quadrangularis*.

Elementa v. Tibetanorum in *Mundo Viſibili*.

Elementa Manichæorum *quinque bona*, & *quinque mala*.

Ferrum unum ex *Elementis* Tibetanorum forte *Ventus*.

Virtus Venti ſuſtentatrix *Telluris*, eadem quæ *Omophorus* Manichæorum.

Ordo, *materies*, & *nomina Marium* in Indico ſchemate.

Mare dulce Indorum contermi-num *Vacuo Sunn*.

LXXVII. Neceſſitas deinde, & vis fati ferebat, ut Orbis ita conſtructus habitatoribus frequentaretur. Et ecce vi-

Primi terrarum habitatores *Laha a Fato* deorſum immiſſi.

Laha terreſtria corpora, quæ nec viri nec mulieris naturam haberent, induerunt.

Labarum corpora ſplendidiſſima Mundum Univerſum ſiderum loco illuminabāt.

Corpora *Laharum per ſe viventia* αὐτόζωα, nullius indiga cibi.

Corpora *Laharum* deguſtato *Terræ fructu* atra ſtatim & tenebroſa.

Ad fugandas tenebras *Sol*, *Luna*, *Sidera* omnia e *Mari* oriuntur.

Sol Tibetanis dictus *Me ſcel le trupba*, chryſtalli ignei ſubſtāria.

Orbis *Solaris* diameter leucarum LI.

Lahæ in *Sole* terram illam colunt, ſerunt, metunt, veſcuntur, bibunt, moriuntur tandem poſt multa ſecula, & alio migrant.

viventes animos, quos Fatum impelleret, tum ex *Mundis* ſuperioribus, tum ex XVI. *Labarum* Regionibus ante deſcriptis, in hunc noſtrum repente delapſos terrea ſibi corpora copulare. At nulla inter eos ſexus diſtinctio erat. Omnes nativo quodam ſplendore, admirandaque luce peræque fulgebant, ut, quum antea tenebris cuncta obſita, & occupata jacerent, nec Sol, nec Planeta ullus ex alto ſplendeſceret, mox Univerſa per Orbem immenſo prorſus divinoque lumine ex eorum conſpectu mirifice coruſcarint. Quod nemo intelliget, niſi *Terram*, unde ſibi corpora formaverant *Labæ*, ejus eſſe naturæ dixerit, quam *lucidam* Manichæi vocabant. Nullo Ii utebantur cibo, quo non egebant; ſed ſuapte natura teretes, conſtantes, & ad vitam æqualiter conſervandam ſeſeipſis idonei in eo felici ſtatu innumera ferme ſecula vixerant, quum vix deguſtatis, comeſtiſque *fructibus terræ*, illius inquam terræ, quæ juxta Manichæorum deliria, *mala* erat, & *tenebroſa*; omnia protinus in atra rurſus verſa ſunt, & obſcura. Tum Sol, Luna, Planetæ, & Aſtra e Mari ſeſe ſublimes per aera efferentes lucem depulſis tenebris reduxerunt. Sol figuræ ſphæricæ, *Me Scel le trupba* མེ་ཤེལ་ལས་སྒྲུབ་པ་ nuncupatus, quod eſt κατὰ γέμμα *ignis chryſtallini ſubſtantialis ſplendor*, conſtat, ut ajunt Tibetani, *ex chryſtallo ignei coloris*, quæ *Paima rakæ* Loti, ſeu Nymphææ rubræ naturam æmulatur. Quicquid lucis in eo cernitur, a *Labis* profluit. Solem quippe, cujus Orbis diametrum leucarum faciunt unius & quinquaginta, Provinciam eſſe dicunt, quam *Labæ* ſerendo, metendoque colant, utpote quæ nata ſit fructus ferre, unde eorum animi nutriantur, & vivant, quandiu poſt longa ſecula mortem obeant, & aliô ad alia corpora animanda migrent. Nam partem viſibilis Mundi conſtituere arbitrantur. Itaque radii e Laharum corporibus in chryſtallinum Solis diſcum immiſſi,

miſſi, indeque in Orbem refracti ac repercuſſi totum id fulgoris, quo tellus noſtra illuſtratur, mirifice pariunt. At Lunam ex *chryſtallo aqueæ* naturæ compoſitam opinantur, vocantque *Cihù Scel le Trupba* ཆུ་ཤེལ་ལས་སྒྲུབ་པ་, quod rite verteris *Aquæ chryſtallinæ puram nitentemque ſubſtantiam*.

Luna *Cihù ſcel le Trupba* chryſtallus naturæ aqueæ.

Lucem Ei tribuunt non propriam neque nativam, ſed qualem uti diximus, Sol ipſe fundit a Lahis habitatoribus mutuatam. Lunæ diametrum metiuntur leucæ omnino L. Orbis eſt utrumque ſidus perfecte ſphæricus, & curru navigii formam præferente vehitur. Currum per aereos campos rapiunt Equi ſeptem, quos aurigæ loco Fatum unice ducit ac regit.

Lumen *Solis* & *Lunæ* a *Lahis* habitatoribus.

Lunæ diameter leucarum L. Orbis *Solis* & *Lunæ* perfecte *ſphæricus* curru vehitur.

Similia fere tradunt de natura, deque luce ſtellarum. Eclipſes perinde atque Indi tum accidere putant, quum *Tracehn* དགྲ་ཅན་ ſemiviri ſemique dracones Soli ac Lunæ diu noctuque inſidiantes, alterutrum ore prehenſum tenent, fauciumque ſeptis occludunt. Eo tam inſano, ac fallaci ſyſtemate uſi Eclipſeon tabulas *Lhamæ* Tibetani, qui Aſtronomiæ artem profitentur, conficiunt acuratiſſimas, eaſque notatis die, hora, minutis, ingreſſu, immerſione in umbram, emerſione, ac fine, aliquot ante dies quam *Eclipſis* accidat, obſervandas in publicum proferunt, ut ex rerum eventu judicent Periti de exacta prædictione tabularum.

De natura aliorum *Siderum* Tibetani eadem ſere ſentiunt.

Eclypſeon cauſa *Tracehn*, monſtra in parte ſuperiori *Viri*, in inferiori *Dracones*.

Eclipſes accurate prædicunt *Aſtrologi Tibetani*.

Sic præſtantium Aſtronomorum famam ſibi aquirunt Tibetani Philoſophi, quamvis *ſyſtemata* habeant tam inepta, tam ridicula, & fabuloſa, ut *ſomnia* rectius quam *ſyſtemata* appellaveris. Ex hoc Aſtronomorum numero erat famoſus ille *Manes* a Beauſobrio Lib. VI. c. 7. mirifice commendatus, quôd *ſphæricam Mundi figuram* adeoque *antipodas* tum temporis agnoverit, quum Univerſa Eccleſia CHRISTI contraria docens errabat. *Manichée*, inquit T. II. pag. 379, *avoit raiſon pendant que tous les Catholiques avoient tort*. Hui, tantane erat judice Beauſobrio, ſapien-

Mundi *ſyſtema* quamvis falſum & fabuloſum nihil impedit quin Philoſophi Tibetani obſervationes plures aſtronomicas rite peragant, ſibique *aſtronomorũ* nomen & opinionem concilient.

Unum *Manetem Aſtrologum præ Catholicis omnibus de figura Telluris*, deque *Antipodis* recte ſenſiſſe Beauſobrii judicium execrabile.

tia

Beauſobrii procacitas refutatur.

tia Manetis? Fiet ita, credo, ut & Indos, & Tibetanos Aſtrologos univerſis *Catholicis*, ipſiſque adeo *Eccleſiæ Patribus* in poſterum anteponat. Nam Tibetani *continentes* tres: Indi terras, ſive *continentes* octo, inter quos noſter iſte numeratur, *ſphæricos* appellant: Bramhanes Indi Mundum Univerſum *Ovo* ſimilem opinantur; at *Lhama* Tibetani *circularem*, atque *rotundum*; neutri tamen *homines* agnoſcunt *artipodas*. Sphæricum Veteres non raro pro *Orbe* ponunt; Orbem vero terreſtrem, *Mare dulci* Indi, Tibetani *Muro ferreo*, uti jam expoſuimus, cingunt. Quo fit ut ad exemplum forte Μηχανικοῦ ἀνδρὸς *Mechanici viri*, hoc eſt, interprete Beauſobrio, *Aſtronomi*, & *Mathematici* Manetis, Terram οἰκουμένην inſtar *Planisfarii* conceperint. Ita enim de figura Telluris hodieque ſentiunt celebres illi Indiarum, Tibetique Aſtronomi. Sed urge tantiſper Beauſobrium, ut cauſas proferat, unde norit Manetem poſuiſſe *Antipodas*.

Tam nec Antipodas unquam novit Manes, quam non Indi norunt, nec Tibetani Aſtrologi. Ex Orbe, quem quis ſphæricum dixerit, ineptiſſime Beauſobrius argumentatur Antipodas.

Mechanicus homo, ſic dictus Coſmæ Indopleuſti, Beauſobrio vero Mathematicus, & Aſtronomus Manes in ſphærica illa telluris figura adumbrāda Indis fortaſſe ac Tibetanis præluxit.

Argumenta duo, quibus probare nititur Beauſobrius Antipodas agnoviſſe Manetem, infirma prorſus atque futilia.

Unam ſtatim dabit & alteram: utramque, mea quidem opinione, adeo levem, adeoque futilem, ut nequeas non mirari hominis temeritatem, qui tam vanis conjecturis ductus pronunciare ſit auſus, *Manichée avoit raiſon pendant que tous les Catholiques avoient tort*. Dixerat *Manes*, referente *Tyrbone* in Act. Diſput. Archelai, *que le Soleil & la Lune ſe lévent pour d'autres Mondes, quand ils ſe couchent pour lè nôtre*. Quid inde? concludit, *il faut donc qu'il ait cru un Hemiſphére inferieur, que le Soleil & la Lune vont éclairer, quand ils diſparoiſſent*. Probum ſane præſtigiatorem! qui unius voculæ miniſterio ex hæretico delirante facit Manetem Aſtronomum recte cogitantem. Det Beauſobrius verba, quæ Tyrbo recitat ex ore Manetis, non ea arbitratu ſuo vertendo immutet, & ecce Manes in Mundi ſyſtemate non modo improbus μηχανικὸς ἀνήρ, ſed & qualis reipſa eſt, monſtrorum genitor apparebit. Καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινὲς τῶν φωστήρων δυνάντων ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου,

I. Mundos alios, quibus juxta Manetem Sol & Luna Mundo noſtro Occidentes, oriuntur, temere, ac doloſe vertit Beauſobrius, in Hemiſphærium inferius.

ἐξ

ἐξ ὧν ἀνατέλλουσι. Sic ait Manes: *Alii quidam ſunt Mundi, ex quibus luminaria ſurgunt, quum ex hoc Mundo recedunt.* Non unum dixit eſſe Mundum, ſed plures, quales etiam Lhamæ Tibetani ſomniarunt. At Beauſobrius *Hemiſphærium inferius* pro *Mundis pluribus*, invito Manete interpretatur. Quid? ſi Manes non de ortu & occaſu diurno ſiderum, ſed de eorum migratione in Mundos alios, poſtquam noſter hic eſſe deſierit, intelligi debeat? Id enim Indi, id Tibetani ſentiunt. Nec iſtorum ſententiam rejiciet Beauſobrius, cui nihil abſurdi viſum eſt explicare creationem *Solis*, atque *ſtellarum* pro ſimplici quadam eorum apparitione, uti & Valentiniani olim, & Tibetani, & *Thomas Burnetus* noſtro hoc ævo explicarunt: *Leur premiere apparition eſt repreſentée comme leur naiſſance*. Vide quæ de hoc argumento ſcribit T. II. pag. 288. Manes deinde qui *terras octo* ſomniarat, habebat præter unum illud *Hemiſphærium* inferius, quo oritura mitteret luminaria, quum e facie telluris noſtræ diſcederent. Bramhanes profecto uti & Lhamæ ſic Solis ortum & occaſum explicant, ut adeunte Sole *antica* montis *Someru*, ſeu *Righiel*, ejus *ortus* fiat terris in eam plagam verſis, contra vero *occaſus*, recedente Sole ad *poſtica* montis, ut terras alias illuſtret. Sunt præterea inter Bramhanes, qui Soles XII., quot ſunt Anni menſes, confingant. Quod quidem percipi nulla ratione poteſt, niſi unus idemque Sol expleto menſtruo curſu in alios Mundos abeat, idemque poſt menſes omnino XI. iterum orriturus telluri noſtræ appareat. Quid vero eſt in Tyrbonis textu, quod hæc deliria a Manetis mente aliena oſtendat? Nihil omnino; immo & ea hæretici hominis linguæ, atque ingenio cummaxime conjuncta, & accomodata non obſcure demonſtrat. Mirum mihi certe videbatur Manetem de Mundi figura tam ſapienter, ut prædicat Beauſobrius, cogitare potuiſſe, qui *tam falſa* de figura Solis *jactabat*. *Vos eum* Mani-

Non *Hemiſphærium inferius*, quod *Mundus alter* explicari queat, ſed *Mundos alios*, eoſque plures una cum Tibetanis fabulatoribus admiſit *Manes* apud Tyrbon. in Act. Archel.

Manes, ut Indi & Tibetani, ſomniaſſe videtur *Mundos alios*, in quos *Sol*, *Luna*, & *Sidera* omnia abitura ſint poſtquam ab hoc Mundo noſtro jam deſtructo receſſerint.

Creatio, *apparitio*, & *ortus Solis* Beauſobrio idem.

Mundos alios ita potuit intelligere Manes *Terras* ſeu *continentes octo* tum Indorũ tum Tibetanorũ, ut quum Sol & Luna modo poſtica, modo antica *Someru*, aut *Righiel* circumeunt, occidant *uni*, & oriantur *aliis*.

Bramhanes Soles XII. numerantes, oſtendunt non *Hemiſphæriũ* inferius, ſed Mundos alios plane ſolidos eſſe, in quos ſinguli Soles abſoluto menſtruo curſu excedant.

Manes, qui de *figura Solis* portentoſa docuit, non potuit de *figura terræ* cogitare meliora.

Solis lucem ad nos emitti per *triangulam Cæli feneſtram* Manichæorum figmétum.

Manichæos alloquitur S. AUGUSTINUS L. XX. contra Fauſtum C. 6., TRIANGULUM *perhibetis, id eſt, per quandam* TRIANGULAM CAELI FENESTRAM *lucem iſtam Mundo terriſque radiare, ita fit, ut ad iſtum quidem Solem dorſum cervicemque curvetis; non autem ipſum tam clara rotunditate conſpicuum*, ſed neſcio *quam Navim per* FORAMEN TRIANGULUM *micantem atque lucentem . . . adoretis*. Quo loci obſervet velim Beauſobrius non loqui S. AUGUSTINUM de *figura Solis triangula*, quam ei tribuerent Manichæi, ut ipſe eſt, ſed ut lucis radios in terras demittit. Hos enim per *quandam triangulam Cæli feneſtram* e Sole ad nos tranſmitti credebant.

Triangula *feneſtra Cæli*, Beauſobrio interprete, *Triangulum* eſt *Solis curſum* deſignans inter *duo Tropica*. Duæ lineæ ductæ a puncto æquinoctio ad duo puncta ſolſtitialia, triangulum efficiunt *Aſtronomicum*, & *Manichaicum*.

Mais que ferons nous de cette Feneſtre triangulaire? *Je ſoupçonne*, (reſponſum eſt Beauſobrius,) *qu'elle deſigne le cours du Soleil entre les deux Tropiques. Que l'on tire deux lignes du point où le Soleil ſe leve dans les Equinoxes, aux points où il s'arrête dans les ſolſtices, on tracera un triangle . . . .* Le feneſtre triangulaire *du Soleil peut avoir de même quelque raiſon Aſtronomique*. Ita ne? Ergo & Solis *Navim*, & *de ipſa Navi puellas pulcras & pueros proponere, quorum formoſiſſimis corporibus inardeſcant Principes tenebrarum*, ex Aſtronomicis rationibus derivata putabimus? Siccine Manetem inſanire docuit Aſtronomia? Aliud igitur quoddam *triangularis feneſtræ genus*, quam quod ſuſpicari libuit Beauſobrio, cogitandum eſt.

Triangulum Solis a Manichæis excogitatum non ex *Aſtronomicis rationibus*, ſed e *ſordidiſſimæ ſuperſtitionis* ſinu derivatum eſt.

Triangulum Beauſobrianum nihil habet commune cum Triangulo Solis Manichæorum.

Nam *Triangulum* Beauſobrianum longe diverſum apparet a Manichaico. Iſtud Solem ubique, per ſingula puncta, quæ percurrit eundo, comitari debet; idemque ſemper eſt ubicumque, & undecumque ſpectetur; quas certe proprietates induere nequit Beauſobrianum.


Trianguli Manichaici veſtigia apud Bramhanes in Indiis inveſtiganda.

Indorum Bramhanes, quibuſcum Manichæi, ipſo fatente Beauſobrio, opinionum commenta magna ex parte communicarunt, ceu ſacrum habent *triangulum primigenium* in vertice Montis *Someru* poſitum, de quo pag. 109. Alterum

quo-

quoque dedimus pag. 120. At tertii Ectypum, ſi placet, nunc demum inſculptum dabimus.

Triangula ſacra Indorum, plura.



Triangulum Deæ Bavani.

Flos eſt *Loti*, ſeu *Nymphææ* rubentis: Calix, cyclus geminus habens inſcripta triangula duo alterum alteri ex adverſo inſertum, & veluti centri loco prominentem orbiculum.

Die VI. Lunæ Menſis III. Geſt ज्येष्ठ concurrentis cum Luna Maji Romani ſolemni jejuniorum, & ablutionum ritu Deam *Tellurem* honorant; Templa frequentant, & in privatis publiciſque ædibus *Imaginem* hactenus deſcriptam colunt, eique, uti & Diis octo Plagarum Mundi, inanimatarum rerum Sacrificia offerunt, quorum ſoli Bramhanes Miniſtri eſſe queant. Quicquid uſquam terrarum eſt, in ea imaguncula contineri credunt. Quare & octo veluti expanſa floris folia partes Terræ cum Deabus Tutricibus octo perſpicue repræſentant; uti nomina, quæ pone ſequuntur, commonſtrare videntur. Sunt ea *Samſcretica*, & ſingula ſingulis initialibus litteris indicantur: स्व-स्वम्यवती *Suoamia vatì*, हौं-हौंग्यवती *Anghjavatì*, गो-गोपी *Gopì*, पी-पीतांबरी *Pi-*

Triangulum Bavani, ſive Deæ Telluris Luna VI. menſis Geſt ubique locorum in ſolo deſcribunt, & venerantur Indi.

Folia octo floris Pemà, quid præſeferant?

Quid Initiales litteræ foliis iiſdem octo inſcriptæ?

tanvari, य-यगाती *Jagatì*, न-नरोतामी *Narotamì*, भ-भमी *Bhamì*, टा-टानदेवी *Tanadebì*. De quarto paucis meminiſſe præſtat, quod ut omnium *Sacerrimum*, ſic & inhoneſtiſſimæ rei ſymbolum eſt longe turpiſſimum. *Gukieſuori* गुकयस्वरी *Deam* appellant figuram *Trianguli*, quod eſt apertis & ipſum Loti frondibus inſcriptum. *Bavani* muliebria in Eo ubique per *Indoſtan* coluntur. Illius *Triangulum* in Templo Urbis *Deopatan* देवपटान apud eas Gentes tam inexplicabilibus errorum laqueis irretitas celeberrimum eſt. Ære inſculptum cernitur; eôque ſacris inſtitutis peregrinationibus adeunt confertim Exteri; nec hora diei præterit, quin viri, fœminæque oblatis certatim muneribus vacuam profundamque Trianguli aream implere nitantur: Quam quum nec hactenus impleverint, nec in poſterum impleturi ſint unquam, quandiu ad inſatiabilis *Bavani* voracitatem indicandam, avari & artificioſi Bramhanes per ſuffoſſas, ocultaſque caveas injectos theſauros clam ſurripere perrexerint, grandi quotidianoque miraculo tribuunt. Accedit quòd: *Trikôna* त्रीकोण *Triangulum* apud Indos Sacerdotes *Ara* eſt, & *ſacer* veluti *focus* ſacrificiorum. *Triangulum* denique ſedes, & centrum erit, quô ſe contrahet, recipietque in प्रलेकल्प *Prale-Kalp*, in *Univerſali* nempe rerum omnium *deſtructione* Magna Illa Mater अंतारीममाया *Antarì Mamajà*, *Intima Dei Virtus*, *Ratio*, *Voluntas*, *atque Poteſtas*. E ſacris hiſce Indorum *Triangulis* ſumat Beauſobrius formam *feneſtræ triangulæ*, per quam *Sol* ſuos jaculet radios, & *pueri puellæque* in Solis *Navi* verſantes ſuos illos Principes tenebrarum proſpectent: tum dicet aliquid, quod quale ſit *Aſtronomicum* iſtud

Deæ *Gukieſuori* Triangulum quã turpe ac portentoſum.

In Triangulo *Gukieſuori* muliebria *Bavani*.

Sacer Focus & Ara Sacrificiorũ *Triangulum*.

Triangulum, ſedes refugii Magnæ Matris *Mamaja* in univerſali deſtructione rerum.

Ex officina Brahanum ſumenda eſt forma *feneſtræ triangularis* Solis, eiuſque *pueris puelliſque* amatoribus a Manete accomodatæ.

iſtud Manetis *Triangulum* explicabit. Nos vero quid accurati, quidve perfecti de *figura* globi terreſtris a Manichæo, ſponſore Beauſobrio, expectabimus, qui figuram *Terræ lucidæ*, quæ & *Terra Dei* ab eo dicitur, tam *fœdam*, atque *deformem* effinxit? Audiant boni æquive ingenii homines S. Præſulem AUGUSTINUM multa hac de re diſputantem cont. *Epiſt. Fundamenti*. Ego alteram Beauſobrii ſive fallaciam, ſive divinationem, qua Manetem *Antipodas* docuiſſe decernit, paucis perſtringam. *On lui fait dire dans un autre endroit*, ſcribit Hiſtoriographus Manich., *que tous les Hommes ont des racines en bas, les quelles ſont liées à ceux qui ſont en haut. C'eſt ainſi qu'on lit dans S.* EPIPHANE, *& cela fait voir encore, qu'il a cru deux Hemiſphéres habitez, l'un ſuperieur, & l'autre inferieur. Mais on lit ſimplement, dans la Traduction Latine, que tous les hommes, qui ſont en bas, ont des racines en haut, les quelles ſont liées enſemble. Quelque galimatias qu'il y ait là dedans, on ne laiſſe pas d'y voir clairement, que Manichée croyoit des Antipodes, puiſque il croyoit des hommes, qui ſont en bas, (Homines qui ſunt deorſum.)* pag. 372. Novum ſtatim habemus fraudis & doli genus, quod ne legenti Acta Archelai innoteſceret, ad S. EPIPHANII textum nos provocat, quaſi aliquid in eo ſit, quod in Actis Archelai a Cl. Zaccagnio editis deſideretur. At ſincerum EPIPHANII teſtimonium idem ipſe Beauſobrius audacter, ut ſolet, impudenterque vitiavit. Particulam κάτω, quam S. Doctor conjunxit cum ſequenti voce συνδηθεῖσας, diſtrahit Beauſobrius, eamque copulat cum antecedenti ῥίζας in hunc modum: Καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες ῥίζας ἔχουσι κατὼ, συνδηθεῖσας τοῖς ἄνω. Comma inſerit inter κάτω & συνδηθεῖσας, quod cum in S. EPIPHANIO, tum etiam in Actis Archelai inſertum legitur poſt vocem ἔχουσι: Καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες ῥίζας ἔχουσι, κάτω συνδηθεῖσας τοῖς ἄνω. Nec mihi Beauſobrius objicere pote-

Figura, quam tribuit Manes *Terræ lucidæ*, ſeu *Terræ Dei*, mire *turpis* atque *deformis*.

II. Beauſobrii argumentum de Antipodis a Manichæo agnitis diſcutitur, & oppugnatur.

Homines, *qui habent*, auctore Manete, *radices infra*, Beauſobrius interpretatur *antipodas*.

Beauſobrius corrumpit textum Manetis a S. Epiphanio, & in Actis diſp. Archel. productum.

Particulam κάτω *infra*, adnectit Beauſobrius voci ῥίζας *racines en bas*, quæ apud S Epiphanium, & in Act. Archel. conjungitur cum συνδηθεῖσας.

Ex vitiato textu eam ſententiam Beauſobrius affingit *Maneti*, quam nec *Manetis* opinio, nec S. Epiphanii verba patiuntur.

De *radicibus* hominum germana *Manetis* opinio.

Radicibus hominum, *non hominibus* ipſis τὰ κάτω ἢ τὰ ἄνω partes nempe *inferiores*, & *ſuperiores* Manes adſcripſit.

Sectis a *Principe* Meſſore *partibus imis radicum*, *peſtem* in Mundo noſtro oriri *Manes* opinabatur.

Preſſis & concuſſis *ſummis capitibus radicum terram* quoque ejuſque *Omophorum bajulū* concuti, & contremiſcere ajebat Manes.

poterit Latini Interpretis lectionem: *Omnes homines, qui ſunt deorſum, radices habent ſurſum colligatas*; quandoquidem locum turbatum, atque adeo ſuſpicioni obnoxium putet. Ex textu ita diſpoſito atque vitiato verſionem elicuit a Manetis ſententia, & a ſenſu verborum S. EPIPHANII prorſus alienam. Volens inſanus Philoſophus, & hæreſiarcha Manes peſtilentiæ, & terræmotus cauſas exponere, finxit homines habere radices, quibus aut ſuccisis, aut concuſſis homines, ut arbores, corruant, & morjantur. Quid radicum nomine intellexerit an aeris, an elementorum omnium columnas, an aliud quiddam eorum ſimile, meum non eſt diutius inveſtigare. In radicibus hiſce partes excogitavit alias *inferiores*, alias *ſuperiores*. Venit Princeps *Meſſor* ex eorum ordine, qui è tenebris educti, & crucifixi in firmamento inhiant amplexibus neſcio cujus venuſtiſſimæ *virginis* mille artibus atque blanditiis ad ſui amorem, atque libidinem ſingulos inflammantis: &, ut ſe vidit a *virgine* improviſo evaneſcente deceptum, actus in rabiem, omnem furoris ſui impetum deorſum vertit in habitatores terræ. Itaque incipit ſecare, & exſcindere *partes inferiores radicum*, a quibus vita hominum ſuſtinetur. *Sic peſtis funditur per Orbem terrarum.* *Dum vero magno impetu premit deſuper, & quatit ſuperiores partes*; tum ſummis radicum capitibus valide concuſſis, & exagitatis, Tellus ſubjecta una cum Omophoro neceſſario concutitur, & commovetur. Sic Principe Meſſore ſæviente terremotus, & ſubiti caſus hominum accidunt.

LXXIX. Ea Manetis fabula apud Tyrbonem, & S. EPIPHANIUM deſcripta adeo ſeſeipſa plana eſt & perſpicua, ut Commentariis non egeat. At Beauſobrius, qui ſibi propoſuerat, adhibitis præſtigiis omnibus, Manichæorum inſanias in oracula Philoſophorum convertere, quid tandem molitus eſt? Fictitiis illis Manetis Radicibus ab *imo terre-*

ſtris

ſtris ſuperficiei *ad ſummum* uſque, ubi in Firmamento hæret *crucifixus* Princeps Meſſor, porrectis, & continuatis, ſuppoſuit fraudulenter *radices in parte inferiori, quæ ſint colligatæ hominibus habitatoribus in parte ſuperiori terræ*; unde ſuum illud duplex elicuit Hemiſphærium, ſuperius unum, inferius alterum, & utrumque ab hominibus æqualiter frequentatum. Huic commento accomodavit verba S. EPIPHANII ῥίζας... συνδηθείσας τοῖς ἄνω, *racines... lesquelles ſont liées à ceux* [hominibus ſcilicet] *qui ſont en haut*. Quo ſane in loco non attigit Beauſobrius ſenſum S. Doctoris. Τοῖς ἄνω *partes ſuperiores radicum* ſurſum verſus firmamentum, non homines in *ſuperiori Hemiſphario* terræ habitantes Vir Sanctus ſignificavit. Ac ne quis aliter eas voces acciperet, ſtatim ſubdidit: Ἐὰν δὲ τὰ ἄνω τῆς ῥίζης πόνῳ σαλευθῇ: *Quòd ſi ſuperiores partes radicis*, ut eſt in Gr. Act. Archelai, (*radicum* in EPIPHANIO) *validius concuſſerit*, juxta Latinum Act. Archelai Interpretem, aut ut vertit S. EPIPHANII textum Petavius, *præ labore quatiantur, ſit terræmotus*. Sed clarius adhuc *Hemiſphærium inferius* tanquam *Antipodarum* ſedem in Latina verſione contineri Beauſobrius ſcribit: *On ne laiſſe pas des voyr clairement, que Manichée croyoit des Antipodes.... homines qui ſunt decrſum*. Iſtudne clare demonſtrat *Hemiſphærium* inferius? Nihil minus. *Deorſum* dixit Latinus Interpres intelligens totum illud terrarum, quod nos incolimus, quodque *inferius* rectiſſime appellatur cum ſede ſuperiori Principis Meſſoris collatum.

Pro radicibus ab ima ſuperficie Telluris noſtræ ad Sedem uſque Principis Meſſoris *in Firmamento* juxta Manetē protractis, finxit Beauſobrius radices ab inferiori antipodarum ad ſuperius Hemiſphærium noſtrum productas.

Locum S. Epiphanii fallaciter vertit, & peſſime expoſuit Beauſobrius.

In vocula *deorſum* Latini Interpretis Act. Archel. ludit operam Beauſobrius.

Latinus Interpres *homines eſſe* dixit *deorſum*, comparans Telluris noſtræ habitatores cum Principe Meſſore in *Firmamento* ſedente.

LXXX. Nil dicam de Arcano *Radicis*, quod a Manichæis in Tibetum convectum videbitur, ſi *radicem creationis originalis* in Tibetana oratione commemoratam præ oculis habeamus; dummodo illud tandem a probis cordatiſque hominibus impetrem, ut agnoſcant impudentiæ culmen, quô pervenit Beauſobrius pag. 379., ubi vel ipſis Eccleſiæ Patri-

Ignorantiam, & errorem vulgi Chriſtianorum, in figura Telluris deſcribenda cōmunem facit Beauſobrius Univerſis Eccleſiæ Patribus.

Beauſobrii temeritas, & palmaris falſitas caſtigatur.

Patribus longe doctiſſimis, auſus eſt ſummam ruditatem, & ignorantiam in figura telluris deſignanda tribuere, eoſque in ordinem redegit, & uti communi Chriſtianorum omnium errore involutos traduxit. Fuerint in Oriente Chriſtiani, ut ex *Coſma Indopleuſte* aſſerit Beauſobrius, qui Tellurem deſcripſerint quaſi Tabulam quadratam cubitos duos longam, latam cubitum unum; Fuerit in ea opinione vulgus: ergone & litterarum Profeſſores, & Patres, & Doctores Illi Eccleſiæ maximi, ac ſapientiſſimi, Catholici denique ad unum omnes tum in Oriente tum in Occidente, uno eodemque errore tenebantur: *Manichée... il s'eſt garanti d'une erreur, qui a Regne dans l'Egliſe avec tant d'empire... Erreur generale des Chrétiens... Le tems ne fit qu'augmenter l'autorité de l'erreur, & fortifier la Tyrannie des Eccleſiaſtiques... Manichée avoit raiſon, pendant que tous les Catholiques avoient tort?* Hæc ſibi conſectaria habeant, qui impoſtorum mendacia, & ſomnia amant. Ego vero, qui videam non hujus eſſe loci longiori oratione aut Manetis fabulas prodere, aut Patrum noſtrorum doctrinam tueri, a Cardinali Noriſio *fulgidiſſimo illo Eccleſiæ lumine* accipiam, quo Beauſobrii commenta, & maledicta uno veluti ictu retundam. Quum ex eorum Theologorum numero, qui AUGUSTINIANAM doctrinam neglectam, & proſtratam vellent, auſus nonnemo eſſet eum etiam errorem S. Doctori affingere, quôd *terram* dixerit *non eſſe rotundam*; *Sed Illi*, [repoſuit fallaci criminatori Noriſius,] *qui abſque ullius textus appellatione de* AUGUSTINO, *ut libet, ut lubet, qualibet affirmare ſibi licitum putavit, ſatis facile fuit talia portenta Hipponenſi Præſuli adſcribere. Sane* AUGUSTINUS Lib. I. *de Gen. ad Lit.* c. 12. *terram rotundam fatetur*: Cum enim, *inquit*, totam terram adhuc aqua tegeret nihil impediebat, ut aquoſa, & GLOBOSA moles, ex una parte faceret diem lucis præſentia, ex alia no-

Inepta figura Telluris, quam Chriſtiani in Oriente plerique effinxerint, temere a Beauſobrio Occidentalibus, SS. Doctiſſimiſque Eccleſiæ PP., Catholicis denique omnibus tribuitur.

Cardinalis Noriſius, *Patribus inſerendus*, judice Magno Meldenſium Epiſcopo J. B. Boſſueto in Ep. ad eundem ſcripta, *fulgidiſſimū Eccleſiæ lumen* vocatur a Pontifice Max. Bened. XIV.

S. Auguſtinum *Terram* dixiſſe *non eſſe rotundā*: Cenſorum quorundam criminatio falſa.

Præclara S. Aug. teſtimonia de *figura Terræ rotunda a Cardin. Noriſio* proferuntur in *Vindic. Auguſtinianis* c. IV. §. 8.

noctem lucis abſentia. Et *Lib. XVI. De Civ. Dei c.* 9. Nec attendunt, inquit, etiamſi figura CONGLOBATA, & rotunda Mundus eſſe credatur, ſive aliqua ratione monſtretur, non tamen eſſe conſequens, ut etiam ab illa parte ex aquarum congerie nuda ſit terra. *Nullus igitur in* AUGUSTINO *legitur de telluris rotunditate error, ſed ea ſunt inania .... Cenſoris objecta*. Noriſianum reſponſum, quo reliqui Eccleſiæ Patres defenduntur, accomodet ſibi Beauſobrius; ſimulque ex AUGUSTINO intelligat plures inter Catholicos extitiſſe, qui ſine ullo metu figuram terræ ſphæricam palam aperteque crederent, ut ita ſentiat, quam temere, ac falſo de Cæſareenſi Euſebio ſcripſerit: *Que ce ſavant Evêque dit très ſouvent, dans ſes commentaires ſur les Pſeaumes, que le* Monde eſt de figure ſphérique, *mais qu' il a la précaution d' ajouter*, que ce ſentiment eſt celui de quelqueſduns. *Il laiſſe bien entrevoir que c' eſt le* ſien, *mais il n' oſe le temoigner, a cauſe de l' erreur* générale *des chrétiens de ſon ſiécle*. Nos enim ad abſolvendam narrationem hiſtoriolæ Tibetanæ de prima Mundi origine, unde aliquandiu diſceſſimus, redire monemur.

De *Antipodis* ſapienter dubitans Auguſtinus non negavit *Antipodas*.

Auguſtinianæ Vindiciæ comunes ſunt ceteris Eccleſiæ *Patribus* ad impoſturas Beauſobrii uno impetu refellendas.

De metu injecto Scriptoribus Eccleſiaſticis, ne *rotundam* dicere auderent *figuram telluris*, novum eſt & inſanum *Beauſobrii* commentum.

LXXXI. Dum Sidera ita, ut narrabamus, Mundum illuſtratura prodierunt, Laharum corpora tenebris jam antea ſordidata, labe demum, ac mortis jaculis repente proſtrata corruerant, nullis omnino relictis proſapiæ ſurculis, quôd Lahæ ſexu carentes gignendis liberis eſſent inepti. Animi verò rapiente *Fato* in alios Mundos abducti, in alia etiam corpora tranſmigrarunt præmia pro bonis, ſupplicia pro malis operibus accepturi. Sic prima Mundi ætas abſoluta eſt. Secundam orſi ſunt *Lahæ*, quos Fatum tum e ſuis ipſorum ſedibus, tum ex Mundis aliis ante commemoratis ad noſtrum hunc Orbem frequentandum coegit. Quamobrem infinita propemodum animorum multitudo huc inde demiſſa, corpora eodem artifice *Fato e terra* acceperunt; alia, Pa-

Lahæ primæ ætatis homines nulla relicta prole moriuntur: in Mundos alios, aliaque corpora migrant.

II. ætatis homines.

Lahæ e ſuperioribus ſedibus, aliiſve Mundis in hunc noſtrum delapſi; alii *hominum*, alii *animalium* corpora induunt.

quæ hominis, alia quæ Brutorum formam referrent. Qui humanam induerant ſpeciem, plurimi erant; ſed duobus tantummodo maſculi fœmineique ſexus diſtinctio ſuborta eſt. Ex his humani generis propagationem repetunt Tibetani. Ac primum quidem narrant marem & fœminam diu multumque vixiſſe, quum nihil prorſus de ſobole procreanda cogitarent. Sed poſtquam concupiſcentis naturæ ſtimulis ſeſe aliquantulum tangi, & vellicari ſenſerunt, tum primum ſimplicibus oculorum obtutibus e longinquo ſeſe mutuo reſpicere, eoque pacto arcanam quandam pectoris voluptatem ſibi invicem communicantes filios gignere, & procreare cœperunt. Modus hic propagandæ prolis poſt longa admodum tempora retinebatur, quum obtutibus oculorum leves ſunt additi riſus; riſibus ſubinde manuum tactus; tactibus oſcula, oſculis amplexus, amplexibus *carnalis* iſta, quæ tandem obtinuit, coeundi ratio. Poſtremum hoc humanæ propagationis genus cui tribuendum ſit juxta commenta Tibetanorum, indicavimus N. XVIII. *Cenreſi* is eſt *Praſrinpo*, & ferus ille *Simius* Tibetanæ gentis Parens. Enanque omnia fere conveniunt, quæ Manichæi adſcribunt *Saclæ*, ac Dæmoni humani corporis fabricatori. Nuptias propterea *Lhamæ* Tibetani non aliter ac Manichæi damnant ac deteſtantur; Nemini quippe ſpem ſalutis concedunt, niſi *Cœlibatus* ſtatum, ac *Trabarum* གྲྭ་པ་ *Religioſorum*, & *Ani* ཨ་ནེ་, ſeu *Tzhunmà* བཙུན་མ་ *Monialium* Inſtitutum ſive vir, ſive fœmina profiteatur. De virilium, muliebriumque origine idem rurſus ſentiunt, quod Manichæi. Fauſtus enim ne quid ſuis inviſum, & incredibile videretur, *diabolum* dicens ſexus utriuſque auctorem, *naturæ* opus appellavit materiem proculdubio, & *dæmonem* ipſum *naturæ* nomine intelligens. Quod vero dicunt primum hominem nihil ab initio de muliere cognoſcenda cogitaſſe, quam poſtmodum gra-

Ex hominibus duo tantum; alter *viri*, alter *mulieris* naturã accipiunt.

Longa præterierant ſecula priuſquã duo illi homines *mas*, & *fœmina* deſideriũ prolis experirentur.

Prolis deſideriũ ex primis concupiſcentiæ ſtimulis.

Mutui oculorum obtutus *prima*, eaque diuturnior humanæ generationis via.

II. generationis via *leves oris riſus* III. *tactus*. IV. *oſcula*: V. *amplexus*: VI. Συνουσία *ſynuſia*.

Sexta generandi ratio apud Tibetanos a Deo *Cẽreſi*, Deaque *Kadroma*, *Praſrinpo* & *Praſrinmo* Simio & Simia, adeoque ut apud Manichæos a *Sacla* ejuſque uxore, a dæmone ſcilicet derivata eſt.

De *Nuptiis*, de *ſtatu cœlibatus*, de *neceſſitate religioſæ vitæ*, de *natura*, ſeu *diabolo humani ſexus auctore*, de *primo homine* diu *ſibi temperante a procreatione prolis*, germanæ ſũt Tibetanorũ *Lhamarum*, & *Manichæarum* ſententiæ.

gradatim, variiſque modis cognoſcere cœpit, quandiu ad concubitum ventum eſt, ſapit & hoc Manichaicam fabulam de Adam, & Eva. *Adam dicitis ſic a Parentibus ſuis genitum, abortivis illis Principibus tenebrarum, ut maximam partem lucis haberet in anima, & perexiguam gentis adverſæ: qui cum ſancte viveret propter exſuperantem copiam boni, commotam tamen in eo fuiſſe adverſam illam partem, ut ad concubitum declinaretur*. Hæc *de Moribus Manich.* S. AUGUSTINUS c. 19. Nam multiplex illa gignendi ratio per oculorum obtutus, per ſubridentis oris geſtus, per tactus, oſcula, amplexus non ad homines pertinet poſtquam aut graviora, aut plane terrena corpora induerunt, ſed ad *Lahas* commorantes in *Dopekham*. Dopekham vero, quod & Regnum *concupiſcentiæ* appellant, comprehendit loca *ſex* ſuper *Solem* poſita. Horum IV. ſunt *Genprulvange*, *Brulcà*, *Chaden*, *Tobprelva*; quem in ſuperiori enumeratione ſedium ante Mundi viſibilis ortum prætermiſimus, quia in ipſius tantum Mundi fabricatione conſtructus apparet. Reliqui duo *Sum-ciù-tzha-ſum* གསུམ་བཅུ་རྩ་གསུམ་ faſtigium Montis *Righiel*; & *Ghiel-cen-ſgi* རྒྱལ་ཆེན་བཞི་ quatuor ſcilicet *Magnorum Regum Sedes* Sole ipſo elatior, & in quarto gradu ejuſdem Montis collocatus. In *Genprulvangce*, ubi *Lahæ* utriuſque ſexus vivunt *mutuo aſpectu* filios ſubito generant, alios quinquennes, alios ſeptennes, decennes alios. Eandem gignendi vim obtinent in *Brulcà* oris riſus: in *Kaden*, *contrectatio manuum*: in *Tob prelvà*, *oſcula & amplexus*: in poſtremis *Sum-cibù-tzha-ſum*: *& Ghielcenſgi*, concubitus. Iique *Lahæ* omnes tanquam Dii a Tibetanis habentur. Ex hoc Laharum genere erant proculdubio, juxta Tibetanorum ſomnia, primus ille homo, & prima illa fœmina ambo humanæ ſtirpis propagatores, ſimillimi Adamo & Evæ, qui, ut Manichæi delirant originem ducunt ex *abortivis illis*

Adamiticæ continentiæ ſtatum ante concubitum, unde repetant Manichæi.

Quinque priores generandi rationes tribuunt Tibetani *Lahis* in Regionibus Superioribus *Dopekham*.

Dopekham *Regnum concupiſcentiæ* reſpondens *Firmamento* Manichæorum, complectitur Regiones Laharum ſex.

Cur numerantes loca Laharum ante ortum Mundi viſibilis prætermiſerimus *Tobprelva*.

Lahæ in *Genprulvangce* Filios generant oculorum obtutibus.

In *Brulca*, riſu: In *Kaden*, tactis manibus. In *Tobprelva*, oſculis, & amplexibus.

Concubitu in duobus inferioribus montis Righiel, hoc eſt in *Sum-cibu-tzhaſum*, & *Ghielcenſgy*.

Priores Humani generis *Parentes* Tibetani deducere videntur ex eo *La-*

Principibus tenebrarum paullo ante ab AUGUSTINO commemoratis. Sed ut fabularum germanitas lucidior appareat, juvabit hic referre Manichæorum figmenta de Principibus tenebrarum *crucifixis* in Firmamento. Primus homo miſſus a Deo ad debellandas vires tenebrarum aſſurgentium in terram lucis; & a *Matre vitæ* indutus armis quinque elementorum, deſcendit deorſum, pugnamque commiſit. *At vero Principes tenebrarum comederunt de armatura ejus, quod eſt anima. Tunc ibi vehementer afflictus eſt deorſum primus Parens homo a tenebris.* Sic Tyrbo in Latina verſione Act. Archelai apud Zaccagnium p. 10. At in S. EPIPHANIO, uti & in Bobienſi Codice, eodem obſervante Zaccagnio, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος *Primus homo* legitur omiſſa voce *Parens*. Et jure quidem optimo nam alius eſt noſtri generis *Parens homo* ex Manichæorum ſententia, eodem ipſo Tyrbone teſte. Refer huc, ſi placet, Tibetanam fabulam de anima Laharum oppreſſa tenebris in prima Mundi ætate. Ἐκ τότε οὖν κατέλειψε κάτω τὴν ψυχήν *Ex eo igitur animam deorſum reliquit .... Tunc vivens Spiritus creavit Mundum, & indutus alias tres virtutes deſcendens eduxit Principes* (tenebrarum,) καὶ ἐστερέωσεν *& firmavit* in Act. Archelai, rectius ἐσταύρωσεν, unde σταυρωθέντας in EPIPHANIO, *&* CRUCIFIXIT *eos in firmamento, quod eſt ejus corpus ſphæra; & rurſus ipſe ſpiritus creavit luminaria, quæ ſunt reliquiæ animæ, & fecit ea firmamentum circumire*; quô etiam *Lahas*, poſtquam tenebris capti, implexique fuerant, a Fato abductos Tibetani narrabant. De hujuſmodi *crucifixione* ſcribens Beauſobrius L. VI. C. VIII. pag. 386. ait: *La Crucifixion des Démons eſt une expreſſion figurée, imitée peut-être de la Crucifixion du Seigneur*. Si ita ſe res habet, ut exiſtimat Beauſobrius, *Indi*, & *Budiſtæ*, quorum religio eadem eſt ac Tibetana, nonniſi a Manichæis nova hæc deliriorum portenta acceperunt. Hæ nanque gen-

Laharum ordine, qui Filios *concubitu* procreant.

Manichæis *Adamum* & *Evam* duos dixere *abortivos* fœtus *Principum tenebrarum*.

De *Principibus Tenebrarum crucifixis in Firmamento* indigna, & ſacrilega fabula Manichæorum.

Animam *Primo homini* diripiunt *Principes tenebrarum*: & ita miſer a tenebris deorſum affligitur.

Tyrbonis locus de homine primo *Parente*, ut eſt in latino Interpr. a Cl. Zaccagnio emendatur.

Anima primi hominis Manichæorum, & *anima* Laharum Tibetanorum oppreſſa tenebris, eadem.


Spiritus vivens Manichæorum fabricatur mundum tribuſque aliis virtutibus adjutricibus in altum evehit Principes tenebrarum, *crucique in Firmamento affigit*: ac demum *Firmamenti luminaria* creat.

Principes tenebrarum ſurſum evecti, & Lahæ obtenebrati in ſuperiores ſedes a Fato abducti, iidem.

Crucifixionem Principum tenebrarum. *Beauſobrius* tropum eſſe putat, quem Manichæi adhibere cœperint ad exemplum *Crucifixionis Domini*.

gentes præſertim in Urbe *Nepal*, Luna XII. *Badr* नद्, ſeu *Bhadon* नदोन *Auguſti* menſis, dies feſtos auſpicaturæ Dei *Indræ* इंद्, erigunt ad illius memoriam ubique locorum *Cruces* amictas *Abrotono*. Earum figuram deſcriptam habes ad lit. B. Tabula pone ſequenti. Nam A effigies eſt ipſius *Indræ crucifixi* ſigna *Telech* in fronte manibus pedibuſque gerentis.

Crucifixio Principum tenebrarum a Manichæis propagata in Indiis.



LXXXII. Statuam *Indræ* ex editis locis, pulpitiſque conſpicuam Indigenæ Nepallenſes adorant, peregrini vero tanquam inſigne quoddam ſuperſtitionis portentum mirantur & obſtupeſcunt. *Telech* Jovem forte *miniatum* exhibent: notæ ſacræ ſunt *effluvia purgationum naturæ* ſignificant, iiſque Regum pariter frontem, manus pedeſque in ſolemni eorum inauguratione conſignant. Sed *Indra* Deus eſt Cæli inferioris, nubium Rector, pluviarum,

Cruces, & *Crucifixio* Regis *Indræ*, *Deique* cæli inferioris apud Indos Nepallenſes quam celebres, atque ſolemnes.

 inun-

inundationum, tempeſtatum, tonitruum, fulminum, peſtilentiarum, univerſarumque aerearum, terreſtriumque infeſtationum Auctor; omniaque Ei demum attribuunt Indi,

Princeps *tenebrarum*, & *Indra Crucifixus* in Firmamento omnino idem.

quæ Principibus tenebrarum in firmamento Crucifixis adſcribunt Manichæi tum apud Tyrbonem in Act. Archelai, tum etiam apud S. EPIPHANIUM, AUGUSTINUM, alioſque veteres magni nominis, & auctoritatis Scriptores. Inter IV. Reges Montis *Someru Indra* Princeps eſt, Cuſtos,

Rex Montis *Someru* Indra, Gubernator *Orientis*.

& Gubernator *Orientis*. Conjuge utitur *Saccidebi* साछीदेवी

Indræ uxor *Saccidebi*, *Indrani*, ſeu *Bavani*. Mariti & Uxoris effigies; eorumque Inſignia.

ſeu *Indrani* इंद्रनी, quæ eadem eſt ac *Bavani* rubri coloris Dea albo inſidens Elephanto, & manibus munita quatuor; duabus geſtans hominis calvariam, tertia bellicum inſtrumentum *Turcè* nuncupatum, quarta *umbellam*. Quatuor ſimiliter brachiis muniunt virum *Indram* flavi coloris Deum, Nymphææ duplici inſidentem, eundemque florem manu una ferentem, ceteris *Turcè*, *arcum*, atque *ſagittam*.

Crucifixionis cauſa alio licet fabularum velamine tecta, eadem eſt apud *Indos* & *Manichæos*.

Crucifixionis cauſam non ita immutarunt Indicæ fabulæ, quin adhuc priſtina lineamenta a Manichæis Auctoribus primum inducta retineant. Capta *Saccidebi* amore floris,

Furtum Balauſtii, aut Floris *Phocan* cauſa *crucifixionis Indræ*.

quem *Gial-anar* जलअनार *Balauſtium* vocant, ſeu ut alia Indorum volumina ferunt, *Phocan* फोखान: *Indra*, ut uxoris deſiderio ſatisfaceret, dicto citius convolans in Viridarium irrepſit, ubi florem oculorum conjectu perſpexerat. Deprehenſus in *furto*, ibi ſtatim vincitur Indra a viridarii cuſtodibus, crucique inter flores affigitur. Habes in

Furtum Indræ comparatur cum *furto Principum tenebrarum*.

uxoris Indræ deſiderio amoris impetum, quo animus Principum tenebrarum ferebatur in prædam primi hominis a Deo miſſi: habes in *Balauſtio*, ſeu *Phocan* furtim ab Indra rapto ſymbolum *animæ* ab iiſdem tenebrarum Principibus raptæ de *armatura* primi hominis. Eſt enim Balauſtium,

Balauſtium, ſeu *Phocan* flos ab *Indra* raptus ſymbolum *animæ* raptæ a *Principibus* tenebrarum.

Gialanar Ind. & Arab.

Arabice جل نار *Gial Nar*, ſeu جلنار, Indice ſimiliter जलअनार flos

flos *mali punici*, quam arborem de *fluore ſanguinis*, *& ex amputatis genitalibus* Numinis *Acdeſtis*, obſceni Gentiles *enatam* fabulabantur; *& quia*, inquit Lib. V. Arnobius, *ejus poma de rubro exorta ſunt ſanguine, idcirco illis color eſt purpurei luminis offectione ſubluteus*. Quare & Balauſtium quaſi *flos purpurei luminis* non ſine ſacra quadam ratione ad eum *lucis*, ac *ſubſtantiæ* Manichaicæ *florem*, hoc eſt ad *animæ* naturam, ſignificandam, Bramhanes adducere potuerunt.

Malum punicum *divino ſanguine* cretum, hujus flos *Balauſtium*.

Ⲕⲉⲧⲓⲥⲉⲟ̀ in Lexico Kircherii ab Ægyptiis vocatur *Gialnar*; ſed ſi Balauſtium ſonat, vox erit mendoſa ad Græcam Κύτινος corrigenda. Κύτινοι Heſychio τῆς ῥοιᾶς τὰ πρῶτα ἐξανθήματα, niſi malueris Ægyptiam Ⲕⲉⲧⲓⲥⲉⲟ̀ deducere a Κυτλοὶ, quam Heſychius ipſe interpretatur ἡ εἶδος ἄνθους ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΟΥ. Par latet ſymbolum in *Phocan*; quum Indi plura herbarum, florum, plantarumque nomina a Græcis acceperint, & *Phocan* Græcum φῦκος. Φακὸς, βρύον, (de quibus multa Salmaſius in Exercitat. Plinian.) referre videtur.

Ketiſeo Ægyptia vox *Balauſtium* deſignans apud Kirch. forte in mendo jacet.

Phocan Indica vox græcæ φῦκος, aut φακὸς affinis conjicitur.

At viventem *Spiritum*, comiteſque virtutes, quales Manichæi finxerunt, *Tortores* Principum, expreſſos jam plane vides in iis Viridarii Cuſtodibus, qui *cruci affixerunt Indram*. Viſa ſunt Beauſobrio incredibilia quæ Manichæi, Tyrbone, Archelao, Tito Boſtrenſi, AUGUSTINO, aliiſque teſtantibus, de ſpurcitiis & obſcenitatibus *crucifixorum* Principum commentabantur. At qui nos ad Orientalium allegorias, ut Manichæorum ænigmata intelligamus, ſæpiſſime revocat, diſcat ipſe nunc ab Indis, num forte Orientales de Indra Crucifixo honeſtiora prædicent.

In Indicis *Indræ* tortoribus adumbrantur *tortores Principis tenebrarum* a Manichæis excogitati.

Ad Indos mittitur *Beauſobrius*, ut in *Indra Crucifixo* obſcenitates a Manichæis *ſancte* olim tributas *Principibus tenebrarum* oculis ſuis uſurpet.

Dicunt Manichæi, apud AUGUSTINUM de Nat. Boni C. XLIV., *virtutes lucis transfigurari in maſculos pulcros, & opponi fœminis gentis tenebrarum, & eaſdem rurſus virtutes lucis transfigurari in fœminas pulcras, & opponi maſculis gentis tenebrarum, ut per pulcritudinem ſuam inflamment ſpurciſſimam libidinem Principum tenebrarum: & eo modo vitalis ſubſtan-*

A Virtutibus lucis maſculorum fœminarumque formam indutis, maſculos & fœminas Gentis tenebrarum inflammari libidine, fides erat & prædicatio Manetis.

Per membra Principum tenebrarum concupiſcentiæ æſtu laxata *Dei ſubſtantiam*, horribile dictu! *ſolvi fugere*, a Deo iterum *ſuſcipi, purgari*, & *liberari* docebat *Manes*.

S. Auguſtinum de obſcenitatibus adeo horrendis & impiis recitantem verba ipſa Manetis, ex L. VII. *Theſauri*, falſis & ſuppoſititiis ſcriptis temere Maneti tributis deceptũ pronunciat Beauſobrius.

Beauſobrii audacia viam aperit ad omnia veterum ſcripta pro libito rejicienda.

Ex germano Syſtemate Manetis quo pacto conjiciat *Beauſobrius* falſa eſſe teſtimonia ex ejuſdem libris a S. Auguſtino integre fideliterque producta.

Negate *Dei Filium natum partumque* ex Maria Virgine, & affirmare *Dei ſubſtantiam ſolvi*, & *exire* per membra laxata ſive maſculorum ſive fœminarum Gentis tenebrarum duo eſſe judicat *Beauſobrius* quæ in eodem Manetis ſyſtemate ſimul conſiſtere nequeant.

ſtantia, hoc eſt Dei natura, quam dicunt in eorum corporibus ligatam teneri ex eorum membris per ipſam concupiſcentiam relaxatis ſoluta fugiat, & ſuſcepta vel purgata liberetur: Hoc infelices legunt, hoc dicunt, hoc audiunt, hoc credunt, hoc in Libro VII. Theſauri eorum, [ſic enim appellant Scripturam quandam Manichai; ubi iſta blaſphemia conſcripta ſunt,] ita poſitum eſt; Nam ſtatim recitat S. AUGUSTINUS integrum, idemque prolixum teſtimonium ex Libro ipſo Manetis. Garrit, & crepitat Beauſobrius: *Manichée n'a jamais porté l'égarement juſques-là. S.* AUGUSTIN *a été trompé par de faux actes*. At quando teſtimonium tam perſpicuum, tam publicum, tam certum, & ex Libro *Theſauri* ipſiſſimis Manichæi verbis productum, tanquam ambiguæ, & ſubleſtæ fidei haberi debeat; quid erit in tota Scriptorum omnium antiquitate, quod Beauſobrio incertum dubium & adulterinum videri nequeat? Præſtat nihilominus ab audaciſſimo homine cauſam intelligere, cur ſpuria cenſeat, (utamur Beauſobrii verbis,) Acta ab AUGUSTINO citata. *C'eſt dans ce ſyſtème [le vrai ſyſtème de Manichée,] que je trouve une preuve invincible, que le recit de S.* AUGUSTIN *ne ſauroit être vrai. Manichée .... il ne croyoit pas* (Marie) *Mere de Notre Seigneur; parce qu'il étoit impoſſible, ſelon lui, que le Verbe Divin eût habité dans le ſein d'une Femme, qu'il s'y fût uni avec un Corps humain fait de chair & de ſang; & ce qu'il lui paroiſſoit encore plus ſcandaleux, qu'il en fût ſorti par la voye de l'Enfantement .... Il eſt donc à plus forte raiſon impoſſible que ce même Homme ait jamais cru, & qu'il ait jamais écrit, que la ſubſtance divine [ce ſont les termes de* S. AUGUSTIN,] *ait habité dans les Corps de demons Mâles & Femelles, qu'elle y ait été liée a leur ſubſtance; & qu'elle en ſoit ſortie de la maniere la plus ſale & la plus impure.* Longum eſſet ſingula diſcutere, quæ in univerſa hac Beauſobrii

brii argumentatione novam rebus faciem ex induſtria inductam oſtendunt. Illud unum confidenter ajo, Beauſobrium poſt tam diuturnum & acre ſtudium ne prima quidem elementa *ſyſtematis* Manichæorum attigiſſe. Tria itaque, ut quod ad rem propoſitam ſpectat paucis concludam, diſtinguenda ſunt: *mittere*, *ligare*, *ſolvere*. *Mittere* & *ſolvere* divinam ſubſtantiam ipſiuſmet Dei opus eſſe Manichæi docebant: At eam *ligare* unius *malæ ſubſtantiæ*, *diaboli* nempe & *Principis tenebrarum* opus omnino credebant. Quod quum fieri traderent in hominis generatione per concubitum viri cum fœmina, ideo & nuptias tanquam Diaboli inventum execrabantur: *Nuptias damnant*, inquit S. LEO Magnus Epiſt XV. C. 7., *& procreationem naſcentium perhorreſcunt*: & AUGUSTINUS XXII. contra Fauſtum: *Perverſa Lex Manichæorum, ne Deus eorum... in conceptu fœminæ arctius colligetur, prolem ante omnia a concumbentibus devitari jubet, ut Deus eorum turpi lapſu potius effundatur, quam crudeli nexu vinciatur*. Contra Secundinum C. XXI. *Deum creditis veſtrum in procreando filios arctioribus carnis vinculis colligari*. Illud præterea ſacrilegi homines certiſſime ſtatuebant, Chriſtum Dei Filium, ſi vere conceptus, natus, partuſque ex Maria Matre fuiſſet, nonniſi per viri concubitum, per organa Diaboli, perque Principis tenebrarum vincula mulieris utero, & abominabili figmento carnis affigi, & illigari potuiſſe. Id vero erat, quod Deo, Deique Filio indignum Egregii Simulatores prædicabant, ne qui miſſus a Bono Patre fuerat ad liberandam *divinam ſubſtantiam* captivam & oppreſſam ab immani Principe, idem ipſe captivus & illigatus arctiori, crudelique vinculo in ſinu fœminæ diceretur. At ubi *virtutes lucis* ea omni illecebrarum ſpecie ad ſui concupiſcentiam maſculos fœminaſque Principes tenebrarum incendere ſtudent, artes adhibent, Manichæorum ſententia, plane ſanctas, atque decoras.

Germanum ſyſtema *Manetis*, quod ſibi adeo cognitum perſpectumque *Beauſobrius* jactat, ne a limine quidem ſalutaſſe videtur.

Mittere, ligare, ſolvere Dei ſubſtantiam tria ſunt, quæ baſim conſtituunt ſyſtematis Manichæorum.

Mittere, & ſolvere Dei ſubſtantiam in Manichæorum ſyſtemate *opus eſt Deo dignum*: *ligare indignũ*, & unius *Principis tenebrarum* propriũ.

Nuptias Manichæi damnabant quod per concubitum affirmate crederent *Dei ſubſtantiam carnis vinculis* immaniter *colligari*.

Dei Filium, quem Catholica Fides ſemper docuit ex *Virgine Deipara* vere natum, & partum, non potuiſſe aut gigni aut pari niſi ex Maria conjuge Joſeph *concubitus*, & diabolici *ligamenti* opera, horrenda erat, ac dira Manichæorum blaſphemia

Membra gentis tenebrarum per injectas libidinis faces relaxare, eaque arte *ſolvere* e vinculis *ſubſtantiam Dei*, dignum, ſanctum, divinum, & ſumme neceſſarium opus *Virtutum lucis* Manichæi credebant.

coras. Agunt id ut *ſubſtantiam divinam ſolvant* ex eorum corporibus, quibus inimica vi affixa, & illigata detinebatur. Quod opus Deo bono dignum, imo & neceſſarium ita credebant, ut non aliam eſſe viam dicerent, qua *Bonus Pater* captivam ſui naturam ſolveret, ſolutam recuperaret. Diſcrimen hoc in Manichæorum ſyſtemate ſane maximum, & apertiſſimum, (ab uno tamen Beauſobrio ſtudioſiſſime ignoratum,) impuros illos fabulones induxit, ut, qui *Mortem Chriſti ſimulatam* ſaltem affirmare non dubitabant, *Nativitatem* vel etiam *ſimulatam* dicere aut cogitare exhorreſcerent. Accipe opportune aurea AUGUSTINI verba ex L. XXX. contra Fauſtum C. 6. *Hinc eſt, quod paullo ante diſtuleram dicere, cur vobis* MORS CHRISTI *viſa ſit vel fallax, & ſimulata prædicanda, & non etiam* NATIVITAS. *Mortem quippe tanquam ſeparationem animæ, ideſt naturæ Dei veſtri a corpore inimicorum ejus, hoc eſt a figmento Diaboli, prædicatis atque laudatis, ac per hoc* REM DIGNAM *fuiſſe crediditis, quam* CHRISTUS *etſi non moriens, tamen* MORTEM *ſimulans commendaret. In* NATIVITATE *autem quia non* SOLVI, *ſed* LIGARI *potius Deum veſtrum creditis, hanc nec ſaltem fallaciter imaginatum* CHRISTUM *credere voluiſtis: ita ut non ſic vobis* MARIA *diſpliceret, ſi concubuiſſet, & non concepiſſet, quomodo diſplicet, quia non concubuit, & tamen peperit*. Non ſibi fingat Beauſobrius nova ſyſtemata, quæ Manichæis arbitratu ſuo accomodet: Ingenui Scriptoris fidem, moreſque induat, tum ſe ſomniaſſe intelliget, quo die ſcribere auſus eſt: *C'eſt dans ce ſyſtême, que je trouve une prouve invincible, que le récit de* S. AUGUSTIN *ne ſauroit être vrai*. Dicunt Manichæi in Act. Archelai, & EPIPHAN: *Virginem quandam decoram, & exornatam, elegantem valde appetere Principes, qui ſunt a vivente ſpiritu educti, & crucifixi . . . . Principes cum eam viderint ornatam amoris œſtro aguntur, cumque eam aſſe-*

Manichæi mortem in Chriſto ſimulatam prædicabant; *Nativitatem* ne quidem *ſimulatam* volebant, eo principio ducti, quod ſimulare mortem qua *ſolvitur* divina ſubſtantia a vinculis inimici, res eſt Chriſto digna; ſecus *ſimulare nativitatem*, qua *Dei ſubſtantia* diabolico carnis figmento ab inimico *ligatur*.

Maria Virgo SSma quam parum accepta fuerit Manichæis Auguſtinus obſervat, & dolet. *Beauſobrii* fraudes in Manichæorum ſyſtemate deſcribendo, virum ingenuum dedecent.

Virgo Lucida Manich. ad ſui deſiderium vehementiſſime allicit *Crucifixos Principes tenebrarum*.

aſſequi nequeant, extra mentem acti, præ amore, & cupiditate mirum in modum exardeſcunt. Quum igitur accurrentibus illis, virgo ſe ex illorum aſpectu ſub duxerit, tunc Princeps ille magnus producit nebulas . . . ſudat . . ſudor pluviæ ſunt. Sic etiam iratus Princeps Procellas, ventos fulmina, ac tonitrua ciet. Tantarum obſcenitatum imaginem referunt bacchanalia, quæ Indi annis ſingulis per dies omnino ſeptem, quandoque etiam plures, agere ſolent in honorem *Indræ crucifixi*. Luna XV. ejuſdem menſis *Badr*, utriuſque ſexus Idola tum communia, tum etiam domeſtica e ſacris adytis, e publicis privatiſque ædibus in vicos, in plateas, in porticus, in loca quævis ſub dio eleganter ornata efferunt; iiſque omnibus ſolemni ritu ſacrificant.

Princeps Crucifixus a Virgine lucida deluſus iraſcitur, angitur, exardeſcit, laborat, ſudat, tonitrua excitat, fulmina vibrat, ventos commovet, in pluvias ſolvitur.

Manichaïcarum obſcenitatum imago in Bacchanalibus, diebuſque feſtis menſis *Badr* in *Indræ crucifixi* honorem apud Indos inſtitutis.

LXXXIII. Inſignia ſunt ſimulacra *Mhadei*, quæ in frequentioribus Urbis locis erecta toto eo ſeptiduo *cereviſiam* magna copia ex ore, aliiſve membris effundunt. Eo veluti ſymbolo *effluvia divinæ ſubſtantiæ e membris* Principum tenebrarum *per concupiſcentiam laxatis* Indi fortaſſe adumbrari exiſtimant. Perſonati incedunt, ut ita *virtutes lucidas* ſeſeipſas in pueros puellaſque *transfigurantes* commemorent. Celebrantur feriæ, neminique licet tractare fabrilia præterquam fimum ad agros lætificandos convehere, aut domi mulieribus nere ſtamina, & ligula tæniolaſque texere. Cavent diligentiſſime ne vel radium intueantur Lunæ *Badr*, quum primo poſt Solis occaſum ſola in eorum Horizonte lucet, rati proculdubio futurum, ſi ſecus acciderit, ut raptores, ac fures non aliter ac Indra, & Principes tenebrarum alienæ rei cupidi, neceſſario evadant. Poſt meridiem *Sankranti* सांक्रंती, ſeu *plenilunii* Badr Mulieres quædam præter morem elegantiſſime comtæ ad porticus ſtragulis omnibus floribuſque magnifice exornatas accedunt: Æneum *Urceum* imponunt Tripodi: Jejunium quod appellant *Caſci Bud* काशी बुध,

Cereviſia in Bacchanalibus *Indræ* ex apertis *Mhadei* hiatibus fuſa, ſymbolum forte *divinæ ſubſtantiæ* e corporibus Principum effluentis.

Sacri Bacchanalium ritus apud Indos Nepallenſes Manichaïcarum fabularum veſtigia retinent. Lunam menſis *Badr* videre Nepallenſes religioni ducunt.

Jejunium *Caſci Buda* in honorē ſtellæ *Agaſt*, quibus ritibus peragatur.

 hoc

hoc eſt *amorem Dei Buddæ*, in honorem ſtellæ *Agaſt* अगास्त exordiuntur, ductis auſpiciis a ſacrificio oblato Numini. Noctu vigilias agunt: Eô viri fœminæque ceteræ turmatim confluunt, unâque muſicos edentes concentus integram noctem tranſigunt, donec meridie ſequenti oblato iterum ſacrificio Jejunatrices finem faciunt celebritatis.

Apparitio ſtellæ *Agaſt* referre creditur apparitionem *lucidarũ virtutum* Principes tenebrarum libidine inflammantium.

Hæc forſan in memoriam revocare poterunt feſtivitates apparitionis earum *lucidarum virtutum*, quarum illecebris, uti Manichæi, AUGUSTINO teſte, narrabant, e navigio Lunæ concupiſcentiæ faces in ſinu *Principum* accendebantur, interea dum in Indicis hiſce fœminarum choris formam quoque exhiberi conjicio *Nympharum* ſalaciſſimi Numinis *Indræ*.

Jejunatricum chori Cantatrices Nymphas, Saltatrices, *Concubinas*, atque *Menennas* exhibent Numinis Indræ.

Sunt enim *Apciarà* अप.छरा ſaltatrices, cantatriceſque *Nymphæ*, ſunt *Concubinæ*, ſunt *Menennæ* मनेंने a Luna *Mena* ſic nuncupatæ, quæ & *Indram* delectant, & *contemplatores* ſæpe decipiunt.

Stella *Agaſt* cum *Virgine luminoſa* Manichæorum confertur.

Stella *Agaſt*, quæ ſemel in eo Horizonte per menſem *Badr* conſpicitur, & mox ex oculorum aſpectu ſubducitur, ſatis apte vicariam *phaſim virginis luminoſæ* a Tyrbone, & a S. EPIPHANIO deſcriptæ præbere poterit.

Impuriſſimi amores Principis tenebrarum erga *Virginem luminoſam*, in amoribus Indræ erga *Debi*.

Principem pariter lucidæ virtutis amplexus inhiantem imitatur *Indra*; nam & ipſe venuſtiſſimam *Debi* देवी magnam nempe Deam *Bavani* deperit, ſollicitat, tenere nititur; ſed repulſam paſſus indignatur: ſubit denique furtivo aditu deamatæ Veneris ſinum, in eaque *Ventum* Filium jam conceptum in partes ſeptem, & *has* rurſus in novem & quadraginta, etſi oratus mitigare iram, furibundus diſcindit.

Princeps tenebrarum & Indra deſiderio fruſtrati furunt indignabundi, & ventos præ ira, ac tempeſtates commovent.

Nec putet *Beauſobrius* Manichaicam fabulam ϛαυροθέντων ἀρχόντων unius *Indræ* geſtis concludi.

Dii omnes inter cruces ubiquè erectas collocantur in plenilunio *Badr*.

Dii omnes in Bacchanalibus plenilunii *Badr* inter *Cruces* ubique per Urbes & Oppida ſparſas, erectaſque verſantur. Si modo Tibetum adeas, *crucifixus Princeps Indra* erit ibi

unus

unus idemque cum ipſo རྒྱལ་ཆེན་བཞི་ *Ghiel-cen-ſgi*, *Rex Magnus quarti* gradus Montis *Righiel*. Ad hoc plane tam impiæ ac fœdæ ſuperſtitionis caput referri debent, quæ de *ſecunda Trinitatis* Tibetanæ Perſona narrat ex *P. Andrada* La-Crozius *in H. Chr. Ind.* pag. 514. *Ils conviennent qu'il a repandu* [Cho Conjoc] *ſon ſang pour le ſalut du genre humaine, ajant été percé de clouds par tout ſon corps. Quoiqu'ils ne diſent pas qu'il a ſouffert le ſupplice de la Croix, on en trouve pourtant la figure dans leurs livres: Leur grand Lama celebre une eſpèce de ſacrifice avec du pain & du vin dont il prend une petite quantité, & diſtribue le reſte aux Lamas preſens à cette céremonie.* Uterque ſcilicet parum caute. Numen etenim *clavis transfixum*, & *Crucis* effigies, quamvis non omnino Nepallenſis & Indicæ ſimilis, ex eodem omnino fonte unde & *Crucifixus*, & *Cruces* Indieæ, proculdubio manarunt. Fontem prodit aperta confeſſio *Fauſti* Manichæi de *Jeſu patibili* apud AUGUSTINUM L. XX. contra eundem. *Credimus* . . . inquit, *ex viribus ac ſpiritali profuſione* [Spiritus Sancti,] *terram quoque concipientem, gignere patibilem Jeſum, qui eſt vita ac ſalus hominum omni* SUSPENSUS *ex ligno. Quapropter & nobis circa univerſa & vobis ſimiliter erga panem & calicem par Religio eſt.* Quæ monſtra proſternens S. Doctor: *Omnes arbores*, ait, CRUCEM *ipſius eſſe dicitis, unde a Fauſto prædicatur* omni ſuſpenſus ex ligno: Idem ipſe nimirum, quem etiam *ſub Pontio Pilato crucifixum* quamvis apparenter dicebant. Quamobrem de Religione panis & calicis: *Quomodo*, ſubdit Fauſtum alloquens, *comparas panem & calicem noſtrum, & parem Religionem dicis errorem longe a veritate diſcretum?* A *vino* profecto, quemadmodum de Manichæis eo loci obſervat S. AUGUSTINUS, Tibetani abhorrent, ut quæ ex Andrada La-Crozius refert nullam veri ſpeciem habere queant. In ſolemni ſacrificio *Maſſa* ex hordeo

Ghiel-cenſgi Tibetanorum idem ac *Indra*.

De ſecunda Trinitatis Tibetanæ Perſona clavis transfixa, de *Cruce* Tibetanorum, deque eorum ſacrificio, quid P. Andrada apud Lacrozium ſcribat.

Numen *patibile*, *Crux*, & *Sacrificium* Tibetanorum cum *Jeſu patibili*, cum *Cruce*, & *Sacrificio* Manichæorum comparantur.

Sacrificii Tibetanorum materies, & ritus.

deo in Coni morem formata holocauſti materiem ſuppeditat. Sacrum Conum floribus *Loti* impreſſum, *Thurmà* ཏུར་མ་ nuncupatum, e Templo extra urbis mœnia præeunte pompa ſingulis anni menſibus ſacrum conſumaturus educit *Lhama* Sacerdos: In *Monlam* སྨོན་ལམ་ tantum, quod menſe primo tanquam ſolemne quoddam *Jubilæum* celebratur, Luna XXII. in Februarium noſtrum incidente, ſupremus *Lhama*, ejuſque loco, qui eſt *Lhama Kadën* དགའ་ལྡན་ divina miniſtrat. Longa inſtituitur *Proceſſio*: Præferunt Vexilliferi *ſigna* ſexdecim, in quorum vertice त्रीसूल *Triſul*, *Tridens* eſt ſymbolum *Mhadei*. Lhamæ & ipſi quoque *Kelong* དགེ་སློང་ *Religioſi Profeſſi Mitra*, ac *Pallio* veluti *Sacerdotali* induti, bini procedunt pulſantes tympana, inflantes buccinas, hymnoſque canentes: Sequuntur *Nngarambâ* སྔགས་རམས་པ་ *Magi* tecti pileo & veſtibus, quæ calvariis, ac *Turcè* ཟུ་རྐེ་ intertextæ formam exhibent *Dalmaticarum*: Tum *ſtolati* Miniſtri, quorum ſex *Thuribula* accenſa, duo reliqui argenteam *concham hordei*, & *urceum* geſtant *cereviſiæ* plenum: Inter hos medius incedit *Lhama Antiſtes* dextera *calicem*, ſiniſtra *tintinnabulum* gerens. Poſtremo *Trabà* གྲ་པ་ Religioſi viri vehentes *Thurmà* impoſitum *Tripodi* cum *face* ardenti, quam *ſervi Laici* ferunt. Ubi ad Sacrificii locum perventum eſt, deponitur Tripus: ſternitur ad Tripodis latus magna pellis *Jak* གཡག་ *Bovis ſilveſtris nigri*; Mox accedit Lhama Sacerdos, calicem cereviſia immixta hordeo implet; & nonnulla ſubmurmurans, circum *Tripoda* pluries fundit, libatque Cono: Magi deinde magico ritu ſaltitantes, abſoluto certo numero ſaltationum

num



Pompa, qua Sacrorum Miniſtri ad ultimam Solemnis Sacrificij actionem procedunt.

Alexius Giardoni Sculp.

num pedum ictibus evertunt *Thurmà*, ita ut cadat in ſtratum ſubjectæ pellis *Jak*; Tunc ſervi in disjectam contritamque *Maſſam* immittunt illico facem & urunt oblatorum portiunculam, maxima, quæ reliqua eſt, parte dimiſſa canibus. Id enim unum cavent, ne *Thù*, aut *Thracen* aerei Spiritus eò convolent, & ideo dum Conus everſus corruit Milites editis bombis Dæmonas abſterrere feſtinant. Similis eſt privatorum ſacrificiorum materies, ac ritus. Quod vero imaginem repræſentare poſſet *Numinis* Tibetanorum *patibilis*, *Calvaria* eſt in apice Coni transfixa jaculo. Hæc de Crucifixo, de Crucibus, tum Indorum tum Tibetanorum, deque iſtorum Sacrificio dicenda erant. Sed jam tene illud, quod hactenus explicare ſuſceperam, humani generis propagationem a Tibetanis gentibus acceptam referri viro ac fœminæ e ſede *Laharum*, ſeu *Dæmonum* ſcortatorum in tellurem delapſis.

Concluditur humani generis propagatores, Tibetanorum ſententia, e ſedibus *Scortantium Laharum* deſcendiſſe.

De origine *animantium*, quæ porro doceant jam audivimus. Iidem Lahæ ſunt, qui quum in ſuperioribus illis regionibus ceteris ſordidiores eſſent, vi Fati deorſum miſſi, compulſi ſunt induere fœculentiora corpora Brutorum omnigeni ſexus: Et ut varii generis erant, ſic varias *animalium* ſpecies in terra, in aquis, & in aere propagarunt.

Brutorum origo a *Labis* animalium corpora induentibus.

De cœlo pariter eorum originem arceſſebant Manichæi, teſte S. AUGUSTINO Lib. VI. contra Fauſtum c.8. *Dicunt enim iſti vaniloqui, & mentis ſeductores in illa pugna, quando primus eorum homo, tenebrarum gentem elementis fallacibus irretivit, utriuſque ſexus Principibus indidem captis, cum ex eis Mundus conſtrueretur, pleroſque eorum in* CAELESTIBUS FABRICIS *colligatos, in quibus erant etiam fœminæ aliquæ prægnantes: Quæ cum cælum rotari cœpiſſet, eamdem vertiginem ferre non valentes conceptus ſuos abortu excuſſiſſe, eoſdemque abortivos fœtus & maſculos & fœminas de Cælo in terram cecidiſſe, vixiſſe, creviſſe, concubuiſſe, genuiſſe. Hinc eſſe dicunt originem carnium omnium, quæ*

Animalium origo juxta Manichæos a *fœtibus abortivis* Principum tenebrarũ.

mo-

moventur in terra, in aqua, in aere. Si cauſam, & occaſionem *lapſus abortivorum fœtuum* excipias, cetera cum Bramhanum, Lhamarumque fabella apprime conveniunt. Nam & *Principes tenebrarum captos elementis fallacibus* . . . *cum Mundus conſtrueretur*, eorumque abortivos fœtus invenies fortaſſe eoſdem eſſe, quos *Rakas* राक्स Indi vocant, & Tibetani tanquam Monſtra *Marina* fingunt. In *Maribus* illis ſeptem ſive mero lacte, ſive alia quavis dulci ſuavique materie exundantibus, ejus naturæ incolas inhæſiſſe ferunt, quorum alii quum *maſculi* eſſent, alii *fœminæ*; humano omnes vultu, ſed corporis trunco aut piſces, aut ſerpentes; in ſuo quique ordine ſerpentum Regibus obſequebantur. Tibetani præterea, quanquam plenum, & integrum *metempſychoſis numerum* ad *periodos* octoginta tres mille per *tres* Mundi *ætates*, (acceptas forte ab annis Ægytiorum *ter mille*) protrahant, ejus tamen *ſpecies* quinque tantum agnoſcunt, totidem ſcilicet, quot etiam, juxta S. EPIPHANIUM conſentiente Beauſobrio, numeraverat Manichæus. Quinque propterea tranſmigrantium Orbes, ſeu loca deſignant. I. *Sum-cibù-thza-ſum* གསུམ་བཅུ་རྩ་གསུམ་ *Laharum* ལྷ་. II. *Lha-ma-in* ལྷ་མ་ཡིན་ Semideorum. III. *Gikten* འཇིག་རྟེན་ Hominum ſedem. IV. *Ità* ཡི་དྭགས་ Tantalorum. V. *Tudrò* དུད་འགྲོ་ Animalium: & ea quidem, niſi mea me fallit opinio, *naturæ ſunt quinque terræ peſtiferæ*, quarum meminit Manichæus ipſe in Ep. *Fundamenti*. *Animadvertimus* [obſervat hæc contra eandem Ep. AUGUSTINUS] *quinque naturas quaſi partes unius naturæ, quam vocat terram peſtiferam. Hæ ſunt autem tenebræ* (*ſed non tales*, ajebant Manetis Diſcipuli, *quales hìc novimus*) *aquæ, venti, ignis, fumus* .... *Intra tenebras aquas conſtituit, intra aquas ventos, intra ventos ignem, intra ignem fumum. Et habebant iſtæ quinque naturæ ſua* quæ-

Rakas Indici, & *Monſtra Marina* Tibetanorum, ſeptem Marium incolæ iidem videntur ac *abortivi fœtus* Manichæorum.

Monſtra marina *Regibus ſerpentum* ſubjecta.

Metempſychoſis Tibetanæ *periodi*.

Species *Metempſychoſis* tum *Tibeticæ* tum *Manichaicæ*, *quinque*.

Loca tranſmigrationum *quinque*.
I. *Sum-cibù-thza-ſum* Deorum.
II. *Lha-ma-in* ſemideorum.
III. *Gikten* hominum.
IV. *Ità* Tantalorum.
V. *Tudrò* Animalium.

Quinque *Metĕmpſychoſis* loca quinque videntur *naturæ terræ peſtiferæ* Manichæorum.

Naturæ quinque terræ peſtiferæ: *tenebræ, aquæ, venti, ignis, fumus*.

quæque genera inhabitatorum ſuorum, quæ nihilominus quinque ſunt. Quæro nanque utrum genus unum habitantium fuerit in omnibus quinque naturis, an diverſa genera . . . diverſa fuiſſe reſpondent, & de aliis libris ita docent, quod tenebræ habuerunt ſerpentes; aquæ, natantes, ſicut ſunt piſces; venti volantes ſicut ſunt aves; ignis quadrupedes. ſicut ſunt equi, leones, & cetera hujuſmodi; fumus bipedes ſicut ſunt homines. Quod enim *gehennam* nec apud Manichæos, nec apud Tibetanos inter quinque ſive *naturas*, ſive naturarum loca commemorari audias, nihil te moveat: Eam etenim alibi tanquam in ſeparatis propriiſque ſedibus utrique collocant. Jam vero *Tudrò* ſic pingunt, ut in eo *aerem* cernas cum avibus, terram cum omnibus plane terreſtrium animalium, vermium, inſectorumque generibus, Mare demum cum piſcibus: atque in hunc locum cogi arbitrantur *Lahas*, qui *belluinam* ſubeunt *metempſychoſin*, qui vero *humanam*, in *Gikten*. *Tudrò* nomen haud dubie compoſitum eſt ex binis vocibus བདུད་ *Tu*, & འགྲོ་ *drò*, quarum altera Lahas, ſeu dæmones *Tu*, altera alios item dæmones འདྲེ *Drè* ſignificari opinor. Hujus generis erat Magna Mater Tibetanorum, མཁའ་འགྲོ་མ་ *Khadromà* ſpecies quædam, ut ajunt, aerearum *Lamiarum* viridis, flavi, rubei, albi, & cærulei coloris. Ea quæ *viridis* erat *Simiæ* formam accepit; id enim veluti proprium habent *Khadromæ*, ut beſtiarum corpora ſumant. Aer autem igneus idem eſſe poteſt Manichæorum *ignis*, ubi *quadrupedes* collocarunt. At *Gikten* འཇིག་རྟེན་, *Ten* རྟེན་, ſeu *Tan*, *Terram* interpretor [illegible] *Gik* eorum *Labarum*, qui ex *æthere* tanquam ex ſubtiliori puriorique Cælorum parte delabuntur. འཇིག་ *Gik* enim eſt Tibetice ſcriptum *Haghik*, quod vide-

Quinque genera *inhabitatorum* in quinque *naturis*.

Libri alii Manichæorum dant, Tenebrarum inhabitatores *Serpentes*; aquarum *natatilia*: ventorum *volatilia*: ignis *quadrupedes*, fumi *homines*.

Gehenna tum *Manichæorum*, tum *Tibetanorum* extra *naturas*, & *loca quinque*.

Tudrò locum *tranſmigrationis* animalium, Tibetani quomodo pingant.

Metempſychoſis *belluina in Tudrò*: *humana* in *Gikten*.

Tudrò nomen, unde?

Drè Tibetice *Dæmones*; unde venit Magna Mater Tibetanorum Simia Kha-dromà.

Khadromè, quid? color *Khadromarum* quintuplex.

Khadromarum tranſmigratio in corpora animalium fœminei ſexus.

Aer igneus in *Tudrò ignis* Manichæorum, & quadrupedum locus.

Gikten unde ſic dictus fuerit locus humanæ tranſmigrationis.

Gikten exponitur *terra fuſci ætheris*.

Gik idem ac *Achag*, ſeu *Achas* aether.

Akakuhun Ind. idem forte ac *fumus* Manich., & natura *bipedum* ſeu hominum.

Adamum & *Evã* e *Fumi Principibus* editos Manichæi ſomniarunt.

videtur Indicum अकाग *Achag*, aut *Agak*, ſive अकास *Achas*; unde *Akakuhun* अकाकुहुं ab अकाग *Akag*, & कुहुं *Kuhun*, aut कुहां *Kuhàn* Nepallice *fumus*, quaſi *fuſcum æthera* non abſurde cum Manichæorum *fumo* comparatum ſignificat. Iique propterea Adamum, & Evam ex *fumi* Principibus derivatos, genitoſque dicebant. Terra ab initio fœcundiſſima erat: ſuaque ſponte hominibus proferebat quicquid ad eorum victum, ac voluptatem neceſſarium eſſet. Quam quidem nativam terræ fertilitatem repetebant Manichæi ex affluentiori copia *divinæ ſubſtantiæ* univerſam terreſtrem molem animantis. De terræ fructibus priſci illi homines ſumebant moderatiſſime diebus ſingulis quantum ad diurnam, æqualemque ſuſtentationem vitæ ſat erat. Accidit ſubinde, ut eorum alter ceteris voracior duplam fructuum portionem die uno collegerit. Latent in hoc homine veſtigia quamvis confuſa, ac perturbata Primi Parentis Adæ, qui non contentus alimento ſibi quotidie præſtando ex arbore *vitæ*, ceteriſque plantis *Paradiſi Eden*, avida ſceleſtaque manu contra Dei præceptum fructum decerpſit arboris *ſcientiæ boni & mali*. Facinus ab uno illo Tibetico *Helluone* commiſſum cæteros omnes, ut idem auderent, induxit. Aucta brevi eſt ingluvies hominum, eoque demum pervenit, ut tantam quique ſegetum copiam ſemel colligere tentarint, quanta menſuram annuæ alimoniæ æquaret. Hinc *meum* illud ac *tuum* inter homines obtinere cœpit, quod omnium diſcordiarum Parens & origo fuit. Commota mortalium ſcelere tellus, quæ antea nutrix adeo benigna, & larga fuerat, Noverca ſtatim ſæva ac ſterilis facta ſpinas tantum ac tribulos novit e ſinu ſuo vehementer exacerbato proferre. Coacti homines immani labore verſare glebas, & agros colere, rapere

Terra ab initio mire fœcunda ſine ulla hominũ induſtria neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem ferebat.

De terræ fructibus diebus ſingulis diebus priſci homines colligebant quantum neceſſarium erat ad victum: Hunc *ordinem* interrupit *unus*.

In homine, qui omnium primus *temperantiæ* fines tranſgreſſus eſt, adumbratur *Adam*.

Exemplum *primi Prævaricatoris*, univerſalis *intẽperantiæ*, & diſcordiarum omnium cauſa.

Terra mutatur: fit ſterilis, & ſpinas ac tribulos proferens homines cogit ad *agriculturæ* labores.

De agrorum finibus diræ, & interminatæ hominum lites.

pere ad ſe quiſque, & occupare pro viribus latiora arvorum ſpatia certabant. Nullus ſic erat contentionum rixarumque finis, quum indicta concione unus qui ceteris eminebat, multitudini perſuaſit, ut de Principe eligendo cogitarent, qui & lites dirimeret, & certos agrorum fines unicuique præſcriberet. Comitiis habitis ſummus omnium Gubernator & Rector creatus eſt མང་པོ་སྐུར་བའི་རྒྱལ་པོ *Mang-pò-curvè-ghiel-pò*, quem auctore Pinnabillenſi interpretantur: *multorum hominum honoratus Rex*. Sane quidem *Mang-pò* མང་པོ་ *Multos homines* ſignificat, & རྒྱལ་ *Ghiel*, quod affine videtur Hebr. אל *El Deus*, & Ἴλ *Il* nomini, quo Saturnus interprete Philone Byblio a Sanchoniatone vocatur, pro *Rege* Tibetani accipiunt; ſed སྐུར་བའི་, quam *Curvè* contractè pronunciant, vox integra eſt: *Sachuraphi*, quæ quam apte *Xacam*, *Sacchuram* Babylonium, *Saclam* Manichæorum, Saturnum *Remphan*, *Necherophi*, & *Acherophi*, *Saſychem*, & *Oſirim* primum Ægyptiorum *Legislatorem* referre poſſit, ex obſervationibus noſtris Num. XV. XVI. XVII., aliiſque pluribus argumentaberis. Geſta hæc eſſe volunt Tibetani in *parte* Telluris *Meridionali*; ubi etiam Manichæi, teſte *Abulpharagio* in *Dynaſtiis*; ſtatuebant locum concordiæ ea conditione Angelis conciliatoribus initæ inter Deum Bonum, & Malum, ut Bonus partem cæleſtis ſubſtantiæ cederet *materiæ*, cui præerat Malus. Imo ut videas, num quid conjunctionis habeat cum Manichaico illo commento tota iſthæc Tibetanorum fabula, ii quoque Terrarum coloni a Tibetanis conficti partem annuorum proventuum ſuo Illi ſive *Deo*, ſive *Regi* ſancito fœdere obtulerunt. Ceterum dubitari vix poteſt, quin *Saturni* geſta in hoc *Mangpò Curvè Ghielpò* adumbrata

Ad lites dirimendas Rex eligitur *Mangpò-Curvè-Ghiel-pò*.

In Mangpò-Curvè-Ghiel-pò *Saturnus* detegitur, *Xaca*, *Sacla*, *Sachura*, *Sachuraphi*, tum & *Necherophi*, aut *Acherophi*, *Saſyches*, & *Oſiris* ipſe.

Rex inſtitutus, & Concordia parta in *Meridionali* plaga concordiam deſignare poteſt, quam Angelus Conciliator, ex Manichæorum fabulis, ibidem firmavit inter Deum bonum, & Deum Malum.

Curvè Rota meridiei, *Deus temporis*, & *Sol* ipſe exponi, & intelligi poteſt.

brata Tibetani retineant. Adde, quod ſi སྐོར་ uti *Lhamæ* nonnulli per hæc tempora putant, *rotam* deſignat, & ཕྱི་ *phi* Meridiem ſonat *Deum temporis*, Saturnum, ac *Solem* ipſum Ægyptium in *Curvè* detegis. Regi huic natus eſt Filius *So Ciong pah* བསོ་སྐྱོང་འཕགས་. Ajunt Tibetani exponi vocem *Sò* བསོ་ *cumulare*: *ciong* སྐྱོང་ *obtinere veniam*: *pah* འཕགས་ *moralibus ornatum virtutibus*. Iis ſcilicet velamentis obtegunt portentum, quod in eo latet, avitæ ſuperſtitionis. *Pah* འཕགས་ *Porcus* eſt, & annum XII. in Cyclo *duodecenni* appellant *Lo ciugni pah* ལོ་བཅུ་གཉིས་འཕགས་ *Pah Porcum*. Inſulam alteram in parte Orientali ad Meridiem verſam cognominem vocant ལུས་-འཕགས་ *Lù-Pah*. *Pah* འཕགས་ pars eſt inſignis nominis divini Magiſtri *Pahba giampel* འཕགས་པ་འཇམ་དཔལ་ Sachiæ legem docentis in *Rivozengnag* རི་བོ་རྩེ་ལྔ་, quam urbem collocant in *Centro Imperii* Sinarum. *Pah* འཕགས་ locum obtinet in deſcriptione Dei *Chedunkoncioà* དགེ་འདུན་དཀོན་མཆོག་, quem tertiam commentitiæ Trinitatis ſuæ perſonam dicunt; eoque ſenſu uſurpatur, ut vim lucis, cognitionis, & intellectus exprimat. Tolle jam allegoricum velamen jactatæ *virtutis* artificio Lhamarum ad plebem decipiendam inductum, &, ita pol credo, una mecum vocem interpretaberis: *Cumulum benigni perfectique luminis*: Orbem videlicet, ſeu ſidus Jovis benefici, atque propitii. Regi huic tumor in ſummo capite excrevit, unde *filium* edidit *Civo chiè* སྤྱི་བོ་སྐྱེ་ quod eſt Interpretibus Lhamis: *Capitis vertice natus*. Regnante *Civochiè* finem accepit ætas Mundi *ſecunda*, qua vitæ humanæ diuturnitas ad annos octoginta mille producebatur.

XI. Rex *So-Ciong-pah* filius τῦ *Mag-pò Curvè Ghielpò*.

In voce *So Ciong pha* Lhamæ interpretantur *Pah moralibus ornatum virtutibus*.

Lhamarum interpretatio in ſuſpicionem venit.

Pah annus XII. Cycli duodenarii *Porcus*.

Pah lucis ſignificationem habet in nominibus tũ Inſulæ *Orientalis*; tum Doctoris legis *Xacæ*; tum Dei *Chedunkoncioà*.

So ciong pah ſidus exponitur Jovis benefici.

XII. Rex *Civòchiè* natus e vertice Capitis *Sociongpah*.

Finis *ætatis* Mũdi *ſecundæ*.

batur. E Tubere, quod porro emiſit dexterum brachium *Civochiè*, ortus eſt *Zeden Rex* མཛེས་ལྡན་, *venuſtiſſimus*. E ſiniſtri brachii tubere ※ *Zeden* in lucem prodiit *Gne Zeden* ཉེ་མཛེས་ལྡན་, quem vertunt *e propinquo venuſtiſſimum*. Edidit & ipſe e femore dextro *natum*, qui Patris exemplo e ſiniſtro femore peperit *filium*, & hunc magni nominis Regem; ſed iſtorum nomina ignorari Tibetani affirmant. Atque ii ſunt Reges quinque uno nomine dicti *Corlò ghiùrvè ghielpò gnà* འཁོར་ལོས་བསྒྱུར་བའི་རྒྱལ་པོ་ལྔ་. Has ego voces exponerem *Magnos Reges*, *Principes*, & *Moderatores lucidarum Rotarum*, ſeu *lucidorum Orbium*. Erat eorum individua comes *Rota aurea*, ſeu *lucida*: id enim, ut arbitror, indicant binæ illæ voces འཁོར་ལོས་ *Corlò*. Imo vero ſi Tibi forte arrideat འཁོར་ *Hchor* Tibetanum interpretari *Horum*, aut *Cheres* Ægyptium, de quo plura tradidimus Num. XLIV; habebis, me conſentiente, unde conjecturam hanc ſatis ſolide fulcire, & confirmare queas. Innumeris Reges hi incedebant ornati lapillis, inter quos gemma tam nitidi, mirificique ſplendoris, ut *Solis* lucem æquaret. Uxores, totidem recte dixeris *Veneres*, tam rara, ac divina eis inerat pulcritudo vultus, & oris ſuavitas. Aulicorum, elephantorum, equorumque numerus maximus, ac ſplendidiſſimus. Aulici admirabili ſapientia præditi, quum intima Regii pectoris arcana penetrarent, jubente nemine, Principis quique ſui voluntatem incredibili celeritate explebant. Idem præſtabant *elephantus*, & *equus*, quibus Regum quiſque ceu vectoribus utebantur. Ille immenſæ proceritatis, *candidique* coloris *elephas*: Iſte *hyacinthina* cutis aureis conſperſæ maculis *equus*, feſſorem ne quidem moniti, quocunque vellet, ſponte rectaque ferebant adeo leves, adeoque alacres, atque

IV. Rex *Zeden* e dextero brachio ※ *Civochiè* natus.

V. *Gne Zeden* e brachio ſiniſtro *Zeden*.

Reges duo anonymi, alter natus e femore dextro. Patris *Gne Zeden*, alter e femore ſiniſtro Filii ejuſdem *Gne Zeden*.

Quinque Reges dicti: *Corlò Ghiurvè Ghielpò*.

Rota aurea comes individua Regum.

Hchor Tibetanorum idem forte ac *Horus*, aut *Cheres* Ægyptius.

Quinque Regum ornatus, ſplendor, majeſtas, uxores, aulici.

Elephantus & *Equus* duo Regum vectores quam admirandæ velocitatis, virtutis atque ſapientiæ.

 ce-

celerrimi, ut & juga Montis *Righiel*, & Mundum univerſum unius diei ſpatio percurrerent. Neque Iis deerant *Imperatores* exercitus; nam *quinque* pariter numerant: quanquam *quinti* nomen ignoratum eſſe Tibetani teſtantur. I. appellant *Ser chii chorlò ghiurvè ghiel pò* གསེར་གྱི་འཁོར་ལོས་བསྒྱུར་བའི་རྒྱལ་པོ་ *Auri Regem*, Mundi, & Regionis Laharum *Sum ciu thzaſum* in faſtigio Montis Righiel Dominatorem ſummum: II. *Ngul chij chorlò ghiurve ghiel pò* དངུལ་གྱི་འཁོར་ལོས་བསྒྱུར་བའི་རྒྱལ་པོ་ *Argenti Regem* tribus Mundi partibus Imperantem: III. *Sang chij chorlò ghiurve ghiel pò* ཟང་གྱི་འཁོར་ལོས་བསྒྱུར་བའི་རྒྱལ་པོ་ *Æris Regem* duarum Mundi partium Gubernatorem: IIII. *Cia chij chorlò ghiurve ghiel pò* ལྕགས་ཀྱི་འཁོར་ལོས་བསྒྱུར་བའི་རྒྱལ་པོ་ *Ferri Regem* unius Mundi partis Præſidem *ætate ſecunda*, quum homines annos adhuc viverent *octoginta mille*. *Ætas tertia* ſucceſſit, qua Reges alii, eadem ſtirpe geniti, imperium obtinuerunt univerſarum gentium; ſed hominum vita brevior, ſpatio annorum *quadragintamille* concluſa eſt. Ætas quarta plures & ipſa Reges protulit vivendique tempora definivit ad annos uſque *vigintimille*. Verum ætate quinta adeo imminuti ſunt dies hominum, ut communis eorum vitæ curſus non ultra annos centum progrederetur. Inter Reges, quos iſta peperit ætas, memorabilis eſt སེང་གེ་འགྲམས་ *Sengchetram*. Ortus ex proſapia principe eaque divina quinque Regum *Corloghiurve*, nomen obtinuit, quod Lhamæ interpretantur *Leonis maxillam*; nam སེང་གེ་ *Sengchè* tum Malaica, tum Malabarica, tum etiam Indoſtana, ac Ti-

Belli Duces ætatis ſecundæ.

I. *Ser chij chorlò ghiurvè ghiel pò*, Rex auri.

II. *Nghul chij chorlò ghiurvè ghiel pò*, Rex argenti.

III. *Sang chij chorlò ghiurvè ghiel pò*, Rex æris.

IV. *Cia chij chorlò ghiurvè ghiel pò*, Rex ferri.

Ætas II., & vita hominum annorum *octoginta mille*.

Ætas III. annorum *quadraginta mille*.

Ætas IV. annorũ *viginti mille*.

Ætas V. annorum *centum*.

Ætatis V. Rex *Sengchetram* Avus *Xaca* ex ſtirpe quinque Regũ *Chorloghiurvè*.

Tibetana lingua *Leonem* denotat: འགྲམ་ *Tram maxillam.* Avum hunc eſſe dicunt famoſi Impoſtoris Xacæ, inſignem quintæ ætatis Regem. Suſpicio eſt ne Tibetani eum conſulto ſubmoverint ab ætatibus ſuperioribus, & in quintam rejecerint, ut ita tempora Nepotis *Xacæ* cum Avi temporibus copularent. Inde ſtatim conjicimus, cur nomen *quarti Supremi Regis* ignorarent, cur *quintum* & hunc ignotum in ætate ſecunda fuiſſe velint, cur demum *quinque* belli Duces, & Imperatores numerent, nec ulla tamen mentio in eorum libris de *quinto* habeatur. Totum id pendet ex recenti impoſtura *Lhamarum*, qui *antiquioris Xacæ Genealogiam juniori* huic, & longe poſt ortæ *Chriſtianæ Religionis* tempora accomodare, & adſuere ſtuduerunt. Quod ut facerent, occaſionem præbere potuit ſeries *Regum quatuor* a Manichæis accepta. Jam enim, ut puto, in mentem Tibi redeunt *quatuor* Illi *Reges Maximi* Manichæorum, *Rex ſceptriger floreis corônis cinctus: Rex honoris: Rex heros belliger dextra haſtam tenens, & ſiniſtra clypeum:* & *Rex glorioſus tres Rotas* [འཁོར་ལོ་ *Chorlò* Tibetanis haud dubie ſimiles] *impellens, ignis, aquæ, & venti*; ac ſi *quintum* quæris, *Regem luminum* habes in Epiſt. *Secundini Manichæi* ad S. AUGUSTINUM.

Reges, ſeu Belli Duces quatuor a Tibetanis confiɫti cum *quatuor* Manichæorum Regibus comparandi.

Quintus apud Secundin. Manich. *Rex luminum*.

LXXXIV. Æquant Regum numerum *Sancti*, ſeu *Dii legiſlatores* IV. *Corvagi* འཁོར་བ་འཇིགས་ ætatis II., quem Horum, Lucem, ſeu *Solem* འཁོར་, & འཛེགས་ *Siches*, ſive *Seches Legiferum* interpretari poſſumus. *Sertub* གསེར་ཐུབ་ *auri*, ſeu *aurea vis*, atque *poteſtas*, ætatis III. *Hoſrung* འོད་སྲུངས་ *lucis cuſtos*, qui *Legi* nonnihil magiæ omnium primus immiſcuit, ætate IIII. *Sciachia tubpà* ཤཱཀྱ་ཐུབ་པ་, ætatis V. Deſide-

Sancti ſive *Dii quatuor* Tibetanorum *Legislatores*.

Corvagi II. ætatis.

Sertub III. ætatis.

Hoſrung IV. ætatis.

Sciachia ſeu *XacaTubpà* ætatis V.

Ex prætermiſſo *Deo Legislatore* ætatis primæ Tibetani in Atheiſmi ſuſpicionem veniunt.

deratur in hac ſerie *Sanghchiè*, Deus ſcilicet ætatis primæ. Quod certe magnam *Atheiſmi* ſuſpicionem ingerere poſſet.

Sammanæi e Malabarum, & Coromandelliorum finibus pulſi annos ante quingétos.

Sammanæi Buddæ cultores.

Et ſane La-Crozius L. VI. H. Chriſt. Ind. Sammanæorum Religionem, quam e littore Malabarico, & Coromandellio ante annos circiter quingentos expulſam conjicit, tanquam Atheiſmi impietate ſcatentem crebro deſcribit. Sammanæi vero ii ſunt, qui teſte Clem. Alexandrino *Buddæ* cultum, ejuſque Inſtituta ſervabant. At ſi, ut ex probatis Scriptoribus idem La-Crozius obſervat pag. 493. Sammanæi audiunt

Sammanæi Tunguſiani, aliæque Tartarorum nationes.

Schaman ita dicti Tartari quidam finitimi Sinis & *Athei*, an Tibetani?

Ceux des Tunguſiens & d'autres Nations de Tartarie . . . . & le Nom de Schaman, eſt un nom de Religion d'un Peuple Tartare, voiſin des frontiéres de la Chine, Tartari Tibetani utpote Sinæ contermini in *Atheorum* numerum rejiciendi eſſent.

Tibetanos ab *Atheiſmi* ſuſpicione abſolvit La-Crozius, dum fides habenda ſit epiſtolis P. Andradæ.

Eos tamen ab hac tam ſacrilega, & extrema dementia *La-Crozius* ipſe tam liberaliter abſolvit, ut ſi fides, inquit pag. 513., adjungenda ſit epiſtolis *P. Antonii Andradæ on peut ſoupçonner que le Chriſtianiſme a été autrefois connu de cès peuples, qui, faute d'avoir eu une conoiſſance exacte de l'Ecriture ſainte, l'ont mêlé dans la ſuite du tems avec le paganiſme des Indiens*. Et p. 518.

Recens Tibetanorum Religio, judice La-Crozio, Indorum *Paganiſmo* ſimilis.

poſtquam in hac ipſa, de qua agimus, Tibetanorum oratione fragmenta liturgica veterum Chriſtianorum Magnæ Tartariæ ſe deprehendiſſe ſcripſerat, Lhamarum Religionem, ſubjungit, germanam eſſe Indici *Paganiſmi* ſororem. De

Sehennes nomen a Nepallenſibus tributum Tibetanis, idem forte eſt, quod *Schaman ſolitarius* apud La-Crozium.

Sammanæis Tibetanis in confinio Sinarum id ego novi, *Sehennes* सेहेन्नेस eos a proximis Nepallenſibus appellari. Quod nomen an idem ſit ac *Schaman Solitarium*, Religioſumque *ſylvarum cultorem*, interprete *La-Crozio*, denotans, certo definire non auſim.

Sehennes non omnes Tibetani, ſed tantum *Kinpà*, & *Ritrobà Religioſi*, ac *Solitarii* homines.

Sehennes tamen audit non tota Tibetana Natio, ſed una illa ingens *Religioſorum* hominum multitudo, qui ſequuntur Legem *Kiutè* རྒྱུད་སྡེ་,

Sunt

Sunt Ii duplicis generis, alii *Kiupà* རྒྱུད་པ་, alii *Ritrobà* རི་ཁྲོད་པ་ nuncupati. Illos inſtituit *Lhama* Sinenſis ཨ་ཞང་ *Aſciang Xaca* religionis ſectator: Iſtos ཨུ་རྒྱན་ Urchien Magus, & Lhama ex Indoſtan. Illi in Cœnobiis, quorum unum celebre eſt ར་མོ་ཆེའི་ *Ramocei*, formis anaglypticis *carnalium conjugationum* duabus atque triginta contaminatum: Iſti in Montibus habitant dicti རི་ཁྲོད་པ་ hoc eſt: *Trabà Ri* Religioſi Montani. P. Franciſcus Horatius non levem profecto de *Atheiſmo* Tibetanorum ſuſpicionem diu multumque fovit. *Lhamas* ſæpe rogavit, ut tandem palam aperteque edicerent quid proprie *Dei* nomine intelligerent? *Sanctorum collectio*, ajebant, illud eſt, quod *Deum* conſtituit; eamque *collectionem* informamus animo quum *Deum* dicimus. Quid? ſi nullos cogitatione teneatis Sanctos, adhucne *Deum* mente concipitis? Hærebant *Lhamæ* ad hæc, nec nodum quo pacto ſolverent, homines intricatiſſimi inveniebant; ſed nec hodie inveniunt. Deum tantummodo ſe colere profitentur; & ea quidem religione, quæ quum partim ex Indica Bramhanum, partim ex Sinenſi Bonſiorum auctore *Budda* conflata ſit, Manichaicarum omnium ſuperſtitionum colluvies, & receptaculum eſt ſordidiſſimum. Verum non ſatis hæc valent ad avertendam *Atheiſmi* ſuſpicionem, in qua verſantur. Exemplo Atheopoliticorum Sinenſium lege utuntur duplici *Kiutè* རྒྱུད་སྡེ་, & *Dotè* མདོ་སྡེ་, quarum altera *interior*, & domeſtica eſt, altera *exterior* & popularis. Illa effrænis eſt ab omni honeſtatis lege ſoluta, nihilque novit in rerum natura verum ac ſtabile, ſed meram ludificationem ſenſuum. Omnia ex nihilo, & ex vacuo condita in nihilum, vacuumque redire. Quicquid denique de lege interiori *Tunchinenſium*, *Siamenſium*, *Sinen-*

Kiupà & *Ritrobà* ambo cultores Xacæ, & ſectatores legis Kiutè.

P. Horatius Pinnabillenſis, quas habuit de *Atheiſmo* Tibetanorum ſuſpicādi cauſas, doctioribus Lhamis aperuit.

De natura & exiſtentia Dei cum Lhamis ſæpe diſputat P. Horatius, nec tamen priſtinas de Illorum *Atheiſmo* ſuſpiciones dimittere poteſt.

Quod *Deum colant*; unica eſt, & nuda Lhamarum confeſſio.

Lhamæ Tibetani imitantur *Atheopoliticos* Sinenſium.

Kiutè, & *Dotè* interior, & exterior Lhamarū Lex.

Kiutè Lex *Atheiſtica*.

Kiutè addicti Sectatores *Xacæ*.

nenſium, aliorumque Populorum, qui *Xacam* ſequuntur, ſcripſerunt Alexander De Rhodes, La-Lubere, Coupletus, Bayerus, La-Crozius, & ipſe cum primis Cononenſis Epiſco-

Tibetani *Kiutei-ta* ſimiles veteribus *Sammanæis* Malabarum.

pus Maigrot, totum id in *Kiutè* རྒྱུད་སྡེ་ Tibetanorum conſpicitur. Conveniunt ita cum *Atheis* illis *Sammanæis*, de quibus conquerebantur Malabares antequam eos e finibus ſuis expellerent, quôd referente La-Crozio: *Ils ne ſe frottoient, ni de terre rouge, ni de cendres de fientes de Vache, & ne faiſoient aucun cas de la purification exterieure du corps par les bains*. Abhorrent enim ab his ritibus *Lhamæ*.

Maxima *Kiuteitarum* ſanctitas in una contemplatione conſiſtit.

Una eſt contemplatio, cui ſe perpetuo addictos, immerſoſque velint. Sed quô totum iſtud contemplationis genus

Contemplatio *Kiuteitarum* arcanum imperviũ.

feratur, arcanum eſt nemini niſi initiatis pervium. Conantur contemplando ſeſeipſos univerſaque membra corporis tam in arctum colligere, ut ſi fieri poſſet, in nihili ſinum uno temporis puncto regredi avidiſſime cupiant. La-Cro-

In *Kiuteitæ*, ſeu *Buddiſticæ* contemplationis ſecreto nihil *myſtici* cogitandum.

zius neſcio quid *myſtici* in hoc *Buddiſticæ* contemplationis ſecreto immaginatur. Fallax immaginatio. Unam illi nudamque meditantur *naturam*. Nihilque aliud moliuntur,

Kiutèiticæ contemplatio quô unice ſpectet?

quam ut *partem animæ lucidam* expediant a vinculis *malæ*, quam putant, & *tenebroſæ ſubſtantiæ* materiæ. Non ſemel *Pinnabillenſis* noſter *Lhamam* deprehendit in Cœno-

Kiuteiticæ, ſeu *Kiupaicæ* contẽplationis exemplum.

bio *Morù-Kiupà* མོ་རུ་ཀྱུ་པ་, qui defixis intentiſque oculis conſanguineam puellam contemplabatur. Ubi vero ſeſe obtulit occaſio, de hujuſmodi *contemplationis* genere ſciſcitatur hominem. At ille, abi, inquit, Exotice: Sancta

Lhamæ ſive *Kiupà*, ſive *Ritrobà* Tibetani contẽplandi formam fortaſſe acceperunt a Principibus in firmamento crucifixis *lucidarum virtutum contemplatoribus*.

perfectionis noſtræ myſteria nec capis, ſed nec capere potes. In hunc ſane modum forſan imitari ſe credunt *crucifixos* tenebrarum Principes *lucidarum virtutum* contemplatores. In exteriori *Dotè* མདོ་སྡེ་ Lhamæ uti diximus, Pa-

gani

gani ſunt, & Manichæi. Cauſam propterea cur nullum commemorent *Sangkiè Deum*, aut *Sanctum* ætatis I., eam eſſe opinor, quòd Lhamæ de priſcæ illius ætatis ſtatu eadem modo figmenta teneant, quæ olim de *Mundo intelligibili* Manichæi procuderant. Omnia tunc *lucida* erant: Tenebræ ætate II. invaluerant: Hinc neceſſitas orta eſt, ut Sol, Luna, Sidera, *Deus* denique *Sanctus*, & *Legiſlator* hominum viſibilis, apparerent. Et ideo *Sanctos* ab ætate II. numerare incipiunt.

Lhamæ *Doteita* Pagani, & Manichæi.

Deum, *Sanctum*, *Legiſlatorem* cur nullum plane in I. Mundi *viſibilis* ætate Lhamæ Tibetani commemorent?

LXXXV. Jam vero Deus, quem hîc orant Tibetani tanquam auctorem *diſtributionis* in Religione, *unus* eſt: ex hoc *uno* diſtributore *duo* ſtatim manant, *vas pretioſum*: & *Mare*: *Quatuor* deinde commemorantur *partes* radicis creationis originalis: Tandem *octo* habentur *dilecti filii*. Tota hæc ſeries, ac diſtributio rerum communis eſt non *Indis* tantum *Bramhanibus*, ſed etiam *Confucio*, ceteriſque Philoſophis Sinenſibus *Confucii* gregalibus. Accipe *diſtributionem Sinicam*, quam *Bonjurius in Mſ. diſquiſitionibus*, de Sinenſium Ritibus, *quæſito* II. depromſit ex *Tract. Anton. a S. Maria Sobre alcunos punctos tocantes a eſta Miſſion de la gran China* punto 4. n. 47.

In Prima *viſibilis* Mundi origine rerum diſtributionem Tibetica oratio exorditur ab *uno*: ab hoc veluti *duo* exorta promit: a *duobus* quatuor: a quatuor *octo*.

Eadem rerum diſtributio communis eſt *Indis*, & *Sinis*.

四 11.	兩 6.	太 1.	1. *Tai*.	6. *Leang*.	11. *Su*.
象 12.	儀 7.	極 2.	2. *Kie*.	7. *I*.	12. *Siang*.
生 13.	生 8.	生 3.	3. *Seng*.	8. *Seng*.	13. *Seng*.
八 14.	四 9.	兩 4.	4. *Leang*.	9. *Su*.	14. *Pa*.
卦 15.	象 10.	儀 5.	5. *I*.	10. *Siang*.	15. *Kun*.

Sinorum diſtributio.

Ex primo principio *Tai Kie*, auctore *Confucio*, virtutes *duæ*: inde imagines *quatuor*: ex his *octo* figuræ pendulæ.

1. *Tai*. 2. *Kie*. 3. *produxit*. 4. *duas*. 5. *virtutes*: 6. *duæ*. 7. *virtutes*. 8. *produxerunt*. 9. *quatuor*. 10. *imagines* 11. *quatuor*. 12. *imagines*. 13. *produxerunt*. 14. *octo*. 15. *figuras pendulas*. Textus eſt genuinus *Confucii in eo libro* quem dubitante nemine *Ye Kim mutationum* inſcripſit.

Tai Kie, teſte Alexand. de Rhodes, *virtus materialis*, & *corporea Cæli*.

Quid vero nomine *Tai Kie* Confucius intelligat, exponit Alexander de Rhodes in Libro Romæ edito *Relazione del Tunchino*: *Dove* (Confucius) *ſi pone ad inveſtigare la priminiera cagione delle coſe tanto ciecamente delira, che la ſi finge corporea priva d'animo, e d'intelletto, nè di alcun honor venerabile. Il Cielo, che trahe origine da eſſa cagione, merita per ſuo credere culto divino, ma dal Rè, non da altri; come ſe il Rè, e non altri aveſſero da rimirarlo, e il ſolo volto del Rè ergeſſe alle ſtelle.*

Tai Kie ab uno Sinorum Rege adoratur.

Idem eſt Tunquinenſium delirium, teſte eodem P. Alexandro de Rhodes in *Catechiſmo Latino-Tunquinenſi*: *Fingunt*, inquit, *quandam ſubſtantiam corporalem minime intelligentem, & vita carentem, quam* THAI CUC *vocant, a qua duas alias ſubſtantias proceſſiſſe dicunt, quas* AM, DUAM *vocant intelligentes ſub his nominibus cælum, & terram*.

Tai Kie idem ac *Thai cuc* Tunquinenſium.

Ex *Thai cuc* ſubſtantiæ *duæ*: *Am*, *Duam* Cælum, & Terra.

Quæ duo *Am* & *duam*, eodem obſervante Bonjurio, ſunt *yn* & *yam* Sinenſium.

Yn & *Yam* Sinorum idem ac *Am* & *Duam* Tunkinenſium.

Ejuſdem impietatis a *P. Martinio in Append. ad Atlantem* Sinicum, a *P. Baldhaſare Gago*, a *Joanne de Luzena* arguuntur Japonenſes, qui ipſomet Martinio auctore *Religionem a Sinis, & litteras acceperunt ſexcentis circiter poſt Deum natum annis*. Diximus nos equidem pag. 142. *Japonenſes ſupremum Creatorem* agnoſcere ſequuti Scriptorem diſſertationis de Sacr. Japon. Rit. apud Barnier. & Maſcr.; ductique *emblemate* creationis ad exemplar Indici *Viſcnu* expreſſo. Sed ejus naturæ *Creatorem* conſiderant, ut a materie ſejunctum minime velint.

Supremum Creatorem Japonii cũ *materia* confundunt.

Mundi origo apud Sinenſes *Tai Kie* materia prima, ſeu virtus materiæ primæ.

Eſt igitur *Tai Kie* Sinenſium *materia prima*, aut *materiæ primæ* vis, quæ Mundo originem præbuit. Iſtiuſmodi *Tai Kie* reperitur apud Ti-

Tibetanos ſtatim ab initio Orationis *Hommanipemeum*. མཐའ་ཡས། གདུལ་བྱ་རྐྱེད་སྟེ་བཞིའི་ *Taje Tul Cia Kie Te Sgibhi*: Quo certe *Cenreſi Deus* invocatur. Et rurſus poſt medium མཐའ་ཡས་ *Taje*. Singulare vero, & proprium nomen eſt duabus ſupremis Laharum regionibus deſcriptis p. 183. *Nam ca Taje chie ce*; & *Nam ſce Taje chie ce*. *Chiece* pariter tertiæ & quartæ ſedi omnium eminentiſſimæ tribuitur. Contemplatores, ut intelleximus, corporibus exuti in iis vivunt. Vide tamen ne omnem omnino iis corporis ſpeciem detrahas; ſunt enim Lahæ iſti virtutes *lucidiſſimæ*, non omnis, ſed craſſioris tantum, & caliginoſæ materiæ expertes. Bayerus T. II. *Muſei Sinici* principium explicans *Libri* inſcripti *Siao ul lun Puerorum inſtitutio, ſive Origines Sinicæ*; ad illa verba: *Tay Ku Hum lieu i tun chi fuen Xam Xi Ku çiven chi y*: Magna antiquitas aqua adveniens, aqua abundanter fluens, aqua pacifica, aqua compoſita ſubſedit, diviſitque ſuperiora ſecula, eoque produxit rationem formamque rerum: (*Tay*) inquit, *non fortiſſimum explicuero*; *nam nihil aliud quam magnum & excelſum, quare ſi cum* He *nigro illa littera componitur, character* Tay *fit, qui atrum & nebuloſum colorem in faſtigiis montium ſpectari indicat*. In eum ſenſum obſervat Menzelium ea verba expoſuiſſe: (*Tay*) *maxima, & remotiſſima* (*Ku*) *antiquitas, quæ fuit principium rerum*. Animadvertit deinde ex eodem Menzelio *Sinos* fuiſſe, qui *Tay Ku* verterunt in *Puen Ku primum Regem*. Improbat eorum ſententiam Menzelius, approbat Bayerus contendens non unum tantummodo nomen *Puen Ku* (primum Regem) cum *Tay Ku toto ſenſu congruere*, ſed & *Abdallam Beidavaeum* ante hos quadringentos & ſexaginta annos in Hiſtoria Sinica meminiſſe primi Regis بنكو *Bencu*, [aliâs *Niku*] pro *Puencu*; & hunc eſſe, quem Joannes Gonſaleſus Mendoza *Panzonem* vo-

Taje Kie, in exordio orationis Tibetanæ *Hommanipemeum*; Deus *Cenreſi*.

Taje Kie duæ ex quatuor ultimis *Laharum* Regionibus:

Taje Kie Lahæ non omnis materiæ expertes.

Tay Ku Sinorum *Magna antiquitas* Baycro: *maxima & remotiſſima antiquitas* Menzelio.

Tay Ku, & *Puen Ku* Sinorum quorundam ſententia idem ac *Primus Rex*. Recte id fieri negat *Menzelius*, *Bayerus* affirmat.

Bencu ſeu *Puencu*, aliter *Niku*, in Hiſt. Sin. Abdallæ, 1. *Rex*. *Rex Panzon* Bayero idem eſt ac *Puenku*.

Tay Ku vox affinis *Puenku*, cauſam præbuit, conjiciente Bayero, cur Sini rerum principium: *ſummam vetuſtatem* pro *prima antiquitate*, primoque Rege acceperint.

vocat, & *Panzonam conjugem*. Quamvis non diffiteatur hominum hallucinatione factum, ut *aliquem rerum Dominum* putarint, quod nonniſi *vaſta quadam erat æternitas ante rerum principia* exiſtens, dicta *percommode Tay Ku ſumma vetuſtas*, *ſive Puen Ku prima antiquitas*. At ego Sinos iſtos aliunde permotos exiſtimo, ut primum naturæ principium

Tajë Kie ut Tibetani cum Rege, Deo *Cenreſi*, ſic *Tay Ku* Sinenſes cum *primo Rege* confundunt.

cum Rege primo confunderent. Ut enim *Taje Kie* Tibetani, materiæ primæ vim, & *Cenreſi* Regem, ac Deum unam eandemque rem eſſe ſtatuunt, ſic etiam Sinenſes *Tay Ku primum* exortæ naturæ principium idem cum *Puen Ku primo Rege* impie ſtulteque fecerunt. De *Ku*, quod antiquitatem aut *æternitatem* interpretetur Bayerus, non diſputo; ſed

Tay Sinorum ex *Taje* Tibetico explicatur.

Tay pro *ſummo*, ac *vaſto* accipi haud facile patiar. Abſtruſis Sinorum characteribus lucem quam maximam affundunt

Ta-je explicato omnium litterarum ſono reddit voces *Matha Yeſa*, ſeu *Moth-Yſa*.

Math, aut *Moth* idem ac *Mot* Phœnicum.

Primum fluvidũ, unde *Mot* a Phœnicibus dictum?

Tibetani. *Taje* Tibetanorum eſt མཐའ་ཡས་, explicatis litteris: *Matha*, ſeu *Moth*, & *Yeſa*, aut *Yſa*. In hac vero voce deprehendere mihi videor *primum* illud *fluvidum*, quod Græci Ὕλω *Hylen*, Bramhanes म्हाततु *Mhatatu magnam materiem*, aut *Mathu* मततु *materiem*. Phœnices ⲙⲱ̀ⲧ *mot* appellarunt, forſan ab Ægyptiaco ⲙⲱⲟⲩ *aqua*, vel ⲙⲟⲩⲉ *ſplendor*, aut ⲙⲱⲓⲧ *via*, atque etiam ⲙⲟⲩⲧ *vena*; quæ omnia tandem a ⲙⲱⲟⲩ deduci rectiſſime poſſunt. Nam & ſimile quiddam de hujus vocis origine in

Je Tibetice, & *y* Sinice, quid?

mentem venit La-Crozio. ཡས་ *je* Tibetice, *y* Sinice idem ſignificare poteſt, quod *purum*, *mundum*, *vas fluvido plenum*, aut *ye primum*, etiamſi ſola ſpectetur etymologia, quam quis deducere velit ab Ægyptiis nominibus ⲓⲁ aut ⲓⲱ *lavare*, ⲟⲩⲥⲱ & ⲧⲥⲱ, *inſtrumentum liquida continens*: vel etiam ab *ye*, quod Ægyptiace pariter *primum*, aut

Tay Kie apud Sinos eſt etiam, fatente Bayero, *principium rerũ*.

unum deſignat, uti multo ante oſtendimus. Id autem eſt de quo non potuit non loqui Bayerus, quum tandem pag. 272. *Sunt*, inquit, *in Sinis alii, qui rerum principium ab*

hoc,

hoc, [nempe a vaſta illa æternitate,] *in libris ſuis diverſum conſtituunt Tay Kie*. Itaque *Nam ca Taje chie* Tibetanorum eſt *virtus magna*, aut *excelſa* ſive *primi fluvidi*; ſive *puræ aquæ*, aut etiam *vaſis* continentis *aquam* Cælorum. Sic etiam *rNam Sce Taje chie ce* erit virtus *magna atque excelſa puræ aquæ*, ſeu *primi fluvidi geniorum ſpiritualium*: Et ideo *Cenreſim*, in quo certe adumbratum novimus *Oſiridem*, *Taje chie* appellant; eademque *Xechia* virtus Cæli eſt, quam unus Rex Sinenſium adorat.

Nã ca Taje chiece Tibetanorum exponitur: *Vis magna primi fluvidi*, ſeu *aquæ puræ Cælorum*: uti & *rNam ſce Taje Taje chiece*, *vis magna primi fluvidi*, ſeu *aquæ puræ ſpirituum*.

Cenreſi Taje chie idem ac *Xechia* Sinorum.

LXXXVI. Habent & Indi formam quandam diſtributionis rerum ejus fere ſimilem, quam hactenus explicavimus. *Bramha* Deus Creator in *ſexus duos* dividitur; creat *quatuor* partes, ſeu latera Montis *Someru*, ac tandem *cacumina octo*, *otto punte, che da libri*, [ſcribunt acuratiſſimi Miſſionarii noſtri in Lib de IV. Mundi ætatibus Indorum,] *ſono chiamate figli del Monte; ciaſcuna ha di altezza* 1000000. *Giogene, ed altretanto di circonferenza. In queſto Monte, e nelle ſue punte vi ſono infinite ricchezze, e la dimora di molti Dei*. Quidni ſuſpicari liceat *quatuor* haſce & *octo* veluti *Someru* partes, *duodecim* eſſe *membra luminis*, de quibus ſcribere pergit Manichæus in Epiſt. Fundam: *In unoquoque autem membrorum ejus ſunt recondita millia innumerabilium, & immenſorum theſaurorum*? Sed in his diutius immorari neceſſe non habeo. Audi jam cetera, quæ ad ampliorem orationis *exegeſim* ſpectant.

Diſtributio Indica in prima rerũ creatione.

Unus Bramha in *ſexus duos* diviſus producit *quatuor* facies, ſeu latera *Someru*; poſtremo cacumina *octo*, quæ etiam *octo Filii* Montis vocantur.

In Monte *Someru* partibus IV. ejuſque apicibus VIII. immenſa divitiarũ copia, multorumque ineſt Deorum ſedes.

Luminis membra XII., & in unoquoque *membro* Theſauri innumerabiles, Manicheorum fictio.

LXXXVII. Deus, a quo facta dicitur diſtributio in Religione, alius non eſt quam *Cenreſi*, totius naturæ *materiale principium*, idemque ipſum, quod *Fatum* tam ſæpe in Mundi ſyſtemate Tibetani appellant. Quumque ejus naturæ Deus ſit, qualem cum in ſuperioribus crebro, tum pag. præſertim 176 & 177. deſcripſimus, nullus ego dubitavero quin referri debeat ad *Tai chie* Sinenſium, ad *Bramha* Indicum, & ad *eam materiem*, *quam Manichæus*, teſte

Deus diſtributor in religione Tibetanorum idem eſt ac *Cenreſi*, *materiale viſibilium* rerum *principium*, & *Fatũ*, ſeu natura.

Cenreſi Tibetanus: *Tai Kie* Sinicus: *Bramha* Indicus: *Hyle* Manichæorum, idem.

S. AU-

Hyle Manichæorum, formatrix corporum, *Deus alter*.

S. AUGUSTINO de Nat. Boni C. 18., *hylen appellat dementiſſima vanitate, neſciens quid loquatur, formatricem corporum: unde recte illi dictum eſt, quod* ALTERUM DEUM *inducat. Nemo enim creare, & formare corpora niſi Deus poteſt: neque enim creantur, niſi cum eis modus, & ſpecies, & ordo ſubſiſtit, quæ bona eſſe, nec eſſe poſſe niſi a Deo, puto quòd jam etiam ipſi confitentur*. Non ignoro quid inter cetera ad infirmandum tam ſolidum tamque invictum S. AUGUSTINI argumentum Lib. III C. 3. Beauſobrius garriat.

Fallaciter, & inique Beauſobrius Auguſtinū cum Auguſtino committit, quaſi parem potestatem in formādis corporibus Deò & Angelis S. Doctor tribuerit.

Il veut que Dieu ſeul ait le pouvoir de former des corps & des animaux. Cependant ce grand homme a cru, que les Anges, qui appariſſoient aux Patriarches, ſe formoient des corps humains, dont ils étoient l'ame pour quelque tems. Jure ne an injuria AUGUSTINI ſententiis Beauſobrius abutatur, parum refert: dummodo S. Doctoris famam maculis aſpergat, id unum ſtudet, in eo ſibi mirifice placet.

Deus ſummâ poteſtate, eaque una ac Principe uti Spirituum ſic & *Corporum* formator eſt: Angeli, ſi quædam corpora aliquando formarūt poteſtatem omnem, & imperium, ut id facerent, a Deo acceperunt. Ea eſt ſplendidiſſima S. Aug. fides atque ſententia.

Aliud eſt ex intimo ac ſummo cauſſarum cardine condere, atque adminiſtrare creaturam, quod qui facit, ſolus Creator eſt Deus: aliud autem pro diſtributis ab illo viribus, & facultatibus aliquam operationem forinſecus admovere, ut tunc vel tunc, ſic vel ſic exeat quod creatur. Iſtud non illud tribuit Angelis AUGUSTINUS L. III. de Trin. C. 9. Formarint itaque ſibi corpora Angeli, qui Patriarchis apparuerunt: Quid inde? *Sed nec Angeli boni hæc, niſi quantum Deus jubet . . . faciunt . . . . Sed non eſt Creator niſi qui principaliter iſta format. Nec quiſquam hoc poteſt, niſi Ille penes quem primitus ſunt omnium, quæ ſunt menſuræ, numeri, & pondera: & ipſe eſt unus Creator Deus, ex cujus ineffabili potentatu fit etiam, ut quod poſſent hi Angeli, ſi permitterentur, ideo non poſſint quia non permittuntur:*

Cur non Angelus, (etiamſi unius vel alterius preſcripti corporis formator dicatur,) ſed Deus unus *Creator* dici debeat, S. Auguſtinus egregie explicat.

ait eo in Libro AUGUSTINUS num. 13. & 18. At Hyle Manichæorum præterquamquod naturam, & *exiſtentiam* ſeſe ipſa habet æternam, *corpora principaliter format*, cunctiſ-

ctiſque *mali naturis* ſumma vi ac poteſtate ſua tribuit, ut eis modus, ſpecies, & ordo ſubſiſtat. Quid igitur nugatur Beauſobrius? aut quo demum jure AUGUSTINUM AUGUSTINO opponit? Verum ne a propoſito diſcedamus, ſic *diſtributionem* ab Cenreſi *in Religione factam* interpretabimur, ut eadem ipſa *Dei* ſubſtantia diviſa ac diſtributa intelligatur, quæ ita rerum omnium aſpectabilium naturam componat. Delirium eſt plane ſacrilegum cum eo copulandum, quo, teſte Chalcidio, nonnulli Pythagoræi putarunt *indeterminatam illam, & immenſam duitatem ab una ſingularitate fuiſſe inſtitutam, recedente* (Monade) *a natura ſua, & in dualitatis habitum migrante*. Indē vero prodiit immane illud Tibetanæ impietatis præceptum: *Cenreſim orato per animorum, corporumque omnium multiplicationem; & ecce ſtatim Deus præſens aderit vota exauditurus*.

Manichæouum *Hyle* ſuapte poteſtate, ſibi omnino propria, & coæterna, dat *ſubſiſtentiam, modū, & ſpeciem* cunctis omnino corporibus Mundi viſibilis ac materialis: & ideo, neceſſàrio *Deus* alter & fingi, & haberi debuit.

Diſtributio *Cenreſi* diviſio eſt ipſius divinæ ſubſtantiæ; ſeu *Monadis* Pythagoricæ recedentis a *ſingularitate in duitatem*.

Formula orandi *Cenreſim* una eſt: *per animorum, & corporum multiplicationem*.

LXXXVIII. A *littera* A *factum eſt vas pretioſum*: a *littera vero* CHUM *ex pura & puriſſima ſancta aqua Mare*. En Δύας *duitas* ex *Monade*. Sed magnopere dubito, ne ubi *factum* legitur, *ortum* verius legi debeat. Nam & vox *Chieva* སྐྱེ་བ་, quæ communis eſt Sinis & Tibetanis a Bayero *Commentar. Origin. Sinic.* vertitur *produxit*, a Menzelio exponitur: *germinavit, effloruit, prodiit*. Ecquid porro dices ſibi volunt *hæ duæ litteræ* A & CHUM? ſuntne *initium* & *finis* Alphabeti Tibetani? Idemne ſignificant, quod A & Ω in divina Apocalypſi S. JOHANNIS, *Deum* nempe verum ac ſummum rerum omnium *principium & finem*? Imitanturne mores *Baſilidianorum*, an vero magis *Kabaliſtarum*? Illi nanque S. Apocalyſtæ ἱερογράμματα ad Magicas ſuperſtitiones ſceleſtiſſime detorſerunt apud Chifletium *Abraxa* LXIX: Αγω σα, Σάω ά Α. Ω: Iſti præſertim in *Jezirah* cap. 3. ſect. 3. א *Aleph*: מ *Mem*: ש *Scin* rerum uni-

Vas pretioſum, & *Mare* ex duabus litteris *A*, & *Chum*.

Quid ſibi velint binæ litteræ *A*, & *Chum* diſquiritur.

A & *Chum*, verius *Hum initiũ* ſunt & *finis* non *Alphabeti*, ſed *Nga* Tibetanorũ, nempe *Magiæ*.

A, hoc eſt *Hom* Tibetanũ exponitur *vis ignea ſpirituum*.

Chum vis humidæ naturæ, & *chaos*.

universarum & *vitæ Matres* appellant. Ita quidem *Initium* ſunt & *finis*, non *Alphabeti*, ſed *Magicæ* orationis *Hommanipemehum*. Niſi enim litterarum ordinem immutaverint *Lhamæ* Tibetani recentes, ཨ A quæ ſonum reddere poteſt Latinæ noſtræ æqualem, in eorum Alphabeto ultima eſt, & penultima ཧ *Ha*, unde emerſit *Hum*, ſive *Chum* orationis hujus Liturgicæ. Ajunt itaque litteram ཨ A, hoc eſt ཨོཾ *Hom ornamentum* eſſe *capitis* སྔགས *Nga*, nempe *Magiæ*: ཧཱུྃ *Hum*, ſeu *Chum ornamentum finis*. *Hom* veluti *Ham* Ægypt. & ह्रौम *Hom* Ind. vim igneam ſpirituum: *Chum* affine πῶ חום *Chum nigrum*, unde *Chom* fieri potuit, ex ϫo Ægypt. *mundum*, aut *mundanum* ſignificante, vim humidæ naturæ, & *chaos* ipſum interpretor. Ex his prodierunt tum *Vas pretioſum*, quod eſt *Fundus aureus Maris*, & quicquid continebat, & ſuſtentabat aquas pag. 184., tum *Mare* ipſum primigenium immenſis divitiis, ut Indi quoque & Japonii putarunt, abundans. Quod ſi Manichæi, auctore Tyrbone, *Naves*, *vel translatorias cymbas eſſe dicunt duo iſta luminaria: Solem & Lunam*: ſi hujuſmodi *Naves*, teſte AUGUSTINO de Hæreſibus C. XLVI., *de ſubſtantia Dei pura perhibent eſſe fabricatas*: *ſi duo Cœli luminaria ita diſtinguunt, ut Lunam dicant factam ex aqua bona, Solem vero ex igne bono*, fieri non poteſt quin Mare quoddam ex aquis puris, in quo navigent cymbæ, aliquando agnoverint, illudque primum hæretici ipſi revelaverint Tibetanis. Nam & parem Ii cum Manichæis de *Solis*, & *Lunæ* natura, [quod jam vidimus pag. 188. & 189.] ſententiam gerunt.

Ex *Hom* vas pretioſum, hoc eſt *fundus aureus*, & primum illud aquarum receptaculum.

Ex *Hum* Mare ipſum *primigeniũ* Indis & Japoniis commune.

Si Manichæi Solem, & Lunam *Naves duas* dixerunt de ſubſtãtia Dei fabricatas, alteram ex *igne bono*, alteram ex *aqua bona*, Mare quoque navigantium ſiderum agnoverunt.

Tibetani idem quod Manichæi de *divina Solis*, & *Lunæ* ſubſtantia ſentiunt.

Ex vaſe pretioſo & Mari *quatuor* exortæ *partes radicis creationis originalis*, aut ſunt *latera*, aut *gradus* IV. *Righiel*.

LXXXIX. Partes quatuor *radicis* creationis originalis non alias intelligere poſſumus, quam aut *gradus*, aut *latera* quatuor Montis *Righiel* productos, uti pag. 185. narravimus, ex *Vaſe pretioſo*, ac *Mari*, quum atomi quadruplicis ſpe-

ſpeciei Fati ac Venti vi e ſinu aquarum proſilierunt. *Filii octo* qui ſint jam noſti ab Indis: *Octo* nempe *vertices* Montis Righiel, aut *octo figuras pendulas Pa Kua* Sinorum, quaſi genitos abs lateribus quatuor Righiel, Tibetani honorant. Eos laudant tanquam munitos *locis ſexdecim*. Hæc enim ſunt *loca ſexdecim* Laharum N. LXXV. deſcripta, quæ ſupereminent cacumini Montis Righiel. *Tres ſummos*, & *octoginta magnos Creatores*, ſi divinare liceat, commentitiam Trinitatem exponam, quæ ſumma ſit rerum viſibilium Creatrix, tum Lahas *octoginta*, quorum ſinguli ſpatium teneant *mille leucarum in Righiel:* Eſt enim totus Mons altitudinis ſupra aquas Maris leuc. 80000. *Majores* vero & *minores ſorores* quis novit? *Majores* equidem, aut duas fœminas *Lhamò* natas ex *Cenreſi*, alteram ex dexteri, alteram ex ſiniſtri ejus oculi lacrymis, illam *Trolmò* སྒྲོལ་མ་ iſtam *Tregnencen* ཁྲོ་གཉེར་ཅན་ nuncupatas, intelligunt Tibetani, aut eas forte mutuati ſunt ab Indis. Nam Indi *Sautri* सावित्री Magnam ſcilicet *Bavani*, Matrem, & *Sororem* faciunt Deorum trium *Bramha*, *Viſcnu*, & *Iſuren*. Quemadmodum autem unam *Sautri* in tres eorum Numinum uxores dividunt Bramhanes, ita etiam ex una quæ erat, tres efficiunt *ſorores*, eaſque majores appellant. Minores, (inter quas *Gaetri* गायत्री, Bramhæ & ipſa ſoror,) erunt filiæ, quod nefas eſt dictu, *Dei* æterni *Nirankar* निरंकार ſine concubitu a *Bavani* partæ. *Martyres* quoque Tibetani colunt *cum tribus cæleſtibus conſortibus:* Martyres haud dubie fœminas. Sed quas *Martyres*? Certe equidem aut in ambigua voce peccavit Mogulenſis Imperitus Interpres; aut in hunc ſenſum callide vertit *La-Crozius*, ut ita *veræ Religionis* cultum omnino ſanctum atque caſtiſſimum, quem

Filii octo dilecti *octo vertices* Righiel.

Loca XVI. quibus muniti dicuntur *octo* Filii, loca Laharum ſuperiora *Righiel*. *Tres ſummi* & *octoginta Magni Creatores* quinam eſſe poſſint?

Majores, & *minores* ſorores, quæ?

Martyres unde in orationem Tibetanam irrepſerint?

Martyres non habent, nec colunt Tibetani.

Catholica Eccleſia Chriſti Martyribus defert, oblique traduceret. Martyres neſciunt Lhamæ Tibetani, niſi Martyres ejus generis appellaveris, cujus eſt apud Indos ψευδομάρτυρ *Gaetri*, quæ falſum teſtimonium pro *Bramba* Fratre perjuro *Sautri* Genitrici ex condicto dedit. Fabellam prætereo, ne nugas nugis accumulare videar. Ad *Eum* venio, *qui Tonitru, qui longam vitam dat, qui omnia ad œconomiam neceſſaria implet*. Ecquis alius, quum hæc audimus, in mentem nobis veniet, niſi *Jupiter Gentilium* Poetarum, niſi *Indra* Indicus, niſi *Princeps tenebrarum*, quem Manichæi pluviarum, & tonitruum auctorem faciunt? Deus in hac ipſa oratione commemoratur *qui* Tibetanis *in longa itinera bonos viales dat, quique . . . in ſupremis locis degit ſuper theſauris Maris*. *Mercurium* hic video, quem cum Indi tum Tibetani religioſiſſime colunt. Habent enim ad certa viarum intervalla Ἑρμαίȣς λόφȣς *Mercuriales acervos*, in quos jaciunt viatores lapides, Deumque ſibi apprecantur fauſti itineris largitorem. Tum celeri lingua murmurant Tibetani ſolemne illud: *Hommanipemeum*. *Canon, Canwon, Daibuta*, & *Amida* Japonicus idem ipſe eſt Tibetanus Mercurius, qui *theſauros Maris* ſuo regit imperio. *Cuſtodes Angeli* ſæpe in hac oratione commemorantur. Cujus indolis atque naturæ *Lahæ* ii ſint ſatis, puto, in ſuperioribus demonſtratum eſt. De hac adeo turpi ac nefaria Angelorum ſive verius Deorum ſuperſtitione illud aptiſſime uſurpaveris, quod L. XX. contra Fauſtum cap. 10. de portentoſis hiſce Manichæorum figmentis S. AUGUSTINUS inquit: *Et quis numeret omnia Deorum veſtrorum officia fabuloſa, nulla veritate, ſeu auctoritate* [hæc attendat Beauſobrius] *manifeſta nullis ænigmatibus figurata*.

Deus tonitruum, longæ vitæ dator, & neceſſaria ad vitæ œconomiam ſuppeditans: quis?

Bonorum Vialium donator Deus, & *Maris theſaurorum* Dominus, quis?

Cuſtodes Angeli, Lahæ, ſeu Dii Tibetanorum.

CX. De Architecto *Radicis creationis originalis*, quæ *Radix radicum, ſumma radix, radix ſupra nubes, ſupremus Dominus* vocatur, diu mecum ipſe cogitans, alium ne-

Radicem creationis originalis, quo primum auctore acceptam retineant Tibetani.

neminem, quam *Manetem*, auctorem operis conjicere poſſi. Eadem profecto eſt ac Mons ipſe Tibetanorum *Righiel*, Indorum *Merupa:* Mons vero, aut certe Montis vis atque poteſtas Deus *Cenreſi*, vel Indicus *Viſthnu*. Nam & hoc nomen *Viſcnu* præter ea, quæ attulimus p. 129., ſignificare poteſt *ſupremam radicem* latentem in Ægyptiaca voce Ⲡϭⲏ-ⲑⲛⲟⲩⲛⲓ *Bhithnuni*, & *Bhithnu* per apocopen, *Caput radicis*. Si quis primum *Monti* huic *fingendo* cauſam præbuiſſe putarit *Meron* in geſtis *Bacchi* celebratiſſimum, quod doctis Viris placuiſſe intelligo, nil repugnavero. Sed uti *ſacer* Mons eſt tum in ſyſtemate Mundi, tum in Religione ſive Bramhanum, ſive Lhamarum Tibetanorum, *Manetis* magis quam cujuſvis *Ethnici*, antiquioriſque artificis inventum exiſtimaverim. Triplex *Operum* genus audio a Manete excogitatum. Primum quod eſt *Adam* a Gente materiæ *fictus, inſtrumentum cupiditatis ut eſſet animarum e Cœlo deſcendentium, & machina ad trudendum eas in corpora*. Intueberiſne tu in *machina* iſta Indicum *Androgynum*, de quo egimus pag. 100. & 101? Ita fiet, ſi rem cum re comparaveris. Alterum a S. EPIPHANIO, & a Tyrbone juxta emendationem Zaccagnii deſcribitur στύλος τῆς δόξης : ἀὴρ ὁ τέλειος : στῦλος φωτός: *columna gloriæ, aer perfectus, columna lucis*; eique etiam *cauſa ſalutis animarum* tribuitur. Tertium ſic habes eorundem Scriptorum verbis expreſſum: *Veniens Filius* (Patris Viventis) *transformavit ſe in ſpeciem hominis*. Quod quidem Indi ac Tibetani de *Budda* affirmant. *Veniens igitur opus quoddam ad animarum ſalutem molitus eſt, & machinam conſtruxit cados duodecim habentem, quæ a ſphæra converſa mortuorum animas ſurſum evehit*. *Rotam* appellat vetus Tyrbonis Interpres *habentem duodecim urceos*. Beauſobrius Tom. II p. 503. *Circulum Zodiaci* Rotam interpretatur: Cados vero, ſeu Urceos Rotæ inhærentes *duodecim*

Suprema Radix Mons ipſe *Righiel* apud Tibetanos, & *Merupa* apud Indos. *Mons* aut Montis *Righiel* vis idem eſt ac Deus *Cenreſi*.

Inventor & Artifex Montis Righiel, *Manes*.

Opera tria a Manete excogitata.

I. *Adam* a Gente tenebrarum constructus.

II. *Columna gloriæ, aer perfectus, & Columna lucis* ad animarum ſalutem.

III. *Machina*, ſeu *Rota* habens *urceos*, vel *cados* XII. ad hauriendas animas. Hác Beauſobrius *Zodiacum*, ejuſque ſigna XII. interpretatur.

cim ſigna Zodiaci. Sphæram demum *ſupremam* eam eſſe putat, qua circumvolvitur Rota. Quanquam captu arduum videatur, Manetem Ævi ſui, ut Beauſobrius ſæpe innuit, Aſtronomorum miraculum tam alienis, & fabuloſis ænigmatibus obſcurare voluiſſe Cæleſtium ſignorum proprietates Philoſophis omnibus per ea tempora plane compertas, & explicatas, niſi aliud quid ignotum prorſus ac tenebroſum eo prætextu obtendere vellet; concedatur tamen ſtudioſo Manichæorum Interpreti totum iſtud, quod mox edidit, commentarium in *urceos*, in *cados*, in *Rotam* Manetis.

Beauſobrii interpretatio permittitur.

Sed fingamus tantiſper hæreſiarcham ſic *Signa Zodiaci* diſpoſuiſſe quemadmodum aut Indi, aut Tibetani diſponunt. Quum Sol in Indorum ſyſtemate, motu *horizontali* circum *Someru ovatæ figuræ* Montem, ut Rota ſolet ſupra verticem, quandam veluti *Ellipſim* deſcribens evehatur: In ſyſtemate vero Tibetanorum rectas lineas circum quadratum *Righiel* deſcribat; ſigna quoque Zodiaci erunt in eodem plano *Horizontali* ſupra verticem poſita. Ab his concipiantur in gyrum ad libellam demiſſæ *aeris columnæ innumerabiles*, quæ infra aquas *Maris primigenii* deſcendant ad profunditatem juxta Indos [illegible] *Koti Giogenarum*. कोटीजोजन. 2000000: juxta Tibetanos *leucarum* 80000, habebis ſtatim in Indico ſyſtemate *ovatam*, ſeu magis *ellipticam* figuram *Someru*: *quadratam* & *Righiel* in Tibetano.

Hypotheſis conceſſa quidem *Beauſobrio*, ſed accomodata ſyſtemati tum Indorum tum Tibetanorum de Motu Solis *horizontali*, deque *Zodiaci ſignis* in eodem plano *horizontali* diſpoſitis; (ſi ducantur a *peripharia* Orbis ſignorum ejuſdem Xodiaci columnę aeris perpendiculares ad fundum uſque *Maris primigenii*;) dabit in utroque ſyſtemate Montem *Someru*, ſeu *Merupa* ab Indis, & *Righiel* a Tibetanis ita vocatum.

Serpens *Seſnag*, qui Montem ambiens a Diis Deitiſquê convolvitur, quemadmodum fieri diximus p. 141., *Orbem*, ſeu *Sphæram converſam* demonſtrat. Eſt enim *Serpens* Horapolline teſte, annui cycli ſymbolum, eoque Ægyptios Mundum Univerſum veluti cinctum fingebant, ut Kircherus etiam oſtendit in *Lex. Copt. Supplemento* Cap. 3.

Serpens *Seſnag* circumplicatus Monti *Merupa* exhibet Orbem, ſeu *ſphæram converſam* Manichæorum.

Addit Beauſobrius XII. *Gubernatores*, qui a Manichæis apud S. EPIPHANIUM οἱ δώδεκα κυβερνῆται vocabantur, *Æonas* eſſe XII. *qu' ils croyent*

Gubernatores XII. ſignorum Zodiaci, Dii ſunt XII. in Montibus Righiel & *Merupa*.

yvient préſider ſur les duze Signes du Zodiaque, & diſpenſer les divers Evénemens du notre Monde : ſed eoſdem ſpectare cogitur in Diis XII. *Someru*, ſeu *Merupa* Indici. Sic ſane ſive in *Someru*, ſive in *Righiel* formam deprehendimus *Machinæ*, quam *Manichæus ad ſalutem animarum* conſtructam prædicabat. Hauriebat Illa *animas*, haurit & *Someru* a *bonis maliſque* poteſtatibus circumrotatus tot illa pretioſa genera rerum, quarum Indicem p. mox cit. dedimus. Ut enim Manichæi ita & Indi ac Tibetani Mundum *viſibilem* modo a *natura*, modo a bono, modo a malo dæmone, modo ab utroque ſimul fabricatum, adminiſtratumque ferunt. Quod ſi Beauſobrius aliquanto ſedatius obſervaſſet, agnita fraude, ac dementia Manichæorum, qui ſe dum ab uno expedire vellent in alios longe tetriores laqueos confuſi ac pudefacti irruebant, cauſam facillime attigiſſet, cur variantibus dicta & opinionem hæreticis, varia quoque de eorum Mundi opifice Eccleſiæ Patres referre cogerentur: nec Sanctorum Hominum infidelitati tribuiſſet, quod erat neceſſarium hæreſis vitium & inconſtantia. Ceterum uti *Machina* Manetis via erat & inſtrumentum ad *animas* purgandas, ſic eſt *Righiel* Tibetanorum. *Lahæ* etenim, qui ſedent in *primo gradu* Montis, vigilant attentiſſime, ne aqua *Maris* [hoc eſt *materiæ*] attollatur, Regioneſque ſuperiores invadat. *Vaſa*, quæ in manibus tenent, nullus dubitabit, opinor, quin XII. *Urceorum* ſpeciem referre poſſint. Nam & *Lahæ* terni per ſingula latera numerantur XII. Utraque deinde *Machina animas*, ſeu *Lahas ſurſum evehit*. Quo fit ut Tibetani in faſtigio *Righiel* ſedem Paradiſiacam collocatam velint. Ibi Deus & Caput Laharum eſt *Cenreſi* aliter dictus *Chiacin* བཅུ་དེུན, qui eandem *purgandi* vim obtinet, quam *Soli* Manichæi adſcribunt. Is enim uterum Matris *Xacæ*, ejuſque conceptum fœtum miræ lucis radiis ab

Ut *Machina* Manichæorum, ſic & Mons Righiel, aut Merupa *cauſa ſalutis animarum*.

In opifice Mundi *viſibilis* commemorando quam variæ ſimul ſint inconſtantes, & involutæ Manichæorum, Tibetanorum, & Indorum omnium voces.

Variantes de Mundi *viſibilis* opifice Manichæorum opiniones SS. Eccleſiæ PP. *fideliſſime* retulerunt.

Organum, quo *purgantur animæ* juxta Manicheos, idem eſt ac Mons *Righiel* Tibetanorum.

Urcei, ſeu *Cadi* XII. in Machina Manetis ſunt *Vaſa* XII. Laharum in primo gradu Montis *Righiel*.

Paradiſus Mundi *viſibilis* Tibetanorum in vertice *Righiel*.

Chiacin ſive *Cenreſi* Laharum caput in ſummitate Righiel *purgat animas* eadem plane ratione, qua *Sol* juxta fabulas Manichæorum.

ab omni labe purum & immaculatum reddidit, uti pag. 32. narravimus. Laharum denique *adſcenſus*, quô ad ſuperiora loca conſcendunt, ita eſt ad *chryſtallinam*, atque *divinam Orientis plagam*, ut eſt juxta Manichæos εἰς ἀπηλιώτην *ad ſubſolanam partem mundarum animarum* transfretatio, quum τοῖς Αἰῶσι τοῦ Πατρὸς *Æonibus Patris traduntur*, & in *Columna lucis, quod vocatur Aer perfectus*, collocantur. Ex hoc vero Monte quicquid igneum, quicquid vitale, & ſalubre eſt in rerum aſpectabilium natura Indi ac Tibetani unanimi plane ſententia derivarunt. Idemque de Arboris trunco Japonenſes ſenſiſſe puto, ut non jam *materiem primigeniam*, ſed illius *vim plaſticam*, *conſervatricem*, *altricem* ac *ſalutarem* univerſæ naturæ ex eo manaſſe credant. Sic intelligi volumus, quæ ex Auctore Diſs. *de Sacr. Japonenſ. Rit.* indicavimus p. 142. Hunc ipſum Montem Tibetani non ſine myſterio, contra quam hodie arbitrantur Indi, *quadratum* volunt. Forte ſacram Τετρακτὺν *Tetracten* Pythagoricam, tanquam animæ fontem, perennis naturæ principium, univerſorum *radicem*, *Creatorem* denique ipſum, ſicuti p. 118. explicuimus, *Lhamæ* in eo quadrato reſpiciunt. Et ideo *Prima ſalus in veris fidelibus a latitudine, & a ſumma radice Domino* in hac oratione repetitur. Hæc ſerio meditetur Beauſobrius, ut videat in Manichæiſmi veſtigiis apud Indos ac Tibetanos relictis an Manetis dogmata in orco citius quam in cælo inter *Orientalis Aſtronomiæ involucra* conquiri debeant. Videat præterea Beauſobrius quo jure auſus ſit falſitatis arguere ſive Tyrbonis, ſive Hegemonii narrationem, ubi *Machinæ opifex* a Manete dicitur Dei Patris Filius in ſimulata hominis carne viſus. Ab exordio Mundi, inquit Tom. II. pag. 301., constructa eſt, quum animæ ſurſum evehi & purgari cœperunt; eaque eſt aperta Manetis opinio. At quiſquis ille ſit ſive Tyrbo ſive Hegemonius, qui hæreſiarchæ dogmata eo loci deſcribit, iſtiuſmodi *Machinæ* ſtru-

Mundarum animarum adſcēſus, & transfretatio ad beatiora loca eſt ad Orientis plagam in utroque tum Tibetanorum, tum Manichæorum ſyſtemate.

Vitæ fons Righiel & Someru. Ex Arboris creationis trunco nō materiem ipſam primigeniam, ſed vim materiæ *plaſticam*, ac *vitalem* Japonenſes deducere putantur.

In *quadrata* figura *Righiel* latet forte arcanum quaternarii Pythagorici.

Beauſobrius mēdacii arguit vel *Tyrbonem*, vel *Hegemoniū*, quòd machinæ opificiū tribuerint ex ſententia Manetis, *Filio Dei*.

ſtructuram in ſequiora tempora poſt apparitionem ejuſdem Dei Filii rejicit. Quis vero credat Manetem Philoſophum tam immane commentum gignere aliquando potuiſſe? *Un Philoſophe a-t-il pu dire une ſemblale extravagance*? Similia ni etiam abſurdiora commenta de *Bramha*, de *Viſcnu*, de *Iſuren*, de *Budda*, & *Chriſnu* apud Indos hodieque occurrunt. At cominus cum Beauſobrio congredi præſtat. Ecquid, hominem rogo, quid eſt *Jeſus patibilis* Fauſti? Quid *Chriſtus* Manichæorum apud S. AUGUSTINUM *Crucifixus in toto Mundo*? *Anima*, reſpondet pag. 556.: *Le Jeſus paſſible n'eſt autre choſe que l'Ame*. Anima, fuitne tantum poſt tempora *Jeſu Crucifixi*, an ab exordio Mundi? Ab exordio Mundi. Et tamen Manes animam in Jeſu *patibili*, adeoque poſt apparitionem Filii Dei in Carne *phantaſtica*, imo & poſt ipſius crucifixionem, collocat, eandemque ipſam *ſalutem* & *vitam hominum* dicit. Hîc ego de eo non agam, quod ad fabulam interpretandam ex promtuariis *metempſychoſiſtarum* efferri poſſet; ſed id unum a Beauſobrio quæram, cur quem huic Manetis dogmati prætextum adhibuit, priori illi plane ſimillimo adhibere recuſet, & magis quam inſanienti hæretico, fidiſſimis narratoribus Tyrboni, Hegemonio, & S. ipſi EPIPHANIO tantam erroris abſurditatem vitio vertere velit? Nam de implexis, ſecumque pugnantibus *Jeſu patibilis* ænigmatibus diſſerens bonus Manichæorum Interpres: *Je prie le Lecteur de ſe ſouvenir de ce que j'ai dit dans le* diſcours Préliminaire, *c'eſt qu'il ne pas poſſible d'expliquer tous les Myſteres d'une Theologie très-obſcure .... Pour moi je ſuppoſe que nos Hérétiques s'entendoient mieux que nous ne les entendons, & qu'ils ſauvoient concilier ce qui nous paroît contraire*. Non me fugit Mundi creationem fuiſſe a Manichæis perſæpe tributam *Spiritui viventi*; ſed illud etiam ignorare non debuit Beauſobrius *animarum ſalutis cauſam*

Manes egregius *Philoſophus*, judice Beauſobrio, dicere non potuit, *Filium Dei* poſt ſui apparitionem *Machinã* conſtruxiſſe ad animarum ſalutem.

Beauſobrius refutatur. Beauſobrius *Jeſũ patibilem* Manetis interpretatur *animam*; & *animæ ſalutem*. Agnoſcit duo iſta Manetis dogmata ſecum invicem pugnare.

Manes, ex Beauſobrii principiis, tam ſecum neceſſario pugnat, quum dicit: *Dei Filium poſt ſui adventum machinam fabricaſſe ad ſalutem animæ*, quàm quũ dicit: *Jeſum patibilem, & Chriſtum Crucifixum eſſe animam, & ſalutem animæ poſt tempora crucifixionis*. Beauſobrius quã iniquus interpres: In altera ſententiarum pugna lepide excuſat Manetem, in altera, quæ & ejuſdem Manetis eſt, accuſat Tyrbonem, vel Hegemonium.

eos

Mundum a *Spiritu vivente* factũ interdum Manichæi dixerunt, ſed *animæ ſalutem a Filio Dei* agnoverunt.

eos perpetuo agnoviſſe in *Filio Dei*, & *quidem primogenito*; id enim ſignificat adjuncta vox ἠγαπημένος in textu Tyrbonis, idem omnino denotans, quod ἀγάπητος a veteribus pro *Filio primogenito* uſurpatus. Hac ſcilicet via callidiſſimi impoſtores Chriſtianæ Religionis dogmata facilius corrumpere, eorumque ſpecie impietatis ſuæ monſtra veluti tegere, & incruſtare potuerunt.

Mores Religionis Tibetanorum cum Manichæorũ moribus conferuntur.

CXI. Abſolvimus Tibetanæ orationis *Exegeſin*: in eaque, niſi ſupramodum fallimur, non tam veſtigia, quam cubilia ipſa Manichaicarum fabularum perſpeximus. Mores *Lhamæ* retinent quam ſimillimos Manichæorum. S. AUGUSTINUS Lib. de Hæreſ. Cap. XLVI. de Hierarchicis eorum ordinibus ſcribens ita loquitur: *Hi ex Electis ſuis habent duodecim, quos appellant Magiſtros, & tertiumdecimum Principem ipſorum, Epiſcopos autem ſeptuaginta duos, qui ordinantur a Magiſtris, & Presbyteros qui ordinantur ab Epiſcopis. Habent etiam Epiſcopi Diaconos. Ceteri tantummodo Electi vocantur.* Manes hujuſmodi Hierarchiam inſtituit, quum ad Chriſti Jeſu exemplum, teſte Euſ. Cæſar. L. VII. H. Eccl. 31. οἷα Χριστὸς μαθητὰς δώδεκα, XII ſelegit diſcipulos, quorum Princeps Ipſe & Magiſter erat. Tyrbo *ſeptem* commemorat *Electos*, quibus *ignota nomina plurima* ſacro quodam ritu invocanda Manes ſecreto communicavit. Hæc eadem Hierarchiæ dignitatis, & adminiſtrationis Capita cernimus in Religione Tibetanorum primitus adumbrata. Ro-

Ordo Hierarchicus Manichæorum.

Magiſtri XII. *Tertiuſdecimus* Magiſtrorũ Princeps: *Epiſcepi, Presbyteri, Diaconi*, ceteri omnes *Electi*.

Manes Magiſtrorum Princeps ad exemplum Chriſti XII. elegit diſcipulos.

Septem inſignes *Electi* Manetis.

Diabolicæ Religionis *Xacæ* in Tibetum inductæ Inſtauratores.

gatus a Rege *Triſrogng Tehu tezeden* ཁྲི་སྲོང་ལྡེའུ་བཙན་ Tibetum ex *Indoſtan* adiit Indicus *Lhama*, ac *Pendità* पंडित *Legis Doctor*, *Pothiſathò* བོ་དེ་སཏ་ཏོ་: ſecumque ductis ex Urbe *Nèpal* XII. *Religioſis Viris*, qui *Xacæ* diſciplinam

Potiſatho Indicus *Pendità* Doctorum Princeceps.

Religioſi *Doctores* Indici XII. Religioſi Tibetani *Electi* VII.

exacte perfecteque tenerent, in *Samiè* བསམ་ཡས་, quæ Urbs eſt inter ortum & meridiem *Lhaſſæ* trium dierum iter ab

ea

ea diſtans, primum & inſigne ſanctorum, verius dixerim Magorum *Xacaitarum* Cœnobium erigi curavit, additis *ſeptem* Tibetanis diſcipulis, qui ſeptem *Electorum* locum numerumque implerent. Eadem diſciplina per hæc tempora viget; quum inter Lhamas alii ſint *Principes* ſeu Pontifices Max. *Lamha Rinbocè* བླ་མ་རིན་པོ་ཆེ་ appellati; alii *Lhama Renati* བྱང་ཆུབ་བླ་མ་ *Ciangciub Lhama*; alii *Electi* དཔོན་པོའི་བླ་མ་ *Kombei Lhama*. Omnium Caput & Princeps Is eſt, qui ſedet in Æde ſacra *Potalà* པོ་ཏ་ལ་: Urbis Lhaſſæ totius Tibeti Metropolis. Huic ſuccedit *Sgigatzhenſis* གཞི་ཀ་ཚེད་, vulgò etiam dictus *Magnus Lhama Traſcilhunbò* བཀྲ་ཤིས་ལྷུན་པོ་ e Cœnobio, ubi ſedem tenet in Regno *Tzhang* ཙངས་. Singulare Iſtius nomen eſt *Pancin Rinbocè* པཎ་ཆེན་རིན་པོ་ཆེ་ *Miſſus*, ſeu *Apoſtolus Maximus*; quo etiam titulo inſigniri voluit Manes in exordio *Epiſtolæ Fundamenti* ea præmiſſa ſalutationis formula: *Manichæus Apoſtolus Jeſu Chriſti &c.* Habent etiam Miniſtros diſciplinæ Cuſtodes, & Cœnobiorum Vicarios, quos vocant *Kekò* དགེ་བསྐོས་ *virtutis*, ſeu *ob virtutem Electos*. At *Pothiſatò* idem eſt ac *Pouti Sat, ou Seigneur Pouti*, cujus meminit La-Crozius pag. 500. H Chr. Ind.; *Budda* ſcilicet, *Sommona Codom* Siamenſium, Peguenſium, & Laoſiorum; ipſe denique *Xaca* junior novis fabularum laciniis involutus. Reliquos Hierarchicos Ordines ex veſtimentorum ſacrorum inſignibus pag. 212. commonſtratis facile deprehendes. Nec enim ibi *Pluviale*, quod dicimus, Epiſcoporum *Pallium*, nec *Infulæ*, nec *Dalmaticæ*, nec *Stolæ*, nec ſacra quævis Sacerdotalis pompa deſideratur. In

Primum *Xacaitarum* Cœnobiū in *Samiè* erectū.

Lhama Rimbocè iidem ac Maximi ſacrorum Principes, Summique Pontifices.

Lhama Renati Ciangciub.

Lhama Electi Combei.

Lhama Maximus Lhaſſæ omnium primus.

Lhama Sgigatzhenſis: poſt Lhaſſenſem ſecundus: *Pancin Rinbocè Apoſtolus Maximus* nuncupatus.

Manichæus Apoſtolus J. Chr. titulus eſt, quem ſibi arrogavit Manes.

Electi Kekò, quinam?

Pothiſato Magiſtrorum Princeps *Dominus Budda*, & idem cum *Sommona Codom* ex La-Crozio:

Hierarchici Ordines Tibetanorum ex varia ſacrorum indumétorũ forma conſpicui.

Urchien natus ex *Loto*, *Potiſatho* Synchronus, idem ac *Cenreſi*, & *Mhadeus* Indorum.

eandem ætatem conferunt iter Magi *Urchien* in Tibetum, qui certe diverſus non eſt a *Cenreſi*. Nam Urchien Indis eſt Mhadeus, & Iſuren, *Pemagiumne* པདྨ་འབྱུང་གནས་ཞེས་ dictus, quôd ipſe perinde ac *Cenreſi* originem duceret a flore *Pemà*. Parem idcirco poteſtatem in maleficos dæmones, eandemque vim magicam tribuunt utrique Numini *Urchien* & *Cenreſi*. Qua quidem in arte quam excellens fuerit Manes, teſtis eſt S. EPIPHANIUS, S. LEO MAGNUS, & Leges ipſæ Romanorum Imperatorum in eos latæ. Tetricos Nebulones vindicare nititur Beauſobrius Tom. II. L. IX. C. 13. eo inprimis obtentu, quôd *On n'y croit guères aujourd'hui, & l'on eſt fort diſposè à en dècharger les grands Hommes qui en ont été accuſez*. Puerile prorſus & ludicrum defenſionis genus! quod eſt riſu magis quam ſeria quavis animadverſione dignum. Nam Viventia, quæ adhuc in Tibeto ſunt, Manichæorum ſimulacra, Beauſobrii nugas irrident. Magiæ Doctores *Nga Rambà* སྔགས་རམས་པ་ dicti, diabolicæ hujus ſapientiæ myſteriis initiantur, Magica Laurea ſolemniter ornantur in duobus *Lhaſsa* Cœnobiis *Ramocè Chiutopà* ར་མོ་ཆེའི་རྒྱུད་སྟོད་པ་, & *Morù Chiupà* མོ་རུ་རྒྱུ་པ་ nuncupatis. Incantationes, Veneficia & *Necromantiam* exercent, omniaque norunt Inferorum arcana, de quibus agit Sacer illorum Codex *Changiur* བཀའ་འགྱུར་ in ea parte, quæ inſcribitur *Chiutè* རྒྱུད་སྡེ་. Eminent inter Magos *Ciokhiongii* ཆོས་སྐྱོང་ Viri ſunt Religioſi, quibus ex Inſtituto *Urchien* uxores ducere liceat. Alii in Cœnobiis, alii in privatis Ædibus vivunt. Suum habent *Ciokhiongium* Aſceteria majora: ſuum & Civitates. Oracula ſunt tum pu-

Urchien in Tibeto *Magiæ* Auctor.

Manichæus in arte *Magica* excellentiſſimus.

Manichæum a *Magiæ* crimine quam temere, ac pueriliter purgare ſtudeat *Beauſobrius*.

Ngarambà Tibetani *Magiæ* Doctores.

Cœnobia duo in urbe *Lhaſſa* publice *Magorum* Accademiæ. Ibi *Ngarambà* Magiæ laureæ exornantur.

Magicæ Inſtitutiones in *Chiutè*, quæ pars eſt ſacri eorum libri *Changhiur*.

Ciokhiongii Magi Tibetanorum teterrimi.

blicaitum domeſtica, quæ Populi, quæ Cives, quæ ſacri ac profani Magiſtratus adeant reſponſa capturi. Magna eſt hominum frequentia qui hujus tam execrabilis miniſterii gradum petunt; ſed ille unus ſeligitur, qui in ſpectaculo pluribus editis inſolentium præſtigiarum experimentis æmulos vicet. De Ciokhiongiorum veſtibus longum eſſet ſingillatim diſſerere. Finge tibi alatum paludatumque Dæmonem, Is eſt ornati Ciokhiongii aſpectus. Veſti ſive Laicæ, ſive Religioſæ inducit tunicam coriaceam vel viridis, vel cærulei coloris, vario opere inauratam. At indumentum exterius Chlamys eſt ampliſſima infra ſuras defluens ſericis teſſellis omnigeni coloris ſuta. Alas componunt vela quatuor polymita, quorum duo a ſummis, duo ab imis humeris diffuſa panduntur. Fluitant circum oras faſciculi pennarum, quas ex Aquilæ pectore avulſerint: quanquam pennis aliis ubique vela ipſa conſperſa appareant. Capitis tegumentum aculeatum quinque *mortuorum hominum calvariis* compoſitum eſt. Calvariam ſupremam cingit in corollæ morem urſinum corium hirſutum aureis funiculis ad ornatum ſimul, & firmitatem eleganter revinctum cum inſertis pennis e Galli cauda acceptis. Reliquas ornant Inſtrumenta Magica dicta *Torcèh* ཏོ་ཆེ་ exiguæ magnitudinis iiſdem aureis funiculis communi munita. Vertici inhæret *umbellula* in cujus ſummitate conſpicitur orbiculus aureus. Ibi fixi conſiſtunt Aquilinarum plumarum faſciculi; indeque quaſi alæ quatuor minores tum ad poſtica, tum ad latera capitis pendent fluitantia rurſus velamina, duo rubri, duo viridis, cæruleique coloris. De collo ſuſpenſa gerit ante pectus alia quædam infandæ artis inſignia: Auream laminam veluti ſpeculum, quo ſunt inſculpti characteres Magici: ſubtus laminam tæniolas quinque cærulei, viridis, albi, rubri, & flavi coloris: tandem velum album *Kadac* genu

Ciokhiongiorum Indumenta Magica.

 tenus

tenus protenſum: omniaque conſerta ſunt & conjuncta ope funiculorum triplicis coloris: flavi, rubri, & cærulei. Sic ornatus *Ciokhiong*: & dextera geſtans magnum *Torcèh*, extremis digitis pedum ſemper innixus quaſi per aera volitans venit in publicum. Saltitat, torquetur in partes omnes, fremit, furit, ſtridet, ululat, & ſequentem obviamque populorum catervam circumſpectans, truci ac horribili vultu cædem minatur ac fatum. Sæpe etiam de ciſtellis, quas bini comites ferunt lanceolis gladioliſque onuſtas, ſumit, & vibrat in turbas. Qui vulnus accepit tremens ac venerabundus accedit ad furibundum Magum; ſeſeque proſternens caput objicit Illius pedibus conculcandum. Hæc edit portenta *Ciokhiong* in *Korim*, dum circumambulat perluſtrando numeratis vicibus Templum, in *Monlàm*, in magnis ſolemnitatibus, & in ſingulis *quadrantibus* Lunæ, & quandocunque demum diabolico illius furori, & immanitati placeat. Antequam reſponſa det, niſi indutus ſit Magica Chlamyde, ac Dæmonem inprimis præſentem habeat, ad domeſticam ædiculam feſtinat, invocat infandis precibus Tartarorum Numen, ſcribit verba, deinde reſpondet. Sed oracula tam ambigua & obſcura profert, ut una vel atri tenebrionis fraude, vel Satanæ ſuggeſtione ad ſimplex vulgus fallendum compoſita apertiſſime cognoſcantur. *But* appellatur in cit. Tom. *De Sac. Tartar. Rit.* ad Tabulam *Menippæ* verius *Cenreſi*. Sed *Ciokhiong*, ut hactenus tradidimus, *Legis Ultor* vulgare Illius nomen eſt. *Rab giambà* རབ་འབྱམས་པ་ quaſi *omniſcii* vocantur ceteri qui *Legis peritorum* inſignibus decorantur. Erant in univerſa Manichæorum multitudine præter *Electos catechumeni*, & *Auditores*; ſunt & in Tibeto laici *Auditores*: *Tirones* vero, quos inſtituendos, & initiandos in Cœnobiis recipiunt, locum tenent Catechumenorum. Hi duplici in claſſe cenſentur

Ciokhiongii maniæ furore perciti in ſolemnibus Templi, ac Civitatis perluſtrationibus gladiolos in hominū turbas jaculantur, & feriunt.

Rabgiambà Legiſperiti.

Inferiores Manichæorum claſſes: *Catechumeni*, & *Auditores*.

Apud Tibetanos *Catechumenorum* locum tenent *religioſæ vitæ Tirones*, *Laici Auditorum*.

Ke-

Kegnien དགེ་བསྙེན་ & *Ketzhul* དགེ་ཚུལ་ Kegnien pueri ſunt, qui vel ſponte, vel a Parentibus oblati nomen dant religioſæ vitæ. Expletis annis novem ætatis juxta *Xaca* inſtitutum, aut etiam ſeptem ex recenti diſciplina Lhamarum, nuncupant prima vota *ſimplicia*; quibus ſanĉte profitentur ſe eſſe V. Præcepta ſervaturos. I. eſt: ne occidas quodvis viventis animantis genus, ſive homo ſit, ſive brutum, ſive terreſtre, ſive aereum, aut aquatile. II Ne mentiaris. III. Ne rem habeas, aut ullam prorſus conſuetudinem cum muliere ducas. IV. Ne cereviſiam, aut aliud quodvis liquoris genus, quod ebrium reddat hominem, bibas. V. Ne furtum facias, aut fraudem committas pro re aliena adipiſcenda. Appellantur *Kegnien* quod ſe *ſocios* futuros ſpoponderint in *virtute*. *Kegnen* non in Cœnobiis tantum, ſed etiam in privatis domibus Laici cujuſcunque generis cōmmorantur, dummodo coram *Lhamis*, aut Aſceteriorum Præfeĉtis ad quinque mox laudata præcepta obſervanda fidem oppigneraverint ſuam. *Ketzhul* ſic diĉti quaſi ad *virtutem* diſpoſiti & *informati* ſeſe vinculis X. præceptorum poſt annum ætatis XIII obſtringunt. Præceptum III. eſt triplex illud Manichæorum ſigillum a S. AUGUSTINO commemoratum: *ſinus*, *oris*, & *manus*.

Kegnien & *Ketzhul* infimæ Religioſorum claſſes.

Kegnien nono, vel *ſeptimo* ætatis anno in prima eorum profeſſione *vota ſimplicia* ad precepta *quinque* obſervanda nuncupant.

Tabula præceptorum *quinque*.

Kegnien, cur ita diĉti?

Kegnien in privatis etiam Ædibus vivunt.

Ketzhul, unde ſic appellentur?

Ketzhul in Profeſſione ſecunda vovent *præcepta* X.

In Tab. præceptorum X. *ſigillū triplex* Manichæorum.

Nam perfeĉti Religioſi, *Kelong* དགེ་སློང་ nuncupati, quia jugi *virtutis* ſtudio rigidiſſimam profitentur mendicitatem tanquam Patres Maximi ac Venerabiles mitrati incedunt, ut a ceteris diſtinguantur. Iis nonniſi poſt annos ætatis viginti ſolemnem votorum *profeſſionem* emittere licet. Jugum nanque graviſſimum ſubeunt præceptorum CCLIII.; unde fit ut eorum plures, quamvis ad Lhamarum dignitatem pervenerint, ea tamen ſolemnia vota vel nunquam, vel in extremo tantum vitæ agone nuncupare ſoleant.

Kelong Patres *mitrati*.

Kelong tertiam, ac *ſolemnem profeſſionem* emittūt poſt an. ætatis XX. Vovent Hi præcepta 253.

Plures etiamſi *Lhama* ſint, vel nunquam, vel in extremis vitę momentis *profeſſionē tertiam* emittūt.

XCII. *Auditores ante Electos*, ut narrat S. AUGUSTINUS Ep. LXXIV. *genua figunt, ut eis manus ſuppliciter im-*

po-

Auditores Manichæorum quanto pietatis ardore, vel ab ipſis etiam *Electis* peterent, ut ſibi *manus imponere* dignarentur.

Eadem plane religio erga *Lhamas*, & *Kelong* hodieque in Tibeto viget.

Magni Lhamæ quo ritu tangant capita Laicorum.

Magnus Lhama non aliis quam *Lhamis Electis* manum imponit.

Supremus Lhama quo ritu *Lhamas Renatos*, & *Reges* excipiat.

Dantur verba ipſa P. Horatii Pinnabillenſis αὐτόπτου.

Tibetani *Lhamas* & *Kelong* tanquã Deos adorant.

Manuum impoſitionem Laici Tibetani nudato capite flexiſque genibus ubique petunt & implorant a *Lhamis*, & *Kelong*.

ponantur, non a ſolis Epiſcopis, vel Presbyteris, aut Diaconis eorum, ſed a quibuslibet Electis. Idem Laici Tibetani erga *Lhamas* omnes ceteroſque Electos religioſiſſime præſtant non in Urbe ſolum, ſed & in agris, ſi forte in itinere Eorum quempiam ſibi occurrentem viderint. Supremus vel alius quilibet Magnus Lhama Laicorum nemini manum imponit, ſed nuda ac proſtrata Accedentium capita poſt munerum oblationem in aditu ſacræ Aulæ *Gazophylaci* traditam, ſerico flocco e virgæ extremitate pendente leviſſime tangit. Lhamæ *Electi* ſoli ſunt, quibus manum Supremus Lhama imponit. Aliter ſe gerit cum *Lhamis Renatis* ac *Regibus*. Ad elatiores gradus, quibus ad Thronum ſedentis conſcenditur, Summus Lhama obviam adeunti procedit, ibique ſe mutuo frontis contactu ambo ſalutant. *La venerazione de' Popoli Tibetani è così grande, e così eccellente verſo i loro Lami, ſingolarmente li grandi Lami Eletti, e molto più rinati, e ſopra tutti verſo quelli, che ſono Profeſſi dell'Ordine, e grado di Kelong, benchè non ſieno che ſemplicemente* Trabà, *ma poi maggiormente ſe tali Profeſſi ſono* Lami, *che gl'adorano a guiſa di tanti Dei, e ſi credono felici quelli, che ne ricevono la loro benedizione, o toccati col fiocco d'incima alla verga ſe ſono ne' proprj Conventi li Lami Rinati, o grandi Lami Eletti, ed avere la mano ſopra il capo ſe ſono Lami di minor sfera, ſpecialmente d'un Profeſſo* Khelong *incontrandoſi in cammino, benchè ſi trovino a cavallo, come ordinariamente vanno li Lami Profeſſi, ed altri Religioſi. Imperciocchè incontrandoſi per ſtrada li Secolari con queſti tali ſi diſcoſtano dal cammino, e ſi proſtrano a terra, facendo al Lama Profeſſo Eletto, o Rinato per ordinario tre adorazioni, con capo diſcoperto, mani giunte, guardando alle mani la berretta, o altra come ſpecie di cappello, con cui cuoprono il naſo, e la bocca, perchè l'alito non incommodi quel Lama, quando ne ricevono la di lui*

lui mano ſopra il capo per eſſere benedetti; oppure fin che paſſa ſi reſtano con mani giunte ſopra la fronte e capo ſcoperto; e proſtrandoſi con faccia a terra e mani giunte, gittano la berretta a parte. Hæc αὐτόπτης P. Horatius Pinnabillenſis. Geſtant prætereà tanta cum religione, quanta vix percipi poſſit, ſerica quædam ſeu *vela*, ſeu *ſudariola*, illa *Kadak* དཀར་བཏག་, iſta *Mangtzel* མང་ཚེལ་ nuncupata, quæ ſibi a *Lhamis* aliiſve *Khelong* pro inſigni munere, humanæque vitæ præſidio ſummis precibus impertiri deſiderant. Sunt enim linteola *Magicis* implicata *nodis*, & præpotenti oris afflatu, divinaque Lhamarum ſaliva mirifice conſpurcata.

Kadak, & *Mantzel*, vela, & ſudariola Magico ritu, oris afflatu ac ſaliva *Lhamarũ* & *Kelonghorum* conſecrata, tanquam divina quædam humanæ vitæ propugnacula Tibetani religioſe cuſtodiũt.

Pudet me quidem neſcio quam fœtidiſſimam Tibetanorum ſuperſtitionem hoc loci commemorare: commemoranda eſt tamen, ut qui veræ Fidei luce perfundimur, Deum noſtrum adeo miſericordem adeoque benignum ad pietatem erga miſeros in tanto turpitudinum cœno immerſos, vel lacrymis ipſis commoveamus. Stercoris ſui maſſam in globulos auro muſcoque circumlitos redigunt Lhamæ, eoſque paſſim univerſæ plebi diſtribuunt. Mox uti vulgus inſanum & ſtolidum eſt, ceu amuleta quædam ſibi divinitus oblata, vel Idolorum icunculis, vel thecis, quas diu noctuque de collo ſuſpenſas ferant, cum aliis bene multis magicarum ſchedularum faſciculis religioſe includunt.

Stercus Lhamarum & Kelongorum Amuletum ex Tibetanorum Religione præſentiſſimum.

Indene tam ſtupendæ aut arrogantiæ, aut ſtoliditatis origo repetenda eſt, quòd ut Manichæi, ſic & Tibetani credant *ipſam boni a malo purgationem ac liberationem, non ſolum per totum Mundum, & de ejus elementis virtutes Dei facere . . . verum etiam Electos ſuos per alimenta, quæ ſumunt . . . . eo genere vitæ, quo vivunt Electi Manichæorum, velut ſanctius, & excellentius Auditoribus ſuis*? Habebant Manichæi *Promulgatores Legis*, teſte S. AUGUSTINO de Hæreſ.: *Jam ceteri tantummodo Electi vocantur, ſed mit-*

In ore ac ventre Electorum Dei ſubſtantiam, de *alimentis* liberari, atque etiam purgari Manichæi ſentiebant. Eadem eſſe videtur Tibetanorum inſania.

mittuntur etiam ipſi qui videantur idonei ad hunc errorem vel ubi eſt ſuſtentandum & augendum, vel ubi non eſt etiam ſeminandum: Habent & Tibetani, quos ſecundo loco poſt *Lhamas* appellant *Chevè Scegnen* སྐེས་བའི་ཤེ་ཉེན་ *Oſtenſores virtutum.* Sed ne multus fiam, juvat mores ac dogmata Tibetanorum iis Patrum noſtrorum verbis prodere, quibus Manichæorum errores, ac Inſtituta deſcripta tenemus.

Quod erant apud Manichæos *Electi* ad prædicandum miſſi, ſunt hodie apud Tibetanos *Chevè Scegnen.*

XCIII. *Orationes faciunt ad Solem per diem quaquaverſum circuit.* Quinquies diebus ſingulis in Templum conveniunt: *oriente Sole:* in quadrante matutino diei: in meridie: in quadrante diei veſpertino: ac demum occidente Sole. *In honorem Solis die Dominico*, & in honorem *Lunæ* ſingulis Noviluniis, & Pleniluniis jejunant. Eodem fere tempore, quo *Paſcha Domini* Chriſtianus Populus celebrat, Manichæi, (quod refert S. AUGUSTINUS,) *Bema ſuum* *ideſt, diem quo Manichæus occiſus eſt quinque gradibus inſtructo Tribunali, & pretioſis linteis adornato, ac in promtu poſito & objecto adorantibus, magnis honoribus* proſequuntur. *Cioten* མཆོག་བརྟེན་ Machinæ genus eſt, quod aureis laminis conſtructum, & quinque gradibus conſtans Tibetani adorant. Quumque *Cio-ten* ex མཆོག་ *lex* & བརྟེན་ *gradus* idem ſonet quod Βῆμα, thronum nempe, ſeu cathedram legis, [uti Beauſobrio placuit contra Tollii ſententiam,] jam vides in *Cioten* formam ipſam referri *Bematis* Manichæorum. Opus mire elatum cernitur in Templo Maximo *Pothalà* པོ་ཏ་ལ་ quatuor minoribus *Cioten* a dextris, totidemque aliis a ſiniſtris cinctum. Similis ſtructuræ opera viſuntur paſſim in Templis ceteris, aliiſque Sacellis: nulla tamen æquant magnitudinem Illius, quod eſt erectum in *Pothalà*. Plures Deorum ſtatuæ in eo collocatæ ſedent, ſed locum

Orationes Tibetani, ut olim *Manichæi*, faciunt ad *Solem: die dominico*, & in ſingulis *Lunæ* phaſibus jejunant.

Bema, feſtum *Occiſi Manetis* circa tempus *Paſchatis Chriſtianorum*, Manichæi celebrabant: quo ritu?

Cioten Tibetanorum idem ac *Bema* Manichæorũ.

In *Cioten* primum locum tenet ſtatua *Xaca*.

cum omnium principem obtinet *Xaca Tubpà* ſimulacrum forte Pſeudomartyris, hominis videlicet juſto ſupplicio ob ingentia vitæ ſcelera affecti, *occiſique Manetis*; ſi germana ſunt, non intruſa, quæ de *Martyribus* paullo ante indicaverat apud La-Crozium Tibetana oratio. Tibetani Luna XV. menſis III., qua *Sciacham* vita functum memorant, diem feſtum agunt: Japonii menſe II. ejuſdem an. Manichæi Latini, & Africani menſe III. An. Jul., eo interdum tempore, quo Paſcha Domini Chriſtiani in Eccleſia Catholica celebrant, diem emortualem *Manetis*, ſacrum habebant: Adeo ſcilicet cognatæ inter ſe ſunt mors *Sciachæ*, & paſſio occiſi *Manetis*, ut etiam utriuſque ſolemnitatum tempora apud *Sciachaitas*, & *Manichæos* eadem eſſe videantur. Nec dubitandum eſt, quin *ſymboli* ratio, quæ olim in *Bemate* Manichæorum inerat, hodieque a *Sciachaitis* Tibetanis retineatur in *Cioten*. Nam & iſtud ſacrum eſt *memoria* Numinis Sciachæ: In eoque reconduntur corpora Supremorum Lhamarum, qui certis editis ſanctitatis argumentis ex hac luce migrarint. Ob id Tiſry *Sankiè-Khiamtzhò* སངས་རྒྱས་རྒྱ་མཚོ་ in aureum illud *Cioten*, quod paullo ante ad veterum exemplum magnificentius erexit, ſeculo ſuperiori anno MDCLXXII., Corpus Maximi Lhamæ *Khielvà Nga Vang Lo Szang Khiamthzò* རྒྱལ་བ་ངག་དབང་བློ་བཟང་རྒྱ་མཚོ་ in arca incluſum, magna cum pompa inferri curavit. Sicque annuis ſacris in ejus honorem inſtitutis in imo gradu *Cioten* a Populis Tibetanis ad hanc uſque diem quaſi Deus aliquis adoratur. Hæc demum omnia genera *Cioten* ſive majora, ſive minora ſint, ſcribit P. Horatius *ſono ſempre in oggetto di ſacrificio, o offerte di voti, che fanno li divoti di tal uno de' loro Santi*.

Martyres, ſi quos eo nomine colunt Tibetani, ſumi debent ad exemplum occiſi Manetis.

Mors Sciachæ & Manetis, uti & feſtiva eorum mortis commemoratio in idem ferme tempus incidunt.

Ut *Bema* Maneti, ſic *Cioten* ſacrum eſt *Sciachæ*, aliiſve *Sanctis* Tibetanorum.

Sancti Tibetani in *Cioten* collocati tanquam Dii adorantur.

XCIV. Duas *animas, unam bonam, alteram malam in uno homine eſſe delirant: iſtam ſcilicet malam, propriam carnis... Illam vero bonam, ex adventitia Dei parte*. Vix menſes

De duabus animabus *una bona, altera mala* idem eſt tum Manichæorum, tum Tibetanorum delirium.

decem effluxerant ex quo ſupremus *Lhama* mox commemoratus, conditus fuerat, quum edita vox eſt eum in Regno *Mon* མོན་ ad meridiem Tibeti, fuiſſe renatum. Cognitis ſignis novus Lhama Maximus renunciatur. Annos treſdecim natus, in Oppido *Norbu Khang* ནོར་བུ་ཁང་ prope *Gnietang* སྙེ་ཐང་ Civitatem unius diei itinere a *Lhaſſa* diſſitam, tonſis capillis, indutoque *Religionis* habitu vota ſacræ *profeſſionis* in *primo* gradu *Kegnien*, paullo poſt in *ſecundo Khetzhul* nuncupat coram Magno Lhama *Sgigathze* གཞི་ཀའི་རྩེ་; nomenque ab eo ſibi impoſitum tenet *Lò-Szang-rincen-Tzagn-Jang-Khiamtzò* བློ་བཟང་རིན་ཆེན་ཚངས་དབྱངས་རྒྱ་མཚོ. Itaque ſolemni ritu inauguratus, omnique diſciplinarum genere egregie inſtructus, Supremi *Lhamæ* dignitatem, ac munus obibat, quum ecce anno circiter ætatis XX. a duobus *Tatarorum Jungaricorum*, & *Sinorum* Regibus epiſtolas accipit, quibus intelligit ſigna *Renati Lhamæ* in controverſiam verti, nec haberi ſe pro vero ac legitimo Principe, in quem iterum natus tranſmigrarit Deceſſor. Qua re vehementer commotus Regum audaciam comprimere, & quaſi pudefacere ſtatuit. Coram Magno Lhama *Sgigathzè* publice profitetur nuncium ſe remittere religionis propoſito; unoque Regio diademate atque imperio contentum, nihili pendere quicquid præterea ſplendidi *Lhamaica* ſibi dignitas & excellentia offerret. Tum omni ſe voluptatum, & libidinum gurgiti impudiciſſimus Juvenis publice privatimque immergere cœpit; ejuſque ſcelerum fama tam longe lateque brevi pervaſit, ut impellentibus Regibus *Jongar*, & *Kokonor*, & ipſo cum primis Imperatore Sinorum, *Lhamæ* & *Ciokhiongii* ཆོས་སྐྱོང་ fere uni-

Geſta *Supremi Lhamæ Lò-Szang cen-Tzăg-Jangh-Khiamtzò*.

Anno ætatis tertiodecimo induit religionis veſtẽ: obſtringit ſe votis *Kegnien*, & paullo poſt *Ketzhul*.

Anno vigeſimo Rex Tatarus & Imperator Sinorum per litteras ei denuntiant, *ſigna Lhamæ Renati* dubia eſſe, & adulterina. Inde occaſionem ſumit mutãdi religionis propoſitum, & laxatis concupiſcentiæ habenis diſſolute vivendi.

Licentioſæ vitæ flagitia offendunt Tataros Reges, & Imperatorem Sinorum.

universi in concilium convenerint, ſententiamque dixerint: aut *Animam*, aut certe *Spiritum Ciangciub* བྱང་ཆུབ་ e *corpore hujus ſupremi Lhamæ diſceſſiſſe, altera proculdubio ſuperſtite, quæ peccaret*. Sed e gradu dejicere non ſunt auſi. Monebatur a ſuis modum tam effræni vivendi licentiæ imponere. Monitis ceſſit ad horam. Nam auctis deinceps ſine pudore flagitiis ita ſuccendit indignationem, & iram Regis Tatari, ut eum aut morti tradere, aut rapere, & ad ſe ultro transferre decreverit. Itaque variis uſus machinamentis ſic negotium inſtruxit, ut idem ipſe Lhama occaſionem ſibi præbuerit adeundi *Lhaſſam*, Eumque in Ædibus *Potalà* པོ་ཏ་ལ་ conveniendi. Ibi capitur *Lhama*; At ubi, per viam quæ *Tolung* སྟོད་ལུང་ ducit, ante Cœnobium *Brepung* འབྲས་སྤུང་ quarto a Lhaſſa lapide pervenerat captivus ingenti ſtipatus caterva Tatarorum militum, novem mille Brepungenſes *Aſcetæ* præter alios magno numero ad præſidium *Lhamæ* domeſtici e proximioribus Monaſteriis pridie accitos, facto impetu in acies irruunt, & liberum de via, nequidquam bambante milite, in Cœnobium trahunt Magnum Lhamam Tibetanorum. Accurrit rei novitate perculſus Rex, & aucta militum copia exercitum ad muros Cœnobii urget: Aſcetis per Nuntios ſignificat, ut vel Lhamam tradant, vel excidium expectent. Quid hi? Ineunt ſecundo Concilium. Alii priorem recudunt ſententiam: animum bonæ lucidæque ſubſtantiæ *Ciangciub*, jam avolaſſe; Negant alii: In partes ſcinditur multitudo; vocatur Magnus *Ciokhiong Brepungi*. Is palam edito ſacramento obteſtatur; Vere *Lhamam renatum* eſſe: ſic ferre divinum oraculum magico ritu conſultum. Hoc audito una omnium vox fuit, ut quovis demum ſive rerum ſive vitæ diſcrimine ſalvus, ac liber e manibus Tatari ſervaretur Lhama. Eo re-

Concilium *Lhamarum & Ciokiognorum*.

Concilii ſententia: *Animam bonam* e corpore *improbi Lhamæ* diſceſſiſſe: manſiſſe *malam*.

Auget Lhama vivendi licentiã: & Rex Tatarus magis iraſcitur.

Rex Tatarus adit *Lhaſſam*; inſtructis demum inſidiis Lhamam capit, ſecumque ducit.

Lhamam Aſcetæ Brepungenſes e manu militum ereptum de via in Cœnobium trahunt.

Rex Aſcetis minatur excidium, ni *Lhamam* ſibi ſponte reſtituant.

Alterum *Brepungnenſium Aſcetarum* Concilium. Affirmantibus aliis *exiviſſe* e Lhama *animam bonã Ciangciub*, aliis *ſuperſtitem* adhuc volentibus *Ciokhiongnius* edito oraculo in poſteriorum ſententiam Conciliũ inducit: ſic omnes capita vovẽt pro defenſione Lhamæ.

Rex Tatarus Gingkhir Khang irruit in Aſcetas.

reſponſo *Gingkhir Khang* ཇིང་གིར་ཁང་ vehementer exacerbatus jubet militibus, ut irruptione facta invadant Cœnobium. Invadunt; & alii mox perfractis foribus, alii conſcenſo muro aggrediuntur Aſcetas obſiſtentes. Dant hi accipiuntque ictus: pugna ſic ſatis acris utrinque committitur; ſed aggreſſionem paſſi utpote bellicæ artis expertes, impares erant ferendis viribus irruentium. Itaque ubi Lhama vidit ſuorum plures vulneribus cædi, & capite obtruncatos ad ſolum cruore madefactum proſterni, ultro ſe Regi ejuſque pietati exhibuit. Inde ducitur in *Dam* འདམ་ Hinc in Sinam ad Imperatorem mittitur; quo in itinere hydropis morbo confectus animam non certe geminam, ſed unam, eamque non naturâ, ſed voluntatis ſuæ arbitrio ſordibus omnibus coinquinatam efflavit anno ætatis trigeſimo circiter, Ær. noſtræ MDCCVI.; quanquam iter iſtud Sinenſe non pauci ſimulatum, fictumque velint; & in eadem Urbe *Dam* Lhamam capite mulctatum ferant.

Acris inter milites, & Aſcetas committitur pugna.

Lhama ſeipſum ſponte tradit militibus.

Quo mortis genere obierit Lhama incertum.

Peccatorum origo, a ſubſtantia mala: Concupiſcentia ſubſtantia contraria: Liberatio & purgatio per ſeparationem ſubſtantiæ contrariæ: Adventus Animæ bonæ in hominem ex demeritis præcedentibus: Animarũ revolutio in Electos, adeoque in Kelong promiſſa Auditoribus, & Laicis ſectæ imperfectis: Purgatio animarũ & revolutionum terminus in Electis, in Lhamis, in Kelong: dogmata ſunt Manichæis æque ac Tibetanis communia.

XCV. *Peccatorum originem non libero arbitrio voluntatis, ſed ſubſtantiæ tribuunt gentis adverſæ. Carnalem concupiſcentiam . . . ſubſtantiam volunt eſſe contrariam, ſic nobis adhærentem, ut quando liberamur, atque purgamur, ſeparetur a nobis, & in ſua natura etiam ipſa immortaliter vivat: Dicunt quod a contraria natura cogimur delinquere:* Ajunt *Animam bonam, partem ſcilicet Dei pro meritis inquinationis ſuæ . . . . venire in hominem. Animas Auditorum ſuorum in Electos revolvi arbitrantur . . . . ut jam inde purgatæ in nulla corpora revertantur*. Niſi enim meruerint tandem in Religioſorum, perfectorumque *Kelong* corpora immigrare, nec purgati, nec ſancti eſſe unquam poterunt *Xacaitæ*. In *Kelongiis* tantum perveniunt Animæ ad ſummum purgatæ lucis gradum, & evadunt *Cibangciub*. Hi vero non amplius a Fato coguntur in corpora fæ-

cu-

culentæ materiæ revolvi, niſi forte ad hominis exuvia animanda ſponte deſcendant, ut legem in Mundo materiali inſtaurent; & ſalutis ſemitam viatoribus monſtrent. Sed in hoc ſtatu, in quo cumprimis ſunt *Lhamæ renati*, peccare non poſſunt. *Ceteras animas & in pecora redire putant, & in omnia, quæ radicibus fixa ſunt, & aluntur in terra*. Hujuſmodi μετεμψυχώσεων orbem explicant ſymbola quinti loci *Tudrò* དུད་འགྲོ་ pag. 214., ubi *plantæ*, *herbæ* & omnia frugum genera, in quæ revolvantur animæ, exprimuntur. Eadem plane ſunt deliria Bramhanum. Nam audi quid inter cetera geſta *Kriſnu* क्रीरनु fabulentur Indi. Ad arbores duas, quas *Tarì* धारी nominant, *Kriſnu*, ut Matri *Giaſodæ* जासोद morem gerat, vinctus, vix ſeſe ipſum levi brachiorum niſu excutit, quum repente avulſæ arbores corruunt, & mox foras e truncis emittunt Bramhanes duos *Giamlà* जमला, *Argiun* अर्जुन. Fuerant hi ob inhoneſtæ nuditatis ſcandalum mulieribus ad ſacra balnea Gangis partum, maledicti a divino Bramhane *Nard Riki* नरदरीखी; eoque ſic imprecante juſſi, ut in arbores *Tarì* tranſmigrantibus animis tandiu ibi viverent, quandiu carne indutus *Biſnu* बीरनु, & factus *Kriſnu* inter homines appareret. Bramhanes, ut ſe e medullis, tubuliſque plantarum eductos norunt, adorarunt *Kriſnu*; ſtatimque eo ipſo jubente in cælorum ſedes convolarunt. Bellam ſane fabellam! cujus ego originem ſi quæram, ex Pſeudo-Evangelio Nicodemi, Judæ, aliiſque apocryphis ſcripturis veterum hæreticorum derivatam conjiciam: ſi auctores, Manichæos non temerè dicam. Eſt *Kriſnu*, (quod ut mihi pridem indicaverat P. Caſſianus Maceratenſis, ſic nunc uberius in Galliis obſervatum intelligo a Viro litteratiſſimo Dño *De Guignes*,]

Kiangciub, qui veniunt ad homines animandos, ut *legem* inſtaurent, peccare non poſſunt.

Animarum revolutio in pecora, in plantas, in herbas, & in omnes terræ ſtirpes a Manichæis, a Tibetanis, & ab Indis perinde tradita.

Indicus *Khriſnu* vinctus ad arbores *Tarì*, animæ eſt *hominis* illigata Plantis.

Animæ Bramhanum *Giamlà* & *Argiun* quomodo illigatæ, & quomodo ſolutæ a vinculis plantarum?

Biſnu factus *Kriſnu* dum illigatus Plantis ſe excutit, ſolvit & liberat animas.

Fabella de *Kriſnu* illigato arboribus a Manicheis derivata conjicitur.

no-

Kriſnu, qui & *Kriſtnu* in ore Indico ſonat, corruptum *Chriſti* nomen præſefert.

nomen ipſum corruptum *Chriſti* Servatoris. Nomini mire reſpondent geſta ab impoſtoribus ſceleſtiſſimis impie verſuteque fœdata. Hoc certe in loco ſub Indicæ fabulæ velamento Manichæa impietas veram ac realem *Crucifixionem* Chriſti Domini e medio tollere, & ad blaſphema commenta immani profanatione trahere ſtuduit. Inducitur *Giaſodà* Mater ſimulata *Kriſnu* ſeu *Kriſchtnou*: *Devoki* देवकी vera Illius Mater, aliâs Noverca fuiſſe dicitur ejuſdem *Khriſnu* quo tempore erat *Biſnu* ſub forma Numinis *Ram* राम divinitus concepti, & nati Luna IX. *Cet* चेत menſis Martii: Eaque ipſa, quæ modo dicitur *Devoki* quaſi *divina virtus*, tunc vocabatur *Kekai* केकाइ, Soror *Sati* साती, quaſi *virtus excelſa terræ*: Nam & Ægyptiis Κα&ϩι *Kahi* Gen. I. 1. appellatur *terra*: Quæque nunc *Khriſnu* tunc genuit & *Barth* भर्त rerum omnium ſatorem conſervatoremque maximum, & *Satruhn* सतरुन potentiſſimum deſtructorem inimicorum ſine opera viri *Daſrath* दसरत. Eos enim conceperat epoto lacte, quod vaſe figulino contentum Homo quidam mirabilis, & ut purus ignis ſplendidiſſimus inter flammas magni ſacrificii *Giaghie* जग्य præbuerat Marito ſacrificanti, ut uxoribus *Koſilla* कोसीला, *Kekai* केकाई, & *Somintra* सोमींत्र traderet; indeque gignerent Filios. Giaſoda peperit *Magnam Matrem Bavani* भवनी eadem prorſus hora, qua Devoki in lucem edidit *Khriſnu*, nocte ſcilicet media Lunæ VIII. menſis *Badr* भद्र, ſeu *Badò* भदो Auguſti noſtri, die *Bud* बुध Mercurii, ſub ſidere *Rohini* रोहीनी Virginis in Regno *Agiodia* अजोध्या, alias *Avod* अवाध nuncupato. In Indoſtan Regnum collocant: quod tamen nonniſi poſt *Chriſti*

Indica fabula de *Kriſnu* vincto & alligato Plantis ad ænigma Manichaicum trahit *Crucifixionẽ Chriſti Domini*.

Mater ſimulata Kriſnu *Giaſodà*. *Devoki*, ex qua natus apparuit *Kriſnu*, dicitus ab Indis Noverca *Ram*, unius ſcilicet ejuſdemque *Biſnu* transformati primum in *Ram*, deinde in *Kriſnu*.

Eadem eſt quæ *Devoki*, & *Kekai* Mater *Barth*, & *Satruhn*.

Barth, & *Satruhn* fratres *Biſnu Rã*, nati ex eodem Patre *Deſrath* ſine virili ſemine.

Daſrath ſacrificanti traditur ab *Homine* quodam mirabili inter flãmas ſacrificii vaſculum lactis figulinum. Ex eo bibunt & concipiunt uxores *Koſilla*: *Kekai*: *Somintra*.

Giaſodà parit *Bavani*, & *Devoki* Kriſnu una, & eadẽ hora noctis, Luna VIII. Menſis Auguſti in Regno *Agiodià*.

Regnum *Agiodà* ex depravato nomine *Jehuda*, ſeu *Juda*.

ſti Jeſu tempora ita cognitum, vocatumque eſt ex depravato nomine Regni *Juda*. Quum enim Hebr. ſcribatur יהודה *Jehuda* mutato nonnihil affini priorum litterarum ſono juxta indolem Indicæ linguæ facile fuit vocem cudere *Agiodia*, aut *Avod* omiſſis duabus prima & ultima. Indi præterea amant plerunque *I* & *E* pronunciare ut *A*; U ſæpe mutant in *O*: & *H* in *Ch*, inde in *Gi*. Aſt corruptio cuique vel leviter attendenti ultro ſe prodit. Non minus lucet depravatio nominis *Juda* in voce *Giodu* जोदु, aut *Giadu* जादु, & *Giadubanſi* जादुबंसी. Nam ex eorum genere *Khriſnu* ortum narrant. Quodque *Giodù Paſtorum* ſtirpem interpretentur, adeo nihil conjecturam noſtram infirmat, ut eam magis magiſque confirmet. Audi quid oraculum ſpondeat de ſpe futura toti proſapiæ *Khriſnu*. Rikì अगग्र *Aggr*, quod eſt mutato *r* in *l* Ἄγγελος Aggel, adeoque Angelus in domo *Nand* नंद verſus ad Filium natu *Majorem: Hic*, inquit, *vocabitur* काम & बलीभद्र *Charm* & *Balibadr*, quia vires complectitur omnium omnino hominum in quatuordecim Mundi partibus habitantium: at Minoris गोपाल: नारायन: क्रीश्न: सामकलबर: भगवान *Gopal: Narahen: Khriſna: Samchalevar: Bagavan*: aliaque pene innumera nomina erunt: *Ipſe ſalvabit Gentem ſuam Giodà nempe Paſtorum: vitam dabit bonis: interficiet Gigantes: relinquet Gokul, & Madiapur: agnoſcetur ab univerſo Terrarum Orbe; & Nomen ejus invocabunt omnes. Divinum eſt vaticinium: Nec dubita, Nand: ſic erit*. Idem dicito de *Giudiſtira* जुदीस्तीर, cui Thronum & Regiam dignitatem victo *Gialaſindù* जलासीनदु

ſer-

Juda nomen in Indicis vocibus *Giodù*, & *Giadubanſi*.

Khriſnu ex ſtirpe *Giadubanſi*.

Aggr vox idem ac Ἄγγελος & Angelus.

Admiranda nomina ab *Aggr* impoſita *Khriſnu*.

Oraculum *Aggr* de *Khriſnu Salvatore*; deque illius nominis propagatione in univerſo terrarum Orbe.

Acta *Khriſnu* ex geſtis *Chriſti* depravatis Impoſtorum fraude.

ſervavit, deque aliis id genus vocibus, quæ inter geſta *Khriſnu* paſſim occurrunt, quæque ex apocryphis libris de rebus CHRISTI JESU depromtæ novam apud priſcos SS. Religionis noſtræ perverſores corruptionem ſubivere. Hoc idem explicatius etiam demonſtrant, quæ ibi narrantur de perſecutione in *Khriſnu* excitata a Gigante *Kans* कांस, de Bramhane *Sridoroh* स्रीदोरह, quaſi *Sri*, & inverſo ordine *horod*, deſignante *Herodem* qui ſimulato deſiderio videndi *Khriſnu* in cunis jacentem eum occidere tentavit: De cæde *infantium*, qui biennium attingerent: de anu curva ad priſtinam membrorum rectitudinem reſtituta, de mortuis ad vitam revocatis, de ceteris denique Chriſti Domini factis dictiſque diabolica impietate depravatis, & ad Indicum *Khriſnu* ſacrilego auſu accomodatis. *Khriſnu* quæſiturus neſcio cujus *Bramhaniſſæ*, ac *Bramhanis* Filium ab ipſo partu ſtatim ereptum, & in altum quam longiſſime ab hominum conſpectu ſublatum, una cum *Argiun* अर्जुन [*Joannem* intellige] conſcenſo curru æthera verſus advolat. Ubi ad *Barmbdip* बंम्रदीप perveniunt, *Argiun* denſiſſimis nebulis involutus nihil videt. *Khriſnu* circumrotato *Ciarh* चर्ह orbiculari acutoque Inſtrumento ad obvia quæque corpora circumcidenda aptiſſimo, findit in gyrum tenebras. Soles ecce nitidiſſimi fulgent. Altius per arduas ſublimioreſque vias evecti ad limina ſtationis *Biſnu* ſiſtente curru deſcendunt: Inde penetrant ad *Nirangian* नीरंजन ad *purum* nempe *ſpiritum*: Ibique tandem contemplantur *Gioti Surup* जोतीसरूप *originem ſplendoris*: *Biſnu* videlicet ipſum quatuor inſtructum brachiis Lunæ plenæ colorem referentibus,

Perſecutio in puerum *Jeſum* ab *Herode* excitata: Cædes infantium: Miracula plura a *Chriſto* patrata inter acta *Khriſnu*, mire depravata cernuntur.

Hiſtoria *Transfigurationis Chriſti* quam fœde corrupta, & ad *Khriſnu* perſonam impie accomodata.

tilus, qualem tribuunt Manichæi *animis* in navi Lunæ plenæ purgatis. Μυελόφθαλμος *Milleoculus* erat Biſnu inſidens capitibus ſerpentis *Seſnagh*, cinnabari tinctus, corpore vero adeo puro, ac fulgido, ut ſplendor ejus æquaret termille *Manì*. Tum vox ex *Giotiſurup* audita eſt dicens: Hic eſt Filius Bramhaniſſæ, quem ego, *Khriſnu* Tui cauſa ſuſtuli ut ad me venires, meoque fruerere conſpectu. Deſcendiſti Tu jam in Mundum, ut terram ſublevares, eamque e tyrannide Gigantum ereptam in libertatem aſſereres; ſed Mundi laqueis irretitus illius pompis atque deliciis inhæſiſti. Accipe *Filium*. Tum Filius adorat *Khriſnu*. Hic vero accepto Filio una cum Argiun in *Daorica* दौरीका, [hoc eſt in *Thaborica*] Thaboris montis regionem, ubi vetuſtiſſimi Eccleſiæ Scriptores transfigurationem Domini accidiſſe tradunt, delabitur. Viden' ut fabulis Manichæorum tota ſit apud Indos Evangelica Hiſtoria Dominicæ Transfigurationis impie ſubverſa atque fœdata? Hîc certe vides *primum* Illum *hominem* a poteſtatibus tenebrarum illaqueatum. Hunc vides quaſi ſeparatum a Chriſto, & Chriſtum quaſi diverſum a Filio Dei miſſo ad ſalutem primi hominis, ipſiſſima denique adumbrata vides deliria Manetis. Quid de morte dicam? Riki दुबर्सा *Durbasà* per metatheſin *Badruſa*, aut etiam *Bedruſa* jandiu ante celebris ob contemplationis ſublimitatem, quô pervenerat ad vicina littora Maris, fingitur illuſus a *Giodubanſi* ſuæ gentis hominibus. Eorum alter mutatis veſtibus fœminam prægnantem ſimulat. Catinum ferreum adaptat utero ut tumorem latentis fœtus oſtendat. Laudibus primo appetunt Riki: Factus inde ſuperbus, rogatur ut prædicere velit an partus ſit felix futurus? an mas? an fœmina naſciturus? N*on novi hominem*, ut ſcimus ex Evangelio Matth. XXVI. 72., Petrus & Ancillæ & Miniſtris eum tanquam Chriſti comitem prodentibus reſpondit. Hinc fabu-

Ex originè lucis vox orta, qua *Filius* a *Khriſnu* quæſitus eidem traditur.

Khriſnu, *primus homo* Manichæorum materiæ, & Principum tenebrarum laqueis captus.

Khriſnu accepta Filio deſcendit cũ *Argiun* in *Daorica*.

Daorica vox ex *Thaborica* per corruptionem facta.

In recitatá fabula *Khriſnu* patēt deliria *Manetis*.

Durbaſa Riki idem ac *Badruſa*, & *Petrus*, contemplator olim in maritima ſolitudine, quibus artibus opera cujuſdam perſonatæ *fœmina* deludatur a *Gioduvaſi*.

Durbaſa contemplator diras deceptoribus imprecatur.

Ferrum, quo Gioduvaſi deceperant *Durbaſa*, monentur a *Khriſnu* tandiu fricādo terere, quandiu nihil de eo ſuperſit; ſed ſuperfuit exilis aculeus. Eo *aculeo* Agand Piſcator armavit jaculum.

læ occaſionem improbi Nebulones ſumſerunt. At *Durbaſa* diras deceptoribus imprecatus: H*oc ferro*, inquit, *quo me decepiſtis, peribitis univerſi*: Alluſio fit ad illud Chriſti Domini Matth. XXVI. 52. *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*. Adeunt *Giadubanſi Khriſnu*, ecquid ſibi præſtandum eſſet ad diras avertendas interrogant. Quibus Ille: Ite ad Maris littus: ferrum ſaxis & arena tandiu fricando terite, quandiu totum conſumtum fuerit, ut nihil de eo ſuperſit. At ſuperfuit exiguum quiddam, quantum ſcilicet eſt *acumen clavi*, quod in Mare projectum deglutivit *Piſcis*. Piſcem cepit *Agand* अंगद filius adoptivus Regis Simiarum *Balì*; Nam in Piſcatorem hac ætate tranſmigraverat. Quumque exentrato Piſce ferrum inveniſſet, eo armavit aciem jaculi.

Dii diu carentes Capite mittunt Legatū ad Khriſnu, ut ad ſuperiora redeat: Khriſnu ſe rediturum ſpondet poſt dies ſeptem.

Dii interea Legatum ad Khriſnu mittunt, orant, ut quando jam terram Gigantum pondere ſublevarat, ad Cælum rediret, ubi *ſine capite* verſabantur. Ne quæſo e memoria excidat *Caput illud, Ille Rex*, & *primogenitus luminum*, ſic dictus a Secundino Manichæo *Chriſtus*. Quid *Chriſna* ad hæc: Diis, inquit renuntia, me poſt dies ſeptem migraturum ad eos.

Khriſnu antequam ad Deos redeat, convocat *Gioduvaſi* ad oſtiū fluminis *Gōti*. *Gomti* an corrupte *Gethſemani*?

Itaque convocatis Giodubanſi, Indica etiam voce *Gioduvaſſi*, ad oſtium fluminis *Gomti* गोमती, (quæ eſt manifeſta corruptio nominis *Gethſemani*, præſertim quum litteræ त *T*, & न *N* ob earum ſimilitudinem ignaros, & oſcitantes amanuenſes in errorem inducere facillime queant,)

Khriſnu & *Gioduvaſi* Cœna facta ſe lavant.

Khriſnu, भोग *Bog* cœna facta, ablutioni ſacræ dat operam: cæterique omnes cum eo lavantur. Nam Chriſtus Dominus lavit pedes Diſcipulorum. At in ejus ablutionis locum Bramhanes ſuffecerunt genus illud lavacri, quod auctoritatem ablutionum ſuarum in Gangi fluvio commendaret.

Tumultus & *Cædes Giodubanſi* in ſilva *Juncorū Sevàr* prope fluviū *Gomti*.

In eo loco excitato tumultu *Giodubanſi* ſe mutuo cædunt ſævis *juncorum* ictibus. *Sevar* सेवर ea juncorum ſpecies appellatur, qui

qui folia inſtar arundinum, ſed multo quam arundines & acutiora & duriora emittunt: ortique erant, ut Bramhanes credunt, ex ſpuma Maris immixta ſcobi ferreæ de attrito catino relictæ. Cuncti ex ea cæde perierunt, eoſque Chriſna continuo in Cælum miſit; nam quiſquis aut a Chriſna ipſo, aut Chriſnæ cauſa interemtus mortem obibat, recta ferebatur in æthera. An non plane intelligimus, quam fœde corruperint Evangelicam hiſtoriam de Jeſu a militibus, turbiſque Judaicis *cum gladiis & fuſtibus* capto, de amputata auricula ſervi, de commotione facta in horto *Gethſemani*, de eo denique, quod ſcriptum eſt: *Et relicto eo omnes fugerunt*? Matrem in Cruce pendens commendavit Chriſtus diſcipulo ſuo Johanni: Chriſna commendat τῷ *Argiun* ſponſas ſuas 16100. Huc enim Impoſtores trahere voluerunt, quod legitur in Evang. de mulieribus multis, quæ ſequutæ fuerant Chriſtum a Gallilæa. Sub forma hortulani apparuit redivivus Chriſtus Mariæ Magdalenæ: ſub ſpecie जटर *Giatar* ſe exhibet *ſponſis ſuis*, eaſque abſtrahit ab *Argiun*. Cetera omittam. Antequam ad vitæ finem accedat *Khriſnu* amplectitur *Giudiſtira*. Ecquis erit *Giud-Iſtira*? Forte an *Juda Hyſtera* Valentinianorum? Et reapſe pro *Hyſtera* legitur aliquando *Khriſnu* in his fabulis uſurpatus, quum illius Pater improbus atque ſceleſtus *Giamal* appelletur. In Pſeudo-Evang. *Judæ, Hyſterã* impii hæretici vocabant Deum opificem cæli & terræ. En S. Iren. verba Lib. I. adv. Hæreſ. C. 36. *Et hæc* [turpia Valentinianorum dogmata] *Judam proditorem diligenter cognoviſſe dicunt, & ſolum præ ceteris cognoſcentem veritatem, perfeciſſe proditionis myſterium, per quem & terrena, & cæleſtia omnia diſſoluta dicunt . . . . Diſſolvere opera Hyſteræ adhortantur, Hyſteram autem fabricatorem cæli & terræ vocant*. Poſt mutuos extremoſque complexus *Giudiſtira Deli* urbem revertitur: Ea eſt *Aelia*, ſic dicta Hieroſolyma ab Adriano Imperatore inſtaurata. Mox pergit

Gioduvăſi *Chriſnæ cauſa* moriuntur omnes.

Quotquot aut auctore, aut inſtigatore *Chriſna*, aut *Chriſnæ* cauſa mortem obibant, recta ferebantur in Cælum.

In cæde τῶν *Gioduvanſi* hiſtoria Evangelica de captura Chriſti Domini in horto Gethſemani corrupta dignoſcitur

Facta alia Evangelica in rebus a *Chriſna* geſtis corrupta indicantur.

Chriſna ante mortem amplectitur *Giudiſtira*:

Giudiſtira *Judas proditor*.

Giudiſtira vox forte compoſita ex *Giud*, ſive *Juda*, & *Iſtera*.

Hyſtera in Pſeudo-Evang. *Judæ* apud Valentinianos *fabricator Mundi*.

Deli in actis *Chriſnu* ſic dicta conjicitur a voce corrupta *Aelia*, hoc eſt *Hieroſolyma*.

Eadem vox eſt apud Indos *Gemti* & *Gomti*.

git Khriſnu ad oſtia Gemti, ubi fluvius in Mare devolvitur. Ibi quaſi ſtrato decumbens, ſic tenſa corporis membra e margine prope undam compoſuit, ut pedum alterum alteri ſuperpoſitum ultro ad aquas uſque porrigeret. Paullopoſt Piſcator *Agand* vectus cymba perluſtrabat proximos littori ſinus: Ratuſque ſe cernere criſtatum quiddam quod Piſcis partem aliquam oſtenderet, eô tanquam in ſcopum dirigit jaculum armatum aculeo, quem *Gioduvaſi* fricatores catini in Mare

Τῷ *Chriſnu* ad oſtium *Gemti*, ubi in Mare influit, decumbenti, *Agand* Piſcator *transfigit* jaculo *utrumque pedem*.

projecerant; ſed pro piſce transfodit Pedes *Khriſnù*. Eritne haſta Centurionis, quam Evangelii depravatores in telum Agand commutarint? Eccur deinde *Kriſnu* Piſci compararunt? An forte quia priſcis Eccleſiæ temporibus Piſcis ſymbolum erat Chriſti, aut Chriſtiani hominis in fonte Sacramenti Regenerationis immerſi? Khriſnu accepto vulnere vocat ad ſe Agand: eique ſimplici languentium oculorum obtutu omnia omnino crimina delet. Huic ſtatim jubet ut ſui ipſius currum conſcendat. Conſcendit: & ſtatim in Cælum convehitur. Verterunt & hîc *Crucem* Chriſti in *currum*, & hiſtoriam boni *Latronis* mire vitiarunt. Sed corruptionis fons repetendus eſt ex eorum *Docetarum* deliriis, qui loco Chriſti vel phantaſma, vel Simonem Cyrenæum crucifixum ſomniarunt. Tandem animam, ideſt mirificum *ſplendorē* emittit, in ſublimia fertur, ſedes omnes Cælorum perluſtrat; inde in *Bekunt* वैकुंट avolat, ibique manet *Giotiſurup prima lucis origo*. Corpus, uti ab eo juſſum fuerat τῷ *Udò*, cum octo Regiis ſponſis comburitur in *Dauricà*. Cineribus in profluentem projectis & in Mare delatis ingens ſaxum ignotæ, ut ajunt, materiæ conſtructum eſt; quod iterum a fluctibus ad littus adactum poſt longa demum tempora ab *Indradrummana* इंद्र द्रुम्माना Conditore celeberrimi Sanctuarii *Ciangranatæ* छंग्रानात conſecratum eſt. Nam eo ſaxo inſculptam effinxit *Indradrummana* ſtatuam

Chriſnu languentes oculos figit in *Agand*, & occiſorem ab omni ſcelere mundatū, mittit in cælum ſuo ipſius curru delatum.

Chriſnu exhalat animam, *ſplendorem maximum*.

Aſcendit in Cælum *Bekunt*, ubi eſt *Giotiſurup*, *prima origo lucis*.

Cineres combuſti corporis in Mare projecti vertuntur in ſaxū ignotæ materiæ.

tuam

tuàm Numinis *Boudà* बौध, quod eſt *Biſnu* in nona ſui अवतार *Avotar* incarnatione. Nunc redeo ad Chriſnu devinctum funibus, & alligatum arboribus. Uti Manichæi omnia, quæ de *Chriſti* Nativitate, & humanæ carnis natura in Evangeliis Sanctis leguntur, & ficta & imaginaria dixerunt, ſic etiam veræ Crucifixionis hiſtoriam ad nudam quandam allegoriam, meramque fabellam torſerunt. *Chriſtum*, (inquit S. AUGUSTINUS contra Fauſtum XX. 13.) *in ſpicis, & in ſarmentis ligatum deſipiunt . . . . . In eſcis Chriſtus ligatus apponitur, adhuc ligandus veſtris viſceribus, ſolvenduſque ructatibus*. Et Lib. de Nat.Boni c. 45. *Partem, ac naturam Dei . . . . . in alimentis omnibus dicunt ligatam teneri . . . . . . In omnibus ſeminibus eſt ligata pars Dei*. Hinc perſuadebant AUGUSTINO, quo tempore eos audiebat, *ut crederet ficum plorare cum decerpitur, & matrem ejus arborem, lacrymis lacteis*. III. Confeſſionum Cap. 10. Sed vide quæ diximus de *Jeſu patibili* Manichæorum, quem *terra concipit, & gignit omni ſuſpenſum ex ligno*. Hoc erat Manichæorum commentum de *Jeſu ligato*, & ad *omne lignum* ſuſpenſo, quod poſtea affabre concinnarunt, & adaptarunt Impoſtores Indico *Chriſnu*. Mater Giaſoda & puellæ quæ certatim nituntur *vincire Chriſnu*, non ſunt niſi terra, & terræ partes quæ *Chriſnu*, *animam* ſcilicet ligare deſiderant: Seipſum ligat *Chriſnu*, quia *anima*, ſeu *primus homo* miſſus a *Matre vita* venit in materiæ partes. *Giaſoda* ſolvit *Chriſnu*, quod quidem aliud non eſt quam *gignere & parere patibilem Jeſum*. Chriſnu ſuſpenſus, & ligatus in plantis, quum ſit earum *anima*, eſt etiam earum *vita*. Dum vero ſe excutit, & plantæ convelluntur, fit earum ſalus; *animam* quippe expedit a vinculis materiæ, ſicque *puram* efficit luce ſeparata a tenebris. Animæ duorum Bramhanum *Giamal* & *Argiun* non erant, niſi *membra Dei*, ſeu partes *animæ*; ipſe ſcilicet *Chriſnu*, ut

In Sanctuario *Giangranata* Indorum, ſtatua Biſnu, *Boudà* nuncupati in IX. *Incarnatione*, ex cineribus *Chriſnu* in lapidem verſis.

Manichæi *Chriſtum*, & *Jeſum* in *ſpicis, ſarmentis, alimentis, ſeminibus* & *arboribus* omnibus *ligatum* fabulabantur.

Ænigma Indicum de *Chriſnu ligato ad arbores & ſoluto*, ex Manichæorum principiis explicatur.

Anima, ſeu pars & natura Dei *ligata, atque ſoluta* arcanum eſt Indici *Chriſnu* modo vincti, modo e vinculis ſeſe expedientis.

Jeſus

Jeſus & Chriſtus Manichæorum, diffuſus, & ligatus in iis arboribus, *ſolutus* deinde expeditus, & ſalvus per excuſſionem, ſive purgationem a materie: & ita iidem illi Bramhanes liberi ſtatim, ſalvi ac puri avulſis plantis dicuntur. Quod ſane arcanum, ut Indi Manichæi ſuis revelarent animoque ſtudioſe infigerent, de uno illo Ligno Crucis, cui vere *Deus & Homo* Chriſtus affixus eſt, nihil omnino indicii inter fabulas *Khriſnu* præberi voluerunt: Sed ut *Chriſtum ex omni ligno ſuſpenſum* intelligerent initiati, hiſtoriam Evangelicam de duobus latronibus crucifixis audaciſſime vitiarunt. Chriſnu finxerunt ligatum duabus *Tarì*, (nam Tarì Palmam Indi vocant, & ex eo ligno nonnulli putarunt fuiſſe *Crucem* præſertim Chriſti fabrefactam;) eaque fictione loco veræ crucifixionis Salvatoris Noſtri, ſuam illam commentitiam & fabuloſam obtrudere tentarunt.

Giamal idem videtur ac *Dima*, vel *Giſma*, aut etiam *Geſta* nomen unius ex latronibus cum Chriſto *crucifixis* in Evang. apocryphoNicod.

Giamal nomen eſt unius ex duobus latronibus *Dima* in Apocrypho Evangelio Nicodemi aut etiam *Giſma*, aut *Geſta* nuncupatus. Illud non ſatis intelligo, cur *Argiun* finxerint alterum fuiſſe Bramhanum, quem ex arbore eduxerit Chriſna. Johannem certe per Argiun deſignari nullus dubito. Notum eſt, quod nonnulli ex Apocryphorum ſomniis narrant de S. Johanne Sponſo in nuptiis *Cana* Gallileæ. Notum eſt etiam ex germanis, vetuſtiſſimiſque

S.Johannes Apoſtolus ſub nomine *Argiun* Indis Bramhanibus cognitus.

Scriptoribus S. Johannem juſſu Domitiani *in oleum igneum demerſum*, ſive uti legitur in *Hiſt. Apoſtolica* Abdiæ de *S. Joanne* L. V. *conjectum in æneum veluti athletam, unctum, non aduſtum, de vaſe exiiſſe*. Duo hæc conjungunt acta *Khriſnu*, ubi de *Argiun* loquuntur. Inducunt Regem *Dropad* द्रोपद (per metatheſin *Padrod*) ad os profundiſſimæ

Acta S. Johannis apocrypha materiem præbuerunt putidiſſimis fabulis, quas Indi narrant de *Argiun* in geſtis Chriſnu.

foveæ ſuſpendiſſe *vas æneum ferventis olei plenum*. Ab uno deinde ad alterum vaſis labium *Serram* acutis dentibus armatam applicavit. Tum edixit volentibus, ut ſi quis Ser-

ræ

ræ dentibus inſiſtens telo refixum deorſum ejeciſſet bipenne *Ciark* छर्क ex alto ſuſpenſum, & vertici jaculantis ad perpendiculum imminens, filiam ſponſam præmii loco acciperet. *Khriſnu* & *Argiun* Fakirorum फकीर, hoc eſt pauperum religioſorum veſtibus induti interſunt ambo indicto certamini, & Juvenis Argiun a Chriſnu inſtructus nihil metuens aut Serræ dentes, aut pericula vel ebullientis olei, vel impendentis ferri, palmam tulit, & ſponſam obtinuit. Cur igitur *Argiun Joannes* fingitur ex μετεμψύχωσι latens in alterutra earum arborum, ad quarum truncos alligatur *Khriſnu*? Non alia de cauſa, ſi quid mea hæc conjectura valet, niſi quia Joannem *juxta Crucem Jeſu ſtetiſſe* legerant, & inde anſam novi hujus commenti fabricandi nequam Impoſtores arripuere.

Cur Indi finxerint *Argiun* per μετεμψύχωσιν illigatum inſitumque arbori, conjectura profertur.

XCVI. Quanquam in radices, in herbas, in plantas, in pecora animam tranſmigrare doceant, in uno tamen hominis corpore merita ad meliores revolutiones, donec pura lux evadat, ſibi comparare ſtatuunt. Sic *fatum*, & *neceſſitatem* cum hominis merito iidem ipſi Tibetani, & Indi Manichæi conjungunt. Pœnitentiam propterea prædicant, & ad veniam, ac indulgentiam peccatorum obtinendam homines exhortantur. Hoc idem Manichæi præſtabant, uti ſexcentis in locis apud S. AUGUSTINUM teſtatum eſſe video. At univerſa hæc peccatorum remiſſio, ad unum illud *purgationis* genus refertur, quo pars *lucis* a parte materiæ *tenebroſæ* ſecernitur. *Gratiam Dei Filii liberatoris* agnoviſſe Manichæos, non eſt cur me doceat Beauſobrius, qui id ſciam ab AUGUSTINO. Sed ea in una *cognitione originis noſtræ* ſita eſt. Hanc Chriſtum Dei Filium Manichæi, *Sciachiam* Tibetani, *Biſnu*, ut in aliis, ſic & in VIII. Incarnatione ſub figura *Khriſnu* hominibus attuliſſe credunt. Ea cognitione *Jeſus* Manichæorum, *Sciachia* Tibetanorum, ſeu *Khriſnu*

Animas ad *malas tranſmigrationes* in omnibus omnino corporibus: ad *bonas* in *uno hominis corpore* merita conſeqei poſſe ſtatuunt Tibetani.

Pœnitentiam hominibus prædicant, & veniam peccatorum, ut *Manichæi*, promittunt.

Purgationem peccatorum in *ſeparatione partis lucidæ a parte tenebroſæ materiæ*: *Gratiam liberatoris in una cognitione originis noſtræ*, collocant.

nu Indicus immerſus materiæ ſe excutit a vinculis tenebrarum, & ita a contaminatione adverſæ naturæ pars hominis lucida liberatur. Huc ſpectat ſolemnis *peccatorum confeſſio*, quam ad exemplum Manichæorum Religioſi Tibetani uſurpant.

Religioſi Tibetani *Lhamis* Cœnobiorum Præfectis, ut olim *Manichæi Electis*, confitentur peccata.

Illi teſte S. GREGORIO NAZIANZENO Or. LII. Οἱ Μανιχαῖοι τοῖς ἐκλεκτοῖς λεγομένοις ὅλον τὸν νόσον αὐτῶν ἐγκαλύπτοντες *cunctos animi ſui morbos Electis, qui ſic appellantur, revelant*. Iſti ſingulis menſibus Luna XIV. ac XV., & rurſus Luna XXIX. ac XXX. in concionem veniunt, ut *Regulæ* expoſitionem audiant.

Magnus Lhama antequam *Regulam* exponere aggrediatur, *exomologeſin* facit.

XCVII. At Magnus Lhama antequam in publicum prodeat, ſi qua habet peccata, coram *Patre*, cui ſpiritus ſui negotia regenda commiſit, revelat. Sic purus Templum ingreditur, indicitque exordii loco *confeſſionem peccatorum* his plane verbis:

Oratio *Parænetica* Lhamæ Trabas exhortantis ad confeſſionem peccatorum ante expoſitionem regulæ.

Monet ut ſupplices *Sciachiam* omnes invocent, & adorent.

Agite, o Sodales, ſupplices nunc jam tendite manus ad Magnum illum LEONEM, *quem coram in Ara ſedentem intuemini, Legis noſtræ Parentem, & inſtauratorem Sciacham: Divina Illius præcepta pronis accipite auribus.* Ut *Equi effrænes laxatis cordis, oris, manuſque habenis licenter peccamus: ſed adſunt ſtimuli, adſunt in promtu fræna, quæ nobis ſuppeditat præpotens Regula Maximi Triumphatoris noſtri Sciachiæ Tubpa. Hanc vobis exponere aggredior. Quiſquis frænis hiſce recalcitrantem belvam cohibuerit, victor erit atque beatus: qui ſecus, fractus, miſer, & afflictus per immenſa ac formidanda tranſmigrationum ſupplicia vagabitur. O egregia Corona Trabarum! attentis animis verba Monitoris excipite. Inſtituitur hodie*

Sociong Oratio purgationis peccatorum.

Oratio Sociong, hoc eſt, *purgationis peccatorum. Qui gravia commiſit crimina, nec ea confitetur in corde ſuo, mentitur: ait Summus Sciaccha noſter. Exploret unuſquiſque diligenter*

Formula Confeſſionis peccatorũ gravium, *generalis*.

latebras mentis, & ſi quid gravis culpæ ſe commiſiſſe deprehenderit, doleat, pœniteat, ſpondeat emendationem; & ore rotundo, apertaque voce dicat: Gravia peccata peccavi.

Hæc

Hâc monitione ter repetita, ſi qui ſint, qui ea concepta formula generatim ſe peccaſſe confeſſi fuerint, accedit Cœnobii Præfectus, & neſcio quas preces ſuper eorum capita recitat. Sicque fit peccatorum remiſſio.

Monitum ad *generalem exomologeſin* ter repetit *Lhama*. Ignotæ preces ſuper capita confitentium

XCVIII. Ex ea etiam opinione, qua credunt herbas, plantas, pecora, aerem, aquam, terram, omnia denique *anima* rationali donari, orta ſunt alia ſuperſtitionum capita, quæ Tibetani pari cum Manichæis religione obſervant. De his pauca dicam. Prævaricatoribus conſtituta ſunt ſupplicia Inferorum, de quibus mentionem fecimus p. 183. Damus hîc locorum nomina, quæ ibi prætermiſimus, ut ex his etiam deprehendatur, quid cognationis habeat cum Manichæa Tibetana Religio. Tradunt ſub urbe *Torcebten* རྡོ་རྗེ་གདན་ [modo *Caſi*, ſeu *Benarès*,] ſubeſſe immenſum, ſummeque profundum Tartarorum orbem *Gnielvà* དམྱལ་བ་ in duo veluti Regna diviſum. Horum alterum loca octo *ignis:* totidem continet alterum loca cruciatuum *gelu*. Sunt illa:

Infernalium ſuppliciorum loca apud Tibetanos quæ ſint, quibuſve nominibus appellentur?

Inferorum ſitus.

Tartarorum Orbis *Gnielvà*.

Loca ſuppliciorum ignis octo.

I. ཚ་བ་ *Tzavà* calor. II. རབ་ཏུ་ཚ་བ་ *Rabdu tzavà* ſummus calor. III. ལྕགས་ཀྱི་ས་གཞི་ *Cià chij ſa ſgi* ferreæ terræ ſtratum. IV. མེ་དམར་མུར་ *Me marmur* devorare ignem ſeu ferrum ignitum. V. འདག་པ་ཚ་མོ་ *Dàkpa tzamo* mori ſimul & reviviſcere. Eſt eorum proprium, qui ſolo decumbunt terræ igne candentis. VI. སྡུས་འཇོམས་ *Thu giom* mola conteri. Ibi etiam ſunt montes duo torridi, quibus quaſi forcipis dentibus damnati homines ſtricti, & compreſſi torquentur. Addunt & Æneum vas ferro liquefacto plenum, ubi miſeri a tortoribus ingenti adhibito cochleari jugiter miſceantur, & volutentur. VII. ཐིག་ནག་ *Tina*

I. *Tzavà*.
II. *Rabdu tzavà*.
III. *Cia chij ſa ſgi*.
IV. *Me marmur*.
V. *Dàkpa tzamo*.
VI. *Thu giom*.
VII. *Tina*.

VIII. *Cia chij ſcema ri.*

ſerra. Ea, uti & falce rubenti ſecantur improbi. VIII. ལྕགས་ཀྱི་ཤལ་མ་རི་ *Cia chij ſcema ri*: Mons ferreus ignitis gladiis conſitus, unde præcipites dantur reprobi. Deluſi neſcio qua voce quaſi Parentum, qui eos ex imo ad ſummum compellant, verticem anheli conſcendunt; ſed inde ſtatim in præcipitium dejecti lapſu graviore corruunt. Inferna *gelu*, ſunt:

Loca rurſus ſuppliciorum *gelu*, octo.

I. *Aciu ſervà.*

I. ཨ་ཆུ་ཟེར་བ་ *Aciu ſervà* ſummum aquæ gelidæ frigus; quo

II. *Kiehu ſervà.*

peccatores conſtricti in magnos fletus erumpunt. II. ཀྱི་ཧུ་ཟེར་བ་ *Kiehu ſervà* gemitus maximi ex immaniori acer-

III. *So tam tambà.*

bitate frigoris. III. སོ་ཐམ་ཐམ་པ་ *Sò tam tambà* concuſſio,

IV. *Pemà dar kebà.*

& ſtridor dentium. IV. པདྨ་ལྟར་གས་པ་ *Pemà dar kebà* Nymphææ more dividi; ut enim in frondes quatuor dilatatur Nymphæa minor, ſic in partes quatuor incolæ hujus loci finduntur.

V. *Pemà cenbò dar kebà.*

V. པདྨ་ཆེན་པོ་ལྟར་གས་པ *Pemà cenbò dar kebà*: Dividi ut Nymphæa major in partes octo.

VI. *Ubel dar kebà.*

VI. ཨུཏ་པལ་ལྟར་གས་པ *Ubel darkebà*, ut flos Ubel minor, in partes *triginta* dividi.

VII. *Ubel cenbò dar kebà.*

VII. ཨུཏ་པལ་ཆེན་པོ་ལྟར་གས་པ *Ubel cenbò darkebà*, ut flos Ubel major, dividi in partes ſexaginta. *Ubel*, quem hîc memorant Tibetani, erit fortaſſe *Habel culcul* Serapionis, de quo plura Salmaſius Exercit. Plin. in Solin. pag. 1311. Fabam Ægyptiam *Colocaſiam* eſſe demonſtrat; quam etiam Nymphæam, ſeu *Loton* appellat Athenæus λωτῷ ῥοδίζοντα *a colore floris, quum Lotus alter florem candidum præferret*. Colocaſiæ radici inſitam ſcribit *Muſam*, ſeu μώζαν cannam ſaccharinam. At *Habel*, ut ego opinor, vox Ægyptia eſt, quæ *fabam* ſignificat. Nam Πιφελι Arab. الفول *alcul* eſt *faba*. Si autem loco articuli maſculini

Ubel flos, an *Habel culcul*, *faba Ægyptia Colocaſia*, *Nymphæa*, *ac lotos roſea Athenæi?*

Radici *Colocaſiæ* inſita *Muſa*.

Ubel vox ab *Ægyptia upheli*, & *ubeli*, faba, deducitur.

πι

ⲛⲓ cognatum ⲟⲩ ſubſtituas, erit ⲟⲩⲫⲉⲗⲓ *upheli*, & *ubeli* unde *ubel*; quum in voce Tibetana པ *P.* pronuncietur ut *B.* Colocaſia vero ob foliorum amplitudinem *Mantifolium* quoque dicta, mirifice facit ad rem noſtram. Sic enim deprehendimus, cur Tibetani utramque Nymphæam ad exemplum proferant ſupplicii, quo damnatus in tam multas partes diſperſus torquetur. Simile quiddam in mente habuit Manes, quum dixit: *Neceſſe eſt eum, qui plantaverit Perſeam tranſire per multa corpora, uſque quo Perſea illa, quam plantaverat, concidat.* Quod ſi *Perſea*, non invito Beauſobrio, μώζα *Muſa* eſt inſita *radici Colocaſiæ*, eandem facile ænigmatis rationem præbere potuit *Maneti*, quam præbuit Lhamis Tibetanis flos *Ubel*. VIII. Nomen ignotum eſt. De duobus reliquis *Jangſi*, *Jangſo*; & *Narmè*, quæ addita ſexdecim jam memoratis dant octodecim inferorum loca, videſis cit. pag. 183. Tam multa vero Tibetanis Inſtitutis affinia in doctrina Manetis mihi videor intueri, ut hanc ipſam Tartarearum Regionum diſtributionem ab eodem Manete acceptam exiſtimem. Duo illa Regna, quæ partes ſunt *Mundi inferni*, ac *tenebroſi*, *gehennam ignis*, & *ſedem fletus* in Orbe *exteriorum tenebrarum* interpretor. Horum meminit Manes in diſputatione cum Archelao: *Si dicimus . . . . omnia Deum replere, & nullum eſſe extra eum locum . . . . ubi gehenna ignis? ubi tenebræ exteriores? ubi fletus?* Præter gehennam *ignis* agnoſcebat alium quendam *magnum ignem*, de quo apud Tyrbonem ſic loquitur: *Si exierit anima, quæ non cognoverit veritatem, traditur dæmonibus, ut eam doment in gehenna ignis; & poſteaquam correcta fuerit transfunditur in alia corpora ut dometur, & ita injicitur in illum magnum ignem uſque ad conſummationem.* Hunc intelligo *globum*, cui æternum affixa inhærebit pars illa Dei, anima ſcilicet nunquam plene purganda: Quæ res horrori ſemper fuit

Perſea ſatoribus quam pœnam indixerit Manes?

Perſea eadem putatur ac *Muſa*.

In *Perſea* Manetis, & in *Ubel* Tibetano idem forte ænigma latet.

VIII. Inferorum locus, *ignoti nominis*.

Univerſa inferorum loca, *octodecim* numerant Tibetani.

Orbis tenebrarum exteriorum, gehenna ignis, & regio fletus Manichæorum comparatur cum Orbe tartareo cumque regnis duobus ignis, & gelu Tibetanorum.

 SS. Do-

Narmè Tibetanorum *ignis magnus* Manichæorum.

SS. Doct. AUGUSTINO. *Narmè* མནར་མེད་ Tibetanus, ubi animæ infinitæ durationis tormenta ſubeunt, ignis eſt ille magnus Manichæorum. Loca cætera pœnarum Manetis penicillo adumbrata, ex iis, quæ mox ego dicam, cernere poteris. Itaque Religioſi Tibetani nec plantant, nec *domos ſibi proprias* ædificant, nec agros colunt, nec metunt, nec molunt, nec panem coquunt: cavent præterea, atque etiam timent ne terram, ne aerem lædant. Sunt enim hæc *apophthegmata* illa Manetis: *Qui ædificaverit ſibi domum diſpergetur per omnia corpora. Qui meſſuerit, demetetur: qui frumentum in molam miſerit, etiam ipſe mittetur in molam. Qui conſperſerit, conſpergetur. Qui panem coxerit, excoquetur*. Unde Tibetanis *Meſſoribus* ſtatutus videtur ſextus Inferorum locus ཙེག་བཅག་ *Tsina* dictus, *Serra* ſcilicet, & *Inſtrumentum quodvis ad ſecandum idoneum*. *Molentibus* quintus སྡུས་འཇོམས་ *Tu giom*. *Coquis*, ſeu *Piſtoribus* tertius མེ་དམར་མུར་ *Me mar mur*: ubi *ignis* vorandus traditur.

Apophthegmata Manetis ne ſui domos ædificent, ne metant, ne molant, ne panem coquant, quam ſancte hodieque colant & ſervent Religioſi Tibetani.

Meſſoribus, Piſtrinariis, Coquis, Piſtoribus, quæ ſuppliciorũ loca in Inferis tribuere credantur Tibetani.

Et ſic reliquis tranſgreſſoribus certa conſtituta ſunt loca pœnarum *analoga* culpis. Ab animantibus interficiendis mirum quam religioſe, ac ſancte abſtinendum jubeant. Ob id laniones tamquam impuriſſimos habent, & abominantur impenſe. Comedunt hac ætate carnes, ſed non ſine ingenti ſcrupulo. Metum hunc, quo maxime Rex ipſe *Mi vang* མི་དབང་ afficiebatur, opera tandem P. Franciſci Horatii ex animo depulit. Multa hodie Lhamæ ac *Trabà* Tibetani ſibi ex *Indulgentia*, ut ajunt, ajebantque olim AUGUSTINO teſte Manichæi, ſibi licere putant præſertim in abſtinentia a carnibus. Nam præter hordeum, & pecora, quibus montes, & agri Tibetani abundant, cetera ut triticum, poma & olera exigua ſatis copia veniunt. Rigidi Manichæi apud

Ab animantibus interficiendis abſtinent.

Carnes *ex Indulgentia* in Tibeto Religioſi *Sciachaita comedunt.*

Multa ut olim Manichæi, de veteri diſciplinæ rigore relaxarunt.

S. AU-

S. AUGUSTINUM de Hæreſ. C. 46. *Nec alimonia lactis utuntur*. Sed nec lacte veteres *Lhamas* fuiſſe uſos illud mihi ſuadet, quod incolas partis Occidentalis Terræ *Lankà*, quo nomine Indi Inſulam *Ceylan* vocant, carpere viſi ſint vel quia *Vaccæ* mores imitarentur, vel quia nimio *lactis* potu nutrirentur. Eo Lhamæ recentes, omneſque Tibetani tamquam alimento quotidiano non minus quam Indi utuntur. Cur Latini & Occidentales Manichæi a lacte ſe temperarent, quum certiora quam in aliis forte alimentis divinæ ſubſtantiæ indicia in eo apparerent, nullam omnino probabilem cauſam in diſputationibus cum AUGUSTINO habitis reddere potuerunt. Sed reddidit AUGUSTINUS ipſe: *quia*, inquit, *error non ſibi conſtat*. Græci Manichæi lacte, caſeo, & butyro alebantur, ut conſtat ex *Anathem. Eccl. Gr. in Recep. Manich.* Sed ova non ſumebant, quemadmodum nec ſumunt Indi, ac Tibetani Budiſtæ, *quaſi & ipſa*, ut verbis utar AUGUSTINI, *dum franguntur exſpirent .... & hoc ſolum vivat ex carne, quod farina ne moriatur excipitur*. Hæc enim farina ex hordeo, quod Laicorum brachia pinſendo contriverint, poſt *Theæ* potum, in eadem lignea ſcutella lacte ac butyro commixta, placenta illa eſt Manichaica, quam in Templo ad prandium ac cœnam præviis, interjectis, ſubſequutiſque precibus comedunt Aſcetæ Tibetani.

Nec Manichæi Latini, & Occidẽtales, nec forte antiquiores Lhamæ in Tibeto utebantur lacte.

Lhamæ Tibetani, & Indi omnes lacte ut alimento quotidiano utuntur.

Abſtinentia Occidentalium Manichæorum a lacte, ex inconſtãtia erroris.

Manichæi Orientales utebãtur lacte.

Manichæi, uti ſolent Indi ac Tibetani Budiſtæ, ab ovis abſtinebant.

Quod comedunt in Templo Aſcetæ Tibetani, genus quoddam eſt *placentæ* Manichæorum.

XCIX. Cimices, pulices, atque pediculos Manichæi nonnunquam interficiebant. Rogati ab AUGUSTINO cont. Adimant. C. XII. cur id facerent, qui *etiam occidere parentes ſuos inter pediculos, & pulices poſſent*? *Aliquando* negabant, *uſque ad iſta minutiſſima animantia revolvi animas humanas. Sed vehementer urgebantur, cur in vulpeculam revolvi anima humana poſſit ... & non poſſit ... in muſcam, deinde in cimicem, atque inde uſque in pulicem*. Itaque non *ſemper*, ſed *aliquando*, tum ſcilicet quum ad incitas a Catho-

In minutiſſimis animantibus occidendis incõſtãs erat ſuperſtitio Manichæorum.

tholicis redigebantur, humanarum animarum revolutionem in minutiſſimas animantes negabant Manichæi. Quamvis id negare nihil eis prodeſſet, ait S. Doctor. Ab his anguſtiis liberi ſunt Tibetani: *nec cimices, nec pulices, nec pediculos* interficiunt, ne ſe tantis polluant homicidiis. Sordidiſſimi ita ſunt, ac ſummopere veriti formidandum illud Manetis præceptum apud S. EPIPHANIUM: *Si quis laverit ſe in aqua, animam ſuam* πνίγει *frigore congelat*, balnea devitant, nec unquam ſe lavant. Id enim ſi fecerint, adeant neceſſe eſt primum inter octo frigida inferorum loca ཨ་ཅུ་ཟེར་བ་ *Aaciu Servà* dictum *frigus maximum aquæ gelidæ*. Aqua dumtaxat, quam vaſculo argenteo incluſam ſecum perpetuo geſtant, oris extrema abſtergent, ut ſi forte animas potui, ciboque implexas labiiſve inhærentes adtraxerint, mundam ibi ſedem eis exornent, aut purgent contaminatas. Aqua pluvialis, quæ purior eſſet, Manichæis maxime licita, & acceptiſſima erat.

Religioſi Tibetani nec *cimices*, nec *pulices*, nec *pediculos* occidunt, quòd eos anima rationali donatos credant.

Cur ſemper illoti, & ſordibus cōſperſi vivant Aſcetæ Tibetani, cauſa petitur ex præſcripto Manetis.

Vaſculum aqua plenum cur ſemper ſuſpenſum de zona gerant?

C. *Sanctimoniales* Manichæorum cernimus in Religioſis fœminis ཨ་ནི་ *Anì*, & བཙུན་མ་ *Tzunmà* a *Sciacha* inſtitutis. Quædam minoris ordinis ac perfectionis, ut Mares *Kegnien*, domi vivunt, & plurimæ etiam nubunt. Sed pars maxima clauſæ in Aſceteriis continentiam, & virginitatem colunt. Eaſdem leges, quas viri, fœminæ profitentur. Monaſteria pleraque omnia altis rupibus erecta viſuntur. Hujus ſanctimoniæ, & caſtitatis vana ſimulacra quid boni fructus plerunque ferre ſoleant, diſce vel ex uno illo exemplo, quod narrat S. AUGUSTINUS *in Lib. de Morib. Manich.* Inde conjicies Tibetanas *Sanctimoniales* non aliter ac Manichæas ab *Sanctis* Tibetanis ſtupris affectas Matres ſæpe fieri; ſed Matres immanes, quæ ne religionis nomen probris & maledictis exponant, miſellulos infantes vix natos per ſaxa ac dumeta lacerandos præcipites dejiciunt e rupibus

Sanctimoniales Manichæorũ cum *Anì*, & *Tzunmà* Tibetanis Monialibus conferũtur.

bus. Arguantur flagitia hæc non in Religione, quæ quamvis *falſa*, ea tamen vetat, ſed in iis, qui peccant. *Illud tamen in omnibus illis ſanctis* Tibetanis, ut S. DOCTORIS verba uſurpem, *quemadmodum ferri & tolerari poſſit ignoro, qui cum animam partem Dei eſſe dicant, aſſerunt tamen etiam exiguo admixto malo, majorem ejus* [divinæ ſubſtantiæ] *copiam ubertatemque ſuperari. Quis enim cum hoc crediderit, & eum libido pulſaverit, non ad talem defenſionem potius, quam ejus libidinis refrænationem compreſſionemque confugiat?* Id plane juſtæ excuſationis genus e ſinu Religionis excerptum in promtu habent Flagitioſi, etiamſi dum publica eorum ſcelera vulgus offendunt, e ſocietate, haud aliter quam olim Inſignes, ac manifeſti Manichæorum peccatores, e ſuo ipſorum cœtu expellantur. Inter Tibetanas *Lhamiſſas* celebris eſt *Lhamò Renata* in Regno *Tzhang*. Certum *Renatæ* ſignum eſt *Porci roſtrum*, quod ab ipſo ſtatim partu in *cervice* enatum *Magna Dea* ſpectandum porrexerit.

Uti Manichæorum, ſic & Tibetanorum religio vetat ſimul & neceſſario probat ſacrilega ſtupra, aliaque Aſcetarum, & Sanctimonialium flagitia.

Tibetanarũ *Lhamiſſarum* Princeps ſedet in Regno *Tzhang*.

Inſigne gerit *roſtrum porci* ſponte in cervice natum.

CI. Duplici lege, *ſecretiori* una, *populari* altera uſi ſunt Manichæi: Et ut geminæ hujus legis commentum incautis ſecurius inſinuarent, tanquam a Chriſto Domino traditum, ejuſque exemplo commendatum confidentiſſime deprædicabant. Ajebant enim apud S. AUGUSTINUM L. cont. Adimant. C. 15. Quædam fuiſſe *Dominum locutum ad turbas*; quædam ſecreto *ad paucos ſanctos*. Et XVI. c. Fauſt. C. 31. *a diſcipulis ſuis carnes veſcendas removiſſe . . . vulgo ſecularibus conceſſiſſe*. C. 32. *aliud* quandoque *turbas*, *aliud ſecreto diſcipulos docuiſſe*. Hinc forte janua patuit *Xacaitis* Tibetanis, ut non illam modo *ſecretiorem* legem, quam Manichæi propriam Electorum dicebant, ſed & alteram veluti implexam, atque inſertam admiſerint, quæ uno eodemque tempore ab *Aſciang* inducta, uſitata eſt & cognita *Atheopoliticis Sinorum*. Vide quæ ſcripſimus pag. 225.

Lex gemina, *ſecretior* una, *popularis* altera, arcanum eſt tum Manichæis tum Xacaitis Tibetanis commune.

Legi *ſecretiori Xacaitarũ* multa inſeruit *Aſciang* Atheo-politicis Sinorum communia: Et hinc in ſuſpicionem Atheiſmi veniunt Tibetani.

de

de lege *Kiutè*. Atque, ni ego fallor, ſecretioris hujus legis uſus, cauſa eſt, cur *Lhamæ* Tibetani in *Atheiſmi* ſuſpicionem non immerito veniant.

In lege exteriori, Dei exiſtentiã agnoſcunt, & profitentur Tibetani.

CII. Nihilominus in exteriori *Diòtè*, quod ſemel & iterum animadvertimus, dubitari non poteſt quin *Deum* agnoſcant, eumque ab omni æternitate extitiſſe profiteantur. Verum incredibile eſt quam multa errorum monſtra foveant, quibus æque ac Manichæi veram ac ſinceram Supremi Entis divinitatem e gradu dejiciunt. In primis Dei naturam in *ſubſtantia lucis plane corporea, ac viſibilis collocant*. De tam inſana Manichæorum ſententia, quæ Judice S. AUGUSTINO L. V. Confeſs. C. 10. *Maxima eſt ac prope ſola cauſa inevitabilis erroris*, Beauſobrium ipſum teſtem habemus locupletiſſimum. Tibetani vero *ſubſtantiam aquæ chriſtallinæ puriſſimæ ac lucidiſſimæ* ཆུ་ཤེལ་ལས་གྲུབ་པ་ *Ciù-ſcel-le trup-ba*, id eſſe volunt, quod Dei naturam componat. Sol Luna, & pars Orientalis *Righiel* eadem Dei natura, hoc eſt, chriſtallina luce conſtat. Confer hæc cum opinione Manichæorum; quam ante retulimus pag. 232.

De Dei natura par eſt cum Manichæis, Tibenorum ſententia.

In Ciu-ſcel-le-trupba, hoc eſt in ſubſtantia aquæ chriſtallinæ puriſſimæ, ac lucidiſſimæ Dei naturam collocant Tibetani.

CIII. *Deum*, ut hunc in locum colligamus, quæ ſparſim in ſuperioribus tradidimus, vocant དཀོན་མཆོག་ *Concioà*. *Con* ſeu *Kon*, & cum initiali ད *Ta*: *Takon* དཀོན་ pronunciatum, quid eſſe poſſit vide pag. 23. མཆོག་ *Cioch* vulgo apud Tibetanos *Cioà*, *librum* ſonat, & ſæpe pro *lege* ſumitur. Nomen ſic reddi poſſet *vocalis liber*, ſive *lex*. Sed *librum* vel *legem ænigmatice* dictam *lucis naturam*, ejuſque *originem*, & *complexum univerſalem* intellige. De *lege* pro *luce* accepta nonnihil innuimus pag. 181. *Deum tres & unum in eſſentia dicunt* དཀོན་མཆོག་གསུམ་པ་ཅིག་འདུ་སྒྲུབ་པ་ཡོད་དེ། *Concioà ſum cik du trupba jotè*.

Cioch, ſive Cioà in Dei nomine Tibetano librum, adeoque legem ſonat: & Concioà liber ſeu lex vocalis exponi poteſt.

Liber ſeu lex ænigmatice pro lucis natura ex Tibetanorum arcanis, accipitur.

Deum tres & unum in eſſentia vocant Tibetani.

CIV. Pri-

CIV. Primum appellant སངས་རྒྱས་དཀོན་མཆོག *Sangh kiè concioà: κατὰ γρᾶμμα Sancti, Sanctus*, vel ex *Sanctis Deus*. *Sanctitatis* nomine *lucem puram*, & *univerſæ lucis collectionem* exponunt. Redi ad pag. 223. Secundum ཆོས་དཀོན་མཆོག *Ciò Concioà Lex Deus*. Tertium དགེ་འདུན་དཀོན་མཆོག *Kedun Concioà: Collectio* perfectorum ſive Religioſorum *Deus*. Tene ex pag. 246. & 247., quid de ſua ipſorum *divinitate* Manichæorum Electi, & Lhamæ Tibetani ſentiant.

Deorum trium nomina. I. *Sangh kiè concioà*. II. *Ciò Concioà*. III. *Kedun concioà*.

CV. Primum ita definiunt: དོན་གཉིས་མཐར་ཕྱིན་པའི་བསྒྲུབ་གཉིས་མཐར་ཐུག་སངས་རྒྱས་དཀོན་མཆོག། *Ton gnithar cinbe chiab ne thar tu ſanghghie concioà chi Zengni: Ad fines omnino duos* དོན་གཉིས Ton gni *dat auxilia* (hoc eſt *lumina*) *ut orbem moleſtiſſimum tranſmigrationum abſolvat* (སངས་རྒྱས *Sanghghiè Concioà*) *Sanctus, vel Sanctorum Deus, & ut tandem fructum Sanctorum conſequatur*, ideſt *ut fiat Sanctus*. Ea quidem definitione Deum potius tollunt, quam explicent Tibetani. Sed inde magis etiam elucet Manichaicæ impietatis figmentum. Quum anima pars ſit divinæ naturæ, eique *conſubſtantialis*, laborat capta, polluta, & afflicta per immenſas tranſmigrationum periodos continuo voluta, & agitata. Quid bonus & miſericors Deus? Mittit Filium ſuum ad *animæ* ſalutem. *Anima* (quod ante obſervavimus,) eſt infelix illa *reliquia*; pars illa miſera lucis & ſubſtantiæ divinæ de armatura primi hominis, Principum tenebrarum feritate avulſa: *Jeſus* nempe *patibilis* per univerſum mundum diffuſus. At idem rurſus Jeſus, & primus homo, ad cujus liberationem miſſus fuerat *ſpiritus vi-*

Primi Numinis definitio.

Cur Deum dicant Tibetani dare auxilia, ut & trãſmigrationum periodum in ſeipſo abſolvat, & ſanctitatem aquirat, ex impia Manichæorum opinione explicatur.

Sanghie Concioà idem forte eſt ac *Deus Pater* Manichæorum.

Primus homo Manichæorũ *Jeſus*. At Jeſus ut *patibilis* eſt *anima* a Principibus tenebrarum capta: *Jeſus* vero *Cæleſtis*, eſt *Dei Filius*, Primogenitus luminum, & *ſpiritus vivens* miſſus cum virtutibus lucidis ad ſalutem animæ.

vivens, ipſe eſt Jeſus *Cæleſtis*, Dei Filius primogenitus luminum, atque Salvator. Adde virtutes alias lucidas ad purgandam, & ſolvendam *animam* miſſæ. Sunt hæc auxilia, quæ Deus impartitur ad illius ſalutem & ſanctitatem. Sic ſubſtantiam ſuam puram, nitidam, & ſanctam per ea veluti adjumenta in ſeipſum iterum recipit Deus. Atqui hæc eadem commenta adoptarunt Indi, apud quos *Biſnu* eſt *vis divina ſubſtantiæ*, ſeu *anima* illigata materiæ: eſt *Khriſnu* ſive *Khriſchtnou patibilis*, idemque Salvator & Liberator animæ, eſt *Adì Purus* आदीपुरुष *Primus homo*, & *Giotì ſurup* जोतीसुरुप *prima lucis origo*: Eaque ab Indico *Potiſathò* acceperunt Tibetani: Quum ergo dicunt hi, *Sanghiè Concioà* auxilia largiri, ut per ea abſolvat tranſmigrationum curſum, & ſanctus fiat, aliud nihil ſignificare volunt quam Deum adducere & conferre virtutes lucis, quibus animam Ipſe purget, & ita partem ſubſtantiæ ſuæ purgatam recipiat.

Biſnu & *Kriſchtnu* Indorum reſpondet *Jeſu* Manichæorum. *Biſnu vis eſt divina ſubſtantiæ: anima illigata materiæ: Salvator animæ: Primus homo*: & *prima lucis origo*. Indicus *Biſnu* cognitus Tibetanis. *Sanghiè Concioà* abſoluto tranſmigrationum curſu *Sanctus fieri* dicitur a Tibetanis, quia ſancta, & lucida fit anima Deo *conſubſtantialis*.

Secundi Numinis definitio explicatur.

CVI. Secundum exponunt: འགོག་ལམ་གྱི་བདེན་པ་གཉིས་དང་ལྡན་པའི་རྣམ་བྱང་གི་ཆོས་དཀོན་མཆོག་གི་མཚན་ཉིད། *Golam chij denba gni tang denbe nam ciang chi cio, concioa chi Zen gni*. Hæc eſt declaratio, ſeu manifeſtatio Dei *Ciò Concioà*: *Lex* ſeu *ratio ad perfecte cognoſcendam viam* ſpiritus, [quæ ad puritatem ac ſanctitatem ducit,] tradens præcepta alia *affirmativa*, *alia negativa*. Xaca eſt Deus iſte, qui utraque præcepta dedit. Negativa ea ſunt, quæ ſupra retulimus agentes de *Kegnien*, & *Ketzhul* Tibetanorum. Ad quinque tantum redigit La-Crozius pag. 507. Redigunt & alii. At certe in Tibeto, qui *Ketzhul* vocantur, præter quinque jam numerata, alia ſibi propria habent ad decem uſque. Ipſiſſima ſunt præcepta Buddiſtarum Japonenſium apud Kaëmpferum L. III. H. Japon. C. 6. p. 210.

Ciò Concioà, Xaca. Ciò Concioà duplicis generis præcepta dedit: *affirmativa*, & *negativa*.

Quinque negativa præcepta a Xaca tradita numerat La-Crozius. *Decem* habent *Ketzhul* Tibetani. Decem Buddiſtæ Japonenſes.

Après

Après ces cinq principaux Commandemants en general, qui contienent en ſubſtance toute la Loì de Siaka, ſuivent dix Sikkai, cômme ils les appellent, c'eſt a dire Conſeil, ou avis, qui ne ſont autre choſe que les cinq loix ſubdiviſées, & appliquées à des actions plus particulieres pour l'obſervation plus exacte de la vertu . . . . l'on a encore ſubdiviſé ces loix en Go Fiakkai, *c'eſt a dire les cinq cens conſeils & Avis.* Quot etiam a *Xaca* Tibetano tradita in ejus vita leguntur. Ex his tamen tercentum tantum & quinquaginta tria ſelecta ſunt, quæ vovent & profitentur *Kelongii*. Non ſunt hic ſilentio prætereundi Manichæi, a quibus hujuſmodi præceptorum tabulæ quaſi primum adumbratæ videntur. Fauſtum jam audio, qui legis defenſionem ſuſcepturus ſic exorditur, referente AUGUSTINO L. XXII. contra eundem: *Legem autem nunc dico ego . . . . eam, quæ vere ſit Lex, ideſt, non occides, non mœchaberis, non pejerabis, & cetera.* Dolemus hîc finem feciſſe non explicato ordine ceterorum præceptorum. Nam exordium & qui ſequitur præceptorum ordo, non cum *Decalogo* illo noſtro *vere divino*, ſed cum *pentade Xacaica* adamuſſim convenit. Et *Hæc* quidem, uti jam ante dixerat apud AUGUSTINUM Lib. XIX., *erant* (præcepta) *antiquitus in nationibus, ut eſt in promtu probare, olim promulgata per Enoch, & Seth:* quorum præcipue apocryphis ſcripturis Manichæi utebantur. Notum porro eſt ex V. Lib. AUGUSTINI contra Fauſtum, quam inſanientis ſuperbiæ typho de ſe homo vaniſſimus gloriaretur, quôd ſingula Chriſti præcepta atque conſilia, quæ in Evangelio habentur, accuratiſſime obſervaret: Notum & illud eſt quod tum eo loci, tum Lib. 2. de Moribus Manichæorum, de tam multis, ſummeque arduis Manetis præceptis & inſtitutis tradidit S. DOCTOR. *Romæ* (Conſtantius Auditor primum Manichæorum, ſed non ita multo poſt ad Catholicam fidem converſus,) *cupiebat ſi fieri poſſet: omnes*

Ad perfectiorem virtutis gradum conſequendum *quingenta* præcepta, ſeu conſilia *Xaca* invexit.

Ex 500. *Xacæ* conſiliis *tercentum* & *quinquaginta*, quibus obſervandis ſe voto obſtringant, ſeligunt in Tibeto *kelongii*.

Exordium & ordo præceptorum *legis* a Manete traditæ conſonat cum *Pentade* præceptorum *Xacæ*.

Legem ſuam per *Henoch* & *Seth* promulgatam jactabat *Manes*.

Arrogantia Manichæorum maxima in eo quod ſe Chriſtianorum omnium conſiliorum obſervantiſſimos prædicaret.

Præcepta atque Inſtituta Manetis & numero, & aſperitate graviſſima.

Romæ in ædibus *Conſtantii* Electorum Manichæorum Cœnobium. *Regula* ex epiſtola Manetis propoſita, viſa multis electorum intolerabilis. *Seditio* inter *electos* Cœnobitas orta. Abeunt e ſocietate multi. Manent *Mattarii*: *Mattarii*, unde ſic poſtea dicti?

qui ſecundum illa præcepta vitam degere parati eſſent, congregare in domum ſuam, & ſuis ſumtibus ſuſtinere . . . . Eò congregati ſunt Electi omnes, qui Romæ eſſe potuerunt. Propoſita eſt vivendi regula de Manichæi Epiſtola. Multis intolerabile viſum eſt. Abſceſſerunt. Remanſerunt tamen pudore non pauci . . . . Quid plura? Coacti aliquando murmuraverunt ſuſtineri illa mandata non poſſe. Inde in ſeditionem . . . . Illi qui in eis perdurare voluerunt ab eorum ſocietate ſchiſma fecerunt, & quia in Mattis dormiunt, Mattarii appellantur. Tot illa Manetis præcepta, quorum meminit AUGUSTINUS, nos hodie latent; ſed ſicubi unquam, in ea profecto ſocietate, quæ eſt *Religioſorum* Tibetanorum, quanquam nonnihil fortaſſe immutata, ſervantur. Ibi ſapiunt, ibi ſpirant omnia ingenium, auſteritatem, & ſuperſtitionem Manetis. Quid? Si *Mattarios* ſedem in Tibeto hactenus tenere dixero? Quotquot profecto ibi ſunt, (ſunt enim innumerabiles,) Aſcetæ illi ſectatores *Xacæ*, in *Mattis*, quas གདན་ *Den* appellant, ſecumque e cella in Templum ducunt, atque reducunt, diuque in iis ſedent & noctu dormiunt.

Indicia prope certa *Manichaicæ Regulæ* in Aſceteria Tibetana inductæ. Aſcetæ Tibetani *Mattariis* ſimiles.

Tertii Numinis definitio explicatur.

CVII. Tertium his verbis deſcribunt: རིག་གྲོལ་ཀྱི་ཡོན་ཏན་རྒྱུད་དང་ ལྡན་པའི་ འཕགས་ དགེ་འདུན་ དགོན་མཆོག་ གི་ མཚན་ཉིད། *Rik Trol chi Jonden chie tang denbe Pha Kedun Concioà chi Zegni. Deus Kedun* virtutum nempe collectio, *largitur lumina & vires intellectus ad cognoſcendum bonum & malum, & ad obſervandam legem*, utpote quæ via ſit ad operoſum tranſmigrationum orbem expedite percurrendum: ideoque *Kedun Religioſos inſtituit, ut ceteris hanc viam oſtendant*. Ita conceptæ definitionis ſenſum explicuit P. Horatius. Quem vero Deum verbis hiſce deſcriptum intel-

Deus *Kedun* dat lumen & vires intellectus ad cognitionem boni & mali, & ad legem implendam, ut homines tranſmigrationum orbem celerius abſolvant. Religioſos ob eam etiam cauſam inſtituit.

telligant, necdum expono. Id unum moneo proprietates, ac notas illas ſingulares, quas Fides Catholica *Spiritui Sancto* tribuit, neſcio cui ignoto Numini a Tibetanis ſacrilega temeritate adſcribi. Hîc ſe mihi objicit *Manichæus*, qui, ut obſervat S. AUGUSTINUS *contra Epiſt. Fundam.*, non ſolum pro Chriſto coli voluit, ſed etiam *Spiritum Paraclitum dici* affectavit. *Sicut Jeſus Chriſtus homo non a Dei Filio . . . miſſus eſt, ſed ita ſuſceptus ſecundum Catholicam Fidem, ut eſſet Dei Filius . . . . ſic ſe Ille voluit a Spiritu Sancto, quem Chriſtus promiſit videri eſſe ſuſceptum, ut jam cum audimus Manichæum Spiritum Sanctum intelligamus Apoſtolum Jeſu Chriſti, ideſt miſſum a Jeſu Chriſto, qui eum ſe miſſurum eſſe promiſit. Singularis audacia iſta & ineffabile ſacrilegium*. Apage, dicet jam Beauſobrius, apage tantam impietatem! Nuda eſt AUGUSTINI conjectura, & injuſta criminis exprobratio. Proh ſuperûm fidem! Improbat audax tanquam AUGUSTINI commentum, quod erat communis Manichæorum fides, ac prædicatio. Non ex conjecturis, ſed ex ore diſcipulorum Manetis acceperat S. DOCTOR idem valere Spiritus Sancti nomen, ac nomen Manetis. Hinc eos alloquens C. 8. inquit: *Reſpondetis utique, Manichæo Apoſtolo nominato, Spiritum Sanctum Paracletum nominari, quia in ipſo venire dignatus eſt*, non ea ſane ratione, qua Catholici credebant in Apoſtolos per effuſionem munerum deſcendiſſe, ſed qua Filius Dei venerat ſuſcepturus hominem. Omnia vero, imo & multo ampliora iis, quæ propria facit Dei tertii adlata Tibetanorum deſcriptio, abunde pollicetur Manes ipſe in exordio Epiſtolæ ſuæ, quam videas velim apud AUGUSTINUM C. XI At quemadmodum Manes, ita & *Sciaka* haberi voluit, habituſque revera eſt pro Deo illo *ſecundo*, & *tertio* quem colunt Tibetani; præſertim quum *Deus iſte tertius* Parens, & Condiror *Religioſorum Kedun* idem omnino ſit

Quod veri Chriſtiani de Spiritu *Sancto* tertia SS. Trinitatis Perſona integerrime credunt, id Tibetani ſacri lege tribuunt Tertio huic *Deo Kedun*.

Manes non ſolum pro *Chriſto* coli, ſed & pro *Spiritu Sancto* haberi voluit.

Contra publicum Manichæorū teſtimonium fruſtra Beauſobrius *S. Auguſtinum* incuſans excuſat *Manetem*.

Sic *Spiritum Sanctum* blaſphemabant Manichæi ſuſcepiſſe *Manetem*, ut Catholici credebant *Dei Filium ſuſcepiſſe hominem*.

Ut *Manes* pro *Chriſto* & *Spiritu Sancto* a ſuis, ita & *Xaca* a Tibetanis pro *ſecundo* ac *tertio Deo* habitus eſt.

ac

Ordo Religioſorum *quadruplex* a Xaca Inſtitutus.
I. *Tra ciombà*.
II. *Chiundu ſgiubà*.
III: *Lencik cir Honghabà*.
IV. *Cir mi Honghabà*.

ac *Sciaka Quadruplicis* Religioſi Inſtituti Auctor. Eorum primum vocant དགྲ་བཅོམ་པ་ *Tra ciombà : Hoſtem profligantium*. II. རྒྱུན་དུ་ཞུགས་པ་ *Chiundu ſgiubà: ſemper progredientium*. III. ལན་ཅིག་ཕྱིར་འོང་བ་ *Lencik cir honghabà: ſemel tantum regredientium*. IV. ཕྱིར་མི་འོང་བ་ *Cir mi honghaba: non amplius regredientium*, ſed abſolutis omnibus tranſmigrationum periodis conquieſcentium. In una etenim fruitione pacis & quietis univerſas Paradiſi delicias, animi beatitudinem, ejuſque ſummam felicitatem collocant.

Beatitas ſumma ex opinione Tibetanorũ *in fruitione pacis*.

Cur dicant Tibetani: *Deum tres unum in eſſentia*, paullo latius exponitur.
Pars omnis primæ lucis juxta opinionẽ Lhamarum eſt origini ſuæ *cõſubſtantialis*.
Sol, Luna, & *Supremus Lhama* dii tres unius eſſentiæ.

CVIII. Quo ſenſu Tibetani dicant *Deum tres unum in eſſentia*, arduum non eſt ex iis, quæ hactenus expoſuimus, intelligere. Pars omnis primæ, & corporeæ lucis, ſeu *chryſtallinæ ſubſtantiæ* juxta impia Tibetanorum dogmata ὁμοούσιος *conſubſtantialis* eſt *toti*, cujus *pars* eſt, ſuæque, unde emanat, *origini*. Hanc ob cauſam *Deos tres*, *Solem*, *Lunam*, & *Supremum Lhamam* ejuſdem ſubſtantiæ arbitrantur; interque ceteras ſalutationum formulas, quibus Lhamam honorant, eam habent inſignem: གཙོ་བ་གསུམ་ངོ་བོ་ནམ་མཁའི་ནོར་བུ་ཆེ་ *Cioà ſum gnovò namche norbu cè. Gemma Cælorum* [Sol nimirum & Luna] *Eſſentia trium Deorum*. Undenam inſaniæ hujus exempla? A Manichæis ſcilicet, quorum ſolemne illud eſt in ore Fauſti: *Nos Patris quidem Dei Omnipotentis, & Chriſti Filii ejus, & Spiritus Sancti* UNUM IDEMQUE *ſub triplici appellatione colimus Numen. Sed Patrem quidem ipſum* LUCEM *incolere credimus* SUMMAM *ac* PRINCIPALEM, . . . *Filium in hac ſecunda ac viſibili luce conſiſtere; qui quoniam ſit & ipſe geminus*, . . . *virtutem quidem ejus in* SOLE *habitare credimus, ſapientiam vero in* LUNA: *necnon & Spiritus San-*

Pater, Chriſtus Filius, Spiritus Sanctus in Manichæorum ſyſtemate nomen *triplex*, Numen *unum*.

Patrem collocant in *luce ſecreta, ſumma, ac principali*: Chriſtum in *luce ſecunda viſibili*: Chriſtũ rurſus *geminum* faciunt, *unum* ut *virtutem in Sole* ſta-

Sancti, qui eſt majeſtas tertia, AERIS *hunc omnem ambitum ſedem fatemur ac diverſorium; cujus ex viribus ac ſpiritali profuſione terram quoque concipientem gignere patibilem Jeſum*. Solem proinde Lunam, & Aerem unum idemque cum Patre Filio & Spiritu Sancto tenebant. Vid. pag. 169. Ad hæc S. AUGUSTINUS lib. XX. contra Fauſtum: *His*, inquit, *obſceniſſimis pannis veſtris conamini aſſuere ineffabilem Trinitatem, dicentes Patrem in ſecreto quodam lumine habitare: Filii autem in Sole virtutem, in Luna ſapientiam, Spiritum vero Sanctum in aere. In qua tripartita veſtra, vel potius jam quadripartita fabula, de Patris quidem ſecreto lumine, quid vobis dicam, niſi quia lumen cogitare non poteſtis, niſi quale videre conſueſtis?* Nihil propterea veriti ſunt ſceleſti & impii homines, aut palam prædicare, *unum eundemque eſſe Zaradem, & Budam, & Chriſtum, & Manichæum, & Solem*: aut *Trinitatis nomine inſignire tres* ex diſcipulis Pauli Manichæi Filii Callinicæ; uti legimus in Anathem. adverſus eos pronunciatis apud Cotelerium Tom. I. PP. Apoſtol. pag. 538. & 539.

ſtatuunt, *alterum* ut *ſapientiam* in *Luna*: Spiritum Sanctum *Majeſtatem tertiam* in toto *aeris ambitu*.

Tripartitam aut potius *quadripartitam* Manichaicæ Trinitatis fabulam irridet S. AUGUSTINUS.

Zarades, Buda, Chriſtus, Manichæus, & Sol apud recentiores Græcorũ Manichæos *unum* & *idem*. Tres nefarii homines in Manichæorum grege: *Trinitas*.

CIX. Iiſdem profecto, ni etiam obſcenioribus, pannis *Deum Noſtrum Trinitatem Sanctiſſimam* aſſutam proferunt Tibetani. Præter Hopamè *ſecretæ, & infinitæ lucis* Deum, *Tres* ſomniant neſcio quos བྱང་ཆུབ་ *Ciangciub*, འཇམ་དབྱངས་ *Giam Jang*: ཕྱག་ན་རྡོ་རྗེ་ *Cihana Torcèh*: & སྤྱན་རས་གཟིགས་ *Cenreſi*. Habitabant omnes ſimul in æde divina རི་བོ་གྲུང་ཛིམས་ *Rivo trung zim* primæ Regionis, quam དགའ་ལྡན་ *Kaden* appellant pag. 182., ſuper verticem Montis རི་རྒྱལ་ *Righiel*: Ibi enim *Paradiſum* noſtri hujus Mundi viſibilis collocant; Initoque conventu conſilium inter ſe mutuo contulerunt de primis habitatoribus in Tibeto propagan-

Tibetanæ Trinitatis Dii: *Giam Jang.*, *Cihana Torcèh, Cenreſi*.

Tibetana Trinitas ſupra verticem montis *Righiel* in *Paradiſo* mundi viſibilis.

Fictæ Trinitatis concilium de primis Tibeti habitatoribus procreandis.

pagandis. Orationem habet Princeps *Giam Jang:* oſtendit aliam non eſſe viam ad hominum genus eo loci propagandum, niſi ſi eorum alter *Simii* formam, atque naturam induat; rogeturque མཁའ་འགྲོ་མ་ *Khadroma*, ut in *Simiam* tranſmigret; futurum quippe ſuadebat, ut partus ex ea commixtione ederentur vultu hominum ſimiles. Placuit infami huic Trinitati conſilium. *Cenreſi* migravit in *Simium*, evaſit སྤྲེལ་སྲིན་པོ་ *Praſrinpo*: filios ex *Khadroma* སྤྲེལ་སྲིན་མོ་ *Praſrinmo* genuit; mares tres, totidemque fœmellas. Homines ſic ſunt in Tibeto propagati. *Saclæ* & *Nebrod* Manichæorum meminiſſe te cupio. Conſule, quæ ſupra tradidimus pag. 24. & 25. Poſt annos CXLVII., quum animalia ſe mutuo neci darent, & incolarum numerus augeretur, ne ſine lege diutius viverent, neve ob ea crimina tam ingens animorum familia in Inferna loca detruderetur, habito rurſus *Trini* Numinis Concilio, *Cenreſi* tranſmigrat in uterum Uxoris .... *Regis Indoſtan* མང་སྐྱ་བ་ *Mangkiaba* nuncupati. Hinc I. Tibetanorum Rex *Cenreſi* ཉ་ཁྲི་བཙན་པོ་ *Gnia thritzthengò*.

Ex collatis inter Numina tria conſiliis, Cenreſi ſponte migrat in uterum Reginæ Indoſtanorũ; naſcitur, & omnium primus creatur Rex Tibetanorũ.

CX. *Dei Filium*, quod mox narrabat S. AUGUSTINUS, Manichæi tanquam *Sapientiam* in *Luna* ponebant. Non aliam ſedem Manichæorum pediſequi Tibetani tribuunt *Deo ſapientiæ*, *Giam Jang*; cujus etiam nomen interpretantur *ſuavem cantum*. Hunc ipſum appellant བྱང་ཆུབ་སེམས་དཔའ་ *Ciangciub Sembah*, quòd ceteris omnibus *Ciangciub* cordis munditie ac ſuavitate præcellere putent. Præter viride pallium, & ornamenta octo, quæ jam deſcripſimus pag. 177., nigros habet capillos in pyramidis formam colligatos, nitidiſque gemmis conſperſos. In fronte, unde nutans pendet oblongus ille intortuſque capillus *Xacæ*,

Ut Chriſtum Sapientiam in Luna Manichæi, ſic etiam Tibetani in Luna collocant Giam Jang Deum ſapientiæ.

Effigies, veſtes, & ornamenta Giam Jang.

Xáca, hærent eleganter nexi lapilli quinque ſplendidiſſimi. Geſtat de collo umbilico tenus faſciam veſtis loco ſuſpenſam. Cetera indumentorum inſignia *Giam Jang* Religioſum demonſtrant. Regit ſiniſtra caulem candidi floris *Pemà*, ſed fronde rubentis. Numen ſupra *Lunam* ſedet. Lunam vero undique cingit, atque ſuſtentat flos alter *Pemà* maximæ amplitudinis.

Lotos candidi & rubri coloris in ſiniſtra *Giam Jang*.

Loto cingitur, & innititur *Luna*.

CXI. Idem rurſus *Pemà* rubri coloris undique circumplectitur ſuſtinetque *Solem*. Soli ſuperſtat *Cihana Torcèh*. Aſpice Numinis formam. Ibi ſiſtit *Cihana* inter flammas, circumplicatus anguibus, vultu ad omnem ſeveritatem atque terrorem compoſito, elato ſupercilio, ardentibus genis, rigenti barba, ore frementi, colore ferrugineo, & oculis *tribus* quaſi fulgura jaculantibus. Pœnas, ajunt, & exterminium tam formidando aſpectu iis præſertim hominibus comminari, qui legis ignorantia laborant, & libidinis vitio indulgent. Sed oculus ille *tertius* media in fronte micans *Cihanam Torcèh* eundem eſſe demonſtrat ac Deum *Cenreſi*, *Iſuren*, & *Oſirim*. Ecquem vero alium in eo, niſi forte *Chriſtum* [hoc eſt *Dei Filii virtutem*, ut Manichæi ſomniarunt,] in *Sole poſitum*, intueberis? Vide ſupra laudatum S. AUGUSTINI teſtimonium. Nomen ſic exponunt Tibetani ut idem eſſe velint, ac *manu geſtans bellicum, ſeu magicum inſtrumentum* རྡོ་རྗེ *Torcèh*. At iidem ipſi pro *Torcèh miſericordiam* quaſi propriam ac fere unicam iſtius nominis ſignificationem accipiunt. *Rellandus* diſs. VIII. *de Vet. Ling. Perſ.* *Torcim*, inquit, *Regem Perſice ſignificat, ſi fides Joanni Antiocheno Malalæ* Περσισὶ Τορκὶμ βασιλεὺς ἑρμηνεύεται. *Quod me ignorare fateor*. At efficiet, credo, Tibetanorum lingua, ne hujus vocis apud Orientales uſus inpoſterum ignoretur. Ergo *Torcèh* Tibetanum inſigne proculdubio eſt Regiæ poteſtatis ſymbolum. Veſtimentorum formam, & orna-

Solem ſuſtentat *Lotos* coloris rubri.

Cihanà Torcè ſedem habet in *Sole*.

Effigies *Cihanæ Torcè* terrorem ſpirat.

Cihana Torcê *trioculus* ut Cenreſi, *Iſuren*, & *Oſiris*.

Torcè bellicum, ſeu magicum inſtrumentum.

Torcè vox eſt apud Tibetanos *miſericordiam* ſignificans.

Torcim Perſice Rex.

Torcè Regiæ poteſtatis Inſigne.

ornamenta omnia, ſi pauca quædam excipias, communia habet cum ſimulacro *Giam Jang*. Caput oſtentat munitum *calvariis quinque* auro eleganter innexis: *Cycladem* ad lumbos cingit omnino *tigrinam*: &, quod cetera vincit, *ſerpentibus* toto corpore tegitur. Eritne in Manichæorum promtuariis, quod ad ea præſertim *ſerpentum emblemata* explicanda hauriri inde queat? Erit equidem. Nam teſte AUGUSTINO L. XV. contra Fauſt. c. 9., & L. de hær. c. 46. *Chriſtum fuiſſe affirmant, quem dicit noſtra Scriptura Serpentem, a quo illuminatos eos* (*Adamum nempe, & Evam,*) *aſſerunt*. In AUGUSTINI teſtimonio contra *Beauſobrii* nugas vindicando moras ego diu non traham. Sat eſſe poterit viro cordato, quôd hoc erroris portentum *Fauſto ipſi*, totique *Manichæorum* ſectæ Pater SS. exprobraverit: nec tamen eorum quiſquam objectum ſibi crimen aut horruerit, aut negarit unquam. Tam vana præterea eſt Beauſobrii calumnia, quam certa ipſius eſt hallucinatio. Occœcatus livore in AUGUSTINI nomen anguinas exuvias diſcernere non potuit: illas, quibus Manichæi *diabolum* induunt *ad deceptionem*: iſtas, quibus *Chriſtum* involuunt ad *illuminationem*. Jam vero monſtrum hoc a Manichæis in Indias, ac Tibetum illatum, *Cihanam Torcèh* facillime peperit: ſicque miſeras eas gentes induxit, ut *Cihanam*, pro *ſerpente* illo Manichaico habitum, tegmine exornarent intertexto ab imo ad ſummum imaginibus ſerpentum. Hunc ipſum varias induere formas, ſeſeque ubicunque velit præſentem ſiſtere, & multiplicari teſtantur. Sanctorum tutor & cuſtos illatas iis injurias ulciſcitur, eorumque hoſtes acriter coercet, ac punit. Idemque eſt, qui adfuit tanquam defenſor & comes *Xaca*, quo die *Sanctus* evaſit. Quiſquis interea fabulas Indicas, Tibetanas, & Manichaicas norit, facile intelliget quo pacto *Xaca* pro duobus hiſce diis *Giam Jang*, & *Cihana Torcèh* haberi potuerit. Non ſolum enim

Cihanà Torcè undique tectus *ſerpentibus*.

Chriſtum Dominum Impii Manichæi appellarunt *ſerpentem*.

S. Auguſtini teſtimonium a Beauſobrii tricis expeditum.

Diabolum Manichæi dixerunt, *ſerpentē deceptorem*; Chriſtum, *ſerpentem illuminatorem*.

Cihana Torcè multiformis.

Sanctorum Tutor.

Cuſtos, & comes *Xaca*.

Xaca idem eſſe poteſt ac *Giam Jang*, & *Cihanà Torcè*.

enim *Xacam* in Luna collocant; ſed & eum ita pingunt, ut Solem ac Lunam tanquam propria diverſoria ſuis commonſtret.

Sol & Luna diverſoria Xacæ.

CXII. Quod demum Tibetani credunt ſemideos ལྷ་མ་ཡིན་ *La-ma-in* bellum perpetuo gerere cum diis *Lahis*, unde, quæſo, derivatum putabimus, niſi forte ex ſimillimis Manichæorum deliriis? In *Cyclo* tranſmigrationum, quem ſupra indicavimus pag. 214. Regio eſt ad *Occaſum* poſita, habitatoribus *La-ma-in* frequentata. Hanc eſſe conjecerim *cuneum* illum *tenebrarum*, quæ *juxta unam partem ac latus illuſtris ac ſanctæ Terræ Patris luminum*, invidiæ ſtimulis concitatæ alte aſſurgunt, bellumque movent contra beatos & glorioſos *Æonas* ejuſdem ſanctæ Terræ. Vide S. AUGUSTINUM *contr. ep. Fundamenti*, & L. *de Nat. Boni*. Lahæ ſic erunt divinæ illæ ac lucidæ virtutes, quas mittit *Beatus Pater* ad invidas & adverſas poteſtates arcendas ac diſſolvendas. Ideo vero ad Occidentem collocant *Terram La-ma-in*, quia & eô verſum ſtatuunt Mundum æternum འོད་དཔག་མེད་ *Hopamè Dei lucis atque ſplendoris infiniti*. Ac, ſi quæ *de Gigantibus* ſcripſit *Manes*, ad nos perveniſſent, nullus dubito quin fons & ſcaturigo maxima ſtatim pateſceret, unde tot illa, ac tam frequentia दैत *Deitarum*, राक्षस *Rakeſiorum Gigantum*, *contrariorumque Numinum* prælia in Indos ac Tibetanos manarint.

La-ma-in ſemidei cum *Lahis* diis belligerantes cōparantur cum *Tenebris* Manichæorum bellum moventibus adverſus *Beatos Aeonas illuſtris ac ſanctæ Terræ*.

De *Gigantibus* ſcripſit Manes.

Bella *Gigantum* in Indorum ac Tibetanorum fabulis frequentiſſima.

CXIII. De *Manetis* nomine pauca addam. Innumeræ ſunt, quæ feruntur de nominis hujus *etymologia*, ſive veterum, ſive recentiorum Scriptorum ſententiæ. Eas congerit *Beauſobrius* L. 1. C. 6. H. M., unamque inter ceteras ſeligit, quæ facit nomen *Manì* diminutivum ex *Manahem*; ut ita vox ſit *honoris*, *excellentiæ*, ac *dignitatis* eximiæ indicium. *Les Perſans & les Arabes appellent notre He-*

Manetis nomen apud Perſas & Arabes; *Manì*.

Manì Beauſobrius factum putat ex *Manahem*.

Héréſiarque MANI, *& ce nom pourroit bien être un diminutif de Manahem. Mais ce qu'il y a de certain, c'eſt que c'étoit un nom fort honorable, & que ſuppoſé qu'il ſignifiât quelque choſe, comme on a lieu de le croire, ce ne peut être que des qualites avantageuſes. En effet pluſieurs Rois d'Edeſſe ſe ſont appellez* MANES, *ou Maanes, &* M. Aſſeman *a remarque, que c'eſt un nom commun aux Princes de Syrie, & d'Arabie*. At Præſul Cl. Aſſemanius *Maanus*, non vero *Mani*, ſcribit eo loci, *nomen tum Syris, tum Arabibus Regibus familiare*. *Mani*, (ſiquidem mihi liceat & hanc ceteris addere interpretationem,) Indicum & Tibetanum nomen eſt. ནོར་ *Manì* apud eas gentes *gemma*, ſeu *lapillus eſt, maxima lucis & admirandi ſplendoris*; quôd, ut ajunt, *divina chryſtalli aquea ſubſtantia* conſtat: Diis præſertim Tibetanis ſacer. Nitet is & rutilat infixus orbiculo, qui eminet enatus de ſummo vertice *Xaca*, eoque ceu inſigni quodam ornamento diſtinguitur. Vide *Xaca* effigiem pagin. 66. Quanquam Dii omnes Tibetani ſuum quiſque *Mani* ſupereminentis illius tumoris apici inſertum oſtentant. Plerique etiam repræſentantur tanquam meditabundi, immotis defixiſque oculis ſpeculantes *Mani*, quem ambabus complexi manibus ante pectus ſuſtentant. Eodem modo geſtant alii ciſtulam onuſtam *Mani*: Magnam profecto affinitatem lapillus iſte habere videtur cum geminis lapidibus, quorum meminit *Abbas* Πολυμα-
θέστατος *Jo: Winkelmannus* in opere nuper edito: *Deſcription des Pierres Gravées &c.* II. *Claſſe*. *Mythologie ſacrée* pag. 287. 188. Ad Gemmam 1768. *Cornaline ſciée d'un ſcarabée* conjicit vel *Herculem* eſſe, vel *Helenum*, *qui tient quelque choſe dans les deux mains ſur une eſpéce de Table ou d'Autel, qu'il regarde avec attention*. Ac, ſiquidem Hercules ſit, putat id quod manibus tenet munus eſſe Miner-

Maanus nomen Regibus Syris & & Arabibus familiare.

Manì nomen Indicum, & Tibetanum.

Manì lapillus ex *ſubſtantia divinæ lucis*.

Manì diis Tibetanis ſacer.

Manì in ſummo vertice *Xaca* ceterorumque Tibeticorum Numinum.

Manì ſpeculantur dii Tibetanorum.

Lapis *Sophroniſter* Herculis, & lapis animatus ac divinus *Heleni* apud Winkelmãñ.

væ

væ, *lapidem* ſcilicet, qui vocatur: *Sophroniſter*, *c'eſt-à-dire*, *qui fait revenir à la raiſon*. Eo enim Minerva e phreneſi ad mentem revocavit Herculem. Sin vero *Helenus*; tum eum eſſe cenſet *animatum*, *vocalem*, & *divinum lapidem*, unde oracula petebat Trojanus Heros. Neque ab hujuſmodi ſive Tibetanorum, ſive veterum Græcorum arcanis aliena eſt ipſamet nominis *Maani* ſignificatio; quam explicatam video apud Gallos Auctores Collectaneorum, ſeu *Relations de divers Voyages &c.* Pariſ. 1663. in ſpecimine vitæ Matronæ nobiliſſimæ: *Sitti Maani Gioerida*. Sponſam lectiſſimam nomino Romani Equitis *Petri a Valle*, cujus memoria cum bonis omnibus, tum præſertim noſtro huic Pontificio Collegio de *Propaganda Fide* gratiſſima ſemper erit. *Elle fut nommée* Maani, *c'eſt à dire en la langue du Pais* (in Meſopotamia,) *Penſée ſpirituelle*. At non id ſolum, ſed vel *animam univerſalem*, vel *divinam* ipſam *rationem* in luce corporea poſitam eo nomine deſignari exiſtimant Tibetani; quippe qui Xacam, aliaque Numina putent in *Mani* omnia prorſus, *præterita*, *præſentia*, & *futura* perſpicue intueri. *Mani*, ut reliqua proſequamur, occurrit in exordio orationis ཨོཾ་མ་ཎི་པདྨེ་ཧཱུྃ *Hom-mani-pemeum*. *Mani* Cenreſi ipſum appellant in epigraphe libri མ་ཎི་བཀའ་འབུམ་ *Manikabum*, ſive *Manikavum*; quod eſt *centum mille præcepta Gemmæ*, nempe *Cenreſi*. Ac certe *Manikavum*, ſi deſinat more Latinorum in *S*, idem eſt ac *Manikavus* Μανιχαῖος, & *Manichæus*. Nec forte diverſus ab eo eſt Magus *Mannacavaſſar*, quem ad ſe veniſſe, novam propagaſſe doctrinam, præſtigiis commoviſſe populos, eiſque ſuam perſuaſiſſe religionem, antequam *Catholico* hoc eſt Patriarchæ Perſarum ſubeſſent, *Malabares* ferunt ex vetuſtis ſuæ gentis hiſtoriis apud La-Crozium Lib. I. *Chriſtianiſm.*

Maani uxor Equitis cl. Petri a Valle.

Maani ſpiritalis ratio.

Mani Tibetanorum *anima univerſalis*; ſeu *ratio divina*.

In *Mani* dii Tibetani intuentur omnia.

Mani in oratione *Cenreſi*; & *Cenreſis* ipſe.

Manikabum, ſeu *Manichavum*, liber *Cenreſi*; unde Μανιχαῖος & *Manichæus*.

Magus Malabarũ *Mannacavaſſar* auctore Lacrozio *Manichæus*.

niſm. Ind. Nam & *La-Crozius* ſic putat: nomine iſto *Mannacavaſſar* ſignificari *Manichæum*. *Mani* denique vocatur Rex Tibetanus *Mani-thzen-poh* མ་ཎི་ཚེན་པོ་ Manetis ætati proximus.

Mani-thzen-poh Rex Tibetanus circa *Manetis* tēpora.

CXIV. Si demum tempora temporibus comparentur, eadem eſt epocha utriuſque tum *Xacaicæ*, tum *Manichaicæ* peſtis in Sinas, in Indias, & in Tibetum inductæ. *Quidam ex Scythia Scythianus nomine, Apoſtolorum tempore, fuit ſectæ hujus* [Manichæorum] *Auctor & Princeps . . . . ex genere Saracenorum . . . . cum Ægyptiorum ſapientiam didiciſſet; erat enim, ut quod verum eſt dicamus, valde dives ingenio & opibus*. Ita Archelaus Epiſcopus in diſputatione cum Manete. Sed nec Scytham fuiſſe, nec ævo Apoſtolorum vixiſſe *Scythianum* contendit *Beauſobrius*. Unum agnoſcit *Scythianum* ex *Scythia* dictum, & hunc putat ipſummet fuiſſe Manetem. *Cè dernier* [Scythien] *eſt Manes lui même, qui pour ſe dérober à la perſécution de Sapor ſe ſauva en Scythie, y paſſa quelques années, & n'ent revint, que ſous de Regne d'Hormizdas fils de Sapor. Voilà ce qui a produit ce* deux Scythiens, *l'un venu de* Scythie, *l'autre ſorti de la* Saracéne. *Il faut, que le Voyage de* Manes *en Scythie lui ait fait donner le ſurnom de* Scythien, *car Théodoret, Suidas, & quelques autres ont crû que c'étoit ſon premier nom*. Non negat interea Beauſobrius, quin *Scythianus* alter, & is a Manete diverſus extiterit. At hunc Arabem Philoſophum, in Regione Saracenorum Chaldeæ proxima natum, nec unquam fortaſſe in *Scythia* viſum decernit. Eſt enim *Scythianus*, ad quem extat epiſtola *Manetis*, teſte Photio Cod. 230. Eamque epiſtolam non *Valentino* circa medium ſeculi Eccleſiæ ſecundi, ut veterum quidam tradunt apud Fabricium in Biblioth. Gr., ſed Maneti tanquam Auctori ſuo genuino accenſendam

Manichaiſmi auctor & Princeps ætate Apoſtolorum *Scythianus* Scytha.

Scythianum ſive in *Scythia* natum, ſive coævum Apoſtolis, negat *Beauſobrius*.

Ex itinere, & ſede *Manetis* in *Scythia* ſtatuit Beauſobrius *Manetem* ipſum, nomen accepiſſe *Scythiani*.

Primum & antiquius *Manetis* nomen: *Scythianus*.

Scythianum Arabem, licet contemporaneum, ſeniorem tamen *Scythiano altero*, nempe *Manete*, agnoſcit *Beauſobrius*.

eſſe

eſſe conſtituit. Quanquam *Scythianum* iſtum longioris ævi, quam Manes eſſet, exiſtimet. Eodem itaque ſeculo

Duobus Scythianis ad *Manetis* ævum ſpectantibus antiquior eſt *Schythianus* II. Eccleſiæ ſæculi a *Serapione* Thmuitano commemoratus.

tertio, licet alter altero ſenior, vivebant ambo. Det *Beauſobrius* ſeculo ſecundo *Scythianum*, cujus meminit *S.Serapion* Thmuitanus in Ægypto Epiſcopus; quum nihil omnino habeat, quod illi opponat. Sic vero tres habebimus Scythianos cognomines, quorum alter alteri ſuccedere ex ordine quiverit. Ex his ultimus erit *Scythianus Manes*. Non ea tamen de cauſa *Scythianum* appellatum dixero, quôd in *Scythiam* aufugerit, aut moram ibi annos aliquot duxerit. Aliud quiddam eſt & in arcano poſitum, quod *Maneti* prænomen peperit *Scythiani*. Iter, ut Beauſobrius ſcribit, in Scythiam inſtituit Manes, & quidem in eam Scythiæ partem ultro tetendit, quæ modo Tibetum audit: Sedem aliquandiu habuit in *Schil-in*, aut *Schi-lingh* ཞི་ལིང་, quæ urbs eſt Tibetana contermina Sinis; nam ſuam

Manes non tam perfugii cauſa, quam, ut vota diu ante concepta expleret, iter in Scythiam ſuſcepit.

eſſe Tibetani contendunt. Ut in ea Civitate *Manetem* ſediſſe conjiciam, movet me teſtimonium Hydii ſcribentis ex monumentis *Perſarum*: *Pictorem Manetem* fuiſſe in *Tchighil*. Nam *Tchighil* vox apud Perſas decurtata, ore Italo eſt *Scihl*, & integre pronunciata *Scihl-in*. Verum itineris hujus cauſa non ea una fuit, ut e Perſarum manibus ſalvus & incolumis fugeret. Jamdiu ante Scythiam cogitabat: Scythicamque gentem in votis habebat. Ad eos ſemel & iterum miſerat *Buddam*, *Adda* etiam nuncupatum: Ad Indos vero *Thomam*, ut ſectæ fabulas inſtaurarent, errorumque ſuorum portenta latius diſſeminarent. Ibi commiſſam ſibi

Ante *Scythicum* iter *Manes* appellabatur *Scythianus*.

provinciam obibant ſacrilegi Impoſtores, quo anno Manes Natale ſolum *Scythiani* inviſit. Quare & ipſum *Scythiani* nomen, quod antequam in *Scythiam* fugeret, *Manichæus*

Ex diſciplina & more *Xacaitarũ* veriſimilius creditur *Manetem* nomen obtinuiſſe *Scythiani*.

gerebat, non jam ex itinere *Scythico*, ſed ex religione ac diſciplina inter *Sciachaitas* recepta multo veriſimilius obtinuit,

tinuit. Solent *Sciakaitæ* in Tibeto hunc morem tenere. Quo primum die initiantur pueri religioni, ſacriſque veſtibus induuntur, Lhamæ Cœnobiorum Antiſtites nova eis nomina imponunt. Sed in novis hiſce nominibus formandis quam legem obſervent, verbis P. Horatii Pinnabillenſis

Ritus, quo *Lhamæ Xacaitæ* nomen ſuum ex Religionis diſciplina communicant initiandis.

exponam. *Il Religioſo Maeſtro taglia al fanciullo li capelli, ne laſcia una piccola porzione nella ſommità della teſta, che il Lama ſuperiore del Convento recide, e lo veſte dell'abito Religioſo: quale veſtito preſenta al Lama un kadak, o ſia velo di ſeta bianca, e dal medeſimo riceve il nome, che glielo forma in queſta guiſa. Prende il Lama la prima ſillaba, o la prima parola del ſuo nome, ed aggiugne altro nuovo ſignificativo o di virtù morale, o ſcientifica, o di fortuna, o di buon cuore, o di mare, o di grandezza, o di Dio, o altro ſimile, e con queſto nome vien*

Ex nomine Lhamarum communicato tironibus, diſcernitur certus ille *Lhama*, a quo quiſque fuerit initiatus.

riconoſciuto da qual Lama, o Superiore è ſtato ricevuto alla Religione quel Religioſo, che colla prima ſillaba, o parola del ſuo proprio nome il Superiore nel riceverlo antepone al nome di eſſo Novizio Religioſo. Relation. Tibeticar. Cap.

Mos communicandi Antiſtitum nomen *initiatis*, ut in Xacaitarum, ſic in Manichæorum ſecta receptus conjicitur.

17. *de Religioſis viris Xacæ Tubpà*. Ritum hunc ab initio tenuiſſe Manichæos ſuadet frequens illa innovatio & additio nominum, quæ in una eademque perſona crebro occurrit; uti apparet in *Terebinto*, *Budda*, *Cubrico*, *Ada*, *Manete*, aliiſque. Majores minoribus, quos hæreſis ſuæ ceu filios, & hæredes gignerent, aut integrum, aut partem nominis communicaſſe videntur. Jam ſi Beauſobrius

Poſita diſciplinâ Manichæorum, qua nomen ſuum Magiſtri communicarent diſcipulis, intelligitur qua via *Scythianus* coævus Apoſtolis nomen ſuũ in ſucceſſores diſcipulos ad *Manetem* uſque propagarit.

iſtiuſmodi diſciplinæ formam, quam inter *Xacaitas* Tibetanos ad hæc uſque tempora retentam oſtendimus, apud priſcos Manichæorum invaluiſſe poſuerit, facile intelliget, quo pacto *Scythianus* Apoſtolorum ætate vivens a primo Eccleſiæ ſeculo deſinente ad tertium uſque per ſuccedentium diſcipulorum ſeriem nomen ſuum in alios transmittere, & *Maneti* ipſi communicare potuerit. Nihil enim

eſt,

eſt, quod nos cogat aut fidem derogare Archelao, aut Principem illum Manichaicæ impietatis Magiſtrum ab ævo Apoſtolorum ſubmotum in ſeculum Eccleſiæ tertium rejicere.

CXV. Sed nos *Scythianum* ab eodem Archelao commemoratum, in *Scythia*, atque adeo in *Tibeto* natum, educatumque quærimus. Neque enim is eſſe potuit *Manes*, quemadmodum Beauſobrius temere conjectabat ex itinere Scythico; quum teſte Theodoreto ante id temporis, & priuſquam Manetis nomen acciperet, appellaretur Scythianus. At hominem inveſtiganti ſe ſe mihi objicit celeberrimus Ille *Scytha*, & maximus Tibetanorum Doctor *Samtan-Poutrà*, vulgo *Sam-Potrà*. Vide pag. 158. 159. Dolemus equidem multa de eo, quæ ſcitu neceſſaria eſſent, ex hominum memoria injuria temporum excidiſſe; & quæ hodie feruntur acta alicubi mutila, alicubi infarta fabulis apparere. Verum inter has caliginoſæ vetuſtatis reliquias tam multa ſuboriuntur lumina, ut ſatis eſſe queant ad diſcernendum *Scythianum*, quem volumus, expreſſum in *Samtan-Poutrà* Tibetanorum. Natus is ex *Hanu* Patre, viro Principe ditionis *Thong*, in *Scythia* proculdubio originem duxit; & ex *genere Saracenorum* dici potuit, præſertim ſi *Saraceni*, adſtipulante Beauſobrio, iidem ſint ac *Orientales*, & ita vocentur plures Tatarorum nationes ex iis etiam, quæ quondam Tibetanis paruerunt. Conſule ampliſſimas Hunnorum Hiſtorias *D. De Guignes*. Illud vero, quod de Scythiano ſcribit Archelaus: *Erat valde dives ingenio & opibus*, in *Samtan-Poutrà* mirifice quadrat. Vivebant per id temporis Tibetani Brutorum more ſine lege, erantque iis quaruncunque litterarum elementa, & omnis ſcribendi ratio incognita penitus, & inaudita. Rex XXIV. ཙོང་ཙེན་ཁམ་པོ་ *Thzong Thzhen Chambò*, ingenii, & virtutis præ-

Scythianus in *Scythia* natus, quis?

Scythiani veſtigia in *Samtan-Poutrà* Tibetanorum.

Samtan-Poutrà, in *Scythia* natus, qua de cauſa *ex genere Saracenorum* dici potuit.

Samtan-Poutrà, ut *Scythianus*, dives ingenio & opibus.

Ante *Samtan-Poutrà* Tibetani ſine litteris.

Samtan-Poutra a Tibetanorum Rege mittitur *ad exteros* ut litterarum elementa condiſcat, & in Tibetum ferat.

ſtantiam in tam illuſtri ac diti Juvene admiratus, eum in *exteras regiones*, ac præſertim in *Indoſtaniam* miſit, ut inde in Tibetum qualemlibet librorum copiam, & litterarum formas referret.

Miſſio *Samtan-Poutra* ad *exteros* indicare poteſt iter ægyptium, quod Archelaus de *Scythiano* cōmemorat.

CVI. In Thebaidem perrexiſſe *Scythianum*, ibique Ægyptiorum didiciſſe ſapientiam narrat Archelaus. Hoc idem Ægyptiacum iter de *Scytha* excellentiſſimo *Samtan-Poutrà* indicari crediderim, ubi ſermo fit de *regionibus exteris*, quas ultra *Indoſtan* Regis vota deſignant. At Tibetani poſtquam ſuum illud Mundi ſyſtema ſomniis, & phantaſmatibus ſuperſtructum adoptarunt, præter finitimos Tataros, Sinos, & Indos, nullos in remotioribus terræ partibus, niſi forte fabuloſos homines norunt.

Tibetani præter finitimos populos Tataros, Indos, & Sinos, vix alios norunt: cur?

Montibus aſperrimis per longiſſima circumquaque ſpatia incluſi cum ceteris Nationibus nihil habent commercii. Hinc ubi primum Noſtrates in Tibetum penetrarunt, Populi ſtatim in ſtuporem verſi vix demum induci potuerunt, ut crederent ex iis eſſe terrarum gentibus, unde jam venerant. Nec novum id eſt.

Cering, *Juring*, *Fusè* quod hoſpites incogniti ſeculo IX. apparuerint, homines creduntur a Tibetanis de Cælo lapſi.

Genus Magni Lhamæ *Sechià* ex *Comparchiè*. *Comparchiè* genitus ex turpi mixtione *Praſrinpo* cum uxore *Japang chiè* Nepotis *Juring*.

Nam ſeculo circiter nono, quum *viri tres*, *Cering*, *Juring*, *Fusè* in Provincia *Ngàri* Tibetanis ignoti, apparuiſſent, tanquam homines de Cælo lapſos eos continuo exceperunt. Mitto fabulam, quam hîc ſubnectunt, de origine *Magni Lhamæ Sechià*; Hunc enim natum volunt ex ſtirpe *Comparchiè*, quem genuit monſtrum *Cenreſi*, ſeu *Praſrinpo* ex uxore *Japang chiè*, [ſic forte nuncupati quod *Japan* ſeu *Japonius* eſſet,] Nepotis *Juring*. Quôd itaque inter res geſtas *Samtan-Poutrà* nulla fiat expreſſa mentio de itinere in Ægyptum habito, mirum videri non debet; quum ſatis aliunde indicatum appareat.

Cur Tibetani de ſolo itinere *Samtan-poutrà* in Indoſtan mentionē faciant, cauſa redditur.

Samtan-Poutrà a Bramhane *Lecin* didicit Alphabetum litterarum 364., & myſteria Cenreſi.

Ergo in *Indoſtan* regione apprime cognita ſtationem, uti narrant, tenet *Samtan-Poutrà* annos fere quatuor. Audit ibi *Bramhanem Lecin*; eoque tradente apprehendit Alphabetum *tercentum ſexaginta quatuor* litteris conſtans: myſteria percipit

pit omnia Religionis *Cenreſi:* duos, quos potuit, Bramhanicæ ſuperſtitionis libros acquirit; iiſque doctrinis, & mercibus dives Tibetum regreditur. Sed quum *Alphabetum* numeroſum nimis, intricatum & arduum videretur, rogavit Rex ꝛ *Samtan-Poutrà* ut novum conderet, quod eſſet captu facilius, & ad Tibetanæ linguæ indolem accomodatius. Mox in cella remotiori regalium ædium abditus *Samtan-Poutrà*, afflante ſapientiæ Numine *Giam-Jang* Alphabetum, quo modo utuntur Tibetani, compoſuit. Scripſit præterea tabulas ambarum legum, *moralis* ſcilicet & *civilis*; quarum meminimus pag. 159. Arcana Religionis *Cenreſi* communicavit Regi, eique tradidit *Orationem: Hôm-Manì-pemeum*; quam poſtea Rex ipſe Patris ac Magiſtri munere fungens Tibetanos ſuos memoria retinendam edocuit. Eo nanque tempore in Regiones alias extra Tibeti fines *Samtan-Poutram*, ut par eſt exiſtimare, migraſſe oportuit.

Libros Bramhanicos duos ex Indoſtan aſportat.

Alphabetum a Samtan-Poutrà oblatum Regi in uſum Populorum tanquã nimis arduum, & captu difficile non recipitur.

Novum divinitus condit *Samtan-Poutrà*.

Legum tabulas ſcribit.

Religionem *Cenreſi*, & orationem *Hom-mani-pemeũ* communicat Regi.

Rex edocet Populos.

CVII. Geſta iſthæc omnia, ut ut aucta fabulis videantur, ejus tamen ſunt generis, quæ *Scythiani* effigiem nobis in animo imprimere valeant. In Indias teſte S. EPIPHANIO navigavit *Scythianus*. Indorum errorem, quem vocat S. EPHREM, *de duobus principiis* a Bramhanibus didicit: ex India demum IV. *libros*, ſeu *libellos*, ut eſt apud Archelaum, aſportavit. Duo tantum fuiſſe dicuntur, quos habuit *Samtan-Poutrà*, licet in *partes quatuor* diſpertiti, ob ſacram quandam & myſticam *duorum principiorum* rationem. Erant iſti Bramhanica lingua conſcripti: Erant & illi, ſi *Aſſemanium* noſtrum de hac re differentem audiamus Tom. I. Bibl. Orient. Aſſemanii ſententiam improbat *Beauſobrius* L. I. H. Man. c. 4., quôd & probationibus careat, & cum Archelai teſtimonio pugnet: *La conjecture de M. Aſſeman eſt non ſoulement ſans prevues, mais contredite par la Relation d'*Archelaûs, *dont il reconnoit l'authenticitè*. Somniat heic

Geſta *Samtan-poutra*, & *Scythiani* quam affinia ſint, & inter ſe conjuncta.

Samtan-poutrà, & *Scythianus* eoſdem Bramhanicos libros ex India aſportarunt.

Aſſemanii ſententia de libris Brãhanicis Scythiani, a Beauſobrii cenſura vindicatur.

heic certe Beauſobrius, dum ſibi fingit Archelaum pugnantem cum Aſſemanio. Nihil in eo eſt, quod cum Eruditiſſimi Viri ſententia ſponte ſua non componatur. Hi

Scythiani libelli in linguas alias verſi, & ab ipſo tandem *Manete* fortaſſe amplificati.

vero libri, quamvis *Bramhanice* primum ſcripti, in linguas alias, in Syriacam præſertim & Perſicam ſubinde tranſlati, novorum etiam phantaſmatum acceſſione in majorem molem a Manete redigi potuerunt. Inter Scythiani libros recenſetur, *Liber myſteriorum*, cujus exordium recitat S. EPIPHANIUS in hæc verba: *Erat Deus & materia, lumen, & tenebræ, bonum, & malum ſumme contraria*. Hunc ipſum diviſum refert in *Sectiones* XXII. Ἰσάριθμον εἴκοσι δύο

Liber *Myſteriorũ* Scythiani alphabetico ordine cõpoſitus, idem fortaſſe erat, quem poſtea Tibetani vocarũt *Alphabetum Samtan-poutræ*.

στοιχείων, τῶν κατὰ τὴν Σύρων στοιχείωσιν *Alphabetico ordine pro litterarum, quibus Syri utuntur, numero*. Hinc ego ſuſpicor *myſteriorum librum* eum eſſe, quem Tibetani pro *Grammatico Alphabeto* accipiunt, & a *Samtan-Poutrà* in Tibetum allatum memorant. Præſtigiatorem & Magum vocat idem S. EPIPHANIUS *Scythianum*: Hac in arte excel-

Scythianus & *Sãtan-poutrà* ambo Magi.

luiſſe *Samtan-Poutrà* ex dictis conſtat. Sic duo hi inter ſe comparati unius ejuſdemque hominis vultum ac lineamenta ambo præſeferunt. Arduum ſane eſt conciliare ætatem *Scythiani* viventis Apoſtolorum tempore cum ætate *Scythiani*, quem diſcipulus *Terebinthus* audivit; ille inquam Terebinthus, qui tertio Eccleſiæ ſeculo florens ad tempora *Mane-*

Scythianus *Scytha* cum Scythiano *Arabe* ab Interpretibus Archelai confunditur: cur?

tis accedit. At omnem hanc difficultatem ex eo natam opinor, quôd qui primum Acta *Syriaca* Archelai in alienam linguam verterunt, *Scythianum Scytham* cum *Scythiano Arabiæ deſertæ* confuderint. *Scenites* hujus Arabiæ incolæ

Scenites Arabes & *Sceenes* Tibetani, iidem.

appellantur: *Scenites*, ut Beauſobrium ipſum eloquar, *qui habitent les Deſerts, ſont nommez par les Syriens* Bnai-Baro, ou Bar-Broje, *c'eſt à dire* Fils du Deſert: *ex Abraham Echellenſi*: *Sceennes* ab Indis vocantur etiam Tibetani: quæ vox ejuſdem plane ſignificationis, ipſiſſima eſt ac *Scenites*. *Saraceni*, ſi nomen ſpectes, dicuntur generatim *Orientales*.

Ea-

Eaque ſignificatio, auctoribus *Pocokio*, & *Aſſemanio*, probatiſſima eſt Beauſobrio. Inter Tataros ipſos, ut video apud Cl. De Guignes, ſunt qui ſingulari nomine *Orientales* vocantur; ne dicam ex Arabia *Saracena* Scythiani Avos in Scythiam ſeſe potuiſſe transferre. Tanta nominum ſimilitudine decepti Archelai interpretes, aut etiam, ut ſibi blandiebantur, emendatores, neſcii alios eſſe præter Arabas, qui *Scenites*, & *Saraceni* dicerentur, Scytham cum Arabe Scythiano continuo copularunt, unumque fecerunt.

Saraceni hoc eſt Orientales, etiã Tatari finitimi Tibetanis.

CVIII. Porro *Scythiani* nomen idem eſſe quod *Samtan*, Ὁμωνυμία ipſa demonſtrat. Deinde littera མ non modo in Græcis, Ægyptiis, aliiſque, ſed etiam in Tibetanis vocibus quandoque *epethentica* eſt, ſæpe *ſilens*, & *paragogica*. ས *Sa*, quum in alienam linguam migrat, amittit plerunque ſonum cognatæ vocalis *a*, & induit ſonum aliarum vocalium. Quare juxta naturam vocis effertur etiam ut σν *ſy*. སམ་ཏན་ *Samtan* ita pronunciari poteſt, ut སུ་ཏན་ *Sutan*, *Scytian*, & Græca vel Latina terminatione *Sutianus*, [quemadmodum in Latinis quibuſdam Archelai exemplaribus *Scutianus*, aut *Excutianus* legitur,] perinde atque *Scythianus*; quæ verior eſt, & probatior lectio. Sed jam *Scythiani*, ſeu *Samtan-Poutrà* epocha ſtabilienda eſt.

Scythianus nomẽ quam facile ex *Samtan* fieri potuerit.

De *Samtan-poutra*, ſive *primi Scythiani* ætate.

CIX. Diluvium univerſale referunt Tibetani in annos ante CHRISTUM JESUM MMCXC. juxta ſupputationem a peritioribus *Lhaſſæ* Doctoribus inſtitutam an. 1730. Bonjurius in Diſſert. *de An. Diluv. Univ.* §. 2. p. 54. ductis calculis ad fidem Hebr. textus diluvium contigiſſe tradit An. ante CHRISTUM 2290. Æram hanc eô libentius in præſentiarum amplector, quô exactius cum *Sinica* conſonantem intueor. Nam finem *Diluvii Novennalis* fecit Annus 48. Cycli VII., qui annus eſt *biſmilleſimus ducenteſimus nonageſimus* ante CHRISTUM. Qua de cauſa *novennale diluvium* appellent *Sini*, quave ratione Hebraica cum Sinica Chronologia in eo anno figendo

Diluvium univerſale conjungunt Tibetani cũ anno ante *Chriſtum* 2190.

Diluvii epocham figit *Böjurius* juxta fidem Hebr. textus in an. Chr. 2290.

Epocha *diluvii* apud *Sinos* eſt annus 48. Cycli VII. ante Chr. 2290.

do conveniat, idem Bonjurius ex *Philippo Coupleto* declarat. Seriem Cyclorum Sinenſium, quorum quilibet conſtat annis LX., videſis apud virum ſummum *D. De Guignes Hiſtoir. Général. des Huns* Tom. I. Part. I. Interim Epocha Tibetana minor eſt Hebraica annis centum: & rurſus *æqualis* Hebraicæ, ſi annos ante CHRISTUM 2190. numerare velimus a *diſperſione Noachidarum*, & ab ortu *Phaleg*; quo tempore diviſi ſunt Filii ac Nepotes Noe ad humanum genus per univerſum terrarum orbem propagandum. Annus itaque univerſalis diluvii, & annus diſperſionis Noachidarum in Tibetana Chronologia idem eſt. Sic etiam Attici epocham *diluvii* ſub Cecrope ſtatuunt in Annum *trigeſimum ſecundum* Phaleg, ut oſtendit in laud. Diſſert. Bonjurius, quamvis eſſet annus a diluvio Noetico *centeſimus triceſimus ſecundus*, quia diluvii tempus cum tempore primæ diſperſionis gentium conjungunt. Hæc de epocha diluviana Tibetanorum præmittenda erant, ut in inquirenda ætate *Samtan-Poutrà* certum teneremus caput, unde ſupputatio temporum ducta elucidior quô fieri poterit, & accuratior evadat. Ab anno diluvii, ſeu diſperſionis Noachidarum uſque ad *Cenreſim*, Simium *Praſrinpo*, atque adeo ad primum hominem in Tibeto ab eo genitum, annos ſupputant DCCCL. A *Praſrinpo* Tibetanorum Parente uſque ad *primum Regem*, annos CXLVII. Vixit Rex annos XCI. Inde ad Regem uſque 24., annos fluxiſſe volunt MCII. ſi tamen ex hac ſumma excludas ætatem primi Regis, cujus res geſtas multis inſpergunt, obnubilantque fabellis. De ceteris *viginti duobus* num quid geſſerint poſterorum memoria dignum, incompertum eſt. Sedes tantummodo Regni, & nomina regionum ཡ་ཀློན་ *Jarlon* in primis, ཚེས་ འདང་ *Tzhe-tang*, aliaque deinceps loca, quibus jura dabant, Tibetana monumenta commemorant: reliqua verſantur in tene-

Cycli Sinenſium expanſi apud D. *De Guignes* in H. Gener. Hunnor.

Tibetani ut Attici ſumunt diluvii epocham *a diſperſione Noachidarum*, & ab ortu *Phaleg*.

Ab Anno *diluvii ſive diſperſionis Noachidarum* ad primum uſque propagatorē hominum in Tibeto annos ſupputant 850.

A propagatione hominis uſque ad 1. Regem an. 147.

1. Regi tribuunt an. 91.

Ab anno emortuali 1. Regis ad tempora uſque Regis XXIV. an. numerant 1102.

Reges Tibetani ante Chriſti adventum vix cogniti.

tenebris. Jam ſi annos colligas ad natalem uſque Regis XXIV., erit ſumma *bis mille centum nonaginta*, quanta eſt ex Bonjurio ad Æram Chriſtianam. Epocha igitur Regis hujus XXIV. *Tzhong-Tzheng Kiambò* concurret cum epocha Chriſti Domini.. Quam parum, priſcis præſertim Eccleſiæ ſeculis, Tibetanorum Reges, vel Sinenſibus ipſis, quamvis finitimis cogniti fuerint, ſæpe laudatus Scriptor *Hiſtoriæ Generalis* Hunnorum *D. De Guignes* Lib. III. *Tabularum Chronologicarum, de Nationibus Tibetanis*, & alibi, non ſemel obſervat. *Tou-fan*, aut *Si-Tçang* [hoc eſt *Tzhang*] commune eſſe apud Sinos totius Tibeti nomen; univerſaſque Nationes appellari *Kiang*, Vir ſapientiſſimus docet. Sed *Tou-fan* vox eſt haud dubie Tibetana ab *Sciachiæ* cognomine ducta ཐུབ་པ་ *Toubpà*, *Toppà*, & *Typà*; quibus etiam vocabulis Tibetanos nuncupari ſcribit. Seriem Regum poſt Chriſtum exorditur ab anno 317., qui eſt annus XIV. Cycli Sinenſis LI. ex Regno *Kieou-Tchi*, Dynaſtia *Prima Barbarorum Tì*. Ceterum originem Regum, qui proprie *Tibetani* dicuntur, ignorari affirmat: *On ignore l'origine des Rois de ce Pays. Quelques-uns cependant les font deſcendre d'un Prince nommé Li-loukou, Roy de la Dynaſtie des Nam-Leam, qui étoit originaire de la Tartarie & de la Horde des Sien-pi* [Tatarorum Orientalium.] *On prétend que le fils de ce Prince, obligé de ſe ſauver, raſſemble quelques Tribus, dont il devint Roi dans le ſuite. Mais cette origine n'eſt pas certaine. Laſsà, autrement nommée Barantola, eſt la Capitale de ce grand pays. Il y a lieu de croire qu'il a été ſoumis à différens Rois juſques vers l'an. 589. de J. C. On ſçait ſeulement que ces Peuples envoyerent de tems en tems des tributs aux Chinois, & il n'eſt fait aucune mention de Royame conſiderable.* At P. Horatius Pinnabillenſis ex diuturna familiaritate cum Lhamis, & Chronologis Tibetanis, præter alia quam multa antiquitatis, &

Epocha Regis XXIV. concurrit cum epocha *Chriſti Jeſu*.

Tou-fan: Si-Tcang: Kiang apud *D. De Guignes* vocantur a Sinis Tibetani.

Tou-fan, quid?

De origine Regum Tibetanorũ quid ſentiat *D. De Guignes*.

Canon Regum, qui proprie Tibetani dicuntur, exordium ſumit apud *D. De Guignes* ab an. poſt Chr. 589.

Reges Tibetani ex Collectaneis P. Horatii Pinnabillenſis.

Re-

Religionis *Xacaicæ* monumenta, indicem etiam eorum Regum obtinuit, qui ante annum 589. J. C. in Tibeto dominabantur. Fateor nihil in rebus eorum geſtis referri; quod ad bella, & ad fœdera cum aliis gentibus inita ſpectet. Annalium auctores nonniſi *Religioſi* ſunt, qui neglectis ex remotiſſima antiquitate civilibus, ac politicis monumentis, ſacra tantum, & ſi qua ſunt alia cum Religionis negotio conjuncta, litteris mandare curarunt. De varia Regni fortuna, deque bellorum actione nonnulla commemorare incipiunt vergente ſeculo Ær. Chr. octavo; Quæcunque illa ſint, in ſequenti Tabula indicata ſic extant.

CANON
REGUM, ET SUPREMORUM LHAMARUM.

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Ante J. Chr.
PRaſrinpo, & *Praſrinmo* primi Parentes Tibetanorũ.			850	1340
A *Praſrinpo* ad I. Regem anni 147.			997	1193
I. Rex Tibetanus *Gnia-thritZhengò*. Partus ab uxore Regis *Macchiabà* in Indoſtan, aſportatur infans extra Regni fines. Sub dio in agris expoſitus a Ruſtico colligitur, alitur, & educatur. Adoleſcens fugit in Tibetum. Cognitus a Paſtoribus *Jarlon* Rex ſalutatur. Is agriculturam, artes, & civilis vitæ inſtituta docuit Tibetanos. Annos				

Re-

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Ante J. Chr.
Regni cum annis vitæ conjungunt. Vixit igitur & regnavit	91	91	1088	1102
II. Primogenitus & *Gnia-thritzhengò*, III. IIII., & reliqui anonymi Reges uſque ad XXIV., regnarunt omnes ſimul ann. 1102. Horum finis cum æra Chriſtiana componitur.	omnes ſimul	1102	2190	0000
				Poſt J. Chr.
XXIV. *Tzhong-tzheng-Chambô* filius *Namri--tzhengpò*. Patre vita functo, inauguratus eſt, quum annum ageret ætatis tertium decimum. Sedem ex *Jarlon* tranſtulit in eam Regni partem, ubi poſtmodũ conſtructa eſt *Lhaſſa*. Regias ædes admirandæ molis ac majeſtatis excitavit in colle, qui *Poutalà* nomen accepit. Eo regnante in Indias, & in Sinas invecta eſt Religio *Sciaka*. Navaretta ad annum Chriſti circiter 60.			2250	60
D. De Guignes Tabular. Chronologicar. Lib. I. H. Hunnor. pag. 30. ad annum 65. Religionem *Fo* per Indos Imperatori Sino-				

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
rum innotuiſſe ſcribit; additque *Dans un memoire, que j'ai lû à l'Academie, j'ai fait voir que les Chinois donnojent a J. C. le nom de Fo..... C'eſt probablement de* (Chriſtianiſme) *dont l'Empereur avoit entendu parler, & dont il eut conoiſſance par les Chrétiens qu'on lui amena de l'Inde, & non pas de Bonzes, comme on le prétend communement. Le Chriſtianiſme a pénétré de très-bonne heure dans l'Inde.* Vide Tom. I. Part. 2. Lib. III. a pag. 223. ad 238., ubi copioſe de hac Religione diſſerit.				
Samtan-Poutrà florere cœpit: Alphabetum Tibetanum, & leges condit. *Cenreſi* & *Xaca* Religionem ex Indoſtan in Tibetum deſert.				
Rex ad annum circiter 60. Chriſti uxorē ducit *Lhaci-thritZun* Filiam *Samabriſciò* Regis *Jangbù* Tibetice, *Kathmandù* Indoſtanice, *Jà* nativo ſer-			2250	60 p. m.

mone

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
mone Necpal. Regia Sponſa votis Mariti ſatiſfactura ſecum in Tibetũ adfert auream ſtatuam *Xaca*.				
Statuam alteram ex auro pariter conflatam, quæ *Xacam* puerum *duodennem*, uti Sponſo in optatis erat, repræſentabat, adtulit *Lha-ci.conciodà* Filia Imperatoris Sinarum *Chia-Khang-tzhe-prubl-ciung* ſedentis in urbe *Traſcicotrinà*, quo tempore Tibetum & ipſa adiit nuptura Regi. Libros etiam de *Xaca* Religione agentes ſecum tulit. Sini Imperatoris nomen confer cum *Hien-tçong-hiao-Mim-Hoam-Ti*. Tab. Chronolog. & cum *Heou-Han-Chou* Lib. 3. *Les Tchao* p. 235. apud D. *De Guignes*.				
Poutalà Regia domus propugnaculis, & turribus cingitur.				
Primum *Xacæ* Templum a Regina Nekpallenſi erigitur in ſolo *La-ſa-prubl-nang*, hoc eſt *in Terra*				

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Dei admiranda ſublimi, *La-prang* decurtato nomine dicta: Secundum a Sinenſi in *Ramocè*.				
Ædes, tum publicæ, tum privatæ circum Templa magnifice excitantur; ſic auctis numero ædificiis Urbs conſtructa eſt, & *Lhaſsà* appellari cœpit.				
Moriuntur Reginæ nulla edita prole.				
Rex ſenex, perſuadentibus Aulicis, & Optimatibus Regni, conjugem ducit *Mong-ſra* Filiam Viri Principis Tibetani. Ex ea Filium genuit unicum.				
Ætas Regis exceſſit annos centum: adeoque regnavit ann. plus minus 90.	100 & amplius	90 p. m.	2280	90
XXV. *Khung-ri-Khung-tzhen* Filius τȣ *Tghon-thζen-cham-bò*. Illius Uxor nobilis puella Tibetana *Tri-khartiſcia*.	18	6 p. m.	2286	96
XXVI. *Mang-ſrong-mang-tzhē* Filius *Khungri &c.* Conjugem fœtum gerentem reliquit.	27	22 p. m.	2308	118
XXVII. *Thu ſrong-mang-po-ceh* editus poſt mortem Patris *Mang-ſrong*.... Nu-				

ptia-

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
ptiarum fœdus iniit cum illuſtri fœmina *Tzhen-mò-tho-khè* Tibetana.	56	56 p. m.	2364	174
XVIII. *Tridet-zup-den-mea-tzhon* genitus ex Patre *Thu-ſrong* .... quum adduc juvenis eſſet. Habuit in matrimonio *Gia-mò-tri-tzhun* Tibetanam primarii ordinis nobilitate conſpicuam.	63	27 p. m.	2391	201
XXIX. *Giang-thza-la-vong*. Natus eſt Patre *Tride-tzup-den-mea-thzom* jam ſeneſcente; quo etiã auctore, anno illius vitæ extremo, uxorem accepit Filiam Imperatoris Sinarum. Diu poſt Regia Sponſa concepit Filium. Eo parto, Rex moritur.	37	24 p. m.	2415	225
XXX. *Tri-ſrong-teu-tzhen* editus in lucem eodem anno, quo *Giang-Thze Lavong* e vivis deceſſit, Paterni Imperii jura, ac ſucceſſionẽ accepit. Avitæ Religioni addictus totus erat in evolvendis libris ab *Samtan-Poutrà* in Tibetũ ex *Indoſtan* allatis, ſtudioque *Sinenſis* Reginæ *La-ci-con-cioà* in				

lin-

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	J. Chr.
linguam Tibetanam converſis. Mores Principis ferre non poterant nobiliores Lhaſſæ cives, & Primores Regni. Libros quotquot ſurripere poterant, ſepeliebant. Humo tecta Statua *Xaca* vetus illud & celeberrimum Templum *La-prang* in Macellum verterunt. Sæva inde malorum ſtrues per Tibetanas Regiones longe lateque funditur: Totaque calamitatis origo contemtui Religionis tribuitur.				
Ad hæc infortunia propulſanda hortatu Imperatoris *Sinarum* Rex arceſſit ex Indoſtan *Potiſatò*.				
Primus Potiſati adventus in Tibetum. Is monet Regem ut advocet ex Indoſtan Magnum *Lhamam* *Urchien*.			2440 inter & 2450	250 inter & 260
Rex ducit uxores tres Tibetanas.				
Ad hæc ferme tempora referenda eſt miſſio *prima* Buddæ diſcipuli Manetis in *Indiam* & *Scythiam*.				
Urchien magicis artibus				

pla-

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
placavit dæmonas, & diras e cervicibus Tibetanorum avertit.				
Naſcitur Filius *Manì-tzhen-pò* hoc eſt, *Manes Rex Summus*.				
Templum & Ædes Regiæ edificantur in *Samìè* ſuadente *Urchien*.				
Templa tria erigunt in *Samiè* uxores Regis.				
Secundus Potiſati vel *Buda-ſati adventus* in Tibetum.			2450 p.m.	60 p.m.
Secunda accidit Miſſio *Buddæ* diſcipuli Manetis.				
Manetis iter in *Scythiam*.				
Potiſatò Religioſum Inſtitutum *Xacæ* in Tibetum intulit: Primum Cœnobium ædificari curavit in *Samiè*. Religioſi Patrem & Ducem ſequẽtes *Potiſatò* ſunt XII. Electi VII. Vid. ſuper. pag. 240. 241.				
Fo-tou-tching, de quo ſcribit D. *De Guignes* Tom. I part. 2. H. Hunnor. pag. 206., eundem eſſe opinor, qui *Poti-ſhatò* vocatur a Tibetanis. *Fo tu*				

eſt

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Ante J. Chr.
eſt *Po-tou*, *Poty*, & *Bodou*, ſeu *Budù*. *Shatò* ཤ་ཏོ, (quæ vox reddi poteſt *Schuto*, & *Schyto*, ut inde etiam ortum videatur propriũ Manetis nomen *Scythianus*,) facile corrumpitur & mutatur in *Tching*, ſeu *Schìng* ob ſimilitudinem ultimæ ཏ *t* cum ན *n*. Sed & res geſtæ eædem ſunt, & utrique communes. Ætas tandem *Poti-shatò* propius accedit ad tempora *Fo-tou-Tching*. Vid. laud. *D. De Guign.* l. c. *Vers l'an* 310. *il etoit arrivè de l' Inde a Loyam un Bonze nomme Fo-tou-tching* &c. Quod nos primum in Tibeto accidiſſe conjicimus vivente Manete. Sed & Eo e vivis erepto tam diræ impietatis contagio a ſuperſtite Budda, aliiſque hæreſiarchæ diſcipulis latius deinde propagata eſt.				
Naſcitur Regi Filius alter *Muti-tzhen-pò*.			2450 p. m.	60 pm.
Potiſathò una cum ſuis ali-				

quot

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
quot *Xaçaica* legis libros *Tibetice* tranſtulit.				
Mittuntur Religioſi Tibetani in Indoſtan ut Bramhanicam linguã perfecte condiſcant. Reduces *Khaghiur* [hoc eſt *Præcepta*, & myſteria legis expoſita,] in octo & centum volumina diſtributum deferunt ad Regem in *Samiè*. Ibi conjunctis ſtudiis verſionem Tibetanam abſolvunt.				
Pe-ro-tzha-na Tibetanus, ob interpretandi peritiã, cognomento *Lo-tzha-và-cen-bò*, adjunctis ſociis, *Magicos* etiam *Libros* ex Indoſtan, Regis juſſu, delatos vertit Tibetice.				
Aſciang Lhama Sinenſis in Tibetum profectus Aſcetas *Contemplatores* inſtituit. V. p. 223. 224.				
Moritur Rex annos natus 74.	74	74 p. m.	2489	299
XXXI. *Mani-tzheng-pò*. Brevi Patris Regnum obtinuit. Nam Mater poſt annum, & menſes ſeptem Filium veneno abſtulit. Vixit				

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
annos duos circiter & *quadraginta*.	42 p. m.	1 & m. 7	2491	301
XXXII. *Muti-tzheng-pò* anno ætatis 40., agente Matre, thronum conſcendit. Filios genuit quinque *Tzha-nga-ma: La-ceh: Lhun-trup: Tarmà: Relvacen*. Primogenitus *Tzha-nga-mà* voluit ſponte *Xacaica* Religionis veſtem in Cœnobio induere.	A *Muti-tzheng-pò* ad an. uſque emortualem *Lhatè* omnes ſimul regnat.			
Aula Regia è *Samiè* Lhaſſam reducta in *Putalà*, ut ante, erigitur.		155	Ab 2491 Ad 2646	Ab 301 Ad 456
Rex poſt annos aliquot vita fungitur.				
Morte ante Patrem ſublatis liberis ſecundo & tertio genitis nimirum *La-ceh*, & *Lhun-trup*, ſuccedit quartus.				
XXXIII. *Tarmà*. Acerrimam perſecutionem in Buddiſticos, ceteroſque Aſcetas movet. Sed veritus furorem vulgi, & ipſam cum primis potentiam virorum nobilium, quorum pars maxima id genus hominum uti divinum colebat, non auſus eſt palam in eos ſævire.				

Impe-

Impetum coercuit. Nihil tamen reliqui fecit ad ſummam induſtriam ut Religioſorum legem, mores, inſtituta, & artem præſertim Magicam in commune opprobriũ adduceret. Libros eorum plures flammis devovit; quædam ſubvertit Templa, ac varias etiam Deorum ſtatuas, Imagineſque confregit. Horrent indignati Aſcetæ; & concitata plebe, ingentique civium, virorumque potentum manu in partes ſuas adducta, ſeditionem faciunt. Sic dejecto *Tarmà* fratrem *Relvacen* in ejus locum ſufficiunt.

XXXIV. *Relvacen* Aſcetarum Religionem ad priſtinam dignitatem, & ſplendorem nominis revocavit. In Republica adminiſtrãda ab Eorum conſiliis, nutu, & auctoritate pendebat. Templa & Cœnobia, ſi qua erant jam diruta, inſtauravit, & nova aut Ipſe magnis ſumtibus ædificavit, aut ſub-

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
A *Muti-tzheng-pò* ad an. uſque emortualem *Lhatò* omnes ſimul regnar.	155	Ab 2491 Ad 2646	Ab 301 Ad 456

 ditos

ditos ad ea ædificanda modis omnibus animabat. Sed juris publici cuſtos acer nimis, & rigidus potentiorum hominum invidiam, & odium ſibi conciliavit. Itaque malevolorum factio dolis, & technis ſic egit apud Regem *Mon*, ut Fratrē *Tzha-nga-ma*, cujus præſertim opera in Regni gubernatione utebatur *Kelvacen*, ad ſe denique invitarit. Mox abeunte *Tzha-nga-ma* cum maxima Religioſorum hominum, ſuorumque fautorum caterva, Perduelles inſidiatores aggrediuntur Regem, ſtrãgulant, & *Tarmam* iterum in Imperii ſede collocant.

XXXV. *Tarmà* ad Regnum adminiſtrandum reſtitutus Aſcetas multo quam antea ſævius, atque immanius inſequitur. Tam acrem ac ſatis longam vexationem diutius ferre non potuit *Religioſus* Germanus *Tzha-nga-mà*. Ita-

Vixit	Regnavit	A Phaleg	
42 p.m.	1 & m.7	2491	301
A *Muti-tzheng-pò* ad an. uſque emortualem *Lhatè* omnes ſimul regnar.	155	Ab 2491 Ad 2646	Ab 301 Ad 456

que

que *Lhaſſam* regreſſus a Rege *Mon*, apud quem diu ſteterat, Religioſis Sociis conſpirantibus, necem machinatur *Tarmæ*. Res accidit ex ſententia. Quo enim die caſu ſtabat ante Pyramidē *Torin* coram Janua majori Templi *Laprang*, legens intente epigraphen, jaculo transfoſſus humi repente ſternitur exanimis. Statimque, ut ferunt, jaculator evanuit.

XXXVI. *Hoſrung*, & *Jumten* Filii *Tarmæ* poſthumi: certus Ille, ac genuinus ab uxore ſecunda partus: dubius iſte, & uti credebatur, fraude uxoris primæ ſuppoſitus ac ſimulatus. Ea res cauſa diſcordiarū fuit ubi ætatem ambo attigerunt, qua Regni potentes eſſent. Lis diremta eſt Optimatum judicio. Regnum dividi decreverunt. Pars Oriētalis *V*, tributa eſt *Hoſrung*; Pars altera *ThZāg* adjudicata *Jumten*. Verum poſt mortem *Jum-*

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
A *Muti-tzheng-pò* ad an. uſque emortualem *Lhatò* omnes ſimul regnar.	155	Ab 2491 Ad 2646	Ab 301 Ad 456

ten

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Post Chr.
ten Regnum *Tzhang* finem accepiſſe ex eo colligitur, quôd illius ſucceſſio ad neminem poſterorum pervenerit. Sedes *Jumten* erat *Sgigatzhè: Hoſrung Lhaſsà*. Heic vero *Hoſrung* poſt annos plurimos, ex quo principatum inierat, ſenecta in ætate extremum diem obiit.	A *Muti-tzhen-pò* ad an. uſque emortualem *Lhatè* omnes ſimul regnar.			
XXXVII. *Mava-ngà-ta-pehl-chor-tzhen*, Filius *Hoſrung*. Ducta uxore natos procreavit; alterum *Traſci-tzhe-pa-pehl*, qui Aſceterium ingreſſus conſecratur *Xacæ*; alterum *Tri-ki-den-gni-ma-gong*, quem etiam Regni ſucceſſorem reliquit.		155	Ab 2491 Ad 2646	Ab 301 Ad 456
XXXVIII. *Tri-ki-den-gnima-gōg*. Invitis Populis *Ubà*, & *Tzhangbà*, ideſt Provincialibus *V*, & *Tzhang* ſedem tranſtulit in Provinciam *Gnarì* inter Occaſum & Boream *Lhaſſæ*. Ibi nobilem fœminã thalami conſortem accepit. Fato fungitur quum jam filii adoleverant, & ad				

Imperii habenas capeſ-ſendas idonei erant.

XXXIX. *Pehl-tenk-pa-gong*: *Thra-ſci-da-gong*: *De-tzhun-gong* Filii tres in Gnari Provincia geniti de Regni ſucceſſione cõtendunt. Controverſiarum finis tripartita fuit Regni diviſio. Primogenito tribuitur *Gnari-sãg-kar*: Secundo *Gnari-puran*: Tertio *Gnari-tamò*.

XL. *De-tzhun-gong* ex Indoſtan arceſſivit *Lhamas* plures & *Penditas*, [forte Benditas, interpretes ſcilicet libri *Bed*, ſeu *Bend*,] qui *Sciakæ* legem, ubi defecerat, redintegrarent. Filium *Con-re* religione, & artibus erudiendum tradidit Aſcetis *Sciakaitis*.

XLI. *Conrè* non unius tantum *Gnari Tamò*, ſed etiam *Gnarì Sankar*, & *Gnarì Purang* Principatum obtinuit. Alios ex Indoſtan accivit *Lhamas*. Sed nihil meliores prioribus, quum deliciis & auro nimis indulgerent, Regẽ

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
A *Muti-tzheng-pò* ad an. uſque emortualem *Lhatè* omnes ſimul regnar.	155	Ab 2491 Ad 2646	Ab 301 Ad 456

ad

ad horrorẽ commovent. Dolens ita ac deflens *Conrè* Religioſorum ſcandala, non tam ſenio, quam animi mœrore confectus migravit ad Orcum.

XLII. *Lhatè* Filius *Conrè* æmulatur curam ac ſollicitudinem Patris in inſtauranda Religione *Sciakæ*. Epiſtolas ſcribit ad inſignem Lhamam *Atiſcià* in Indoſtan, eumque enixe orat, ut quam cito ad ſe veniat, manumque admoveat erigẽdæ *Sciakaicæ* Legi jam in diſcrimen adductæ. Venit expectatus Atiſcià; ejuſque opera & prædicatione ubique per Tibetanas Provincias, & urbes refloruit priſca Religio *Samtan-poutræ*. *Adæ*, ſeu *Addæ* nomen in *Ati*, ſive *Adi-ſcià* comprehenſum gerebat novus hic nebulo. Idem *Adæ* nomen contineri in *Adimanto* Manichæo, contra quem ſcripſit S. AUGUSTINUS, Viri plures eruditi affirmant. Ob

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Post Chr.
A *Muti-tzhen-pò* ad an. uſque emortualem *Lhatè* omnes ſimul regnar.	155	Ab 2491 Ad 2646	Ab 301 Ad 456

hæc

hæc tam proſpera Religionis incrementa mirũ in modum lætabatur, & geſtiebat *Lhatè*. At triſtis tandem, quòd jam ſeni nulla ei ſpes eſſet procreandæ prolis, abiit ad Manes, an. poſt Chriſtum 456.

Mortuo ſine liberis *Lhatè*, plurimi erant, qui licet varias in familias diſtracti, ex eadem tamen Regia ſtirpe propagati, ſucceſſionis jura ſibi arrogabant. Totum inde Tibetum in factiones ſcinditur. Quumque nec Populi, nec Proceres Provinciarum de Rege eligendo inter ſe convenirent, unaquæque Regio ſuum ſibi Ducem, & Rectorem præfecit. Hinc Reguli pullularunt pene innumeri. Ardebant ubique civiles diſcordiæ, & inteſtina bella in dies recrudeſcebant. Exteri alieno periculo edocti, ne vitam ſub ſica furentium Populorum amitterent, in Tibeti fines ne quidem

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
		2646	456
Regnarunt Reguli, omnes ſimul	334	Ab 2646 Ad 2980	Ab 456 Ad 790

 pe-

pedem inferre audebant. Tanta rerum omnium confuſio viguit in Tibeto annos 334. Finem accepit an. poſt Chriſtum 790.; quum magna Tibetanorũ pars, quôd jam nimis longæ calamitatis pertæſa eſſet, ad Sinos meliori capto conſilio cõfugit. Eorum fide accepta Imperator, exercitũ in expeditionem eduxit, oppugnatiſque Turbarũ auctoribus, Tibetum omne ad Armis, poteſtatique ſuæ parendum coegit.

Seculo nono vertente apparuerunt in *Ngarì* viri III. *Cering*, *Juring*, *Fusè*.

Fusè in numero Regum *Ngarì* collocatur; at illius geſta ignorantur.

Series Regũ interrũpitur.

Juring Pater Filiorum ſeptem. Horum ſextus genuit *Japang-chiè* occisũ a *Chia-reng-tarmè*, quem etiam *Praſrinpo* appellãt.

Comparkiè ex *Chiarẽg-tarmè* genitus *Lhatà*, ſeu *Lhadak* profectus a Rege *Triſrong-te-tzhẽ-khiè* in-

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Ante Ch.
	Sinorum Imper. Supremus Tibeti Dnũs	2980	790
		2980 inter &	

ter

ter aulicos excellentioris ordinis cooptatur. Liberos tres procreavit *Lhale*: *Tzhela-vang-cihu*: *Lo-vang-po-tzhe-Zin* Aſſcetam Urchienitam, ex quo *Torce-rin-cen*. Hujus ſexto genitus *Scerou-jonten* dictus. Filium natu majorem *Jontē-giun-gne* nuncupavit. Is ex maritali fœdere cum puella urbis *Ladak* nobiliſſima protulit *Tzhul-thrim-kiel-pò*; cujus Filius *Concioà-kiel-pò*, conſtructo Monaſtèrio, aliiſque ædificiis in ſolo *Sechià* nuncupato auſpicia, & nomen tribuit Civitati.

Magnus Lhama τῆς *Sechià* eligitur *Kang-ka-gninbò* ex *Concioà-kiel-pò* genitus. Deus *Giam-jang* in eo, ceteriſque Magnis Lhamis *Sechianis* multiplicatus ſtultiſſime creditur. Omnes præterea *Urchienitæ* ſunt, & ex *Comparkiè* prognati hodieque dicuntur. *Kang-ka-gninbò* eum eſſe ſuſpicor, quē D. *De Guignes* Lib. III.

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
		3190 inter & 3290	1000 inter & 1100

Tabular. Chronol. p. 165. *Hia-tching* appellat Filium *O-li-ko*; eumque refert ad an. poſt Chr. 1102.

Imperator Sinarum, exploratis prodigiis *Kang-kagnin-bò* mittit ad eum Legatos, aureum ſigillum, & diploma Regium, quo Magno Lhamæ Sechiano largitur Imperium totius Tibeti. Conjungitur ita primũ cum Magni Lhamæ dignitate Regia poteſtas.

Paucos poſt annos ab accepto imperio *Kang-kagnin-bò* ampliſſimũ Monaſterium *Xacaitis* ædificat in *Bricun*; qui locus ad Eurum ſitus quatuor dierum iter diſtat ab urbe *Lhaſsà*.

Magnus Lhama *Bricun* eligitur Filius *Kang-kagnin-bò*.

Jus Aſceterii *Bricun* ad hæc uſque tempora reſidet apud Familiam ab eo loco cognominatam *Bricun*, corrupte *Brancaſcià*.

Subſequutis tẽporibus duo

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
	Magnus Lhama Sechianus Rex	3290 p. m.	1100 p. m.

hi

hi Magni Lhamæ bellum inter ſe committunt. Vicit *Bricunius*, & univerſum Tibetum in ſui poteſtatem redegit. *Sechianus* de uſurpato Imperio, *Bricunius* de juſta acquiſitione ad Sinum ſcribũt. Sinus per Legatos ſic rem componit. Sechia urbem cum territorio aliiſque proximis oppidis aſſignat Magno Lhamæ *Sechiano*, additis *ſupremæ poteſtatis* honoribus. Tibetum deinde tripartito dividit. Partem unam attribuit Magno Lhamæ *Bricunio*; alteram *Davatzhebà* Familiæ principi ac nobiliſſimæ. Tertiam, quæ eſt prope *Jarlon* dicta etiam Tebà Lacchierì, τῶ *Pambatrù*.

Hujus diviſionis meminiſſe videtur D. *De Guignes* loco laudato. *Dans la ſuite l'Empereur Mangou-kam*, [qui vivere deſiit an. 1259.] *de la nation des Mogols, établoit des Gouverneurs ſur les frontieres Occidentales de*

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Reguli tres in tripartito Tibeto		3390 circiter	1200 circiter

la Chi-

la Chine, pour veiller ſur les Tibetans, & Kublaikan diviſa *ce pays en pluſieurs Provinces*. Mors *Kublaikani* accidit ex eodem D. *De Guignes* p. 278. an. poſt Chr. 1294. Regni 35. Vit. 80.

Reguli ii tres intra præſcriptos fines ſeſe aliquãdiu continuerunt. At avidus quiſque majora acquirendi, non ita diu poſt priſtinæ pacis fœdera fregerunt. Mutua inter eos ac perpetua bella flagrabant, tamque frequentes edebantur in dies militũ ſtrages, ut populi partim publica onera jam nimis gravia conqueſti, partim ſuorum cruore temere effuſo commoti, proni viderentur ad defectionem. Quod ubi intellexit Vir Princeps e veteri Tibetanorum Regum proſapia natus, re tota cum Civitatum Proceribus clam communicata, validam ſatis militum manum in obſtantes Regulos agit. Mox potitus

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Post J. Ch.
Exordium Regni Tzhang			

præ-

præſidio *Sgigatzenſi*, cūctiſque ditionibus *Tzhāg*, animos addidit Provincialibus *Ngarì*, ut ſeſe ſponte dederent. Immiſſis deinde copiis in དབུས་ *V*, & hanc demum Provinciam ſuo ſubjecit imperio. Regis hujus nomen ignoramus. At Rex *Tzhang* ཙང་ས་རྒྱལ་པོ་ vulgo a Tibetanis vocatur. Lhama *Paſſepà* Regis titulo ab Imperatore donatus, quemadmodum ſcribit D. *De Guignes* idem eſſe poteſt ac Rex *Tzhang*. Sedem tenuit in *Sgigatzhè* Metropoli Provinciæ *Tzhang*. In *Lhaſsà* Proregem conſtituit. Hæc referuntur ad annum 442. poſt deditionem Tibeti factam Imperatori Sinarum: Ær. Chr. 1232.

Eodem anno naſcitur in Provincia *Tzhon-ka-pe-ſce-jul* Regni *Amdoà* Lhama celeberrimus *Tzhon-ka-pâ* ཙོང་ཁ་པ་ ex

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Reges Tibetani in Provincia Tzhang			
		3422	1232

Pro-

Provincia, unde ortum habuit, vulgo ſic nuncupatus, Patre *Lonbò-moke*, Matre *Scingtzha-aciò*. Deum *Giam-jang* in eum tranſmigraſſe credunt. Nomen, quod ei ab initio impoſitum eſt, ab Augure Lhama *Ciho-ce-ton-trup-rin-cen*, magicum erat *Tonjo-Torcè*. Mutatur, quum *Xaca* religioni initiatur, in བློ་བཟང་གྲགས་པེ་པལ་ *Loſang-trak-pe-pehl*. In Aſceteriis *Bricun* legem, & diſciplinam aſceticam, in ལྕགས་པོ་རི་ *Ciaporì* prope Lhaſſam artis medicæ rudimenta, in *Tavacen*, in quatuor aliis Cœnobiis, ac tandem in *Sechia* Præceptore Lhama *Ce-tzhung-re-da-pà* Aſtrologicas, Philoſophicas, & *Xacaicas* omnes diſciplinas didicit eo ſucceſſu, ut cœtu omne Lhamarũ plaudente Doctoris laurea, Juvenis ut erat, fuerit exornatus.

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt Chr.
Magnus Lhama *Tzhon-ka-pà*		Ab 3422	Ab 1232

Diſci-

Diſcipulos *octo* erudiendos ſuſcepit in *Holca* ſolitudine Aſcetarum *Ritrop-bà* prope *Tak-po-cini*. Vide an ii fortaſſe ſint Lhamæ *octo*, quibus Sinenſium Imperatorem *Regis* titulum conceſſiſſe narrat D. *De Guignes*. Opus compoſuit inſcriptum ལམ་རིམ་ཆེན་པོ་ *Lham-rim-cen-pò* hoc eſt *via ſublimis per gradus ducens ad perfectionem*. Multa commentatur in legem འདོ་སྡེ་ *Dotè*, pauca in རྒྱུད་སྡེ་ *Chiutè*. In tres partes dividitur. Pars I. སྐྱེས་བུ་ཆུང་ཆུང་ *Kie-pu-chiung-chiung*: De hominibus auſpicantibus perfectionem, ſive *de incipientibus*. II. སྐྱེས་བུ་འབྲིང་ *Kie-pu-bring*: de hominibus mediam ſpiritus viam *tenentibus*, ſive *de proficientibus*. III. སྐྱེས་བུ་ཆེན་པོ་ *Kie-pu-cenpò*, de hominibus magni perfectique ſpiritus, ſive *de*

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.

perfectis. Præcepta morum continet ſane quidem egregia, ſed *Xacaicis* erroribus, fabulis, ſuperſtitione, & impietate fœdata. Huic volumini quaſi divino ſecũdas poſt *Khaghiur* tribuunt Lhamæ Tibetani. Alios deinde libros compoſuit: Eoque Magiſtro didicerunt Aſcetæ ſtatutis anni temporibus ad ſpiritales exercitationes vitęque ſcrutiniũ ſecedere. སྨོན་ལམ་ *Monlam* publicarũ precum ſolemnitatem *diebus quindecim* celebrandam in honorem *Xacæ Tupà* inſtituit. Quo primum anno hi feſti dies ſunt acti, duodecim mille Religioſi *Xacaitæ* aderant *Lhaſſæ* rem ſacram miniſtraturi. Ædificavit Cœnobia དགའ་ལྡན་ *Kaden*, འབྲས་སྤུངས་ *Brepung*, & སེ་ར་ *Serà*. Impuram denique animam exhalavit annos natus octoginta, poſt Chr. 1312.

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
80		3502	1312

Se-

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J.Chr.
Sedente Succeſſore primi Regis *Tzhang* in *Sgigatzhè* ædificari cæpit prope ejuſdem urbis mœnia Cœnobiũ བཀྲ་ཤིས་ལྷུན་པོ་ *Traſci-lunbò*. Solium eſt Magni Lhamæ པཎ་ཆེན་རིན་པོ་ཆེ་ *Pacin Rimbocè* id eſt *Traſci-lun-bò*. Incolæ *Tzhang* Lhamam iſtum multo pluris faciũt, quam Lhamam *ſupremũ* Lhaſſæ.	Reges Tibetani in *Tzhang*			
Magnus Lhama *Kelva-kedun* Sgigatzhenſe Aſceterium erexit. Is præceptorem habuit Lhamam, qui audierat famigeratiſſimũ illum བཙོང་ཁ་པ་ *Tzhon-ka-bà*. Abſoluto ædificio vitæ ſpatium paucos in annos protraxit. Moritur anno poſt Chr. 1399.	Magni Lhamæ Sgigatzhenſes Renati		3589	1399
Idem *Kelva-kedun* vita functus tranſmigrat ſtatim, (ſic enim nugantur,) & poſt menſes 10. renaſcitur. Vix partus dat ſigna Lhamæ Renati; In-				

ſans deſertur in *Brepung* ſitũ extra Lhaſſam lapidem ab urbe II. Vocatur སྐལ་བ་དགེ་འདུན་རྒྱ་མཚོ་ *Kelva-kedun-chiam-tzhò*: Ibi pro Lhama accipitur: *Cenreſi* Deus in eo multiplicatus creditur: Adultus *Supremus Lhama* totius Tibeti renunciatur; quanquam nomine tenus. Nam in cetera Tibetana Cœnobia nulla ei poteſtas collata fuerat. Hanc ætate maturus obtinuit poſtquam multa per Tibetanas Provincias Cœnobia conſtruxit. Ad ea regenda ex *Brepung* Lhamas miſit, cum facultate Laicos recipiendi in ordinẽ *Xacaicum*. Ita crevit dominium Supremi Lhamæ; eôque demum pervenit, ut univerſæ Religionis adminiſtrationem complecteretur. Vereor ne in Mſs. P. Gaubil apud D. *De Guignes* Tabul Chron. pag. 66. Lhama སྐལ་བ་དགེ་འདུན་རྒྱ་མཚོ་

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J-Chr.
Lhamæ Supremi Tibetani exordia		3616 p. m.	1426 p. m.

Kelvà-

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.

Kelvà-kedun-chiam-tzhò confuſus jaceat cum *Tzhong-ka-bà*, ſeu *Tſong-ke-pà*, de quo ſcribitur: *fut revêtu vers l'an* 1426. *du titre de grãd Lhama* (hoc eſt ſupremi; nam magni *Lhamæ* ſunt plures). *Il réſidoit à Laſſa, & étoit le chef de tous les Lamas. Il fit fleurir la doctrine des Lamas à chapeau jaune* (Xacæ,) *qui ſont differens des Lamas à chapeau rouge* Urchieniſtarum. De Regum Tibetanorum titulo ſic ſcribit idem ipſe D. *De Guignes: Le titre des Rois de ce pays eſt Ghiam-pou, c'eſt-à-dire, Roi abſolu. C'eſt ce que les Chinois appellent par corruption Tſan-pou*. Suſpicio eſt ne vox *Ghiam-poù* in mendo jaceat. Nam Regem Tibetani རྒྱལ་པོ་ *Kiel-pò*, non *Ghiam-pò*, appellãt. Id obſervatum volumus, ne quis, quum nomen *Chiam*, ſive *Chiam-tzhò* tributum legerit τῷ *Kel-*

và

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	a P. Chr
và Kedun, Regem interpretetur. Habebant enim Tibetani *Regem* etiamdum ſedentem in Provincia *Tzhang*. Exordia *Supremi Lhama* cõcordes referimus in annũ 1426. Mortem obiit *Kelvà* anno ætatis ſuæ 83., Chriſti 1462.	83		3652	146
II. Idem menſe poſt mortem decimo renaſcitur: nominatur སོ་ནམ་རྒྱལ་བ་རྒྱ་མཚོ་ *So-nam-kielvà-chiam-tzhò*. Pergit inter *Tataros* ad amplificandam Religionem *Xacaicam* in Regno *Kokonor* cis murum magnum Sinorum: Inde in *Kang*: Multa erigit Aſceteria: redit in *Brepung*: labitur demũ octogenarius in tenebras ſempiternæ mortis anno 1542.	80		3732	154
III. Idem renaſcitur: Nomen obtinet: རྒྱལ་བ་ཡོན་ཏན་རྒྱ་མཚོ་ *Kielvà-jon-den-chiam-tzhò* vixit an. 38.				

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
occubuit ann. poſt Chr. 1580.	38		3770	1580
IV. Idem renaſcitur, & appellatur རྒྱལ་བ་ངག་དབང་བློ་བཟང་རྒྱ་མཚོ་ *Kiel-và-nga-vang-lo-ſang-chiam-tzhò*. In Cœnobiis *Kaden*, *Brepung*, & *Serà* Dux erat, & Caput Religioſorum Xacaitarum *quadraginta millium*. *Proregem* commorantē *Lhaſſæ* incitavit ad rebellionem; quam quum nullis artibus ad exitum perducere potuiſſet, vertit ſe ad Regem *Kokonor*, egitque cum eo, ut Tibetanum ſubmoveret Imperio. Venit Rex Tatarus aliud quiddam ſimulans: Tibetanum ſedentem in *Sgiga-tzhè* per inſidias capit: rerumque omnium potitus Tibeti Regnum *Lhamæ* ſupremo largitur. Sic in eo uno utrumque & ſacrum & civile imperium conjunctum eſt. Sed ad Civile adminiſtrandum inſtituit officium *Tiſrì*.		Lhama Supremus inſtituitur Rex Tibeti		

Pri-

Primus, quem ad id muneris ſelegit, eſt *Sonam-Raptem*. Sinus Imperator excitatus fama, quæ de Supremo Lhama celebris per omnium ora volitabat, miſſa Legatione ſolemni orat Antiſtitem Maximum Tibetanorum ut ad ſe veniat in Sinam. Illius deſiderio ſe vehementer teneri ſignificat. Tum *Kelvà-lo-ſang* vices ſuas Lhaſſæ gerendas commiſit *Pro-Lhama*; & mox quo fieri potuit expeditius, ab Legatis ad Imperatorem deducitur. Inde poſt annos quatuor largiſſimis onuſtus muneribus in Tibetum redit. Templa cum primis celebriora inſtaurat, exornat, amplificat: ædificat Monaſteria ſexdecim in Provinciis *Tzhang*, & *V*: in locum demortui *Tiſrì*, ſufficit *Lo-ſang-ciombè*. At is, quum ſummum tentaſſet imperium, clauditur vinctus in arce *Ciuciur*; & *Tiſri III.* ſeligitur *Sang-*

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Post Chr.

kie.

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
kiè-kiamtZhò. Fato fungitur Lhama anno ætatis 79. Chr. 1659.	79		3849	1659
Tiſrì vir ingenii ſagaciſſimi mortem Lhamæ per annos duodecim tanto artis conatu oculere ſtuduit, ut nemo civium præter aulicos, quibus arcani cura commiſſa fuerat, reſcire potuerit. Interim univerſas Provĩcias perluſtravit: cenſum egit: tributa ex æquo impoſuit: vectigalibus ærarium auxit: Magnifica ædificia conſtruxit: & Chorographicis tabulis, quibus Provincias omnes Tibetanas ſingillatim deſcripſerat, parietes ſexdecim ampliſſimos Regiarum ædium veſtivit. Expletis annis duodecim, extremam ægritudinem, paullo poſt mortem *Lhamæ* quaſi recens natam, evulgavit: indixit ſolemnem funeris pompam, Lhaſſam ad ſuprema officia convocavit turbam Religioſorum hominum *centum & octo mille*. Vide				

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt Chr.
pag. 249. Geſta hæc ſunt anno Chr. 1671.			3861	1671
V. Idem renatus in Regno *Mon* ex Religionis diſciplina nomen obtinet: བློ་བཟང་རིན་ཆེན་ཚངས་དབྱངས་རྒྱ་མཚོ་ *Lo-ſang-rin-cen, Tzhang-ciăg-kiă-tzhò*. De eo egimus pag. 250. 251. 252. Sed ætatem Lhamæ, quam ibi concluſimus ſpatio annorum triginta circiter, exactiori calculo produces ad annos uſque 35. Periit miſerrimus anno Chr. 1706.	35		3896	1706
Per id temporis ཇིང་གིར་ཁང་ *Cing-kir-khang* Rex Tibetum occupat; eoque duce & auctore miles Tatarus regionem devaſtat.				
Qui Lhamæ defuncto favebant epiſtolas urbe *Lhaſsà* diſpergunt. Fingebatur in iis Lhamà, qui ſcriberet brevi ſe iterum naſciturum, mutatiſque moribus rediturũ ad ſuos. Litteras ob id				

tra-

tradidiſſe *columbis*, quas Lhaſſam deferrent, ut cives de re mox futura certiores divinitus fierent.

Magi *Ciokiongii* edito oraculo denuntiant animam demortui *Lo-Sang* migraſſe in corpus ངག་དབང་ཡེ་ཤེས་རྒྱ་མཚོ་ *Nga-vang-je-ſcè-kiamtzò* Lhamæ Cœnobii *Ciba-po-borì*. Reveritus *Cin-kirkhang* Magorum divinitatem Lhamam iſtum in *Poutalà* collocavit.

Anno 1707. pridie Idus Julii Patres Capucccini miſſi ad Evangeliũ Chriſti in Tibeto prædicandum, primò ingrediuntur *Lhaſſam*.

VI. Eodem jam labente anno ſpargitur rumor de *Lhama* བློ་བཟང་སྐལ་བཟང་རྒྱ་མཚོ་ *Lo-ſang-kel-ſang-kiamtzò* renato in *Litang*, quæ civitas eſt ditionis *Kang*, ad Occaſum *Kombò*, & ad Boream *Kokonor*, diſtatque a *Lhaſſa* iter dierũ quin-

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Ngavang Supremus Lhama ſuffectus, extra numerum		3897	1707

 que

que & quadraginta. Renati Parens dicebatur Religioſus homo ejectus ex Aſceterio *Brepung*, cui poſt expulſionem nupſerãt germanæ ſorores tres nobilitate generis, & divitiarum copia ſpectatiſſimæ. བཟང་རར་འབོད་པ་ *Bezah-rar-bobà* nomen eſt, quo primùm divini Augures vocarunt Infantem. Huic necem moliebatur Rex Tibetanus *Cing-kir-khang*. Genitor, & Religioſi *Xacaitæ* cuſtodes arrepta fuga in *Amdoà* juxta fines *Kokonor*, puerum ſervant incolumẽ. Eum *Amdombà* Rex *Amdoà*, ſive, ut opinor, *Hami* in ſui fidẽ & clientelam recipit, agitque cum *Sino*, ut ſecum conjunctis viribus vagientem Lhamã tueatur, adducatque ſalvum in *Potalà*. Renuit Imperator an. 1709., qui mox Legatos quinque mittit ad Tibetanos in *Lhaſsà*, ne aliũ quemvis pro Lha-

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt Chr.
Supremus Lhama ſuffectus ſacris præeſt an. fere	10	Ab 3897 Ad 3907	Ab 1707 Ad 1717

ma exciperent niſi unum illũ *Nga-vang-je-ſcè-kiă-tzhŏ*; jubetque ſtatim includi puerum cum Genitore, ceteriſque Religioſis aſſeclis, in arcem *Sceling* quinque mille præſidiariis militibus communitam. Tentaverat *Amdombà* in partes ſuas ducere. *Batorthacy* Dynaſtam *Tzokhà*, ceteroſque cõfęderatos Regulos *Kokonoreos*, ſive *Amdoanos*. Sunt enim Ii omnes *duo atque triginta*, inter quos diviſum eſt Imperium *Kokonoris*, ſive *Amdoà*, quamvis locum principem in Concilio teneat *Tzokanus*. At negatum eſt *Amdomba*, quod in eo confœderatorum conventu perorando petivit. Siluit ita ad annum uſque 1714. Hoc enim anno *Amdombà*, & Religioſi cum primis *Xacaita* inducunt *Junkarorum* Regem *Ontacy*, ut bellum ad defenſionẽ pueri *Lhama* inſtituat. Nam & felicem rerum eventum,

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Supr. Lhama ſuſſ. ſacris præeſt an. fere	10	Ab 3897 Ad 3907	Ab 1707 Ad 1717

&

& novi Imperii fortunã certiſſime ſpondent. Opus cœptum eſt ab inſidiis. Junkarus obtentu Nuptiarum allectum, accitumque Filium *Cingkir-khang* natu majorem ceu obſidem ac vile mãcipium conſtrictum detinuit.

Anno tandem 1717. ire jubet, exercitus, alterum in *Scelingam* ad Lhamã educendum, alterum in Tibetũ ad urbem *Lhaſſam* capiendam. Milites in *Scelingam* miſſi perierunt omnes. Hoc idem ceteris accidiſſet, ſi copiæ Tibetanæ viribus longe majores fidẽ ſervaſsẽt.

Nuſquam tutus erat *Cingkir-khang*. Nam & foris in caſtris, & intus in urbe & militum, & civiũ conjuratorum prævalida manus, *Xacaitis* Religioſis auctoribus, vires, & incrementa majora ubique ſumebat. Sub initiũ Septẽbris cædũtur *Junkari* ad ནོ་ཆུ་དབར་ *No-*

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Supr. Lhama ſuſſ. ſacris præeſt an. fere	10	Ab 3897 Ad 3907	Ab 1707 Ad 1717

ciuh-

ciuh-kar Præſidium Tibetanorum in finibus Regni ſitum. Cæſi, & annonæ penuria coacti de regreſſu cogitant. A duobus Dynaſtis Tibetanis སྟེ་བ་ད་ཚེས་ *Tebà-Tatzhè*, & སྟེ་བ་ལྷ་སྐྱ་རི་ *Tebà-Lha-khiary* clam adjuti, & animati copias inſtaurant, augent, aliam ingrediuntur viam, qua tutius incedant. Vergente Novembri in Agro Lhaſſenſi caſtra ponunt. VII. Kal. Decembris dato conjuratis agreſſionis ſigno impetum faciunt in latus Orientale urbis. Sed inde repulſi abs ſtrenuo, fidiſſimoque Duce པོ་ལྷ་ཐེལ་ཚི་ *Po-lha-tel-cy* ignominioſe recedunt. Kal. Decembribus nondum albeſcente die quadripartito exercitu latera quatuor Urbis aggrediũtur. Porta ad Occaſum, quæ ར་མོ་ཆེའི་ *Ramocèh*

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Supr. Lhama ſuſſ. factis præeſt an. fere	10	Ab 3897 Ad 3907	Ab 1707 Ad 1717

ap-

appellatur, a Præfecto excubitorum totius conjurationis conſcio aperitur hoſtibus. Eâ ingrediũtur *Junkari*; Et mox, opem ſibi ferente crebra conſpiratorum turba, occupant urbana præſidia. Inde ad པོ་ཏ་ལ *Potalà* oppugnandum convolãt. Rex *Cing-kir-khan* cum ſuis fugit: fugientem inſequuntur, & crebris jaculis vulneratum barbari interficiunt. Regis necem ſecuta eſt nova & acerbior devaſtatio Tibeti. Supremus Lhama ſuffectus e *Potalà* in priſtinum Cœnobium *Ciaha-po-rin* relegatur. Jam feri *Junkari* nomen iiſdem ipſis confœderatis Civibus metum, & horrorem injicit. Tum in mentem redeunt Tibetani, ſupplices auxilium implorant ab Imperatore Sinenſium. Is rem Tibetanam reſtituit; ingentique exercitu in Tibetum miſſo *Junkaros* e

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Supr. Lhama ſuff. exauctoratur		3907	1717

Lhaſ-

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J Chr.
Lhaſſa & Regni finibus depulit an. 1720.			3910	1720
Pace ſic reſtituta ampliori beneficio ſibi Tibetanos obſtrinxit: nam liberum e *Sceling* dimiſit Lhamam, eumque honoribus cumulatum ad ſupremam ſedem in *Potalà* evehendum curavit. At civilem Reipublicæ gubernationem contulit ཏལ་རྗེན་འབ་ཏུར་ *Telcinbatur*, quo nomine, ac præterea etiam Regis titulo inſignitũ voluit Imperator. Erat enim is *Kavacen* Prorex Provinciarum *Ngari*.				
Anno 1724. vota religioſa དགེ་བསྙེན་ *Kegnien*, & དགེ་ཚུལ་ *Khetzul* nuncupavit *Beza-har-ar-bobà*, nomenque བློ་བཟང་སྐལ་བཟང་རྒྱ་མཚོ་ *Loſang-khel-ſang-khiantzhò*, accepit ab Magno Lhama Sgigatzenſi.	vi. Supr. Lhama inauguratur		3914	1724
Sed rurſus Supremus Lhama, Genitor, Aſcetæ plu-				

res,

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
res, primarii Cives, quôd ægre ſerrent Regiam poteſtatē a ſacra divulſam, unique Laico homini cōmendatam, conſpirant in necem Regis. Itaque *Telcin-batur* a conjuratis immaniſſime trucidatur in Aula ལ་བྲང་ *La-prang* Nonis Auguſti an. 1727.	Rex *Telcin-batur* interficitur	8	3917	1727
Ulciſcitur *Sinus* conjuratorum perfidiam. Immiſſo exercitu militum quadraginta mille, rebellionis duces ſemptemdecim extremo ſupplicio afficit Kal. Novembris: & Supremum Lhamam, ejuſque Patrem una cum Aulicis ad Tibeti fines prope *Cen-to-fù*, Sinenſium urbem, in arcis cuſtodiam trahi juſſit X. Kal. Januarii an. 1728.			3918	1728
Prolhama ab eodem Imperatore deligitur རྒྱས་ཞེ་རིང་པོ་ཆེ་ *Kie-ſce-rin-po-cè*: Rex vero conſtituitur *Po-lha-thel-cy* paullo ante commemoratus, & མི་དབང་ *Mi-vāg*	Rex *Mi-vang*			

appel-

appellatur an. 1729. Is, mortuo *Pro-Lhama*, forte, ut ſuſpicio eſt, epoto veneno, anno 1734. impetravit a Sino ut Supremum Lhamam libertate donatum Lhaſſenſibus reſtitueret.

Vita defungitur *Mi-vang* an. 1746.

Patri ſuccedit Filius ſecundo genitus ཧྤ་ལེ་འབ་ཐོར་ *Talè-bador*; nam natu major དཀོན་ཀྱུ་ཤབ་ *Kon-ku-ſciab* jam ſacra Lhamarum dignitate inſignitus, & mitis ingenii homo regebat principatum *Ngarì*. Evaſit *Talè-bador* crudelis & ferox. Fratrem *Kon-ku-ſciab*, quo die ad ſolemnitatē *Monlam* convenerat Lhaſſam, mox ut ſalutationis cauſa ſeſe adeuntē ad mutuos complexus excepit, improviſo enſis ictu jugulavit an. 1749.

Non ita diu poſt miſſis Legatis, Stipatoribuſque militibus Imperator Si-

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Rex Mi-vang			
	17	3936	1746

nenſis fratricidam Regẽ, ſimili mortis genere mulctari præcepit.
Itaque & ipſe eodẽ an. in Regio ſolio jugulatus eſt.
Sed quum Tatari, ac Tibetani milites, qui excubias agebant ante Regias Ædes, nuntium de jugulato *Talè-bador* accepiſſent, exerto ſtatim enſe Sinenſium capita demetere cœperunt: Tantaque eorum ſtrages edita eſt, ut ex tam frequenti multitudine, quæ *Lhaſſam* confluxerat, ne unus quidẽ ab immani furentiũ gladio ſalvus & illæſus evaſerit. Quatuor tãtum, qui venatus cauſa procul a mœniis aberant, vitam fortuna ſervavit. Ab his ſuorum cladem reſcivit Imperator. Tum probe intellexit quã periculoſum & fatale eſſet a ſacra civilem poteſtatem in eo Regno disjungere. Miſit poſt mẽſes ſex prævalidas militũ copias ad perduelles plectẽdos. At rurſus utramque & *ſacrã*,

Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
Rex *Talebador* interficitur	3	3939	1749

& *Re-*

	Vixit	Regnavit	A Phaleg	Poſt J. Chr.
& *Regiam* dignitatem in uno eodemque ſupremo Lhama conjuxit. Ea Imperii forma reſtituta & confirmata eſt an. 1752., quum adhuc in vivis eſſet ſupremus Lhama *Loſang - kel - ſang - kiamtzhò* annos natus 43.	Reg. dign. Supr. Lh. reſtit.		3942	1752

CX. Univerſam Tibetanorum *Chronotaxin* ſub uno veluti conſpectu poſitam hactenus exhibuimus, ut quæ in ſuperioribus de *Xacaica* eorum religione crebro commemoravimus, e ſuis ſedibus repeti percommode poſſint. Ad rem noſtram in præſentia facit *epocha duplex*, altera, quæ eſt Regis XXIV., altera XXX. Illa cum ætate *Samtan-poutrà Scythæ*, ſive *Scythiani*; iſta cum ævo *Manetis* apprime conjungitur. Dat illa exordia *Buddæ* Indici, *Fò* Sinici, (quod eſt *Pò*, ſeu *Bod*, & *Boutà* decurtatum,) dat auſpicia novi *Xacæ* Tibetani, CHRISTI ſcilicet JESU ab ſemichriſtianis Impoſtoribus primi Eccleſiæ ſæculi ſub eo nomine ſacrilega impietate confictì: Dat iſta *Buddæ* religionem a Pſeudo-apoſtolis Manetis, imo & a Manete ipſo inſtauratam, & auctam. Quanti hæc valeant ad vindicandam *Archelai* fidem in iis, quæ de Scythiano ac Manete ſcribit, æqui rerum æſtimatores dijudicent.

Epochâ *Scythiani*, & *Manetis* cohæret cum Epocha Regum Tibetanorum *vigeſimi quarti*, & *trigeſimi*.

CXI. Unum reſtat, ut locum ſtatuam, in quo S. Epiſcopus cum hæreſiarcha Manete pugnavit. Ex eo enim uti rerum geſtarum veritas, ſic & Archelai ſcribentis auctoritas maxime pendet. Nam ſi memorandi certaminis arenam non Syriam, ſed Scythiam dixerimus, *Beauſobrium* ipſum habebimus venerandæ hujus hiſtoriæ teſtem, & aſſertorem. *J'ai bien prouvé*, inquit Tom. I. Hiſt. Manichæorum pag. 191.

Locus diſputationis ab Archelao cum Manete initæ.

Si diſputatio Archelai cum Manete accidit in Turkeſtan, eam Beauſobrius ipſe tanquam ſplendidum Chriſtianæ antiquitatis monumentum amplectitur.

191. 192., *que la diſpute n'a point été en Meſopotamie: Mais ſi nous la plaçon dans le Turqueſtan, elle pourra ſe ſoutenir. C'eſt-là qu'il y a un Caſcar, qui n'eſt point ſoûmiſe aux Perſes, & où il pourra plaider ſa cauſe en toute ſûrete. C'eſt-la qu'il y a des Chrétiens, des Evêques, qui ne pouvent manquer de s'élever contre un Heretique, qui détruit les principaux Articles de la Foi Chrétienne . . . . Je n'y avois pas pensé: Il faut rétablir cette diſpute, que j'ai tant ataquée: Il n'y a qu'à la bien placer . . . . Donnons au Lecteur l'edification de voir qu'un Hiſtoire ſi ancienne eſt véritable dans la fond.* Dent mihi hanc veniam Eruditi homines, ut ſedem Epiſcopalem Archelai, adeoque arenam profligati Manetis in Scythia collocem.

Archelaus Ep. in Scythia cum Manete diſputaſſe creditur.

Una equidem Regio, quæ pars eſt Aſſyriæ inter Tigrim, & Euphratem poſita, ἀντονομαστικῶς appellatur a veteribus *Meſopotamia*, ſeu ut eſt in Stephano de Urbib. μέση τῶν ποταμῶν *inter fluvios media*, quam lectionem ipſe quoque Holſtenius retinuit.

Regio inter Tigrim & Euphratem poſita non una eſt, quæ Meſopotamia dicatur.

At non una eſt Regio, cui Meſopotamiæ nomen conveniat. Id quidem præ oculis habuerunt LXX., Ægyptius, & Latinus Interpretes. Quamvis enim ſine adjuncto *Meſopotamiam* vertant, ſæpiſſime tamen cum adjuncto *Meſopotamiam Syriæ* appellant.

Meſopotamia Regio inter Tigrim & Euphratem cur cum adjuncto Syriæ a Græco, Cophto, & Latino Interprete ſæpe vocetur.

Sic ארם נהרים *Aram Naharaim* Gen. XXIV. 10 *μεσοποταμίαν*: ϯⲙⲉⲥⲟⲡⲟⲇⲟⲙⲓⲁ̀ *Meſopodomiam*: פדן ארם *Paddan Aram* XXVIII. 2. 5. 6. 7. XXXIII. 18. XXXV. 9. 26. XLVI. 15. *μεσοποταμίαν*; *μεσοποταμίαν τῆς συρίας* Græcus: ϯⲙⲉⲥⲟⲡⲟⲇⲁⲙⲓⲁ̀: ϯⲙⲉⲥⲟⲡⲟⲧⲁⲙⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉϯⲥⲩⲣⲓⲁ̀ Coptus: Latinus *Meſopotamiam*, & crebro *Meſopotamiam Syriæ*, reddunt. Si autem Meſopotamia una fuiſſet terra inter Tigrim & Euphratem, nihil erat cur ad eam deſignandam adjungerent *Syriam*, in qua contineretur *Meſopotamia*. Itaque μέση τῶν ποταμῶν *Meſopotamia* nomen eſt commune terris omnibus, quæ inter flumina jacent. Hinc *Interamna* Umbrorum Urbs, *Interamnia* Aprutina, & *terra*

ræ interamnæ, ſeu *interamnanæ* μέση τῶν ποταμῶν *Meſopotamia* nuncupantur. Stephanus ipſe eo ſenſu *Meſopotamiam* accepiſſe videtur; ubi de Ἀρίνθη ſcribit: Ἀρίνθη, πόλις Οἰνώτρων, ἐν μεσοποταμίᾳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ *Arinthe urbs Oenotrorum in Meſopotamia*. Locum aliquando ſuſpectum habuit Berkelius; ſed multo verius obſervaverat, Meſopotamiam a Stephano *appellative* uſurpari *pro terræ portiuncula*, quæ *duobus fluminibus cingitur*; quôd, ut Barrius cenſet, ſita eſſet *inter amnes Æmulam*, *&* *Sordum*. Holſtenius cogitabat forte ſcriptum a Stephano ἐν μέσῳ ποταμῶν, *aut potius* ἐν μεσογείῳ.

Meſopotamia *appellative* Regio quævis inter amnes jacens.

CXII. *Kaſchgar* autem, ſeu *Caskar*, id eſt, Interprete D. *De Guignes*, *Caſia Regio* utramque Scythiam citra & ultra *Imaum* dividens, ea eſt unde originem inter cetera ducunt flumina quatuor *Indus* & *Ganges* ad Auſtrum: ad Occaſum *Gihon*, (ut Arabes loquuntur,) & *Sihon*. Vide H. Gen. Hun. T. I. P. II. p IV. P. Horatius Pinnabillenſis *lacum* deſcribit in Provincia Tibetana *Ngari* ad confinia *Caſkar*, ex quo teſtantur Indigenæ flumina quatuor exoriri, *Indum* nimirum, *Gangem*, & *Tzhang-pò*, ſive *Tzhang-ciù*, aut etiam *Tſangià* dictum. Iſtud Lhaſſam rapidiſſimo curſu præterfluit: conjungitur cum *Cihaſum* ad Arcem *Ciuciur*: mergitur poſt longa viarum intervalla in lacum *Lopà*; inde rurſus emergit, ſeſeque tandem in *Gangem* exonerat. De quarto id unum memorat, quôd curſum vergat in Tartarorum terras. Hujuſmodi fluviorum origines anſam dediſſe puto veteribus, ut Paradiſum terreſtrem in India collocarent. Conſule de hac ſententia Præceptorem meum, Virum ſane doctiſſimum, deque Catholica Eccleſia ob aſſerta S. AUGUSTINI dogmata optime meritum Johannem Laurentium Berti lib. XI., *De Theolog. Diſciplin.* cap. 4. Ex eo reſcire poteris quo pacto nomina, quæ a Moſe recitata, propria ſunt fluminum ſacrorum, *appellativa* eſſe queant

Caſ-kar media inter duas Scythias, auctore D. Guignes, exponitur *Caſia Regio*.

Origines fluviorum *Gihonis*, *Sihonis*, *Indi*, & *Gangis* in *Caſkar*, ſive in confinibus Provinciæ Tibetanæ *Ngari*.

Tzang-ciu fluvii ſcatebra eadem, quæ *Gangis*, & *Indi*.

IV. fluminum & Gangis præſertim origo ex *Caſkar* anſam præbuit opinioni, quæ Terreſtris Paradiſi ſitum in Indiis collocat.

Phiſon JOSEPHO, EPIPH., HIERON. aliiſque vetuſtiſſimis Scriptoribus *Ganges*: *Geon*, Nilus.

Scythæ Terreſtrem Paradiſum in *Imao* monte fortaſſe collocarunt.

queant apud Joſephum Lib. I. Antiq. Cap. I., apud S. EPIPHANIUM, HIERONYMUM, alioſque plures, ubi Phiſonis nomen tribuunt *Gangi*, Geonis Nilo. Ob hanc plane cauſam ſuſpicor ego antiquiſſimos *Caskarenſium* putaſſe in *Imao*, ſeu in *Caskar* fuiſſe locum Adamitici Paradiſi quemadmodum *Ceylanenſes* in *Ceylan*.

Imaus Mons cæleſtis nuncupatus.

Gangis ſcaturigo in *Caſ-kar* a Monte *Cœleſti*.

Ganges Tibetice *Kankhis*, ſeu *Kankhus*.

CXIII. Imaus Sinice *Tien-chan*, & veteri Hunnorum lingua *Ki-lien*, ſive *Ki-lo-man*, hoc eſt interprete D. De Guignes, *Mons Cœleſtis* nuncupatus; & ipſi cum primis fontes ſacri fluminis *Gangis* ad hanc opinionem concipiendam incolas *Caskar* inducere potuerunt. *Gangis* nomen Tibetice eſt མཁན་འཁས་ *Machan-khis*: omiſſa མ *m* ſæpe ſilente, & ceteris, uti jacent, litteris pronunciatis *Kan-khis*, *Kan-khus*, & *Kan-khus*. In Deſcript. Magnæ Tartar. art. 7. Idem Egregius Scriptor de Regn. *Yen-tchi* meminit lacus, quem *Etrak-gheul* appellat Scherfeddin. Viam littoralem lacu circumſtratam memorat, Territorium vero, & Urbem Principem *Chonghez* appellatam ſcribit. Eundem regionis ambitum *Chonghez* eſſe putat, quem Scriptores hiſtoriarum *Tam* collocant ad occaſum *Yen-tchi*, & *Tie-muen-kuan* appellant. An eſſe queat Ægyptiaca ϯ-ⲙⲟⲩⲙⲓ *Ti-mumi* fons *Kuan* dicere non auſim. At *Chonghez* idem mihi certe videtur ac *Chankhis*. Nam tractus omnes Montium unde fluere, & augeſcere incipit Ganges, nomen *Chankhis* obtinere puto. Sed *Chankhis* unde? Ego quidem ex eo dictum opinor, quôd originem ducat e montibus *Caſiis*, & *fons Kis*, ſeu *Kys*, & *Kus* nempe *Caſii* appelletur. Hesychius qui veterum auctoritatem ſequutus Gangem interpretatur Phiſonem: Φεισών, inquit, ποταμὸς παρ᾽ Ἰνδείοις, ἑρμηνεύεται στόμα κόρης, παρὰ τοῖς Ἕλλησι Γάγγης. Niſi legendum ſit στόμα κόρσης aut κόῤῥης *os capitis*: per *os pupillæ* στόμα κόρης figurate intelligitur *apertio fontis*. Idem enim, quomodocumque vocem accipias, deſignat. Χᾶναι, ἀνοῖξαι στόμα: *Chana* aperire os: Καεῖ, ἀνοίγει

Kankhis idem ac *Chonghez*.

Chonghez Regio ex *Kankhis*, ſive *Chankhis*.

Kan-Khis exponitur fons *Kis*, & *Kus*, ſive *Caſii*.

Phiſonem (Gangem Græcis dictum) στόμα κόρης *os pupillæ* interpretatur Heſyc., cur?

Στόμα κόρης pro aperitione, hiatu, ſinu, oſtio fontis accipitur.

ἀνοίγει *aperit*: Κάνοι, χάσμα ποιήσοι *hiatum faciat*: Κάνοι, *lata terra, hiatus, quem terra fecerit latum*. εὐρεῖα χθὼν διὰ τὸ χάσμα ποιῆσαι ἡ γῆ. Quid ſit χάσμα explicat idem Heſychius στόμα, ἢ σχίσμα γῆς, os, ſive ſciſſura terræ. Unde χάσμα θηρὸς, ὄψις θηρὸς, χάσμα πελάγους, τὸ τῆς θαλάσσης πρόσωπον: *Hiatus feræ, viſus feræ, hiatus Pelagi, facies maris*. Στόμα proinde vertit χάσματα. Græca Heſychii confer cum Hebr., Syr., & Arab. affinibus idem ſignificantibus quod στόμα κόρρης, ſeu κόρης, os nempe, hiatum & aperitionem *capitis*, *oculi*, *pupillæ*; quæ omnia figurate ſcaturiginem & fontem deſignant. *N-gain* עין, ut Rabbini efferre ſolent, *oculus* eſt *fons*, & *ſcatebra*. Idem accidit apud Syros in voce ܥܝܢܐ *n-gaino*. Hinc מעין & ܡܥܝܢܐ quieſcente ܝ *Ma-n-gan*, & *Me-n-gano* idem eſt ac Tibetica མ་ཁ་ན *Ma-chana*, ſeu *Ma-gana* ſcaturigo. Quod ſi Heſychiana χάνοι, στόμα, χάσμα, & veluti maris ὄψιν, ac πρόσωπον apud Hebræos, Syros, & Arabas quæris, adiſis Magnum Dictionarium Caſtelli in vocibus cognatis τῇ *Chana*. Inter cetera ܚܢܐ *chana* Syr. *fundus*, *gremium*, & *ſinus* dicitur, & Arab. خن *channa aquis uber*, *aquas emittere cœpit*. Ita fit ut in voce *Gan-ges* idem valeat མ་ཁ་ན *Kana* Tibetice, quod Φείσων *Phiſon*, teſte Heſychio, στόμα κόρης *aperitio fontis*, *hiatus*, *ſinus uber aquis*, os denique ſcatebræ aquas large effundens, quaſi facies ipſa Maris: ne putes etymon a nobis hactenus explicatum adverſari Joſepho, aliiſque Viris doctiſſimis *Phiſonis* nomen deducentibus ex Hebr. פוש *Puſch*, πληθύειν, quod eſt *abundare*. Unde & Ægypt. ⲡⲓⲧⲥⲱ *Pitſo* & *Phitſo irrigatio* reſpondet Heſychianæ Γέγγει *Gengi* βρέχει. Reſtat ex integra མ་ཁ་ན་ཀིས *Ma-kana-kis* vox altera *kis*, ſeu *hkus*, quam ego *Chus* expoſuerim. Ut enim Chaldæus, aliique veterum כוש *Chus* in titulo Pſ. ⲛⲓⲉⲑ

Chana Tibeticum Hebraicis, Syriacis, & Arabicis affinibus illuſtratur.

Chana etymon in Tibetico nomine Gangis, idem eſt quod Hebraicum *Puſch*.

Kis, ſive *Kus* in Tibetana *Ma-chan-kis*, quid?

Kis & *Kus*, ſeu *Chus* idem.

ϫⲟⲩⲥⲓ Copht. & Arab. interpretantur קיש *Cis* Patrem Saulis, ita & ཀིས *Kis* eſſe poterit ཀྱིས, ſi tantum vocalis ི ad imum eidem litteræ ཀ appingatur. Kus vero aliud non erit quam *Kas*, *Kaſus*, ſive *Caſius* mons a veteribus Geographis appellatus. Sic enim *Kaſium* ἀπὸ Κάσου factum docuit *Stephanus*. Unde & *Caſii* montes elatiſſimi tum qui in Syria Antiochena, tum qui in Meſopotamia a Ptolomæo commemorantur, tum ii denique, qui Palæſtinam ab Ægypto dividunt. Nam uti *Coſſæi* & *Ciſſii*, ſic etiam *Caſii*, & *Caſiotes* Eruditorum judicio a *Chus* denominati putantur.

Kas & *Caſius* ex Chus.

Caſii montes in *Syria*, in *Meſopotamia*, & ad *Peluſium*.

Æthiopia duplex, *Africana*, & *Aſiatica*. De *triplici Chus* Calmeti ſententia.

Chus Scythica intra, & extra *Imaum* producitur.

CXIV. Notiſſima ſunt, quæ Viri doctiſſimi tradiderunt de duplici *Chus* ſeu *Aethiopia*, Aſiatica una, & *Africana* altera. De triplici terra *Chus* in Arabia per littus Maris rubri ad Indum uſque, in Africa ad Meridiem Ægypti, ac demum in Scythia, multa diſſerit in II. & X. Gen. Cap. Interpres eruditiſſimus *Aug. Calmetus*. Scythicam ego *Chus* non in una tantum *Taurica*, aut *Araxene*, conterminiſque regionibus cis Imaum collocaverim, ſed intra & ultra Imaum latius producendam putarim. *Ex Caſiis* montibus tanquam e centro, orbis prope immenſus Scythicarum, ſive Cuthearum regionum, nomen accepit. Sunt enim ii, qui inter utramque Scythiam Medii, unam ab altera ſeparant. *Caſſar*, *Chaſcar* Marco Paulo, *Kaſchgar* D. De Guignes, Tibetica etiam lingua ſonat habitationem ſeu ſedem *Chas*, & vocali *a* commutata, *Ches*, ſive *Chis*; nam & ϫⲏⲙⲓ, quam dicunt Ægyptum, *Chami*, *Chemi*, & *Chimi* pronunciatur, ſicuti Syris ܚܣܐ *Chiſo*, effertur *Chaſi*, & *Chaſio*, ſuavem ſcilicet pium & ſanctum eſſe. *Khar* enim ſive *Ghar* habitationem deſignat. Unde *Nak-ciu-khar* ནག་ཆུ་ཁར་ est *habitatio*, *locus*, & *ſedes* ནག་ཆུ་ *ciu-nak aquæ nigræ*. Inde percipimus cur *Chaskar* nonnulli Geographi Arabes collocarint in regione *Khatai*, ſeu *Khotan*: quod hactenus

Chaſ-kar ſedes, ſeu regio *Chas*: *Chaſii* ſcilicet ſive *Chuſii*.

Chaſ-kar in *Kathai*, ſive in *Khotan*.

tenus ignoratum eſſe ſcribit Cl. De Guignes: *on en a ignoré la raiſon jusqu' à préſent*. Chus antiqui omnes ſemper interpretantur *Æthiopiam*. Æthiopiam vero Ægyptii appellant ⲉⲑⲁⲩϣ *Ethayſc*: Gen.II. v.13. & alibi in editione Ægyptiaca. Ea vox per ⲉ aſpiratam ablata terminatione ϣ *ſc*, eſt *Hethay*: quumque advertente eodem De Guignes aſpiratio *h* apud Tartaros, aliaſque gentes migret in *k*; *Kethay* erit nomen ipſum *Khatai* Regioni Caſcharorum ab initio tributum, quôd regio & ſedes eſſet *Chus* ſeu *Chas*, Æthiopia nimirum Aſiatica dicta *Khatai* ab Ægyptio ⲉⲑⲁⲩϣ; niſi forte *Khatai* compoſitam dicere velis ex duabus ⲕⲁϩ ϩⲓ-ⲉⲑⲁⲩ-ϣ *Kahiethay, terra chus*. Et ut videas *Kis* idem eſſe quod *Chas*, & *Chos*, conſule Auctorem Deſcript. Magn. Tartar. Iidem enim ſunt, qui cognatis appellationibus vocantur *Khatan*, & *Khoten*, *Cotam* M. Paulo, *Cotan* Bened. Goeſio, ac denique *Khitans*. *Aria* Montes, quorum meminit Ammianus, judice laudatiſſimo De-Guignes: *ſont les Montagnes* (Caſii) *de Caſchgar*. Quid *Aria*? Niſi Ἀερία *Aeria*, cujuſmodi erat Ægyptus, & Æthiopia, *Aetheria primum aut Aeria* teſte Strabone, Plinio, Stephano, aliiſque nuncupata? Non eſt omittenda *Cara-chatai*, *Nigra-Cathaya* ab Plancarpino vocata in montibus ad *Acſou* latiſſime fuſa, aliaque plura *Nigræ Æthiopiæ* veſtigia, quæ paſſim in vaſtiſſimis illis Regionibus ad Sinos uſque deprehenduntur. Nam in minori *Bukharia* terra Solis ardoribus combuſta *n'y eſt plus une terre, mais une cendre fluide qui coule au grè des vents, & qui, après avoir enſeveli les voyageurs ſous de grands monceaux, ne laiſſe plus appercevoir qu'un fond pierreux & brulé*; ſcribit *De-Guignes* loc. laud. p. IV. Nec minora iis in locis ſunt veſtigia *Cham*, a quo filius *Chus*, ab iſto vero *Nembrod*.

Khetay vox Ægyptiaca *Chus* ſive *Æthiopiam* ſignificans, explicatur.

Caſius ad Imäum *Aria*, hoc eſt *Chus* ſive *Æthiopia*:

Cara-chatai, Nigra Æthiopia.

CXV. Sed *Khatay* in primis dicta eſt *Sina*; quæ vox ſi Ægyptia ſit ϩⲓⲉⲑⲁⲩϣ, & Æthiopiam denotet, ſtatim intelligi-

Khatay Sina:

S. Propheta Moyſes ideo *Sinus* habitus, quia *Æthiops*.

ligimus, cur *Moyſes Æthiops habitus*, (ut obſervat Huetius, Demonſtr. Evang. Prop. IV. num. 2.) *Sina quoque fuerit exiſtimatus*. Magna deinde eſt erga montes *Caſii*, ſive

In Montes *Caſios* ſumma Indorum ac Tibetanorum religio, cur?

Kuſii Indorum ac Tibetanorum Religio. Ubi vertices eorum montium nive albentes e longinquo conſpexerint, flexis continuo genibus, & nudato capite, ſacras illas, ut

Caſſiopa, ſive *Caſſieb* filius Bramhæ, & Bramhanum Pater, idem qui *Caſius*.

putant, Numinis ſedes adorant. *Caſſiopa*, ſeu *Caſſieb* populari ſermone Dei *Bramhæ* Filius, Bramhanumque Parens idem eſt qui *Caſius*: Eique nomen iſtud fortaſſe impoſuerunt Indi, quôd ܚܝܣܐ *Chiſo* & ܚܣܝ *Chaſi* aut ܚܣܝܐ *Chaſio* Syrorum idiomate, [id enim hoc in loco repetere juvat,] miſericordem, ſuavem, ſanctum, & propitiatorem deſignat.

Chaſius Syris & Heſychio, quid?

A Syris ad Grajos pervenit eodem ſenſu vox *χάσιος*, teſte Heſychio, ἀγαθὸς, Χρηστὸς. Neque pro Χεσάσιος, ut ſuſpicatur Gujet poſita eſt; quum & alia plura vocabula ab Hebræis Græci apud Heſychium acceperint. Ea vero attribu-

Deus *Biſcnu* in Indoſtan coloris *Æthiopici*; in Malabar viridis.

ta Bramhanes adſcribunt τῷ *Biſcnu*, *Æthiopici*, atri nimirum coloris, Deo in Indoſtan, & alibi locorum, *Viridis* in Malabar. Hunc ipſum, ut jam diximus, *primum hominem* vocant, inque cæleſtibus illis nivoſiſque montibus ſedem tenuiſſe credunt. Quæ quum ego meditor, video quaſi originem vetuſtiſſimæ cujuſdam opinionis apud eas gentes re-

Sedes *Biſnu*, *primi hominis*, mons *Caſius*.

ceptæ de *Paradiſo terreſtri*, quem ibi ſitum putarint, tanquam ſedem *Caſiopæ*, *Biſnu*, *primi hominis*, Bramhanumque Parentis. Quare ſi quis *Chankis* nomen interpretari vellet *hortum Chuſii* quaſi גן כוש *Gan kus*, haberet unde

Ad fontes *Gangis* ſacræ *Fakirorum* peregrinationes in Indiis.

veri ſpeciem ſuæ adderet conjecturæ. Tanta propterea eſt Indorum erga Gangem ceu divinum fluvium religio, quanta Ægyptiorum erat in Nilum. *Fakiri* फकीर, [ut cætera taceam,] genus quoddam Aſcetarum in Indiis ad fontes cæleſtis fluminis ſacras peregrinationes quotannis inſtituunt; tantamque animi munditiem ac ſanctitatem, qua nulla major

jor excogitari queat, ex beatis illis ſcatebris in ſe derivare poſſe confidunt.

CXVI. Terra præterea, quam irrigabat *Phiſon*, boni purique auri ferax erat. Quo nomine non ſolum celebris eſt apud veteres fluvius Ganges, ſed & proximi Montes, in primis vero Tibetani ditiſſimis aurifodinis abundant. Quanquam ne Indigenæ arbitratu ſuo aurum effodiant, Sinenſes impediunt. Nomen *Chavilæ*, quo terram hanc auriferam vocavit Moyſes, transferri perinde potuit in Scythicam aliquam Regionem, quæ priſcis forte temporibus eſſet contermina Gangi. Duæ enim ſunt *Chavilæ*, altera ſic a *Chavila* filio *Jectanis*, nepote *Heberis*, denominata, altera a *Chavila* filio *Chus* nepote *Chami*. Tertiam ſtatuit Vitringa *Obſervat. Sacrar.* Tom. II. lib V. cap. 15., ubi de *Chavila* agit, cujus mentio fit Lib. I. Reg. cap. XV. verſ. 7. Quartam aut etiam quintam collocat in Colchide & Armenia Calmetus Commentar. in Geneſim. *Chaulan* appellat Bochartus, quæ *Chavila* dicitur. Mitto quærere an ea vox ducta a חול *arena*, potuerit ab initio accomodari *arenoſis*, petroſiſque deſertis, quæ *Kaſchgar* verſus occurrunt, & ad ſcatebras, alveumque Gangis accedunt. *Chaulan* profecto ob frequentem mutuamque commutationem litterarum *l* & *r* idem eſſe videtur ac *Chauran*, unde *Chauranæ*. De his ſcribens *D. De-Guignes Deſcript. Magn. Tartar.* cap I. art. VIII. §. 9. inquit *je regarderois les* Chauranæi *comme les habitans d' Yerken, qui eſt le même nom renversé*. Civitas *Yerken* olim Metropolis *Chao-tche*, ævo Benedicti Goeſii urbs erat princeps Regni *Kaſchgar*. Intervallum, quod eſt inter *Yerken* & *Kaſchgar* metitur, juxta Strahlembergium, iter dierum quinque. Emporium eſt, quô Negotiatores undique conveniunt ad *Jaſpidum* præſertim aliorumque lapillorum mercatus. *Carcham* vocatur a M. Paulo. *Scham* Tartari appellant *Syriam*, ſeu *Meſopotamiam*; quumque in

Terra ad Gangem & in India extra Gangem aurifodinis opulentiſſima.

Chavilæ nomen ad terras Gangeticas transferri aptiſſime potuit.

Terra *Chavilæ* multiplex.

Chauranæ an *Chaulanæ* a *Chaulan*?

Chauranæ teſte *De-Guignes*, in *Yerken* Metropoli, primum *Chao-tche*, deinde *Kaskgar*.

Lapillorum copia in Kaskar, viciniſque Regionibus, quanta.

in compoſitis vocibus more gentis ſæpe intercidat littera S; & *Kar* regionem deſignet habitabilem, nil mirum videri poſſet, ſi forte *Carcham* idem eſſet ac *Karſcham*, hoc eſt *Regio* μέση τῶν ϖοταμῶν *interamnia*. *Chabul* [quaſi ex *Chabyla*, & *Chavyla*] in iis montibus circum Indum poſt origines, & verſus Gangem collocant Geographi; eamque a *Chamul* diſtingui oportere ſcribit P. Horatius, ne vitio pronunciandi, [quod jam quibuſdam evenerat] duæ hæ Regiones inter ſe confundantur. *Chavilam* autem & *Indiam* cognomines exhibet *Caſtellus* ad vocem כויל in Syr. ܟܝܘܠܐ *Kiule*, quæ etiam efferri poteſt *Chivle*, & *Chaula*: vide apud D. De-Guignes artic. III. loco citato in *Yu-tien*, ſive *Khoten*. Montem ibi deſcribit, unde flumina plura oriuntur, inter quæ *ſortent encore les fleuves Po-yo-ho ſur la rive Occidentale du quel eſt ſituée Khoten, le Lou-yo-ho, & le Ou-yo-ho tous les deux à l'Occident de la même ville. Ils ſont ainſi nommès a cauſe* des pierres précieuſes *qui s'y trovent. On les tire tous les ans dans l'automne après que les eaux ſont diminuèes*. Alia id genus ſplendidiſſima, quæ in vicinia refert, huc ſpectant. Regionis demum fertilitatem eo veluti indicio commonſtrat, quôd inibi ad confinia Tibetanorum, qui Sinenſium lingua *Nokiang* appellantur, *il y a des jardins remplis d'arbres & de fleurs*. Aliud quoddam eſt genus lapidum, qui licet minori pretio veniant in Sinis, uberrima tamen copia e proximorum montium, vicinarumque Provinciarum lapidiciniis educuntur. Videſis laudatum tam ſæpe Scriptorem in cit. Chorograph. Tartar. Ad hanc lapillorum claſſem referri queunt cryſtalla foſſilia, ſmaragdi, carbunculi, ſardonyces, aliæve gemmæ in iis Regionibus frequentiſſimæ. Quid ſibi velint in II. Gen. בדלח ואבן השהם *Bedolah*, & *Even Schoam*, Ægypt. Ⲡⲓⲱ̀ⲛⲓ-ⲛⲁⲟⲩⲁⲛ-ⲛ̀ϫⲉⲃⲥ-ⲙ̀ⲙⲁⲩ· ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲱ̀ⲛⲓ-ⲛⲁⲟⲩⲁⲛ ⲛ̀ⲛⲏϫⲓ *lapis coloris rubri, & lapis coloris viridis*: Græc. τῶν ὁ, ὁ ἀν-

Chabul an à *Chavila*?

Chavila, India.

Chavila veſtigia plura in *Khoten* & alibi in proximis terrarū tractibus.

Tibetani Sinenſium lingua *No-Kiang*.

ὁ ἄνθραξ, καὶ ὁ λίθος πράσινος *carbunculus*, *&* *lapis praſinus*, in ſumma, quæ fertur, opinionum varietate, non eſt, cur hoc loci expendere velim. At certe ſi cui placeat *Bdellium*, aut *Smaragdus*, uti viſum eſt doctiſſimo Interpreti Calmeto, aut Jaſpis: & *Bdellium* Scythica, & *Smaragdi* & jaſpides Scythici, jamdiu a Plinii ætate notiſſimi omniumque nobiliſſimi habebantur.

Bdellium, *ſmaragdi*, & *jaſpides* Scythici nobiliſſimi.

CXVII. Erat igitur, cur primi Kaſcharenſium, proximarumque Regionum cultores ex *Chamo* oriundi, Terreſtris Paradiſi ſitum ad originem Gangis aptiſſime ſimularent. Sed uti nomen *fluvii Chus*, ſive *Æthiopiæ*, ita & *Phiſonis* nomen commune factum eſt & *Gangi* & *Nilo*. Sic habes in Heptaglotto dict. Caſtelli *Phiſon*, Ganges Gen. 2. 11. *Ar.* פוש, & *Ar. Sa. Nilus*. Ea etiam confuſio effecit, ut ipſum *Nili* nomen fuerit demum *Indum* verſus translatum. Eſt enim *Nilao* flumen ſic dictum, quod fluit ad occiduum latus Indi. Ac rurſus, quia Moyſes *Gehonem* ducit per terram *Chus*, Phiſonem per *Cavila*, Joſephus aliique veteres non aliam *Chus* præ oculis habentes quam *Africanam*: confundentes præterea terram *Chavilæ* Filii *Joctanis* cum terra *Chavilæ* Filii *Chus*, Gangem appellarunt *Phiſonem* irrigantem Indiam *Chavilam*, Gehonem *Nilum* irrigantem Ægyptum, & Æthiopiam *Chus*. Quanquam & Gehon ſit *Oxus* e montanis ſcatebris *Kaſchgar* defluens in Mare Caſpium; ne interea Gehones alios ſingillatim commemorem; ſuum enim quiſque pro vario terreſtris Paradiſi ſitu prodidere docti viri *Huetius*, *Calmetus*, *Nicolaus Abramus*, *Bochartus*, *Grotius*, *Clericus*, *Van Til*, aliique. Quamobrem & ſuum ipſi Kaskarenſes Gehonem oſtentant, quòd incolæ regionis vetuſtiſſimi ſedem primi hominis ejuſque delicias in *Montibus Cæleſtibus Caſii*, ſive *Chuſii* collocaverint.

Ganges & *Nilus* uterque pro *Phiſone* habitus.

Joſephus, aliique veterum fluvium *Chavilæ*, *Gangem*: fluvium *Chus*, *Gehonem* putarunt: cur ita?

Gehones plures: *Gehon* Kaſcharẽſium *Oxus*.

Kaſcharenſes cur *Gehonem* derivẽt ex montibus *Caſiis*.

CXVIII. Ceterum Regio *Kaſchar* inter amnes proculdubio

Kaſchar, Kathaja. *Kathaja* teſte Strabone in *Meſopotamia* Kaſcharena.

bio jacet: ibique præſertim Media ſiſtit, ubi flumina duo *Ganges*, & *Indus* a ſe mutuo ſeparantur. Neque jam hac de re mihi dubitare licet, poſtquam *Strabonem* audio ſic de *Kathaja* loquentem p.481. L. XV. *Geogr.* Καὶ τὴν ΚΑΘΕΑΝ, [lege emendante Berkelio, & Holſtenio in Stephanum ΚΑΘΑΙΑΝ,] δέ τινες τὴν Σωπείθους τῶν Νομαρχῶν τινὸς κατὰ τοῦ τὴν ΜΕΣΟΠΟΤΑΜΙΑΝ τιθέασιν: *Quidam autem* KATHAIAM *Sophitis regionem, qui unus fuit ex Nomarchis in hac* MESOPOTAMIA collocarunt. Hæc ipſa Meſopotamia multo ante Archelai Epiſcopi tempora ſedes putabatur primigenia Paradiſi Adamitici. Ibi jam inde a primis Eccleſiæ ſeculis Chriſtianam Religionem viguiſſe Egregii Scriptores affirmant, inter quos principem locum tenet *Aſſemanus* Tom. III. Biblioth. Oriental. Part. II. *Kaſchar* via eſt antiquiſſima, qua Chriſtiani, Judæi, ac Turcæ in Sinas penetrarunt apud *Muller.*, *Trigault.*, eundemque *Aſſeman.* a Beauſobrio ipſo laudatos. Eaque patere dicitur, auctore D. *De-Guignes* C. I. *Chorogr. Magn. Tartar.* Art. VIII. pag. XXXIX. *à l'entrée des montagnes qui ſert de paſſage pour aller de l'une à l'autre Scythie, c'eſt-à-dire le paſſage qui eſt à Kaſchar, ou trouvait le pays appellé Caſia qui eſt Caſchar.* Quod etiam Ammiani Marcellini teſtimonio confirmat pag. XLII., ubi de *Tien-chan montibus cæleſtibus* agens a *Kaſchgar où elles laiſſent une gorge, & où elles ſemblent naitre, il y a un village que l'on appelle* Lithinon-pyrgon, *& un très-long chemin frequente par le Marchands qui vont chez les Seres*. Eâ ex proxima Perſia iter erat ad Seres rectum & obvium. Quodque de Chriſtiana Religione in Indiis ævo ipſo Apoſtolorum propagata uno ferme ore rerum Orientalium Scriptores teſtantur, id non minus Indiæ proprie dictæ, quam *Cathayæ* convenit. At Caſchar, uti animadvertimus, in *Cathaja*. Quanquam Andr. Muller. *Caſchar inter Cathayæ Indiæque confinia* conſtituit. Urbem hanc Turqueſ-

In *Meſopotamia* Kaſcharena indigenæ *Archelao* Ep. vetuſtiores Paradiſum terreſtrem ab initio conſitum exiſtimarunt.

Chriſtiana Religio in *Kaſcharenorum* regionibus ævo Apoſtolico propagata.

Kaſchar via erat antiquiſſima ad utramque *Scythiam*, ad *Indiã extra Gangem*, ad *Seres*, ad *Sinos*,

Kaſchar, ſive *Kathaja* communi *India* nomine a veteribus appellata.

queſtanæ Metropolim vocat Dherbelot; eique calculum addidit Cl. Aſſeman. loco mox citato duos Metropolitas *Caſkar* ex Amro in Vita *Barſumaæ & Eliæ Patriarcharum* commemorans, *Johannem* ſcilicet, & *Sabar-Jeſu*. Tertius eſt *Monachus* quidam *Jagurita* a *Mar-Denha* Neſtorianorum Catholico, Metropolita *Sinæ* conſecratus, ut idem poſt Abulpharagium narrat Tom. II., Sinæ nomine Turqueſtanam complectens. Nihil tamen eſt, cur ab hac Sina vaſtiſſimas Regiones intra & extra Jmaum poſitas excludere velim. *De-Guignes* Cap. 1. Chorograph. a. 1. in *Hami* aliiſque circumjacentibus populis refert ætate M. Pauli inter eas gentes, quarum pars maxima *Idololatrarum* erat, nonnullos fuiſſe Chriſtianos homines; Idem pag X. ſcribit de *Kan-tcheou* urbe principe *Tangut*. In Provincia *Chen-chen*, ſive *Chin-chin calas*, nigra nimirum, quôd काला *Kalà* Indice *nigrum* ſonat; in *Sachion*, ideſt in *Cha-tcheou*, quæ *Civitas Sabuli* exponitur: in *Tche-ſu* Iguræorum ſede, inque aliis demum Tartarorum regionibus, eodem M. Paulo, & Plancarpino teſtibus, Neſtorianos longe lateque *fuſos agnoſcit*. Ex eorum vero numero, quos quinto, ſextove Eccleſiæ ſeculo Neſtorianum famulitium in erroris vincula traxit, plerique tanquam germanæ fidei cultores priſcam Apoſtolorum doctrinam, veramque Religionem ante tenebant. His primam Evangelii lucem tuliſſe *Agheum* tradit loc. cit. pag. 16. 17. *Aſſemanius*. Omnium enim princeps *Agheus* S. Thaddæi diſcipulus ad Indos, & ad Tartaros uſque Chriſti fidem prædicaviſſe fertur. Quid plura? Beauſobrius ipſe Hydium ſequutus tantam antiquitatem in Turkiſtania, & in Scythia Caſcharena Religioni noſtræ tribuit, ut Sedis Epiſcopalis honores diu ante Archelai tempora Chriſtianas illas gentes obtinuiſſe non dubitet. Scriptores alios bene multos, qui de *Chriſtianiſmo* in Indiis, in Sina, in Serica, in Scythia, in Cathaja demum Caſcharenſi rece-

In *Caſcgar* ubi a recta fide Chriſtiani deviarunt, *Metropolis* erigitur *Neſtorianorũ* Turkiſtaniæ.

Metropolita Neſtorianus *Sinæ* idem ac Metropolita *Kathajæ* & *Kaſchar*.

Chriſtiani ac Neſtoriani in *Kaſchar*, aliiſque *Cathajæ* regionibus.

Cathajæ Apoſtolus *Agheus*.

In Turkiſtania, & Cathaja Caſcharenſi ab ævo Apoſtolorum ingens Chriſtianorum multitudo, & Sedis Epiſcopalis erectio auctoribus *Hyde* & *Beauſobrio*.

pto plura commentati, ſimilia tradunt, ſilentio præterire cogor, ne moleſtior fortaſſe fiam. Sed duo adhuc inveſtiganda ſuperſunt. Primum eſt, Caſtellum *Arabionis*, quo ſe abdidit Manes in fuga poſitus, *unde ſcriptam epiſtolam per Turbonem ad Marcellum miſit*: quove tandem, ſecundo rediens, *comprehenſus*, *oblatus eſt Regi Perſarum*. Alterum eſt fluvius *Stranga*, ad cujus ulteriores oras ſitum erat Caſtellum. Quod quidem, ſi *aſylum* præbere debuerat Maneti e Carceribus Perſarum elapſo, & ad necem quaque verſum ab Regiis ſatellitibus conquiſito, extra Perſici Imperii limitem, ubi certa ſecuritatis & perfugii ſpes eſſet, quærendum erit.

Caſtellum *Arabionis*, & fluvius *Stranga* in Hiſt. Manetis.

CXIX. Qui caſtri *Arabionis*, & *Strangha* fluvii veſtigia in Meſopotamia *Syriæ* repererit, neminem hactenus vidi. Ea viſa mihi ſunt in regione media inter Perſarum Regnum, & Meſopotamiam *Cathajæ*. *Anderaba* oppidum eſt ſecus viam, qua itur e Perſia in *Caſchar*. Si curſor ſit expeditus, & celer, quemadmodum fuiſſe dicitur *Tyrbo* tabellarius Manetis, iter omne die quinto abſolvet. Sic enim diſtantiam locorum deſcribit Geographus *Nubienſis* ſec. XII. Scriptor Clim. III. parte 8. pag. 139. Ab *Anderaba ad Badhachſcian ſtationes quatuor* numerat *Orientem verſus*; & pag. 142. *a Badhachſcian ad Cqena* XXX. M. P. *a Cqena ad Os* totidem: *Ab urbe Os ad urbem Adercant*, *quæ & Adercand appellatur* . . . . *ſtationem unam*. Stationes autem æquales non ſunt, ſed aliæ majores, minores aliæ; alibi ſtationes duas Nubienſis protendit ad XXXV., alibi ad XLV. M. P. Porro *Adercand* idem eſt haud dubie ac *Ardoukend*, *& Ordoukend*, quo etiam nomine, uti me monet D. *De-Guignes*, *Caſchar* Civitas quondam appellata eſt. Si forte negaveris Adercand Nubienſis eſſe Ardoukend, ſive Caſchar, negare non poteris quin hujus ſaltem fines attingeret, aliaque via eſſet, quæ æquo dierum ſpatio duceret in Re-

Veſtigia Caſtelli *Arabionis*, & *Strangha* fluvii inter fines Perſarum, & Meſopotamiá Cathajæ.

Caſtellum Arabionis, *Anderaba* fuiſſe putatur.

Ab *Anderaba* ad Urbem *Adercad*, & Regnum *Caſchar* citatum iter dierum quinque, itineri *Turbonis* a Manete miſſi ad Marcellum ex æquo reſpondet.

Regnum *Caſchar*. Inter hanc plane viam *Turbo* tentare potuit diverſoria ad peregrinos Chriſtianos excipiendos per ea loca paſſim a Marcello conſtructa. At vero *Anderaba* nomen mutationem facile ſubit in *Aneraba*, *anraba*, & *arraba*: ſicuti eſt *Hydraotes* Arriani, qui a Strabone, & Curtio *Hyarotis* vocatur. Nam & Mendeslius *Ezraba* in Tab. Geograph. ſcribit. Quumque Syriaca vox in Authographo Archelai deſineret in ʿ*l*, proclive omnino fuit Græco Interpreti ex *Anerabo*, *anrabo*, ſive *arrabo* vertere *arabionem*. Sic enim accidit de *Arabo* fluvio, quem etiam *Arabium* vetuſti Scriptores appellarunt. Hinc *Arabionis* Caſtellum. De *Stranga* fluvio ſuſpicionem, qua teneor, libere proferam. Nomen eſſe puto mendoſum vel a Græco Latinove Interprete, vel ab ipſa Amanuenſium incuria profectum. *Stracus* eſt in Mſs. Codice Reginæ Svecorum, qui *Stranga* appellatur in editis. Archelaus, ſi ex Urbe *Caſchar* in illa noſtra Meſopotamia inter Scythiæ, Indiæque fines ſcribebat, indicare voluit perfugium & ſtationem Manetis in *Arabione* ultra *Oxum*, qua parte fluvii *Vadum* propius erat origini ad latus Occiduum *Caſchar*. Interpres vero Græcus, Syriaca Archelai vertendo, ſic forte *Arabionis* ſedem deſcripſit, ut eam Ὕστεραν Ξά *Hyſteran Xa* vocarit. Nam *Xa*, quamvis decurtatum, unum eſt ex nominibus *Oxi*, qui etiam teſte Salmaſio Græce legitur Ὦξης, Sinice *Goei*. Ex *Oxia*, ſeu *Oxio* ſatis etiam uſitato fluvii nomine manavit vox *Hazyat*, partim ex linguæ neceſſitate, partim ex corrupto vocalium ſono, ab Arabibus ad *Oxum*, ubi exoritur, nominandum conſtructa: *Trahit enim flumen iſtud originem e terra Vagian in finibus Badhachſcian, & vocatur illic flumen Hazyat*: ſi fides eſt adhibenda Nubienſi p. 138. Acceſſit Latinus, & Ὕστεραν Ξά reddidit *Trans Xa*. Deinde ab ignaris Amanuenſibus addita ſibillanti, ſcripta ea vox eſt modo *Strancha*, modo *Stranga*, & *Stra-*

Arabion nomen ex *Anderaba*.

Stranga fluvius, *Stracus* etiam dictus, nomen fortaſſe mendoſum.

Mendum in *Stränga* nomine ex Amanuenſium hallucinatione repetitur.

Quod Græcus, Latinuſque Interpres Ὕστεραν ξά *Trans Xa*, ideſt *trans Oxum* verterant in Act. Archelai transformarunt Amanuéſes in *Strancha*, & *Stranga*, *Stracus*.

& *Stracus*. Hanc ego conjecturam acceptam Tibi eſſe velim, ſin minus, alteram dabo ex Arriano deſumtam. Memorat *Rerum Indicarum Lib.* pag. 171. Σαράγγην *Sarangem*, ſive *Sarangam* fluvium; quem ἐκ Μηκέων *ex Miceis* in ſe recipit *Hydraotes*, ſecumque rapit in *Indum*. Ab eo fortaſſe dicti ſunt Ζαράγγαιοι, Ζάραγγοι *Zarangæi*, & *Zarangi*, quorum idem meminit *Arrian. lib.* 3. *&* 6. *Expedit. Alex.* Zarangos tamen ultra Indum confundas nolim cum Zarangiis, quos Arabes ad *Ilment* fluvium *Arabum* olim, *Arabium*, vel *Arbiem* nuncupatum, collocant. Meceos interpretor *Memacenos*; nomen, uti nonnulli Eruditorum cenſent, uni *Curtio* notum, *ignotum aliis Geographis*, *&* *Hiſtoricis*. Micei montes pars erant Imai, *Aſcanimia* ni fallor & *Comedus* a Ptolomæo, & Ammiano nuncupati; quumque duo veluti cornua in altum attollerent, a Taurino conſpectu ſunt ita dicti *Micei*. Nam Μῆκα *Mica* apud Heſychium κέρατα. Præter eorum *radices* inquit Ammianus Lib. XXIII., *&* .... *Lythinon pyrgon* .... *iter longiſſimum patebat Mercatoribus pervium, ad Seras ſubinde commeantibus*. Iter ſcilicet, quod erat per *Caſchar*, deſcribit Ammianus, uti jam Duce D. *De-Guignes* obſervabamus. Itaque e Perſia eunti per loca ſquallentia Sacarum in *Caſchar*, trajiciendus erat fluvius *Saranga*, quem levi motu aut Græcus, aut Latinus Interpres vertit in *Stranga*. *Tzhanciu* quoque, ſive *Tſanga*, fluvius eſt Tibetanorum ſcaturiens ex montibus Caſchar. Huic ſi addas *Sarabum*, teſte *Ptolomæo*, fluentem in Gangem; (ſolent enim flumina ſuas aut Civitates, aut Oppida habere, quibus nomina præbeant;) habebis fortaſſe, ubi tandem in regionibus adjacentibus Caſchar, & fluvium *Strangam* ſive *Stracum*, & Caſtellum *Arabionis* invenias. Nimis pol multa de his. Ea tamen a me præteriri non poterant, ut *Beauſobrii* optatis ſatisfacerem, eique ſedem Archelai Epiſcopi in *Caſchar* Ca-

Etiam ex *Saranga* fluvio, cujus fons eſt in *Miceis* apud *Arrianum*, fieri facillime potuit *Strãga*.

Micei montes pars *Imai*, *Aſcanimia* fortaſſe & *Comedus* a Ptolomæo appellati.

Micei, unde ſic dicti?

Micei proximi Caſchar.

Per *Miceos*, & vadum *Sarangæ* iter erat ex *Perſide* in regionem *Caſchar*.

Cathajæ ſatis apte collocatam præberem. Ibi Manes commiſſa pugna cum Archelao victus, pudefactuſque jacuit; indeque ſibilis exploſus ad gentes alias exſiliit. Scythicas ſubinde, Sericas ad Sinos uſque, Tibetanas, Indicaſque pervagatus regiones, *advenit* poſtremo *ad quendam vicum longe ab urbe* Caſchar *poſitum, qui appellabatur Diodori.*

Manes ab Archelao victus fugit in Scythiam, in Indiam, in Tibetum, & Sericam ad Sinos uſque.

Poſt annos plures rediit *Caſchar* verſus, & venit in *Vicum Diodori*.

CXX. Tantam profecto temporis intercapedinem, quantam ego ſtatuo inter expulſionem Manetis ab urbe Caſchar, & Ipſius adventum in Diodori vicum, ſive *Diodoridem*, non ferunt Acta Latina Archelai. Eô enim Manetem recta iviſſe, & paucos poſt dies a Caſcharenſi conflictu perveniſſe commonſtrant. Sed vitium eſt priſci Interpretis, qui verba epiſtolæ Archelai ſic de Manete ad Diodorum ſcribentis: *Cognovi, quôd vir iſte, qui ante hos dies ad me venerat . . . . ad Te quoque venerit*, de definito paucorum dierum numero intellexit; quum Syriaca locutio cognata Hebraicæ ימים *indefinitum* temporis ſpatium plerunque ſignificet; idemque ſonet recitatus epiſtolæ Syriacæ locus, ac *ante hæc tempora*, ſive *ſuperioribus annis atque temporibus*. Nam ſi ſtatim, aut certe paucos poſt dies cognovit Manetem in *Diodori* vico verſari, quo pacto ſcribere potuit Archelaus ad calcem diſputationis cum eo habitæ in urbe Caſchar: *Tunc ergo cum effugiſſet Manes, nuſquam comparuit*? Quo igitur tempore Archelaus Acta primæ diſputationis litteris conſignavit, ne rei geſtæ memoria interiret, lateretque ſtudioſos, jam anni aliquot effluxerant a conflictu Caſchareno cum Manete inito; nec tamen norat an mare, an tellus, & an gens ulla eſſet, quæ fugitivum hominem contineret. Undique ſibi fortaſſe metuens in remotiores Orientis regiones ſeceſſit. Quod quidem Perſæ, & Arabes Hiſtorici unanimi ferme conſenſione teſtantur. Quanquam incertæ fidei eorum teſtimonia cen-

Longa annorum intercapedo inter fugam *Manetis* ex urbe *Caſchar*, & ipſius adventum in Vicum *Diodori* pugnare videtur, cum Actis *Archel.*

Archelai Acta cum Chronotaxi, & ſententia noſtra conciliantur.

Manes debellatus ab Archelao evanuit.

Archelaus, quonam gentium effugiſſet Manes, diu ignoravit.

Perſæ, & Arabes Scriptores de itinere Manetis in Turkiſtaniam, Indiam, & Sinam, quam conſona & credibilia tradant.

cenſeat Euſebius Renaudotius. Sed cur ego non credam hominibus, quantumvis ad *incredibilia* ſcribenda pronis, dum unam hanc rem adeo *credibilem*, cujuſmodi eſt Manetis iter in *Turqueſtaniam*, *Indiam*, & *Sinarum Regionem*, non ſine delectu ex eorum ſcriptis accipiam? Immo vero indicia ſunt non ſpernenda, quæ paullulum meditanti, & rem cum re comparanti perſuadere facile poſſint, Manetem adiviſſe Tibetum, ibique in Urbe principe *Lhaſsà* delubra illa duo antiquiſſima ར་མོ་ཆེའི་ *Ramocè*, & ལ་བྲང་ *Laprang* ornaſſe picturis. Has enim tanquam vetuſtiſſimas, ac fere ab initio perfectas hodieque celebrant Tibetani; ſpectantque in iis expreſſa ſuperſtitionum ſuarum fœda myſteria. *Ramocè*, & *Laprang* reſpondent Templa duo, quæ Perſæ vocant *Tchighil*, & *Ghalbita*. Memini me ſemel & iterum *Tchighil* pro *Scihilin* Urbe inter Sinæ, & Tibeti fines accepiſſe. Quod ſi mihi dederint Eruditi, primum illud delubrum in *Scihilin* ſtatuere pergam, alterum, quod eſt *Laprang* in Lhaſsà. *Ghalbita* enim quaſi حل-بت *Ghal-Buta*, aut *Ha-lha-beth*. idem ſignificare videtur, quod *habitaculum Butæ*, ſive *illius* ལྷ་ *Lha*, Dei nimirum, *Sedem*, ac *Regiam*. Et revera in hoc præſertim Templo, tantæ vetuſtatis Tabulæ, aut eædem, ut Tibetani jactant, aut poſtmodum ſaltem renovatæ, viſuntur. Poſt hæc *Antro* abditus Manes, ſolus in eo ſeceſſu annum integrum vixit; ſpecumque execrabilioribus picturarum ſordibus conſpurcavit. Ex eo emergens famoſus Impoſtor egregias fabellas propinavit ſuis. Evectum jam, uti prædixerat, ſuper æthera, inde ſe mox deſcendiſſe prædicabat: *Et Erteng*, ſive *Arzeng*, de quo Renaudotius H. Patr. Alex. p. 44. *Librum* nempe *Myſteriorum*, *novum Evangelium*, *arcanæ doctrinæ Codicem* ænigmaticis *picturis* ornatum e Cælis detuliſſe. Hunc eſſe divinum librum, quem cum Diſcipulis communica-

Delubra duo a Manete picturis ornata, an ambo in Tibeto? an vero magis, alterum in Tibeto, alterum in finibus Sinæ?

Manes annum integrum in *Antro* abditus, quid ibi egerit, quas impoſturas procuderit?

nica-

nicaret, omni *theſauro* optabiliorem. Interea dum *Manes* per obliquos meatus clanculum fugerat, & delubris antriſque longinquis incluſus continebatur, latere primum debuit Archelaum, deinde etiam ab eo negligi tanquam inane ſpectrum, quod ab hominum conſpectu evanuiſſet, quandiu denuo non apparuit in Vico Diodori. Hinc illud de Manete dictum: *Nuſquam comparuit*. Hæc autem non ſtatim, non paullo, ſed multo poſt fugam Manetis e Chaſcharenis foribus ſcribebat Archelaus, quum jam *Turbo* Diaconus ordinatus tam diuturnæ fidei, & conſtantiæ argumenta ex temporis longitudine repetita præbuerat, ut teſtari de eo quiverit: *Turbo Miniſter Archelao traditur a Marcello, quem cum Diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perſeveravit*. Quid, quod Archelaus *Diodoride* ſic Populum alloquitur, ut oſtendat multum temporis jam præteriiſſe ex quo Manes *quibuſcunque in locis* a Rege Perſarum quærebatur? *Hæc cum ego cognoviſſem*, inquit, *neceſſarium fuit me etiam vobis indicare, quia requiritur iſte a Rege Perſarum, uſque in hodiernum diem*. *Sabellii* præterea hæreſis ultima eſt, quam memorat Archel. Act. p. 64. Præceſſit igitur diſputatio annum 264., quo in Concilio Antiocheno profligata primum hæreſi *Paulli Samoſateni*, epiſtola ſcripta eſt ad Orbis Catholici Eccleſias, uti ſcribit Euſebius. Nullus tandem dubito quin anni plures inter primum & ſecundum cum Manete certamen interceſſerint. Id planum fiet, ſi epocham inſtitutæ diſputationis in Caſchar, ab epocha, qua ejus hiſtoriam ſcripſit Archelaus, diſtinguamus. Primam in annum figimus 261. cum Aſſemanio Tom. I. Bibl. Orient. vel 262., aut ſerius in an. 263.; nam S. EPIPHANIUS, quem ſequitur Pagius, fugam Manetis ex Perſide ad annum refert Valeriani IX., Aer. Chriſt. 262. Secundam in annum circiter 278. ſic enim confuſam temporum ſeriem digerimus. Acta diſputationis ſcripſit Archelaus

Cauſæ, cur Archelaum per annos multos latere potuit Manes.

Archelaus poſt annos plures ab inſtituta diſputatione ejus acta conſcripſit.

Archelaus in *Diodorenſi Concione* annos plures a Caſcharenſi diſputatione ad ſecundū cum Manete congreſſum effluxiſſe ſignificat.

Diſputatio *Caſcharis* habita ante an. 264.

Epocha *Actæ* ab epocha *Scriptæ* diſputationis diſtinguenda.

Epocha *Actæ* diſputationis figitur in an. circiter 261.

Epocha per Archelaum *Scriptæ* diſputationis in an. pl. min. 278.

chelaus, rogante Marcello, poſt Diodorenſem pugnam Romanum Imperium gubernante Probo an. 277. aut 278. jam occiſo Manete: rerumque geſtarum hiſtoriam condidit ex Monumentis apud eundem Marcellum ſervatis; uti vel leviter Acta legenti conſtare facillime poteſt. Ad calcem hiſtoriæ ſubdiderat Archelaus comprehenſionem, ſupplicium, & atrum mortis genus, quo fuerat Manes more Perſarum e vivis ſublatus: *Quibus poſtea agnitis, Archelaus adjecit ea priori diſceptationi*. Hæc vero e loco ſuo ſubmota, ac etiam corrupta, & mutilata longius rejicit in finem Actorum Diodorenſium, idem ille Scriptor, cujus eſt teſtimonium mox recitatum. Id enim de ſe ipſe fatetur. Atque is etiam eſt, qui acta pugnæ in vico Diodori habitæ compoſuiſſe videtur. Non ergo Archelaus, ſed Scriptor eſt Archelao Suppar, qui Caſcharenſi diſputationi Diodorenſem proxime conjunxit; & ambas eodem fere tempore natas exhibuit.

Acta diſputationis *Archelai* a Suppari Scriptore confuſa, & mire corrupta.

Ad proxime conjungendā diſputationem Diodorenſem cum Caſcharenſi, quid Supparem Scriptorem fortaſſe induxerit?

CXXI. Nec errandi occaſio defuiſſe videtur. Præter Romani Imperatoris *Probi* notam, quam Archelaus forte expreſſerat ad annum emortualem Manetis deſignandum in memorata Appendice ad priorem diſputationem: ejuſdem *Probi* nomen inter mutua diſputantium reſponſa bis repetitum legitur, ſemel quidem ab Archelao, ubi reprehenſurus ille Manetem *dicentem ſe eſſe Paraclitum*, perſonam ſimulat eorum, qui quum *poſt trecentos & eo amplius annos* poſt Aſcenſionem CHRISTI in Cælos e vita exceſſerint, in die judicii CHRISTUM Judicem ſic alloquantur: *Noli nos cruciare ſi opera tua non fecimus; cur enim cum promiſeris ſub Tiberio Cæſare miſſurum te eſſe Paraclitum, qui argueret nos de peccato, & de juſtitia, ſub Probo demum Romano Imperatore miſiſti?* & iterum in ore Manetis, qui reſponſurus Archelao ſic exorditur: *Sed age*, SI, UT AIS, *qui a Tiberio uſque ad Probum defuncti ſunt* &c. Credibile

fit,

ſit, *Probi* nomen ad *marginem* fuiſſe ab Archelao, dum ſub eodem Probo ſcriberet, adnotatum. Acceſſit aliena manus ineunte ſeculo IV., & accepta *marginali* adnotantiuncula pro emendatione textus, *Probum* in *Valeriani* locum oſcitanter ſuffecit. Illud deinde eſt ſedulo animadvertendum, non exemplum Caſcharenſis diſputationis deſcribere voluiſſe Archelaum, ſed novum potius condere opus paullo poſt Diodorenſem conflictum, ut ita renovata acie profligaret errores Manetis, quos latius ſæviuſque ſerpere tum demum cognorat. Interpellaſne me, rogaſque, cur Archelaus ſola ſcripſerit Acta Caſcharenſis certaminis, Diodorenſis non item; ſi hæc jam contigerant, quum illa Archelaus ſcribebat? Diſcerne Tu rem *doctrinæ*, *facta & monumenta* ad Manetis hiſtoriam ſpectantia, quæ materiam ſuppeditant Actis Diodorenſibus, a *Sylloge*, & *ſcriptione* Actorum. Illa ſunt Archelai: Iſta eſt alieni, recentioriſque artificis, ita de ſe palam teſtificantis. Cur vero priora illa, non iſta poſteriora, etſi jam nata, litteris mandare decreverit, non una eſſe potuit cauſa: illa imprimis, quôd ad faciendam auctoritatem apud ipſoſmet Chriſtianæ Fidei hoſtes, ſola valeret diſputatio Caſcharenſis, cui quaſi Judicum loco Viri docti & prudentes, ſed religione Gentiles aſſederant; quum Diodorenſi, ſoli Chriſtiani interfuiſſent. Cum ob hanc igitur cauſam, tum ob id etiam, ne videretur Manes priſtinam exuiſſe inſaniam, qua ſe ultro pro *Spiritu* ipſo *Paraclito* oſtentabat, in ea impietate adhuc imperante *Probo* infixum manere demonſtrat: immanemque hominis arrogantiam ad publicæ ſeductionis periculum ab urbe Caſchar avertendum ſecundis veluti ictibus contundit & frangit Archelaus. Sic Probi nomen non ad epocham *Actæ*, ſed *ſcriptæ* diſputationis ſpectat. Acta illa eſt ſub *Valeriano*: ſcripta ſub *Probo*. Quod denique accidit ſive Interpreti, ſive alii cuivis Scriptori, qui

Probi Rom. Imp. nomen e margine in textum Archelai irrepſiſſe conjicitur.

Acta Caſcharenſis diſputationis non nude deſcripſit Archelaus, ſed ex actis novum veluti opus confecit adverſus Manetem.

Archelaus non *Diodorenſis*, ſed ſolius *Caſcharenſis* diſputationis eſt auctor. Cur?

Probi nomen ad epocham *Scriptæ* diſputationis Caſcharenſis refertur.

exemplum Caſcharenæ collationis exaravit, accidere multo magis potuit Archelao. Ille notam temporis, quo ſcribebat, conjungit cum anno, quo diſputabat Archelaus. Quumque, uti ex hoc eodem loco colligitur, viveret ille poſt *annos tercentos* a morte CHRISTI, ſiç S. Epiſcopum loquentem inducit, quaſi qui ab adventu SPIRITUS SANCTI in Apoſtolos illapſi ad eum uſque diem, quo cum Manete congrediebatur in Caſchar, annos numeraverit ſupra *tercentos*. Quid itaque mirum, ſi Archelaus ſub *Probo* ſcribens, *Probum* commemorat: quum quod ab aliis temere factum, jure atque prudenter fieri ab Archelao potuerit? Non unum denique eſt additamentum in *Acta* Archelai infartum. Quo vitio affecta in frequentes abeunt antilogias, & gordios ſæpe nodos abſcondunt. Vadem habeo *Aſſemanium* noſtrum de *Hegemonio*, qui *aliquandiu poſt Archelaum vixit*, ita ſcribentem: *ab eodem* Hegemonio *quædam videntur ex illis Actis mutilata, quædam addita*. Sed nos opinionem noſtram de duplici epocha *Caſcharenæ diſputationis* exponere ſtuduimus, quôd plurimum valere credamus, tum ad conciliandas Patrum *ſententias*, quæ variæ feruntur in figendis exordiis hæreſis Manichæorum contra Beauſobrii iniqui accuſatoris convicia, tum ad illuſtrandas Tibetanas tabulas, ante jam editas, de *Buddæ* religionis auſpiciis cum fuga Manetis in Scythiam aptiſſime comparatis.

Epocha ætatem deſignans vel Interpretis vel Amanuenſis affingitur Archelao cum Manete diſputanti.

Hegemonius, vel quiſquis alius is fuerit, plura addidit, detraxitque Actis ab Archelao editis.

Sententia noſtra de duplici epocha Archelai diſputantis in Urbe Caſchar, & Archelai jam diſputata ſcribentis, mire côciliat varia Patrum teſtimonia de epocha hæreſis Manicheorum.

CXXII. Quôd vero Hegemonius, vel quiſquis ille ſit, qui primum Acta Archelai in Græcum vertit, *Meſopotamiam Syriæ*, ejuſque aut propria, aut finitima loca deſcribat, nihil omnino negotii faceſſere debet. Unam eam norat: Meſopotamiam *Sophetenam* Strabonis in *Kathaya*, penitus ignorabat. Quicquid proinde proprium erat ignotæ, uni cognitæ tribuit, eique chorographicos characteres Cathajenſis Meſopotamiæ accomodavit. Cauſa ſic redditur omnino probabilis, cur EUSEBIUS Ceſareenſis, ac Sanctus

Hegemonius, quæ propria erant Meſopotamiæ Cathajenſis, tribuit Meſopotamiæ Syriæ.

EPHREM

EPHREM Edeſſenus, in hæreſi Manichæorum & deſcribenda & refutanda de tam celebri diſputatione *Charris*, ſive *Charcar*, aut *Caſchar* in Meſopotamia Syriæ habita nihil uſquam meminerint. Quis enim credat EPHREM præſertim Edeſſenum proximum ætati Manetis, tantæ ſanctitatis ac doctrinæ hominem, quo nemo melius res chriſtianas Meſopotamiæ cognoſcere poterat, id unum ignoraſſe, quod in oculis totius Provinciæ ſuæ tanta cum Populorum commotione ſemel iterumque contigerat? Idem fere dixeris, ſi theatrum concertationis *Caſcara* fortaſſe malueris, Urbem, auctore Aſſemanio P.II.T.III.Bibl.Or.: *in Chaldæa, ſeu Babylonia, cujus in territorio Vaſeta*, hoc eſt *Media*, Boſram *inter &* Cupham *æquali intervallo, Urbs altera circiter Hagiræ* 83.*condita*. Sed abſit, ut audeat quis S. CYRILLUM Hieroſolymitanum, alioſque Eccleſiæ Patres erroris arguere, quôd Archelai Interpretem ſequuti, loco non ſuo initi certaminis campum ſtatuerint. Neque enim *Patrum eſt*, ſed neque ullius momenti eſt error, qui licet locum mutet *diſputationi*, rei tamen natæ veritatem non lædit. Quod reliquum eſt: Teneamus *Caſchar* in Meſopotamia *Kathajæ*: & ecce vinculum, dum datæ fidei memor eſſe velit *Beauſobrius*, quo arcte conſtringitur ad *Acta* S. Epiſcopi Archelai tanquam pretioſa Chriſtianæ antiquitatis monumenta continuo amplectenda; quæ tamen paullo ante improbe lacerabat. Nobis vero novam quaſi facem ſuccendunt ad ea ſecurius exploranda, quæ de Manichaicis monſtris in Tibetum inductis, ac propagatis diſſerebamus.

Poſita diſputatione Archelai cum Manete in *Meſopotamia Cathajæ*, cauſa redditur, cur de eo ſileant *Euſeb. Cæſar.* & *S. Ephrem Edeſſenus*.

CXXIII. Diu nimis inter hos veluti anfractus agitati hæſimus, ut novum iſtum *Xacam*, qui poſt CHRISTI JESU adventum in Indiis ad ultimas uſque Orientis plagas apparuit, aſſequeremur. Hunc fuiſſe *Apollonium Tyanæum* ſuſpicatus eſt *Jo: Laur. Mosheim.* T.I. Theſ. Epiſtol. ep. 230. ad

De *Apollonio Tyanæo* XACA Indorum, Sinenſium, aliarumque Orientalium gentium Mosheimii ſuſpicio.

ad *La-Crozium*. *Quid*, inquit, *ſi Xaca ille Apollonius eſſet?* Obſervaverat enim La-Croz. *celeberrimi illius* Xacæ *Sinenſium, aliorumque Orientalium ætatem ad ea fermè tempora referri, quibus* Apollonius *Indorum perluſtravit Regiones*.

Xaca Scythianus, atque adeo *Manes* pro Chriſto, & Spiritu Sancto habitus.

Sed *Scythianus* eſt per transmigrationum vices revolutus in cognominem *Scythianum*, hoc eſt in *Manetem*. Is inquam, ſive Scythianus ſive Manes dicatur, Impoſtor ille ſceleſtiſſimus eſt, qui quum ſe *Spiritum Sanctum Paraclitum*, & *Chriſtum* eſſe prædicaret, *Xaca* ſeu *Sciaca* vocatus eſt.

Xaca, Fo, Biſnu, Chriſnu Tibetanorum, Sinenſiũ, & Indorum *Chriſtus*.

Nam *Xaca* & *Chriſtus* nomina ſunt æquæ ſignificationis apud Tibetanos, quemadmodum apud Sinenſes, teſte & vindice De-Guigneſio, *Chriſtus* & *Fo*: apud Indos vero *Chriſtus* & *Biſnu*: *Chriſtus* & *Chriſnu*. Hoc idem loquitur *Vita* Xacæ, quam dedimus num. 24. 25. & 26. Præclariſſima etenim Chriſti dicta & facta ad hunc teterrimum Nebulonem execrabili temeritate accomodata vidimus.

Xacà, ſive *Scythianus*, & *Manes*, *ambo duodennes* ſimulant Chriſtum annos natũ *duodecim*.

Confer præterea *Chriſtum duodennem in medio Doctorum ſedentem, ac diſputantem in Templo Hieroſolymitano*, primum cum ſtatua *Xaca duodenni* Lhaſſam, quod ſcis ex pag. 299., e *Sinis illata*, deinde cum *Corbicio* pariter *duodenni*, quando accepta hæreditate *librorum Scythiani*, *in medium Civitatis* Regis Perſarum prodiit, ibique *commutato ſibi nomine*, Manem *ſemetipſum pro Corbicio appellavit* ex Act. Archel. pag. 98., ſic etiam deprehendes CHRISTUM JESUM in *Xaca*, *Scythiano* nimirum, & *Manete* turpiſſime perſonatum.

Xaca omnis ſexus, & formæ Deus.

Xaca igitur, *ſumma illa lucida virtus*, pro variis, quæ gerit, muneribus & mas eſt & fœmina, & omnis denique formæ. Rogatus a P. Caſſiano *Brammhan* quidam *Patnanenſis*, quid *Sciacchæ* nomine intelligeret? Numen, inquit, quod ultra Gangem venerantur *Xacaitæ*, inviſum nobis eſt: At nominis

Xaca Mamaja Brammhanum, nova *Iſis* Ægyptiorum, Virgo maſcula, & Mater vitæ Manichæorum.

ſignificatio, ममाय *Mamaja*, magna ſcilicet Mater नवली

Ba-

Bavani, साक्ती *Sakti*, परासाक्ती *Paraſakti*, साछीदेवी *Saccidebi*: *Iſis*, uti videtur Ægyptia, Virgo maſcula, luminoſa, Spiritus purus, Mater vitæ Manichæorum. Xaca rurſus, Deus ille ſecundus in Trinitate Tibetana ཆོས་དཀོན་མཆོག་ *Cio-con-cioà*, *Jeſus patibilis*, *in omni Mundo*, *& in omni anima crucifixus*, anima univerſalis, *primus homo*, *animæ ſalus*, *Legislator*, *Salvator*, *Liberator*, *Heros adamans*, (quem *adamanteum* diximus pag. 172. ſequuti fallacem *Beauſobrii* textum improbo conſilio ab eo adoptatum,) Chriſtus ut *ſapientia in Luna*, *ut virtus in Stellis*, *& in Sole ſibi* ὁμοȣσίοις *conſubſtantialibus*: Luna, & Sol ipſe *Ada*, in quo ſedet una *cum ſpiritu vivente per aera in omni Mundo diffuſo*. Xaca demum *Mani*, Νȣ̃ς, *prima proboles*, *Filius unicus*, & pars conſubſtantialis *Dei Patris ſedentis in luce* inacceſſibili, *primogenitus omnium luminum*, idemque Μονογενὴς Valentinianorum ad *Oſiridis* exemplum in penetralibus Ægyptiacarum fabularum confictus: Filius propterea *Unigenitus Hopamè*, Patris *infiniti ſplendoris*. Brevi, Xaca *Jehid*, *Ibido*, & *Ibid*, [quod eſt inſigne cognomentum & attributum *Buddæ*, *Butæ*, ſive *Boto* in vernacula voce *Tibeti* བོད་ཡིད་ *Pot-Iit*,] *Poto* ſcilicet, ſeu *Boutta Unigenitus*, aut *primogenitus*. Quid quæris? *Filius Dei* eſt ipſe quoque *Xacæ* Pater *Sezan*. TAIΣAN, inquit Theophilactus Simocatta apud Bayerum Tom. I. Theſ. Epiſt. ad *La-Crozium ep.* 12. Υἱὸς Θεȣ̃, *dicebatur Taugaſtenſium, qui ſupra Indiam colebant, Princeps, hoc eſt* Tien tſu (Sinice) *quo nomine* Caſim Caſchanus, Reges Cathajæ *nuncupari ſcribit*, ſic referente Hydio *in Itinerib. Mundi*. *Taſan* vero & *Sezan* eadem omnino vox eſt, quum quod nos per S nudum efferimus, alii exprimant per *Ts*. Seſan, leviſſima mutatione *Zuzan*, Filius

Xaca Deus ſecundus in Trinitate Tibetana, *Jeſus*, *anima*, *primus homo*, *Salvator*, *Legislator*, *Chriſtus in Luna*, *in Stellis*, *in Sole* ex Manichæorum deliriis.

Xaca, *prima emanatio*, *Filius unicus Patris manẽtis in luce inaceſſibili*, PRIMOGENITUS *luminum* Manichæorũ, UNIGENITUS, novus *Oſiris* Valentinianorum: *Filius* Patris *Hopamè* Tibetanorum.

Xaca Butta *Iid*, ideſt *Unigenitus*, ſeu *Primogenitus* in ipſo nomine *Tibeti* demonſtratus.

Xacæ Pater *Sezan*, & ipſe *Dei Filius*.

Sezan idem ac *Zuzan*.

Meſ-

Meſdei Regis Indorum, *Diaconus* ordinatus a S. THOMA Apoſtolo, paſſim occurrit in Actis ejuſdem apocryphis ex *Apoſtol. H. Abdiæ* Lib. IX. a Fabricio editis Tom. II. *Apocryphor.*, ubi, ſi paulo attentius intuebere, *Mahdeum* Indorum Numen, immo & *Senghethram* avum *Xacæ* apud Tibetanos in *Meſdeo* Rege expreſſum tenebis. Nam qui *Meſdeus* dicitur, eundem etiam *Segamum*, [ex decurtato, ut puto, aut corrupto *Senghethram*,] appellari tradit Fabricius ipſe Tom. cit. pag. 734. in obſervationibus. Mitto *Patecium* Patrem Manetis, quem cum *Butta Dei Filio* congruere paullo poſt intelliges. Acta vero S. THOMAE ex Armariis Manichæorum prodiiſſe noverat S. AUGUSTINUS, norunt probi omnes, & eruditi Scriptores. At, nonne ita quoque, *Dei* nempe *Filium* vocatum putas *Scythianum* principem illum Manichaicæ hæreſis fabricatorem? Eum tamen Photius, & Petrus Siculus ſe Deum *Patrem* feciſſe tradunt. Quidni & *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus Sancti* aut perſonam, aut *energiam* ſibi arrogaverit Scythianus? De hoc hæreticorum more, quorum unus idemque pro munerum, ac gentium diverſitate modo *Pater*, modo *Filius*, modo *Spiritus Sanctus* appellari ſtuduerit, vide doctiſſimum *Maſſuetum Diſs. præv. in* IRENAEI *Libros* n. 100. Sed quoties *Patris* nomen ſibi arrogabant, Patrem ſpectabant, qui extra flueret ἐνεργίᾳ, ſeſeque *manifeſtum faceret*; quemadmodum fabulantur Tibetani de *Hopamè*, qui ex geminis capitibus impertitur alterum *Cenreſi*. Verum, ne ſic quidem Scythianus inepte vocatur *Pot-iid*. Nam CLEMENS ALEXANDRINUS V. Strom. ſcribit *Unigena* vocabulum tribui vel Abraham, vel filio ejus Iſaac. De Abrahamo, verba ſunt Huetii, *ait Dominus apud Iſaiam*: quia unum vocavi eum: *unde* μονογενὴς *dictus videri poteſt, uti obſervatum eſt doctiſſimo Grotio*; quanquam, ut Filio tribuatur, multo certius exiſtimet.

Meſdeus Rex Indorum idem qui *Mahdeus* Numē: Et *Senghethram* avus Xacæ, *Segamus* ſic corrupte nuncupatus in Act. Apocryphis S. Thomæ Apoſtoli.

Priſci hæretici, ſeu Semichriſtiani Impoſtores, inter quos *Scythianus*, triplex ſibi nomen & *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus Sancti*, arrogare conſueverunt.

Jehid, ſive *Ihid* nomen eſſe poteſt commune Patri & Filio.

Tam

Tam multa a Num. XII. ad hunc uſque locum tradidimus de una illa voce *Iit*, vel *Iid* ſolliciti, ut ex ea *Tibeti* nominis originem explicaremus. Itaque ſi per *metatheſin* vertas *Iit* aut *Iid* in *Dii*, vel *Tii*, aut κατ' ἐξοχὴν *Ti*, quod feciſſe videntur Japones in *Daibutta*, illudque præfixeris voci *But*, aut *Pot*, erit integrum nomen *Tibut*, aut *Tibot*. Quod in varios ſubinde ſonos diſtractum *Tebut* alii, alii *Tebit*, alii *Tobot*, ut Nubienſis, alii demum aliter, ſed affini ſemper pronunciatione exprimunt.

CXXIV. Quod ſi ཡིད་ *Iit* μονογλώσσως *attributum* necdum tibi placeat adſcribere *Buttæ*, vide an illud magis arrideat, ut ab אדן *Idan ablato* ex more ן, & inſerto י inter ד & א, quod quidem præſtare ſolent Talmudiſtæ in ביר, ריב pro רב, בר, aliiſque pluribus, ſit *Ida*, vel *Ita* pro *Ada*, unde & *Adonis* Græcè apud Heſychium ἰταῖος nuncupatur; atque ita བོད་ཡིད་ *Pot-Iit* idem valeat ac *Butta Dominus*.

Pot-Iid, aut Iiit, quo pacto eſſe poſſit But, Adonis, Ἰταῖος, Dominus.

Qua etiam ratione *Adan*, & *Ada* originem nomini tribuere potuit, quum ν aut μ finalis adjuncta nullam vocis mutationem inducat. Sic enim ex *Buttam*, fatentibus Hyde, Bocharto, & Beauſobrio eſt *Budda*. Et ſane quum certum illud probatumque ſit, Tibetanos multa retinere vocabula, quæ communia habent cum *Sinis*, erit proculdubio qui ſentiat *Ti-Butta*, ſeu *Ti-Bout*, vocem eſſe compoſitam ex *Ti* Sinenſi, quæ *Magiſtrum*, *Legislatorem*, *Dominum*, *Imperatorem* deſignat, & ex eodem ipſo nomine *Boutta*. Niſi quis dicere malit *Ti* eſſe *terram*. Eadem namque vox *Ti*, quamquam diverſo ſono prolata, ſignificat *Terram*. Quare *Ti-io* Sinenſibus eſt *terra carcer*; eoque indicatur inferorum locus. Inde *Ti-Bout* idem erit ac *Terra*, ſeu *Regio Buttæ*. Qualemcumque ex his noſtris expoſitionibus accipias intelliges ſenſum fortaſſe, non originem,

Tibout Sinenſium lingua Dominus, Magiſter, Imperator, Legislator Butta.

Tibut, per Ti Sinicum terram ſignificans, Terra ſeu Regio Buttæ.

Tibet Tingri, Tibeti nomen Hydio, & Bayero, *Dei* ſive *Cæli proſperitas*.

nem, neque naturam nominis explicuiſſe aut Hydium in *Itinerib. Mundi*, aut Bayerum in *epiſt. ad La-Crozium*, quum تبت تنكرى *Tibet*, vel *Tibout Tingri*, quo vocabulo & *Gingiſcan*, & *Tibet Regnum vocatur*, ſic interpretantur, ut ſignificet: *proſperitatem Dei*, ſeu, quod verius cenſuit Bayerus: *proſperitatem Cæli*, Nam *Tingri* Tartaricum, & Mongalicum ipſe quoque Cl. *De-Guigneſius* exponit Cælum. De *Butta* ſignificatione erit inferius diſſerendi locus. Ceterum ea, quæ hactenus obſervavimus viam nobis aperiunt ad *Buttam* Numen ſpectandum, tanquam caput & fontem, unde reliqua nomina, quibus exteræ gentes Tibetum appellarunt, ſponte ſua manarint. Neque enim meris conjecturis innixi iſta commentamur, quibus ſatis firma tum domeſticorum, tum externorum monumentorum fides adſtipulatur. *Indoſtani* Tibetum appellant corrupte भुटाँत *Bhutant*, Tibetanos भुटीञ *Bhutja* omiſſa [illegible] *Ti*, & loco ſimplicis initialis ब *B* præpoſita भ *Bh* aſpirata contemtus cauſa: ſicque voces *Bhutant*, & *Bhutja Terram*, & *adoratores mali genii* deſignant. Eos enim tanquam impuros, viles, & Schiſmaticos Indoſtani exeerantur: Nubienſis *de Botam*: Specimen ſcripturæ Tibetanæ minoris apud Thomam Hyde in Append. H. V. R. Perſar. pag. 522. vocat *Scripturam Tatarorum de Boutan*: vulgo denique Tibetani dicuntur *Boutanenſes*. Aſt quid plura de re notiſſima dicam? Non me latet La-Crozium, aliosque Boutanenſium Regnum a Tibetano ſecernere, quamvis alterum alteri finitimum faciant; nemo tamen eorum jure negaverit, quin ſaltem religionis cauſa ab omnibus undique circumjacentibus Populis, Buttantes, Bouttanenſes, Buttiani, & Buddiſtæ, Tibeti incolæ audiant. Tam ſanctum & præpotens fuit in earum gentium animis *Xacæ*, *novi Buddæ* nomen, ut ex eo Natio omnis *Buttam*, & Regio tota *Tibut* denominari potuerit.

Varia Tibetanorum nomina ex unico illo *Butta* originem ducunt.

CXXV.

CXXV. De *Butta*, aut cum unico etiam τ, teſte Heinſio, *Buta*, hæc ſcribit Clem. Alexandr. in L. Strom. pag. 305. Εἰσὶ δὲ τῶν ἸΝΔΩΝ οἱ τοῖς ΒΟΥΤΤΑ πειθόμενοι παραγγέλμασιν, ὃν δι' ὑπερβολὴν σεμνότητος, εἰς ΘΕΟΝ τετιμήκασι. *Sunt autem ex* INDIS, *qui* BUTTÆ *parent præceptis, quem propter inſignem virtutem ut* DEUM *honorarunt*. An ex eo dictus etiam fuerit Βοῦτος Ægypti Nomus, unde originem duxit hæreſiarcha Valentinus, paullo poſt ego quæram. Sed & quid de *Butta* ſcripſerit S. Hieronymus, recitandum eſt. Sic vero inquit lib I. adverſus Jovinianum: *Apud* GYMNOSOPHISTAS INDIÆ, *quaſi per manus hujus opinionis auctoritas traditur; quod* BUDDAM PRINCIPEM *dogmatis eorum, e latere ſuo Virgo generavit*. Beauſobrius in H. Manich. lib. I. cap. V. pag. 37. Buttam, vel Buddam a S. Hier. commemoratum eundem eſſe cum antiquiſſimo illo Sammanæorum, & Gymnoſophiſtarum Butta, quem Clemens Alexand. deſcripſerat, tanquam e tripode ſtatuit, eoſque omnes acriter reprehendit, qui unum ab altero cum fraude, ut ait, doloque malo diſtinguunt. Ex hoc enim veluti fonte manaſſe ſcribit calumniam ab Archelao Epiſcopo, aliiſque Eccleſiæ Patribus illatam *Buddæ* Præceptori Manetis; quôd ſe *Virginis filium* & fecerit, & prædicaverit. Patres, inquit, quæ propria erant *Buttæ* Pagani, *Buttæ* Chriſtiano imputarunt. Prioris equidem nomen alter iſte geſſit, ſed non illius geſta, non ortum ſibi ex Virgine arrogavit. Qui *Terebinthus* apud Græcos prius vocabatur, poſtquam Iudæa, vel Ægypto deſerta Babyloniam petiit, *Buddas* eſt appellatus, quia *Boutema*, aut *Butam* dicunt Aſſyrii *Terebinthum*. Nullum in ea nominis permutatione artificium, ſuſpicari fas eſt. Sic *Beauſobrius* tamquam innocentem abſolvit *Terebinthum*, & Majores noſtros Viros Sanctiſſimos ſolemnis impoſturæ reos incuſat. Hæccine tanta cum impudentia effutire tibi licuit Beauſobri? Tantumne tibi tribuis, ut meris nugis

De *Buta*, ſive *Butta* Indorum Numine, ac Legislatore *Clemẽtis Alex.* teſtimonium.

De *Budda* Gymnoſophiſtarum Indiæ *e latere* VIRGINIS parto ſcribit S. Hieron.

Budda apud S. Hieron. e Virgine natus, unus idemque eſt, judice *Beauſobrio*, cum *Butta Sammanæorum*, cujus meminit Clem. Alex.

Sententiã de *duplici Budda* damnat *Beauſobrius* tanquam Matrem multiplicis calumniæ ab Eccleſiæ Patribus *Buddæ Manetis Præceptori* inſtructæ.

Præceptor Manetis relicto *Terebinthi* nomine, vocatur *Budda*.

Beauſobrius Eccleſiæ Patres tãquam *calumniatores* infamat, quod *Buddã* Manichæum hoc ſibi nomen ex arte dediſſe ſcripſerint.

Beauſobrii temeritas, & inſania demonſtratur.

Terebinthum vindicare te poſſe confidas? Stant contra te hodie, æternumque ſtabunt non conjectores, non ſomniatores, non fungi aliqui, qui modo e terræ ſinu prodierint, ſed integerrimæ fidei teſtes plurimi, ſplendidiſſimi, & qui Terebinthi ævo proximiores fuerunt S. Cyrillus Hieroſolymitanus, S. Epiphanius, Archelaus Epiſcopus oppugnator Manetis, ordo denique Patrum ferme omnium. Unum eſt, quod a te petam, ut a Patribus primum diſcas honeſti legem in diſputando, cenſendoque tenere. Ut enim Cyrillum, & Epiphanium cum Archelao committas, poſterioris dicta mirum in modum corrumpis. Non ait Archelaus, ut tute fingis, aut a Babyloniis, aut poſt ipſius Terebinthi in eas oras adventum, Buddæ nomen fuiſſe Ei tributum. Verba ſunt: *Qui cum veniſſet* [Babyloniam ex Ægypto, atque Judæa] *talem de ſe famam promulgavit ipſe* TEREBINTHUS, *dicens ſe vocari*, NON IAM TEREBINTHUM, SED ALIUM BUDDAM *nomine*, *ſibique hoc nomen impoſitum*, *ex quadam autem Virgine natum ſe eſſe*, *ſimul & ab Angelo in montibus enutritum*. Audin' Tu, quid hæc ſonent? Non ergo ex *Boutema*, vel *Buttam*, Babyloniorum, ſed aliunde ex Ægypto hujuſmodi nomen ſecum attulerat; eo appellari volebat; illud ſibi impoſitum deprædicabat tanquam novum quid, & præclarum excellentiæ argumentum; iſtud denique unum modis omnibus affectabat. Do Tibi paulliſper Terebinthum Aſſyriorum lingua *Butam*, ſive *Butm*, vel *Bethm* nuncupatam. At cur tanta anxietas, ut *Butam* magis, quam *Terebinthus* audiret? Quæ illuſtrior *fama* comparari ei poterat ex *Butam*, quam parere *Terebinthus* nequiret, ſi ejuſdem arboris, [utrumlibet ſumeret,] paria nomina erant? Aut ergo novum *Budda* nomen idem non eſt quod *Terebinthus*, aut ſi idem jam ea vox erat apud Ægyptios, Græcos, Chaldæos, Perſas, & Indos uſitata ad divinum quiddam ſignificandum, quod proprium vocis Terebinthi non erat.

Beauſobrius teſtimonia, & mentem SS. Patrum indigne corrumpit.

Terebinthus Inſtitutor Manetis, teſte S. Archelao, nomen *Budda* ſibi impoſuerat, antequam *Babyloniam* adiret.

Nomen *Budda* Terebinthus non accepit *Babylone* ex voce *Buthema* Terebynthum fortaſſe ſignificate, ſed ſecum potius ex Ægypto adtulit.

Budda nomine appellari Terebinthus quantopere affectarit.

CXXVI.

CXXVI. Βȣτὼ ſive Βȣτος & Deæ, & Urbis Ægyptiacæ nomen jamdiu ante *Terebinthi* tempora in ore, & ſcriptis Gentilium ferebatur. De Eo multa diſputat *Jablonskius* in *Pantheo Ægypt.* P. II. l. 3. c. 4. Viri Eruditiſſimi Opus ad manus meas ſero pervenit, quum jam ſuperiora edideram. Quod ego vehementer doleo. Ab eo interea didici aut recentiores Ægyptios, aut Græcos mutata M in B feciſſe Βȣτον ex Μȣτὼ, vel Μȣϑὼ, aut etiam Μȣτος. Nam & Μȣϑ *Muth* inter Ægyptiaca cognomina Iſidis a Plutarcho commemoratur. Quadruplicem hujus nominis interpretationem ex Ægyptiaca lingua tradit. Primam, quæ eſt ⲙⲱ-ⲟⲩ-ϯ *Mo-u-ti*, *ideſt* ἀντλῶν, vel ἀνθλȣσα, *aquam* datura trahens, vel *hauriens ex terra*, *fontibus*, *&* *lacubus*. Alteram ⲙⲟ-ⲟⲩ-ⲱⲟⲩϩ *Mo-u-oth*, quam vocem ejuſdem cum priori ⲙⲱ-ⲟⲩ-ϯ ſignificationem habere putat. Tertiam ⲙⲁⲩ-ϫⲱⲟⲩϯ *Mau-joti Matrem Roris*. Quartam ⲙⲁϩ-ϫⲱⲟⲩϯ *Mahjoti*, *trahentem rorem*. Sed ſecundam ceteris anteponit, utpote quæ ingenium exprimat *Lunæ humorem* ad ſe trahentis, eumque in *corporum ſalutem & commodum*, juxta Ægyptiorum doctrinam, diſpenſantis. Cum his conjunge quæ diximus pag. 228. de *Taje*, aut *Moth-Yſa* Tibetanorum. Μȣτος vero ſive Βȣτος dicebatur ab Ægyptiis *Luna plena*, *Luna alma*, *Mater roris*, *&* *bonum ſumme perfectum*. Ex his quaſi *phyſicis* Lunæ proprietatibus hauſerunt inter ceteros Manichæi impia, quæ narrant, myſteria de Luna ultimam incrementi metam attingente. Eam ex *aqua bona* Manichæi, ex *aqua chryſtallina*, *Deique ſubſtantia* factam Tibetani ſomniarunt. V. pag. 232. E *Luna plena* nugabantur (pag. 238.) animas transfretare ad *ſubſolanam* partem, *Lupa-lin* a Tibetanis dictam ex *Lupa*, luce ſcilicet Orientis Solis, ut & hinc videas illuſtrari poſſe *Winkelmanii* ſententiam pag. 205., *deſcription des Pierres gravées* N. 1236. de Λύκη *Lupa* a Græcorum veteribus

Butò, ſive *Butus* nomen Ægyptiacum.

Butos vocabulū ex *Mutos* factum, docet Jablonskius.

Butos, ſive *Mutos* quot modis exponi queat, tradit Iablonsk.

Ta Tibetanum, idem ac *Moth* ſive *Muth*.

Butus Luna plena, *perfectiſſimi boni culmen*.

Ex *Butò* Ægyptiaco prodiiſſe putantur commēta, quæ Manichæi de *Luna* arcanis excogitarunt.

Luna juxta Manichæos, & Tibetanos ejuſdem cum Deo ſubſtātiæ.

 acce-

Luna plena ex Manichæorū fabulis transfert onus *mundarum animarum* in columnam gloriæ.

accepta ad Auroram ſignificandam. Lunam in ſummo ſplendoris ſui incremento *onus mundarum animarum tradere Æonibus Patris*, ut eæ collocentur in *columna gloriæ*, ac *lucis*, hoc eſt in *aere perfecto*, commentum eſt Manichaicum eadem pag. 238. cum Tibetano ſimili comparatum. Adde ſeriem inexplicabilem τῶν προβολῶν, quibus ſedem Manichæi tribuunt in *Luminari minori*. *Cunctæ propagationes* [male *probationes* in Act. Archelai,] *ſeu pro-*

In Luna JESUS, *Mater vitæ, Gubernatores* XII., *Virgo lucis, Vivens Spiritus*, & προβολαὶ aliæ plures Manichæorū.

lationes poteſtatum ex bono Deo, nempe JESUS, *qui in minori navigio manet, & vitæ Mater, & Gubernatores* XII., *& Virgo lucis, & Senior tertius*, [CHRISTUS ex Fauſto,] *qui in majori navigio reſidet, & vivens ſpiritus, & ingentis ignis murus, & murus venti, & aeris, & aquæ, & interioris ignis viventis. Hæ inquam omnes propagationes, ſeu prolationes, apud exiguum luminare* [in Luna habent Acta Archelai,] *habitant, quouſque ignis univerſum mun-*

Non ex *Buthema* Chaldaico, ſed ex *Butò* Ægyptiaco Manichaicis fabulis aucto, nomen *Butæ*, ſive *Buddæ* ſibi feciſſe creditur *Terebinthus*.

dum abſumat. Ex his *Manichæi arcanis* quæ Tyrbo diſcipulus teſte & interprete S. EPIPHANIO prodidit, multo verius, quam ex *Butm* Terebinthum arborem ſignificante, formam percipies nominis *Buda*. Ut enim *Lhama* Supremus Tibetanorum unum idemque ſe eſſe gloriatur cum *Sole & Luna*, ita & Magiſter Manetis ſemetipſum appellavit Βουτὼ *Butò*, illud ſcilicet *Luminare*, in quo ſedet JESUS Salvator a Manichæis excogitatus. Hoc enim nomine comprehenduntur attributa omnia, quæ *Budæ* Manichæi, *Fo-to* Sinenſes, *Pot*, & *Potò* ſive *Bota* Tibetani adſcribunt. Sic *Buda* JESUM Dei Filium, Magiſtrum, Ductorem, Auctoremque ſalutis, & ſummi perfectiſſimique boni Largitorem ſe fecit, qui animas per *urceos* hauſtas, a CHRISTI virtute in Sole purgatas traderet collocandas in

Quid analogiæ habere poſsit *Butì* Ægyptiorum apud *Heſychium* cum *Butò* Lunæ plenæ vocabulo.

Columna gloriæ, & in Aere perfecto, *Paternis Æonibus*. Heſychio Βουτοὶ *Butì dicuntur. Ægyptiace loca, in quibus mortui reconduntur*. An inde etiam Luna plena dicta eſt

apud

apud *Ægyptios Butò*, quôd mundas mortuorum animas quaſi arca ϯⲕⲩⲃⲱⲧⲟⲥ contineret? Κιβωτὸς profecto Ægyptiaca vox eſſe videtur, quum Κιβώριον Ægyptiacum ſit, teſte Heſychio, deque calice dicatur continente potionem. At ϯⲕⲩⲃⲱⲧⲟⲥ Arca Noe aquis innatans vocatur, & κιβωτὸς quoque σορὸς *monumentum*, *theca*, locus, ubi mortuorum corpora purgata, unguentis & opobalſamo delinita recondebantur. Βοῦτος ita erit *Cymba* lunaris Manichæorum plena lotis animis, rore puriſſimo, & dulci lucis aura perfuſis. Simile quiddam ſuſpicatus eſt de hac voce Βοῦτος ducta ex τῷ ⲃⲏ, & ⲃⲏⲟⲩⲧ *ciſta*, vel *arca ſepulcrali* Jablonskius eodem Lib. III. pag. 98. Græcis vero Βούτης ὑὸς Ποσειδῶνος, *Butes Filius Neptuni* cognitus erat ante *Heſiodi* tempora, teſte Euſtathio pag. 13. in Ill. a. Βούδυα *Budya* Sparthebæ Filius, qui regnavit in Indiis tertius poſt *Bacchum*, memoratur ab Arriano *Rer. Indic.* L. pag. 173. Βούτης, quanquam in hoc nomine, præter litterarum, ac ſyllabarum ſonum, nihil eſſe videatur, quod ad *Butam* Manichaicum ſpectet, apud laudatum Heſychium in *Diipoliis*, & *Buphoniis* Athenienſium *Feſto*, ubi Deo Jovi mactabantur Boves, ſacer Miniſter erat. Unde Βουπλέειν idem eſt, ac θυεῖν *ſacrificare*. Quæ omnia ex Apis Ægyptiorum religione notiſſima Græci derivarunt. بوت बुत *But*, & بود बुद्ध *Budd* Perſis, Arabibus, & Indis, uti eruditi omnes, & Beauſobrius ipſe fatetur Idoli nomen ſignificabat. *Buda*, ſi *Caſtellum* nonnihil conſulas in بد, & cognatis vocibus dabit Tibi formas omnes, quas juxta numerum, & populorum varietatem induit inſignis Nebulo Prædeceſſor Manetis. Idem enim eſt & *diviſionis*, duplicis nempe principii *boni* & *mali Auctor*, *Leo*, *Victor*, *Dei ſedes*, *Creator*, *Vivificator*, *Deo ſimilis*, *ſimilis homini*, Πολύμορφος, ſeipſum in alium per vices commutans, inopinato apparens, *Prin-*

Butes apud Græcos *Neptuni* F.

Budya III. poſt *Bacchum* Indorũ Rex.

But, ſive *Bud* Perſis, Arabibus, Indis *divinitatis* nomen.

Budda Arabice tot fere habet ſignificationes, quot ſunt attributa JESU CHRISTO a Manichæis, *Budda* aut *Botò* ab Indis, a Sinis, & abs Tibetanis affiſta.

Principium, *Primus*, *ſors*, *potentia*, *novæ*, *peregrinæ*, & *inauditæ Religionis Inventor*, uti & ab Japonibus exponitur *Budum*, Vir denique *procer*, & *corpulentus*, qualis *Xaca* & *Budda* ab iiſdem Japonibus, Siamenſibus, aliiſque ejus Numinis cultoribus in ultimis Orientis Regionibus effingi ſolet. Cerniſne, *Beauſobrii*, quam multi ſint fontes, unde verſutus Ludificator *Buddæ* Nomen educere, ſibique tribuere norit? Deſine jam *Butm* tanquam Terebintho ὁμώνυμον nobis ultro obtrudere. Nam ne illud quidem, quod de *Butm* tam confidenter affirmas, nomen eſſe apud Chaldæos proprium *Terebinthi*, facile obtinebis. Proprie Chaldæi בוטמא *Buthema* appellant *Quercum* Jud. VI. 11. II. Reg. XVIII. 10. Et Geneſ. XXXV. 4.; ibique Hebraicum אלון *Quercum*, Paraphraſta Chaldæus interpretatur *Buthma*. Terebinthum vertit in eo Geneſis loco Græcus, Ægyptius, & Latinus. Hinc & ܒܛܡܬܐ *Bethmto* Syriace *Terebinthus*, *vel potius*, ut obſervat Caſtellus, *Quercus*; *ſemper enim reſpondet Hebr.* אלון *Geneſ.* 35. *Judic.* 4. 11. 6. 11., 1. *Reg.* 10. 3. & 17. 2. *Buthma* pariter in *Talmud* exponitur *Ulmus*. At Babylonii retenta vocis proprietate *Buddam* appellantes, *Quercum* intellexiſſent, non *Terebinthum*. Denique ſub *Terebinthi* voce apud Babylonios nihil divini latebat. Quare etſi nomen *But*, & *Boutham* ex eadem arbore dictum eſſet, hoc tamen, quod *ſacrum* erat, non illud ſacrilegus Impoſtor ſibi tribui exoptabat. Atque hîc oro Te, Beauſobri, ut videas, quô te ducat tuum hoc defenſionis genus tam impudenter Terebintho oblatum. Sic enim univerſam Ethnicorum ſuperſtitionem ab omni impoſterum impietate abſolvere uno momento poteris. Nam & Adonis a *Salice*, & Semiramis a *columba*, & Amon a *callido*, & Ζεὺς Jupiter *ab aere vitali*, & Belus

Fallitur *Beauſobrius*, qui Chaldæos, ac Babylonios affirmat Manetis ætate *Terebinthum* arborem appellaſſe *Buthema*.

Terebinthi nomen nihil divini penes Babylonios præſeferebat.

Budda nomen, licet ex *Terebintho arbore* apud Aſſyrios factum, *ſacrum* tamen erat, & inſigne divinitatis.

Belus *a Sole*, & Κρόνος apud Græcos *a tempore*, apud Latinos Phænicia lingua *Saturnus* quaſi *Saturenus a latitando*, Eruditorum judicio dicuntur. Tua hæc ut ipſe mones, ante Te probe norat Thomas Hyde, nec propterea vel hylum a S. EPIPHANII teſtimonio de *Budda* Manetis Magiſtro, qui ſe e Virgine natum prædicaverit, recedendum eſſe exiſtimavit.

Quâ ratione *Beauſobrius Budda* nomen a crimine affectatæ divinitatis defendit in Terebintho, defendere perinde poſſet nomina omnium fere Gentilium Deorum.

CXXVII. Sed age modo, & illud intelligamus nullo jure Tollium, alioſque præſtantes homines a *Beauſobrio* reprehendi in eo, quôd *Buddam* S. HIERONYMI diverſum fecerint a *Budda* Clementis Alexandrini. Natum hunc ex Virgine, nunquam dixit Clemens; quod tamen proculdubio dixiſſet, ſi qua ſimilis traditio apud Indos de *Butta* illo antiquiori evulgata fuiſſet. At iſtum ex Virgine natum S. HIERONYMUS diſſerte ſcripſit. Nihilo tamen minus volens etiam lubenſque conceſſero, de uno eodemque *Boutta* utrumque, Hieronymum ſcilicet, & Clementem fuiſſe locutos. Verum enim vero, hæc ipſa fama, quæ poſt adventum CHRISTI de *Butta* Indorum propagata erat, & certa eorum populorum perſuaſione tenebatur, vehementiſſima occaſio fuit Terebintho, ut ſibi Illius & nomen, & perſonam, & prodigia tribueret. Schytianus Magiſter, qui jam in Indias, ex Indis in Ægyptum non tam ſcientiarum addiſcendarum, quam mercaturæ cauſa navigare conſueverat, diſcipulum in communibus Indorum, Ægyptiorumque doctrinis ac ſuperſtitionibus affatim inſtructum verſatumque reliquerat. Eo è vivis erepto, univerſam librorum ſupellectilem uxori relictam, ſuam Iſte facere novit. Ex his *Budda Indo-Ægyptii* myſteria cumulatius percepit; & qui antea Antiſtite Scythiano initiatus iis fuerat, poſtea tanquam Magiſter, atque Sacerdos eadem ipſa novis ſublectis diſcipulis communicare cœpit. Quandiu tanto *phanatiſmi*, ac dementiæ furore abreptus eſt, ut veterem

Butta Clement. Alex. jure a Tollio, aliiſque eruditis Viris diverſus creditur a *Budda* Hieronymiano.

Quanquam unus, idemque eſſet *Butta* a Clem., & ab Hieron. commemoratus, Ille tamen, cui ſe ſimilem fecit *Budda* Manichæus, non antevertit, ſed ſequitur tempora adventus Chriſti.

Bud-

Buddam in ſe tranſmigraſſe, & evulgare ſuſceperit, & ſuis perſuadere valuerit. Idque præſtare ſtuduit Babylone primum, in Perſia deinde, & in Indorum finibus, ubi animos mortalium Philoſophia Magorum occupatos, ad hæc portenta avidius excipienda apprime comparatos norat. Ne plura. Photio, Petro Siculo, & Formula abjurationis Manichæorum Teſtibus, Buddas *Dei Filium* ſe fecit. Incredibile enim eſt, uti jam obſervavimus pag. 31. quantum ad hæc myſteria inſinuanda contulerit ſyſtema tum de *tranſmigrationibus* animarum, tum de *Dyade* principiorum naturæ, per eas gentes latiſſime fuſum.

Inſaniens *Budda* facit ſe *Dei Filium*.

CXXVIII. Ac certe nunquam auſus fuiſſet Beauſobrius tanta cum impietate Sanctiſſimos Eccleſiæ Patres tanquam Buddæ, & Manetis falſos accuſatores traducere, ſi præteritorum, & præſentium Buttanenſium perſuaſionem, quam Illi uti maximum Religionis ſuæ Fundamentum hodieque conſtantiſſime retinent, ſemel cognoviſſet. Credunt miſeri eundem hominem per μετενσωμάτωσιν, quam & μετεμψύχωσιν dicimus, omnino redire; & qui modo *Filius* eſt, eum ſibi avum, atavumque *fuiſſe*. *Id* genus portenti, quod ſupra vidimus in Incarnatione *Sciachiæ Tubà*, per hos quoque dies de ſe prædicant, ſibique tribuunt in Tibeto Principes *Lhamarum*. Erant in ea diſciplina verſatiſſimi primi illi Chriſtianæ Fidei corruptores, impoſtoreſque nobiliſſimi *Simon Magus*, *Terebinthus*, & *Manes*. Quamobrem mirandum non eſt, ſi eorum primus apud Auctorem Recogn. S. Clem. ex Matre *Rachel*, eaque virgine, ante mariti complexus, ſe conceptum dejeraret: ſi alter tanquam novus Budda ex virginis latere ad antiqui *Boutta* exemplum ſe natum dixit: ſi denique & ipſe *Manes* de ſe ſimilia confinxit, qui, teſte S. AUGUSTINO, quicquid blateret Beauſobrius, pro *Spiritu Paracleto* haberi voluit. Nec deſunt veſtigia, unde colligere liceat ex *Buttantium* ſtirpe origi-

Magiſter Manetis qno pacto perſuadere potuerit ſe eſſe *Dei Filium*, Chriſtũ ſcilicet *e Virgine natum*, eumque ſimulatum in *Budda* Indis, & Sinis jam cognito.

originem traxiſſe *Manetem*. Natus is eſt Patre *Patecio*, vel *Phatecio*, (male *Patricio*) & Matre *Caroſſa*. Ita legimus in formula antiquiſſima *abjurationis* Manichæorum apud Cotelerium, Cave, & Beauſobrium ipſum cit. lib. cap. 6. huic traditioni adſtipulantem.

Genitores Manetis *Patecius*, & *Caroſſa*.

Phaten Manetis Patrem appellat Arabs Scriptor apud Hyde V. R. P. p. 280. ubi pro *Phaten* monet legendum eſſe *Phatec*, *nam Pater*, inquit, *fuit* Πατέκιος, *Mater* Καρόσσα. *Patacii* Dii Phœnices, quibus ſimillima erat, narrante Herodoto, Vulcani ſtatua in Memphi poſita, collocabantur κατὰ τὰς πρύμνας, teſte Heſychio, vel ut legit *Bourdelot*. in Heliodoro πρῴρας τῶν νεῶν; erantque, auctore *Soping*; *tutela navium*.

Dii Patacii Phœnicum, qui?

Bocharto propterea Πάταικοι Θεοὶ ſunt Dii *Tutelares* dicti a בטח quaſi *Batà*, & *Betà Tutela*. Quemadmodum vero ex *Betham* LXX. Interpretes fecerunt *Butan*, ſic ex *Pate*, & *Phate* facile fieri potuit *Batà*, & *Butà*. Ob id etiam Βουθοίη, Philoni Βουθὼν, Plinio *Butua*, hodie *Budua*, quam alii ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Βούτους *ab Ægyptia Butò* Cadmum denominaſſe volunt, exponitur ab eodem Bocharto בטח Batà *tutela*.

Patacii, auctore Bocharto, ita dicti a *Batà*, vel *Betà* tutela.

Patacius ex *Phate* deductus, quo pacto idem eſſe poſſit ac *Buta*.

Verum, quum ego videam apud Herodotum *Deum Patacium* forma ſimilem Vulcano Memphitico, ejus quoque nomen ab Ægyptiaco ⲫⲑⲁϣ *Phthaſc*, verſa ϣ *ſc* in ⲕ *c* ſimplicem, Grajos deſumſiſſe conjecerim.

Dii Patacii, Herodoto teſte, forma ſimiles *Vulcano Memphitico*.

Eſt autem Vulcanus, ex Cic. L. III. *de Nat. Deor. c.* 22. *Cuſtos Ægypti*, Aether ille ſummus, igniſque puriſſimus ⲫⲑⲁϣ, ideſt ſapiens Proviſor, conſtitutor, & ordinator rerum.

Patacius nomen, an *Phthaſc* Vulcanus Ægyptius.

Phthaſc, quid?

Eamque interpretationem confirmat, tueturque *La-Crozii* admirator Jablonskius. Adde obſervationes noſtras pag. 67. & 109. Conſequens proinde erat, ut qui Φθᾶς appellabatur, idem etiam tanquam *Deus cuſtos*, & *tutelaris* Ægypti coleretur. Inde *tutelaris* epitheton commune evaſit *Diis Patacii*s. Ægyptio affine eſt Tibetanum *Pah*, vel *Pha* འཕགས་ quod cunctis ſonantibus litteris efferes *Phchas*, ſive *Phachas*;

Phthas Deus Cuſtos Ægypti.

Patacii Dii Cuſtodes & Tutelares.

Phthas Ægyptiacum, an idem ac *Phchas*, vel *Phachas* Tibetanum?

chas; eoque intelliges Deum aliquem, qui *lucis energiam* operatur. Eadem analogia φάνης dicuntur Græcis apud Heſychium ὀφθαλμοὶ *oculi*, φανεὲ, διάνοιξις *aperitio, manifeſtatio:* φαινός, λαμπρός, ἀκμάζων, *lucidus, clarus, effector, viribus, & ætate florens:* φαέθων *ſplendens*, aut *luminis accenſor*. Quo fit, ut ego exiſtimem immerito ab Jablonſkio reprehendi ſententiam Veterum, qui Φθὰ interpretati ſunt *ignem divinum*. Poteſt enim ea vox originem ducere a duabus Φ-ϯ-ⲧⲱⲟ *Pht-etho*, quæ per *craſim* Ægyptiis ſæpe uſitatam coaluerint in unam *Phtho*, vel *Phthà*. ϵⲑⲱ, aut etiam ⲑⲱ Ii dixiſſe videntur, quod Græci αἴθος. Daniel. II. v. 9. ubi *Nabuchodonoſor præcepit* ἐκκαῦσαι *ut* ſuccenderetur *fornax*, Cophtus habet ⲉⲑⲱⲕ. Et v. 22. *fornax* ſuccenſa ⲁⲩ-ⲑⲱⲕ. Sic & Oſeæ IV. Adverte ⲕ, quod crebro redundat, nec ad vocis naturam ſpectat. Indeque forſan venit ⲑⲏⲟⲩ *ventus*, ac *ſpiritus* vehemens. In MS. Lexico plurimorum vocabulorum Sinenſibus characteribus exarato, &in Angelica Bibliotheca Romæ aſſervato, vox *To, accendere* peræque ſignificat. Hæc ſi teneas, cauſam non ignorabis, cur Νάφθα appellarint Veteres bitumen Babylonicum, de quo pluribus Strabo pag. 511. Νάπη, ὕλη, adeoque Νάπη-φθα, ſeu Νά-φθα *materies* dicitur *a Deo ſuccenſa*. Unde Heſychius Θεάφιον, Θεῖον *Divinam Accenſionem* exponit; & ܦܬܚ *Phtach* Syriace ſonat *accendit, illuminavit, aperire fecit*. Vid. etiam pag. 90. quæ de *Tabiti* Vulcanide, ſive de *Veſta* Scytharum diximus. Rurſus flammam Dei interpretaberis φθάς, ſi Φ-ϯ, quod Bonjurius tradit in Elementis Gram. Copt., accipias commutatum in φθὰ, addaſque ϣⲁϩ *ſcah*, aut ϣϩ *ſch* in compoſitis; nam Danielis III. v. 94. *incombuſti*, omiſſa ⲁ, vocantur ⲙⲡⲉⲩϣϩⲛ. Ita Φⲑⲁϣϩ *Phthaſch* erit *Dei flamma*, aut *Deus igneus* atque *flammeus*. Nec inde putes a me rejici *La-Crozii*, & Jablonſkii etymon paullo ante

Phtha Veteribus, *ignis divinus*.

Veterum ſententia de voce *Phtha* ignem, ſive accenſionem divinam ſignificante defenditur, & explicatur.

Phthas Ægyptiorum lingua *flamma Dei*.

Etymon *Phthas* a *La-Crozio*, & *Jablonſkio* traditum, cur non rejiciatur.

te explicatum ; quum & illud conſonum eſſe queat Ægyptiacorum Myſtarum ingenio. Iis enim moribus comparati erant, ut inter Deorum nomina illud tanquam præſtantius, acceptiuſque haberent, quod quanquam unius formæ eſſet, ad plura tamen arcana ſignificanda latius extenderetur. Hac ego de cauſa non ſtatim cum Jablonskio *vocem nihili* dicerem Φθαὲ *Phthaè*, pro qua legit *Cotelerius* Φθὰς in Homil. IX. *Clementinar.* §. 6. *Αἰγύπτιοι δ' ὁμοίως .... τὸ πῦρ ἰδίᾳ διαλέκτῳ* Φθαὲ (Φθὰς) *καλέσαντες, ὃ ἑρμηνεύεται* Ἥφαιστος: *Ægyptii ſimiliter ignem lingua ſua* Pthaè *appellarunt, quod idem eſt ac Vulcanus.*

Phthaè in homiliis S. Clementi falſo adſcriptis tanquã vox ſenſus omnis expers a Jablonskio cõtemnitur.

Quid, ſi Φθαὲ ſit **ⲫⲑⲁ-ϩⲏ** *Phtha-he Deus ignis principium*? **Ⲧⲁϩⲉ** deinde apud Kircherum deſignat *terminum*; idemque eſt ac **Ⲑⲱϣ**, & **Ⲑⲟϣ**; eoque ſenſu *Phtahe* vix differt a **Ⲫ-ⲑⲁϣ** *Phthas*, ſive **Ⲫⲑⲟϣ** *Phthos*, ut a Jablonskio exponitur. Sic intelligi poteſt *Deus diviſor, definitor*, & *ſector*, qui nempe terminos & formas materiæ tribuit, ejus invadens, aperienſque ſinum. Unde Caſtellus in فتح *Phatacha*, ſcidit Cælos, *hoc eſt*, inquit, *multos effecit*. Ex eadem radice ſunt *ſtuprator, fermentum acrius*, quo *maſſa* repente fermentatur, & quaſi *finditur*, LUX AURORÆ, *oculi*, ſeu *cornua Solis findentis nubem*.

Phthaè ſenſus explicatur: & vox vindicatur.

Ⲧⲁϩⲟ *Taho* rurſus Pſal. LXXVIII. 13. & Daniel. III. ſignificat *erigere*, & *conſtituere*. Hinc *Phthae* vocabulum idem eſſet quod *Phthas* juxta *La-Crozii*, & *Jablonskii* explicationem; *erector* ſcilicet, *ordinator*, & *conſtitutor*. **Ⲑⲱϣ** *Thoſc*, adeoque **Ⲫ-ⲑⲱϣ**, non vero **Ⲫ-ⲑⲁϣ**, ut poſtulat La-Croziana lectio, reperitur in Vaticinio Daniel. Cap. VI. 2. 4. 5. 6. ⲛ̀ⲣⲉϥ-ⲑⲱϣ *Enreph-thoſc*, & ⲛⲓⲣⲉϥ-ⲑⲱϣ *Nireph-thoſc*. Vulgatus interpretatur *Principes*: Græcus: Ταξι-άρχȣς, quos *Magiſtros armorum*, Sopingius in Heſychio explicat, eoſque ab *inſtruenda acie* ſic dictos exiſtimat. At ſi *Patecius* erat vel *ſpondæ*, vel *proræ* Navis inſiſtens, *ſpon-*

Phthaè idem ac *Phthòs*.

Phthòs in S. Scriptura Ægyptiorũ, *Princeps, Ordinator*, & *Conſtitutor*.

Caroſſa nomen Matris Manetis. Caroſſa ex Ægyptiaca Couros, ſive Courosa, prora & ſponſa navis, reſpondet Deo Patecio proræ vel ſpondæ ejuſdē navis inſidenti.

dam, & *proram* quid aliud fuiſſe dixerimus, niſi *Caroſam* ex Ægyptiaca voce Ⲕⲟⲩⲣⲟⲥ *Kouros*, quæ *ſpondam*, aliàs عروس *Garuſon ſponſam* Navis, *proramque* deſignat? In hunc ſane modum ערסא *Gareſa* Chaldaicum, & Arabicum *Garaſa*, unde *Sponſa Garuſon*, *lectus eſſet*, *thalamus nuptialis*, *ſedes*, & *thronus Patecii*. Χαρῶσα profecto eadem per *metatheſin* mihi videtur quæ Σόχαρις *Socharis*, cauſa, & auctrix generationis, Interprete Jablonskio Lib. VII. *Panthei*, *Luna* videlicet & *Iſis* Ægyptia. Idque ſignificari puto per conjunctionem *Couroſæ* ſive *Caroſæ* cum *Patæcio*, præſertim ſi eam ego ſpectem quaſi *Cymbam Lunarem*, in qua Manichæi ſedem *Buttæ* ſive JESU *Salvatoris*, *Spiritus viventis*, *& ignis puri* collocabant. Ad hanc nempe fabulam referuntur fortaſſe *Patecius* & *Charoſſa*, ficti magis quam veri *Genitores* Manetis. Sed Arabes, qui *Phaten* a فتن *Phatana* Manetis Parentem vocant, in mente potius habent *Saclam*, [de quo vide pag. 24.] quam verum, ac naturalem ipſius Genitorem. Nam hominem dementatum, ſeductum, aurum *igne* probantem, ſcortatorem, furem, & dæmonem aliquem *Phaten* indicare poteſt. *Sacla* vero *Adami* & *Evæ* Genitor, idem eſt ac *Cenre-ſi*, in cujus poſtrema nominis voce གཟིགས་ *Sichas* aut *Sechas*, Sacla fortaſſe continetur. *Cenreſi* propterea Simius *Praſrinpo*, appellatur etiam a Tibetanis འཕགས་མཆོགས་ *Pah-ciò*, unde etiam oriri potuit Græcum Πατέκιος *Patecius*. In *Chadro-ma* མཁའ་འགྲོ་མ་ Magna illa *Simia*, *Matre* Tibetanorum, demta vernacula terminatione མ *ma*, quæ eſt indicium fœminei generis, eaque in Σα *ſa* Græcorum more commutata, ſpectatur *Nebrod* uxor *Saclæ*, eadem ſcilicet quæ & *Chadroſſa*, ſeu *Caroſſa* Genitrix Manetis. *Charoſſa* autem *Chald.* præſtigiatrix, *Arab.* avida viri,

Patecius & Caroſſa fabuloſi magis quam veri Genitores Manetis.

Phaten apud Arab. Pater Manetis.

Phaten cum Sacla Manichæorū comparatur.

Cenreſi Tibetanorum Simius, & Pater Pahciò, idem eſſe poteſt quod Pateсios.

In Cadroma Simia, Matre Tibetanorum an lateat Cadroſſa, ſive Caroſſa Mater Manetis.

ri, amore perdita, ὕλη confuſa materies, voratrix, congregatrix, ac etiam *Simia* exponi aptiſſime poteſt juxta varias ſignificationes a *Caſtello* traditas in voce قورس. Non novum denique, neque vero inuſitatum eſt, ut *Magiſtri*, quorum vel inſtructiones audiunt, vel ſcripta ſequuntur diſcipuli, *Patres* appellentur: *Matres* vero libertorum Patronæ, atque Nutrices. Hoc etiam pacto *Budda*, Tibetice བོ་ཏི་ *Potì*, addito མཆོག་ *Ciò Po-ti-cio*, quod eſt *Budda lex*, ſive *ſacer Buddæ Codex*, Pater dici potuit Manetis, Mater vero *Vidua Babylonica*, quæ manumiſſum Manetem filii loco nutrivit, *Charoſſa*, ideſt Chaldaico & Tibetico idiomate *Anus*, & *Maga*.

Poti-ciò ex genio linguæ Tibetanæ, adeoque *Patecius*, Budda Magiſter dici potuit *Pater* Manetis: *Anus* Nutrix, *Mater*.

CXXIX. Accedit *Corbicii* vox, quæ ſicuti antiquius erat *Manetis* nomen, ita originem ſuam Buddiſticis Nomenclatoribus acceptam refert. *Cubricus* Κέβελικος in Græcis Scriptoribus legitur; unuſque eſt S. AUGUSTINUS, ſic ait *Beauſobrius* Lib. 1. Cap. 6. Hiſt. Manich. pag. 67., *qui* URBICUM [Corbicii ſimillimum] appellarit. Mendum, ut idem *Beauſobrius* ſubdit, *aut ab eodem* AUGUSTINO, aut ab Amanuenſium ignavia profectum. Sed & *Corbicium*, & *Cubricum* vocabula eſſe cenſet ambo *mendoſa* ex corrupto *Carcubius*; ubi, quum forte natus eſſet Manes, inde etiam ceu e natali ſolo nomen obtinuit. Nam neque *Corbicius* neque *Cubricus* ingenium ſpirant Orientalium linguarum. At Beauſobrii judicium præproperum nimis & præceps. *Corbì* aut *Corphì*, unde ſponte ſua in ore tum Grajo, tum Latino fluit Κορβίκιος *Corbicius*, vox eſt *Buddiſtarum* སྐུར་བཞི་ *Curvè*, *Curbè*, & *Curphì*. Ea tribuitur *Primo* humani generis *Gubernatori*, *Regi principi*, *Regi honoris*, qualem etiam agnoverunt Manichæi; *Rotamque* ſignificat *decoram*, *ſplendidam*, ac *venerandam* cardinum

Primum *Manetis* nomen *Corbicius*.

Corbicius, Beauſobrio judice, vox *mendoſa*, & a genio linguarum Orientaliũ aliena.

Corbicius & germanum, & Oriẽtale nomen eſt in Tibetanorum fabulis adumbratum.

num Mundi *Auſtri*, *Orientis*, ac *Septemtrionis*, quemadmodum explicare ſtuduimus pag. præſertim 217. *Curbhi* præterea integerrimus erit, ipſiſſimuſque *Corbicius*, ſi མཆོག་ *Ciò* Buddiſticum Ei adjeceris, in hunc fere modum: སྐུར་བའི་མཆོག་ *Cur-bhi-ciò*. Eſt & འཁོར་བ་འཛིན་པས་ *Corvagi* aut *Corbigi*, & ex eo *Corbigius*, ſive *Corbicius*, Legislator ætatis *ſecundæ* pag. 221. Satis itaque perſpicuum fit, Manetem ortum duxiſſe ex aliqua ſaltem Buttantium familia. Id vero eſt, quod *Suidas* & *Cedrenus* poſteritatis memoriæ commendarunt. Quamvis enim *Perſa* vulgo appellaretur *Manes*, & Babylone enutritus in Regno Perſarum dogmatum ſuorum portenta primum revelaverit, nihil tamen impedire potuit laudatos Scriptores, quin Manetem proderent *Bramhanum genere* natum: Βραχμὰν τὸ γένος Suid; Βραχμὰν ἦν τὸ γένος Cedrenus. Nam inter Bramhanes *Novus Ille Budda*, ut pluribus jam demonſtravimus, altero jam ante Manetem ſeculo, auctore Scythiano celebris ferebatur. Buddiſticam denique Manichæi ſtirpem, *Corbicius*: Religionem vero, Magiſterium & doctrina, quam ex *Buddæ* codicibus, & inſtitutis accepit, abunde declarat.

Manes Buddiſtico Bramhanum genere natus *Suida*, & *Cedreno* auctoribus.

CXXX. Chronica Edeſſena apud *Aſſemanium* natum ferunt Manetem An. Chr. CCXL. Hæc tamen epocha non a *vero*, ſed ab *opinato* natali exordium ſumit. Annum *opinati natalis* eum intelligo, quo in publicum prodiit, & mutato nomine *Corbicii*, quaſi novus homo e Cælo delapſus MANES eſt appellatus. Tunc enim ut *Manì*, ut *ipſa* nimirum *divinæ rationis lux admiranda* apparere cœpit mortalibus. Annus is erat a *vero Natali*, [niſi *fictus* & hic dici debeat,] *duodecimus*. Itaque *verum Natalem* conjungimus cum An. Chr. CCXXVIII.: *Opinatum*, & *apparentem* cum CCXL. A *Natali vero*, ſi Manetis tempora auſpi-

Manes juxta *Chronica Edeſſena* naſcitur ann. Chr. 240.

Epocha Nati Manetis *duplex* ſtatuitur; altera quæ *veri*, altera quæ *opinati Natalis* eſt. Illa affigitur an. Chr. 228. circiter, Iſta 240.

auſpicabimur, ad annum uſque *Caſcharenſis diſputationis* 263. erunt anni XXXV.; totidem ſcilicet, quot Manes ipſe ſibi tribuit in *Act. Archelai ab Ep. Aſchmoninenſi Severo* editis apud Renaudotium H. Patr. Alex. pag. 41. Nam roganti Archelao: *Quot annos natus es*? Triginta quinque, *reſpondit* Manes. At ſi cum *Aſſemanio* natum revera velis Manetem an. 240., eumque *Caſcharæ* diſputantem ſtatuas an. 261., vix annos *unum* & *viginti* dabis Maneti, quum jam immanis ſectæ Princeps, & Coryphæus evaſerat. Quod ſane improbabile videri poterit. Summa annorum vel LX. tributa Maneti in Act. Archelai a Zaccagn. editis, vel LXX. in Mſs. *Reginæ Chriſtinæ*, fallax eſt, orta partim ex confuſione temporis, quo vivebat *Interpres*, aut *Scriptor* Archelao *ſuperſtes*, cum tempore quo forte ab eodem Archelao *ſcripta* eſt diſputatio, partim vero ex confuſione epochæ *opinati* cum epocha *veri Natalis* ipſius Manetis. Nam ſi annis 240. addas annos 60. vel 70., ætatem habes hominis ſcribentis ſec. IV. ineunte, quam oſcitans ille Scriptor, aut ſi mavis, ignarus Amanuenſis affinxit certamini *Caſcharis* habito inter Manetem, & Archelaum. Nodum fere ſimilem ſolvimus pag. 365.

Ann. XXXV Manetis ab epocha *Veri Natalis* cōgruit cum *ann.* Caſcharenſis diſputationis pl. min. 263.

Supputare tempora Manetis ab an. 240. tanquam ab epocha *veri Natalis* improbabilem reddit ſententiam, quæ *Diſput. Caſchar.* refert ad an. 261.

CXXXI. At neſcio quid arcani latere ſuſpicor in *duplici* illa annorum *periodo*, quæ partes vitæ, & ætatis *Manetis* inſignes ac ſpectabiles reddit. Prima complectitur *annos* ſeptem; eaque eſſe poteſt nota temporis, quo Is libertate donatus appellari fortaſſe cœpit *Corbicius*. Altera terminus eſt *anni duodecimi*, quo *Manetis* nomen aſſumſit. *Evangelium infantiæ* Salvatoris ex Arabico a Sikio Latine translatum inter apocrypha N. T. a Fabricio edita, *duas haſce periodos* tanquam celebres refert: *Cum Dominus Jeſus* ſeptimum *a Nativitate ſua annum complevisset*, ait cap. XXXVI., *die quodam cum aliis pueris ſodalibus ſuis coætaneis, verſabatur, qui ludentes varias ex luto formas* fin-

Ætas pueri *Manetis* diſtributa in partes *duas* turpia myſteria continet.

Ætas *Corbicii*.

Ætas *Manetis*.

Puer Jeſus deſcribitur in apocrypho & fabuloſo *Evangelio Infantiæ*.

ſingebant, aſinos, boves, volucres, & alia his ſimilia ...... Tunc Dominus Jeſus dicebat pueris: Ego illis, quas feci, figuris præcipiam, ut incedant. Rogantibus vero pueris, nunquid ipſe CREATORIS *eſſet* FILIUS? *præcipiebat illis Dominus Jeſus, ut incederent*. Eoque præcipiente *incedebant, ſubſiliebant, revertebantur; & avium paſſerumque figuræ*, quas Ipſe fecerat, *volabant, conſiſtebant, edebant, bibebant. Veneficus* inde appellatus eſt Chriſtus. Paullo aliter in Græco hæc eadem fabella narratur C. 2. Puer Jeſus πενταετὴς *quinquennis* (mendoſe, ut opinor, pro ἑπταετὴς *ſeptennis*,) *aquas* in foveas congregat, ut eſt in Mſs. Cæſareo *Lambecii*, obſervante *Fabricio*, καὶ ἐποίει αὐτὰ (ὕδατα) καθαρὰ εὐθέως ἐνάρετα ἐστὶ, λόγῳ δὲ μόνῳ, καὶ οὐκ ἔργῳ ἐπιτάξας αὐτοῖς: *Soloque ſermonis, non operis imperio puras ſubito reddit & efficaces*: paſſerculos duodecim ex luto fingit die Sabbathi: *Et ite*, dicit illis, *volate, ac mei viventes memores ſitis*. Statimque aviculæ *volant & cum clamore egrediuntur*. Ad eandem ætatem refertur Cap. 37. ejuſdem Arab. Pſeudo-Evang. prodigium, quo pannos ex eadem tinctura in tam varios colores Puer Jeſus repente mutavit, quam *Tinctor deſiderabat*. Hoc idem Chriſti miraculum deſcribitur in Gr. Cap. VII. Illiuſque fama adeo inter Perſas invaluit, ut *Tinctores* Chriſtum tanquam artis Patronum colant, & *tinctoriam domum*, obſervante Sikio, *officinam Chriſti appellent*. Opera fabrilia a Joſepho conſtructa, ſi juſto breviora ſint, extendit, ſi longiora, contrahit. Id præſtat in Solio Regio ad juſtam menſuram redacto; ſed Solii materies lignum dicitur *variis formis, & figuris inſignitum*. Tres pueros vertit in *hædos* fornacis ardore toſtos, ac rurſus hædos transmutat in pueros clamans ut ſe *Paſtorem* ſequantur. Menſe Adar, eo nimirum menſe, quo Tibetani feſtos dies *Monlam* ſolemniſſime celebrant, tanquam *Rex* ſalutatur *florea* redimitus *corona*, imaginem

Jeſus ſeptennis *Filius Creatoris* a pueris ſodalibus exiſtimatur, quod animam, greſſum, & rationē tribuat *luteis, fictiſque* figuris.

Sermo Pueri Jeſu in *aquis* quam efficax.

Puer Jeſus *Tinctor* portentoſiſſimus.

Portenta Pueri Jeſu in operibus fabrilibus, & in lignis varias formas, atque figuras oſtendentibus.

Puer Jeſus mutat pueros in *hædos*.

Puer Jeſus *Paſtor*, & *Rex*.

ginem fortaſſe gerens tum *Regis Sceptrigeri* Manichæorum *floreis coronis cincti*, tum *Cenreſi* Tibetanorum. Serpentem vocat, ut venenum ſugat inſinuatum puero, eoque exhauſto ſerpens diſruptus extemplo periit: Viperæ nidum afflans ſanat puerum alterum lethali morſu affectum: Expanſo *mantili* colligit aquam per hydriæ fractæ rimulas exeuntem, & ad Matrem defert prodigium attonita mente ſpectantem: Explicat arcanas ſignificationes Alphabeti, quum nihil horum ab ullo unquam homine antea didiciſſet. Rem admiratur Magiſter, & *puerum ante Noachum vixiſſe* clamat. At Doctor alius, qui ſe a puero Jeſu illuſum putat, dum eum percutere audet, arefacta manu illico cadit exanimis. Fabuloſa perinde ſunt, ludicra, & atra portenta, quæ de *Sciaca*, & *Criſnu* in eorum pueritia Tibetani & Indi commemorant. Hoc autem Pſeudo-Evangelio utebantur cumprimis Manichæi; immo & opus *Thomæ* diſcipulo *Manetis* Doctorum hominum judicio tribuitur. Sed jam ante ejuſdem Manetis tempora in lucem prodiiſſe *Beauſobrius* ipſe contendit. Ergo Manes, qui per ſacrilegam fraudem machinabatur ita ad ſe trahere res geſtas Chriſti, ut pro Chriſto ipſo haberetur, *Corbicium* ſe finxit in ea ætate, in qua ſecundum mendaciſſimi hujus Evangelii fabulam erat JESUS *puer*. Tunc enim apparuiſſe fingitur tanquam *Filius Creatoris*, *Fabricator figurarum*, *anima rerum omnium* migrans e luto, ex aquis, e terra, e beſtiis in homines, & viciſſim ex hominibus in beſtias, *Spiritus aquæ puræ*, *&* *efficacis*, quæ eſt ipſa divina ſubſtantia diffuſa, complicata, & commixta cum univerſa materie, *effector formarum*, *&* *colorum omnium*, (de quibus multa & admiranda docent Manichæi apud S. AUGUSTINUM L. de eorum Moribus, & alibi paſſim,) JESUS *extenſus in omni ligno*; ludens in tota natura, transformans ſe in omnes ſpecies, diſpergens ſimul & colligens *aquam* ani-

Puer Jeſus *ſerpentibus* imperat: Aquas diſperſas *Mantili* colligit.

Puer Jeſus ſine Doctore alphabeti Arcana pandit: Leviſſimi ictus injuriam ſubita morte punit.

Prodigia pueritiæ *Xacæ*, & *Criſnu* celebrant Tibetani, & Indi.

Pſeudevangeliũ Infantiæ Manichæis ſacerrimũ, & acceptiſſimũ.

Corbicius ſeptennis Simia pueri Jeſu ad fabulas hæreticas, & paganas impie traducti.

In portentis *Pueri Jeſu* continentur ænigmata fabularum Manetis.

animantem texturam hujus univerſitatis, Magus, Incantator, comprehenſor arcanorum latentium in primis elementis rerum, Rex floridus, vita, ſalus, & radius ſolutor, atque purgator.

Quicquid eſt *Puer Jeſus* in Pſeudevangelio Infantiæ, id eſt *Corbicius in Manete puero*.

CXXXII. Univerſa hæc tam denſa, ac tenebroſa myſteriorum ſylva in uno *Corbicii* nomine continetur. Nam audi, quid ſit *Corbicius*. A כרב, unde כְּרוּב *Cherub*, quod *omnium animalium figuras* deſignat, *Corbicium* dici opinor. Syriace, (qua lingua ſcriptum ab initio traditur *Evangelium Infantiæ*,) ܟܪܒ *Charab* idem eſt ac *fingere*, & *ſimulare*; & ܟܘܪܘܒܐ *Chorubo*, ut me docet Caſtellus: eſt *Formator imaginum*, *opus artificis*, ac rurſus *Chorbo*, dicitur *Textrina*. כרביא *Cherbia*, quod ſine monitore tute vides quam facile reddat vocem *Corbì* præſertim in compoſitis, Hebræi interpretantur effigiem hominis, ſive *pueri alati*, *impoſitam operculo propitiatorio arcæ* fœderis. Adnotat præterea laudatus *Caſtellus*, כרבים ſine ו *vau*, quaſi *Cherbim* pro כרובים *Cherubim* [*Churubon* Arabice] *in lege* ſcribi. Sic ablata terminatione ים *m*, & *e* in *o* mutata, fit *Cherbi* & *Chorbi*; indeque apud Græcos, & Latinos *Corbicius*. Eadem vox כרבים, præter allatas ſignificationes, id etiam tamquam proprium habet, ut deſignare ſeipſa poſſit *multitudinem ſcientiæ*, *armenti ducem*, *columnam ignis*, *magnum*, *fortem*, *potentem*. Chaldaica כרבך *Kirbech* Corbicio affinis, *ſibilatorem* in vocandis fortaſſe ſerpentibus, ſonat. Sed ut ſiſtam in כרב, Æthiopice ኮሮብቲ *Curobty* per aphæreſin ኩርብቲ *Curbty* indicat ſpeciem *artis magicæ* per occulta vocabula: Arabice *angorem* & *afflictionem animæ in corpore*, quam contraxiſſe ſomniabant Manichæi quum *primus homo*, anima nempe miſſa a Patre luminum capta eſt a Principibus tenebrarum: ac præterea etiam *aratorem* denotat *ſatoremque terræ*, *ſedulo currentem*, *alacriter*

Formator Imaginum & figurarum: Fictor, Simulator: Opus artificis: Textrina: Effigies hominis, Puer alatus: Sibilator: Magus: Multitudo ſcientiæ: Flāma ignis: Magnus, potens: Anima in corpore afflicta: Sator terræ: Saltator penniger: Collector aquarum, uno *Corbicii* nomine exprimuntur.

ter ſaltantem, *pennas* gerentem *leves*, *collectorem aquarum*, aliaque id genus, quæ mentem excitant ad intelligendum in *Corbicio* Manichaico *Puerum Jeſum*, uti in Pſeudo-Evangelio deſcribitur. Quanquam *Corbicii* vocabulum in Ægypto primum adumbratum procuſumque putarim. ϫⲉⲣⲉⲃ Chereb *figuram*, *ſpeciem*, & *apparitionem* ſonat. In Lexico Copht. *Kircherii* ⲁϥϫⲱⲃⲧϥ ⲛ̀ϫⲉⲣⲉⲃ Latine redditur *transfiguratus eſt*, *apparuit*. Eandem propterea originem agnoſcit quam כרבים ex כרב *Charab*. Ⲓϧ *Ich* vero *Genium* etiam, & *ſpiritum* deſignat. Itaque ϫⲉⲣⲉⲃⲓϧ *Cherebich*, ac certe levi motu *Cherbich*, & *Chorbich* erit ipſe Χορβίκιος *Corbicius*, ſpiritus nempe figurarum, transformationum, & apparitionum omnium. Tale quiddam in འཁོར་བ་འཁྲིས་ *Corbagi*, in འཁོར་བི་ *Corbhi*, & in *Rota* revolutionum *Cenreſi* Tibetani, mihi detegere videor.

Prima *Corbicii* nominis origo ex Ægypto:

Chereb-Ich, ſive *Cherbic*, & *Corbic* Ægyptiace, nobis *Corbicius*, exponitur *Spiritus transformationum*, *apparitionum*, & *figurarum*.

Corbagi, *Corbhi*, & *Rota Cenreſi* Tibetan. idem præſeferũt, quod Ægypt. *Cherbic*.

CXXXIII. Neque ab artificio ac fraude alienum exiſtimari debet, quôd Manes *captivus* primum, deinde *libertate donatus* exhibeatur. Totum id *allegorice* intelligendum eſt; præſertim quum nobis vetet *Beauſobrius* Tom. 1. H. M. pag. 157. ne *Manetem in ſervitute natum* credamus: *L'Héréſiarque ne fut point eſclave, s'il eſt vrai, comme* Shariſtani *le témoigne, qu'il étoit d'une famille de Mages.* Accipe hujus fictionis caput. Jeſus Manichæorum, (quod ſæpe diximus,) erat *primus homo*, & *anima capta* a Principibus tenebrarum. Ad eum liberandum mittitur *Virtus antiqua & potentiſſima Spiritus vivens*, fœminino genere רוח, Mater *Jeſu* ob eam cauſam appellatus a veteribus quibuſdam Hæreticis, immo & ab ipſis Manichæis, qui eum ex profuſione *Spiritus Sancti* de *Terra* genitum apud S. AUGUSTINUM impie ſomniarunt. Utrumque ſtatum primi hominis *Jeſu* repræſentare voluit *Manes* per ea

Corbicius primũ *Captivus*; deinde *Liber* repræſentat *Animam*, *primum hominẽ*, & *Jeſum Manichæorum captum primo a Principibus tenebrarum*, deinde ab eorum vinculis *liberatũ*.

Manes, qui Chriſtum fecit Simulatorum Principem, nil metuit acta omnia Chriſti in ſeipſo fingere ac ſimulare.

ea *captivitatis*, & *libertatis* ſuæ ænigmata. Qui denique Nativitatem ex vera Matre Virgine, pueritiam, vitam, & acta omnia in JESU Salvatore ficta, & ſimulata prædicabat, nihil veritus eſt eadem ipſa in ſe fingere ac ſimulare. Hinc vero fit, ut quemadmodum *Jeſus* Manichæorum *ſimulator*, atque adeo *ſimulacrum* quoddam omnis formæ erat, ſic & *Manes*, in quo JESUS ipſe per *ſimulationem* credebatur *renatus*, *ſimulacrum cujuſcunque figuræ* appellabatur. Quod *Sinenſes* exprimunt voce *Photh*, & *Fò* & ipſa in Ægypto nata. Etenim *Abacuch* II. 18. Græca Τὶ ὠφελεῖ γλυπτὸν. ὅτι ἔγλυψαν αὐτὸ· ἔπλασαν αὐτὸ· χώνευμα φαντασίαν ψευδῆ, Cophtus vertit Ⲟⲩ ⲛ̀ϩⲏⲟⲩ ⲡⲉ ⲉ̀ⲧⲉϥϯ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉⲡⲓⲫⲱⲧϩ ∴ ϫⲉ ⲁⲩⲫⲟⲧϩϥ ∴ ⲁⲩⲙⲟⲛⲕϥ ⲛ̀ⲟⲩⲫⲱⲧϩ ⲛ̀ϩⲟⲣⲧϥ ⲙ̀ⲙⲉⲑⲛⲟⲩϫ: *Quid prodeſt* [*Photh*] *ſculptile*, [*ſimulacrum* ſcilicet, ſive *figmentum*;] *quia ſculpſit illud, finxit illud* Photh *phantaſma mendax*. *Photh* autem imago, & ſimulacrum eſt ſive ſculptum ſive pictum; & ideo ⲡⲓⲣⲉϥ-ⲫⲱⲛⲕ ſculptorem, pictoremve a *fingendo* denotat. Atque ita *Photh* Sinenſium alius non eſt, quam JESUS noſter a primis Semichriſtianis impoſtoribus fictus, & *ſimulator* habitus. Idem eſt & *Sciaca*, & *Cenreſi* Tibetanorum *multiformis*: Idem *Biſnu* & *Criſnu* Indorum, in quibus nonniſi *Dei Filium*, *primum hominem*, & *animam* formas, ac figuras omnes in Mundo viſibili, atque corporeo induentem intelligunt. Quin etiam vehementer ego dubito, ne JESU nomen lateat in महा इस्वरेन *Mha*-JESOU-*ren*, इस्वरेन ISU-*ren*, एस्वार ESWA-*ra*, इस्वर ISUO-*r*, mixtum ita & inſertum antiquiori Ægyptiorum YSI-*ri*. Hi enim Dii ſic originem, nativitatem, & *pueritiam* ſimulant, ut JESUM Deum noſtrum ſimulaſſe delirant *Gnoſtici*, *Docetæ*, ac *Manichæi*. Auxerunt numerum fictionum, & fabularum, quas narrant præſertim de puero

Manes Jeſum in ſe renatum ſimulabat.

Fò Sinenſium ex Photh.

Photh Ægyptiace figmentum, & ſimulacrum.

Photh & Fo Sinenſum Jeſus ſimulator, & ſimulatus.

In Xaca, Cenreſi, Biſnu, Criſnu, & Ma-IESOU-ren ſimulatur JESUS Dei Filius, primus homo, & Anima.

Chriſ-

Criſnu Indi, Tibetani de *Xaca*. At fingendi initium, & occaſio orta primum eſt tum ex hoc *Pſeudevangelio de Infantia Salvatoris*, tum ex aliis id genus apocryphis ſcripturis. Tanta fallendi mentiendique licentia peperit infandum monſtrum *Corbicium* in quo *ſeptennis ille* puer JESUS veluti *renatus* apparuiſſe fingitur. Mira profecto eſt inter utrumque ſimilitudo. Jeſus *Tinctor*, Manes *Pictor*. Sed *Perſice* duo ſunt ejuſdem rei nomina. *Arteng*, ſive *Arzeng*, vel *Erſeng*, uti vidimus ex Renaudotio *officina*, & *opus admirabile picturarum* Manetis dicitur. Ea tamen vox aptiſſime etiam ſignificat *officinam*, *& opus colorum*, ſeu *tincturarum*. Hinc ارخنده *Archenda*, *pulvis tinctorius*, quo Parthi, Scythæ, aliæque gentes *ornatus gratia ungues*, *ac totum quoque corpus quandoque inficiunt*. Verum non opus eſt multis, ut oſtendam Orientales omnes uno eodemque nomine *Pictorem*, *Tinctoremve* vocare. Vide Caſtellum in צבע. Quum vero *Arteng* dicimus, eoque deſignamus *Librum picturarum Manì*, [*quia*, ut inquit Renaudotius, *figuris peregrinis*, *& ignotis refertus erat*,] intelligere debemus *Librum* eo ſenſu, quo intelligunt Brammhanes वेदाम *Vedam*, & Tibetani ཆོས་ *Ciò* ſive *Cioch*. Nempe, ut *Vedam* eſt Bramha, & *Ciò* Xaca, ita *Arteng* eſt ipſe Manì, *virtus*, *emanatio Patris luminum*, *ejuſque Filius*, & *anima* dans, & accipiens formas, ac figuras omnes in eo portentoſo myſteriorum libro contentas. Sed ne longius pergam, confer cum prodigiis in falſo illo Evangelio de JESU noſtro deſcriptis ea, quæ, approbante *Beauſobrio*, ex Orientalibus Scriptoribus refert laudatus Renaudotius. *Mathematicus* erat Manes *adeo*, *ut lineas circuloſque perfectiſſime abſque circino*, *aut alio inſtrumento duceret*. *In excelſo monte figuram orbis terrarum*, qualem nos in ſuperioribus explicare tentavimus, *deſi-*

In Manete, ſive in *Corbicio ſeptēni* fingitur *Jeſus Puer* renatus.

Jeſus in *Pſeudev. inf. Tinctor*, & *Manes Pictor* idem.

Manes *Mathematicus*; *Aſtronomus*, *Geographus*, *Magus*, ſuoque arbitratu *Inviſibilis*, idem eſt ac JESUS impie deſcriptus in *Pſeudev. Infantia*.

deſignavit, itaut omnium Provinciarum, Marium, Fluviorum, Montium, & Civitatum ſitus agnoſcerentur. Nam & ipſe Dominus JESUS C. LI. Pſeudevang. tanquam *Mathematicus*, & *Aſtronomus* omnium excellentiſſimus celebratur. Adde & iſtud, quôd *tunica ſubtiliſſima indutus, quoties volebat, inviſibilis* reddebatur. Evaneſcere enim a conſpectu hominum tantumdem eſt, quantum eſt *oculis repente orbare accuſatôres ſuos*, quod de JESU puero narrat Græcum *Pſeudev.* Exemplar cap. V Sic Magus, & præſtigiator tum ob hæc, tum ob alia inuſitata portenta uterque declaratur & Manes machinator inſignis, & JESUS Ille *Figurator* calumniatorum fraude malitioſe confictus.

Indoles *Pueri Jeſu* in *Pſeudev. Inf.* quam iracũda, atra, ferox, & ultrix.

CXXXIV. Indoles hominis impatientis, iracundi, violenti, & ad ultionem proni, qui ſubita morte levem puniat injuriam, ab execrabilis hujus *Pſeudev.* Scriptore affingitur puero Salvatori. Hujus rei cauſa inducitur *Joſephus, qui dicebat Mariæ: Ab hoc tempore non ſinemus eum domo exire, quoniam quiſquis ei adverſatur, morte plectitur.*

Beauſobrius in principiis ſyſtematis Manichæorum ſæpe cœcutiit.

Beauſobrius, qui ſe tanto felicius Manichæorum dogmata penetraſſe gloriatur, quanto infelicius ea perſæpe AUGUSTINUM ignoraſſe effutit, nunquam cognovit, quod tamen cognitu facillimum erat, mortem, eorum ſententia, *beneficium* eſſe, non *pœnam*. Morte enim *animam* tanquam *partem* Dei, Deoque ipſi *conſubſtantialem* a laqueis, & oppreſſione tenebroſæ materiæ, malorumque Principum captivitate ſolvi, ac liberari putabant. Sic vero animam ſolvere, ac liberare opus eſſe dicebant *Filii Dei*, & *Spiritus Viventis*, quod Indi *Iſuren Solutori*, & Tibetani *Cenreſi*, vel *Cihanæ Torcèh* adſcribunt. Quanquam κατὰ δόξαν ſecundum opinionem *pœnale* quiddam, & malum videri poſſe concedant. At, ſi quid pœnalis in morte ſtatuunt, accidentarium eſt; totumque id refertur ad tempus, quo quis forte extremam horam obiit, antequam *majorem materialis*

Mors, Manichæorum ſententia, *beneficium*, non *pœna*.

Quicquid in morte hominis ſpeciem *pœnæ* referre videtur, juxta Manichæos *accidentarium* eſt.

lis lucis copiam fati ope immiſſam accipiat, & quæ ſuperſunt tenebrarum ramenta diſſoluta habeat. Ceterum ſenſum omnem doloris & afflictionis, dum *animata* quæque in tota corporea ac viſibili natura moriuntur, proprium eſſe volunt non *animæ*, non *partis lucidæ*, quæ liberatur; ſed *materiæ*, ac *partis tenebroſæ*, quæ in ſolutionis conflictu renuit *laxare vincula*, & *liberam* dimittere *partem lucidam*. Quamobrem repentina mors in offendentem immiſſa, ultionis ſpecies, & pœna eſt, quam Puer JESUS Dei Filius repetit non ab homine, ſed ab *anima mala*, ſeu *a parte ſubſtantiæ Principis tenebrarum*. Hæc autem ignorans Beauſobrius, minuſque diſcernens inter id, quod *Verum*, & id quod tantum uti *Apparens* malum Manichæi concipiunt, cauſam non eſt aſſecutus, cur fabuloſi hujus *Evangelii* Scriptor JESUM noſtrum exhibeat tanquam ferocis ingenii hominem, qui mortem inferat Magiſtro ob levem, quem ab eo acceperat, ictum. In eo, probatiſſimum mihi eſt *Beauſobrii* judicium, quôd de iſtius libri Auctore ſcribens Tom. I. H. M. pag. 366. inquit: *Le Veritable Auteur d'un ſi mauvais Livre eſt tout-à-fait inconnu, mais ſon caractére ne l'eſt pas. Il s'eſt peint apparemment lui-même en repreſentant le Fils de Dieu*. Auctorem cenſet non *Thomam* Manetis diſcipulum, nec alium quenquam illius ſectæ præcurſorem, tum quia ſe *Thomam Iſraelitam* appellat, tum quia Nativitatem, Circumciſionem CHRISTI, aliaque Religionis noſtræ capita, quæ in hoc apocrypho continentur, Manichæi deridebant. At ſi loquamur de *Græco* Exemplari nec Nativitas, nec Circumciſio in eo commemoratur. Unum eſt *Iſraelitæ* cognomen *Thomæ* additum, quod vel ſuppoſititium eſt, vel ab Auctore ipſo confictum, ut eo obtentu lateret, majoremque ſibi conciliaret fidem. Is enim ſolemnis mos eſt Impoſtorum. *Marcoſiis* Ἀποκρυφον hoc & indignum opus adjudicare vide-

Credebant Manichæi in morte *partem lucidam liberari*, *partem* vero *tenebroſam affligi*.

Puer Jeſus ex Manichæorum principiis dum ſubita morte punit lædenté, punit non hominé ſed *partem hominis tenebroſam*.

Beauſobrius ignorans ſyſtema Manichæorum, ignoravit cauſã cur *Pſeudev. Inf.* tribuat *Puero Jeſu* indolem hominis ultoris, impatientis, & formidabilis.

Auctor *Pſeudevangelii*, udice *Beauſobrio* volés *Dei Filium* pingere, ſuis ſe coloribus pingit.

Pſeudevangeliũ Infantiæ an opus eſſe poſſit *Thomæ* diſcipuli Manetis?

Pſeudevang. Infant. *Marcoſiis* tributum.

videtur S. IRENAEUS Lib. I. adverſ. Hæreſ. Cap. 17. Mirum eſt autem quanta inter Marcoſios, & Manichæos errorum conjunctio intercedat. Vid. *Maſſuet Diſs. præv. in Iren. Lib. pag.* L. *de Marco Mago*. At ſi ſermo ſit *de Arabico*, vel cœcus eſt, vel vafer nimis deceptor *Beauſobrius*, qui veram CHRISTI Nativitatem in eo narrari ſcribit. Nativitas indicatur, quæ a MARIA potius quam a CHRISTO ipſo ſimulata apparet. Cetera cur nobis objiciat, ignoro; poſtquam ea *Autographo* addita ſenſit, teſtatuſque eſt pag. 369. *Le même Eſprit, qui l'a fait écrire, l'a fait augmenter*. Interea, quod ad rem noſtram attinet Cap. IV. *Græci* libelli ſimilis iræ, & vindictæ impetu commotus *Dominus Jeſus*, uno momento, unoque *Verbo* exanimem proſternit humo puerum, qui forte currens ad humerum ejus offenderat. At quanta quanta eſt, *Beauſobrio* ipſo judice, tam improbi impoſtoris natura, ea in *Manetem* ſolide transfuſa conſpicitur.

Marcoſii cum Manichæis arcte conjuncti.

Pſeudevangeliũ, quo malo genio Auctore ab initio ſcriptum, eodem & auctum.

[illegible] *Jeſu,* [illegible] na- [illegible] *ſeudev.* [illegible] ad vivum expr[illegible] videtur.

CXXXV. Manes deſcribitur ab Euſebio Lib. VII. H. E. cap. 7. *Vita barbarus, qualem ſe moribus, & ſermone oſtendebat, natura vero dæmonicus, & manium furore correptus.* *Revera enim*, addit *Diodorus* pag. 69. in Act. Archelai, *vir valde vehemens tam ſermone, quam opere, ſed & aſpectu ipſo, atque habitu apparebat*. Tam inſolita, nec ante unquam viſa hominis ſpecies primo ſtatim aſpectu perculit admiratione *Marcellum*: *Habebat enim calceamenti genus, quod quadriſole vulgo appellari ſolet, pallium autem varium tanquam aërina ſpecie: in manu vero validiſſimum baculum ex ligno Ebellino, Babylonium vero librum portabat ſub ſiniſtra ala; crura etiam braccis obtexerat colore diverſo, quarum una rufa, alia veluti praſini coloris erat; vultus vero, ut ſenis Perſæ*, [denſam longamque barbam gerentis] *Artificis, & bellorum ducis videbatur*. Indumentorum formam, ſceptrum baculi ſpeciem

Manes barbari, dæmonici, & furentis ingenii homo.

Ornatus Manetis ubi primum ſeſe ſpectandum obtulit in Urbe *Caſchgar*, quam inſolens, & prodigioſus.

ciem præſeferens, & eam inprimis colorum varietatem, in qua explicanda Manichæorum ingenia tantopere exercebantur, licet hodieque cernere apud Tibetanos in veſtimentis ſuorum Numinum, & Aſcetarum. Quumque inter multiplices colorum ſpecies, quæ alternante lucis radio, & ipſæ alternabant aſpectum, *viridis* inprimis & *luteus*, ſive *croceus* in *pallio Manetis* apparerent, S. EPHREM, [quod paullo poſt intelliges,] *varium* hujus Monſtri *colorem* ea voce explicuit, quæ *viridem* & *luteum* peræque deſignat. Certe equidem *aëreus*, quem indicat Archelai Interpres, viridem aëris aſpectum, dum Cælum maxime ſudum, & ſerenum eſt, referre debebat. *Viride* propterea eſt *Pallium*, quo ꝟ *Cenreſi*, *Giam-Jang*, *Cibana Torceh*, aliorumque Numinum ſimulacra induunt Tibetani. Uti vero *Kaghiur* in ſolemnium præſertim Tibeticarum ſupplicationum ſpectaculis *Manetis Librum*; ſic Virga, quam geſtant tum Supremus, tum ceteri magni *Lhamæ* renati, baculum Ebellinum repræſentat. Ii omnes tonſo crine quemadmodum & Ordo univerſus Religioſorum Xacaitarum *pallio* utuntur *croceo*; illudque, tanquam proprium *Xacæ*, appellant *pallium legis reſtitutæ*. Eo protegunt, vaſteque circumdant ſubterfluentem, Purpureamque *Togam* ſine manicis, & ante pectus apertam; Illiuſque ſiniſtram laciniam in dexterum, dexteram in ſiniſtrum humerum ad tergum revocant. Thoracem laneum & cycladem rubram tum interiorem braccarum loco, tum exteriorem, ac reliqua demum calceamenta variis diſtinguunt coloribus. Eadem colorum varietas magica eſt, & turpiſſimi arcani plena in effigie *Xacæ*, in *Khadromis* aëreis, in ornamentis *Ciokiong*, & in faſciculo tæniolarum quinque pendente ad tergum Magni Illius Pallii Lhamarum. Quid hîc mihi memorat *Beauſobrius* aut *Purpuram* nobiliſſimum illud Perſarum indumentum, aut *hyacinthinum aëriumque*

Ornatus, forma, & colores varii indumentorum Manetis ſpectantur in Diis, in Lamiis, & in Xacaitis Tibetanorum.

Colores præcipui in Pallio Manetis *viridis*, & *luteus*, ſive *croceus*.

Pallium Tibetanorũ Numinum, *viride*.

Pallium *Xacæ*, & Xacaitarum, *luteum* ſeu *croceũ*.

Colorum varietas in veſtimentis *Xacaitarum*, turpium myſteriorum index.

amictum Regum Aſſyriorum? Quæ tam immanis inſania audacem hominem impulit Tom I. H. M. pag 98., ut cum vere ſacris, vereque Sacerdotalibus *Summi Pontificis*, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ *Cardinalium*, & *Epiſcoporum* noſtrorum veſtibus, diabolicas *Manetis* veſtes compararet?

Ornatum Manetis impie & ignorãter comparat *Beauſobrius* cum ornatu Summorũ Pontificum, Cardinalium, & Epiſcoporum veræ Eccleſiæ Chriſti.

Sic enim ſcribit: M. de *Tillemont*, *qui ſait comment les Papes & les Cardinaux ſont vêtus, dans les jours de cérémonie, ne devoit pas trouver le vêtement de* Manichée *ſi peu Apoſtolique*. Illos *albo purpureoque colore* Aqua & Sanguis Chriſti veri Dei, & hominis *mundavit*, & *tinxit*, at *viridi*, quod ait S. EPHREM, aut certe *luteo*, vel, quemadmodum interpretatur *Aſſemanius*, *pallido*, *Manetem Diabolus tinxit*, *ut incautos falleret*.

Diabolus, Interprete S. Ephrem, *viridi*, *luteo*, *pallidove colore tinxit* Manetem.

Pudeat hîc *Beauſobrium*, dum ullus in eo ſenſus pudoris ſit, tam atris ſordibus commaculare ſacras, nitidaſque Veſtes Pontificum, & Miniſtrorum veræ Eccleſiæ CHRISTI cum iis unice comparandas, quibus *Cœleſtes Cives*, *Deique Sacerdotes* in ſuperna Hieruſalem exornati ſplendeſcunt. Ac ſi turpia myſteria *verſicoloris Manetis* evolvere cupit, Antra Tiberica petat; ibique a Magis, a Lamiis, a *Simiis*, a variegatis illis teterrimiſque monſtris *Manichaïcorum colorum* ænigmata diſcat.

Ad Magos, & Xacaitas Tibetanos mittitur Beauſobrius, ut intelligat myſteria *verſicoloris Manetis*.

Totum hoc Manetis artificium eô ſpectabat, ut ſe tanquam metuendum ſpectrum, & *Figurarum ſpiritum*, qualis pingitur JESUS in fabula Pſeudo-Evangelii, oſtentaret. Accedit *quadriſole*, elatum illud, & cothurnatum calceamenti genus, quod eſt a Manete uſurpatum ad ſtaturæ altitudinem demonſtrandam, ut ita etiam videretur perſonam gerere *Jeſu*, ſive *Bud*, quem *procerum* pariter interpretantur, & giganteæ molis hominem antiquiſſimos fabulones ſequuti, *Buttantes* comminiſcuntur.

Manes ſomniatam proceritatem Chriſti repræſentare affectat.

Quid enim *Leucius* inter Manichæorum progenitores probe cognitus, de *Statura Chriſti* ſomniarit, Beauſobrius ipſe Lib. II. H. M. cap. IV. num. 4. commemorat: *Transformabat ſe Chriſtus*, inquit Leucius deli-

delirans, *& modo puer, modo ſenex apparebat, ac vertice quandoque cœlum contingere videbatur*. Nam & Manes fabulam de ſe ſparſerat, quôd ſidera ſcandens annum integrum manſionem tenuiſſet in Cœlo. Ut vero Manetem ſub JESU *artificis* ſpecie in eo impuriſſimo Evangelio depictum Beauſobrius cernat, opus eſt ut integrum nobis relinquat textum Archelai. *Vultus*, ait S. Epiſcopus, non ſenſus Perſæ *Philoſophi*, (quæ vox a *Beauſobrio* corruptore temere in hunc locum inſeritur,) ſed ARTIFICIS *videbatur*. At lenitas, & modeſtia in diſputando, quam tenuit Manes cum *Archelao*, Virum alium quam qui ab Euſebio aliiſque Patribus pingitur, præclare demonſtrat. Hæc nobis objicit Beauſobrius, ut Manetem ab Infamiæ nota defendat, & Majores noſtros vel ſapientia, vel ſanctitate maximos aperti mendacii, & atræ calumniæ incuſet. Tantiſne in tenebris verſatur Calvinianus cenſor, qui artes ludificandi adeo in Manete conſpicuas, percipere neſciat? Ecquid mirum eſt impurum Tenebrionem, qui tam ſacrilego auſu CHRISTUM fecit *Simulatorem* omnium Principem, & Eximium, egregie, quandocunque ferret & utilitas & occaſio, ſimulaſſe patientiam, manſuetudinem, atque modeſtiam, ſi tamen modeſtia dicenda ſit vel tacendi neceſſitas, vel confuſio mentis ex ignorantia reſpondendi ſuborta, vel ficta quædam mitis hominis ſpecies ad incautos fallendum accomodata?

Manês *artificis* vultu ſpeciem *Jeſu artificis* referre molitur.

Manetem *Artificem*, temere mutat *Beauſobrius* in *Philoſophum*.

Beauſobrius calumniæ redarguit Eccl. PP., & Manetem defendit.

Ex impia Manetis doctrina *ars ſimulandi* conſectarium eſt neceſſarium, & inevitabile.

Patientia & modeſtia, ſi qua unquam viſa eſt in Manete, ſimulata fuit.

CXXXVI. Hæc vero ſunt, inter cetera, quibus ego moveor, ut exiſtimem non veram, ſed fictam eſſe ſeptennem *Corbicii* ætatem; eaque ſimulatione Manetem apparere voluiſſe ſimilem *puero Jeſu* in falſo Evangelio *Infantiæ* deſcripto. Idem de *Xaca* mecum ipſe ſenties, ſi quæ de Illius monſtroſa ſapientia ac pueritia tradidimus, in hunc locum Te revocare non pigeat. Hinc etiam manavit *Xacaicum* illud præceptum: *Ne pueri niſi ſeptennes veſtem*

Septennis Corbicii ætas ficta, & ſimulata concluditur.

Corbicii ætatem in Tibeto gerere debent *Pueri* veſtem *Xacaicam* induturi.

induant Religionis. Quanquam per hæc tempora quinquennes interdum & ſexennes initiari ſoleant. Nec mi-

Majores noſtri non tam expreſſe notarunt in Manete tanquam ſimulatam epochá *Corbicii*. Cur?

reris velim, ſi Tyrbo, ſi Siſinnius, ſi Archelaus, Euſebius, aliique veterum totam hanc fictionem tam diligenter, & accurate inter geſta Manetis non referunt. Pauciſſimis ac ſolis fortaſſe tantæ fraudis Magiſtris cognita erat. Exemplo eſſe poteſt luculenta illa, & ſolemnis impoſtura, qua *renatus* fingitur in Tibeto *Supremus Lhama*. Hujus arcani conſcii ſunt ſoli Genitores, unuſve præterea vel alter Xacaita tanti ſceleris artifex. Ecquid erat Nutrix, ſic data *Corbicio*, uti eſt Nutrix a Tibetanis aſſignata *Xacæ*? *Anus* ea appellatur, quæ ſibi comparavit, aluit, manuque miſit Manetem. ཨ་ནེ་ *Anì* vocantur in Tibeto Reli-

Anus, quæ dicitur ab Interpretibus, *Domina*, ſeu *Nutrix* Corbicii, eſſe fortaſſe potuit in textu Archel. vel Syr. *Janan* conſcia arcanorum, vel Chald. *Onaha*, vel *Onha* ſimulatio.

gioſæ Matres Sanctimoniales. Forte quæ *anus* vertitur a Latino Interprete in Act. Archelai, Græce legebatur *Αννὶς* eodem ſenſu; ſed Syriace vox eſſe poterat ſimilis vel [illegible] *Eth-janan*, unde Mulier diceretur *conſcia arcanorum facta*, vel Chaldaicæ, & Talmudicæ אונאה *Onaha*, quæ *ſimulationem*, *deceptionem*, ac *fraudationem* deſignat. In eo denique, quod Euſebius, aliique Patres affirmant Manetem ſe *feciſſe Chriſtum*, genus omne diabolicarum fictionum planiſſime continetur.

Periodus II. vitæ Chriſti duodennis in Pſeudo-Evãg. inſignis ob artium, & ſcientiarum omnium manifeſtationem.

Periodum ſecundã Actorũ Chriſti *Manes* egregie ſimulat.

CXXXVII. Poſt annos XII. jam abſolutos periodum alteram vitæ ſuæ inſignem reddidiſſe *Dominum Jeſum* manifeſtatione reconditarum omnium ſcientiarum narrat *Pſeudo-Evangelium* C. L., & ſeqq. Hanc ipſam pariter ſimulaſſe horribilium Illum mendaciorum Parentem & Architectum, quum ſibi tanta cum animi elatione *Manetis* nomen impoſuit, pluribus demonſtravimus. Inde originem duxit al-

Anni periodi II. actorum *Manetis* termini ſunt Tirocinii, & Profeſſionis Aſceticæ *Xacaitarum*.

terum illud *Xacaitarum* præceptum: *ne quis tirocinium inſtituat niſi poſt annum duodecimum, nec vota Ketzul profiteatur niſi tertiodecimo jam expleto*. Deerat, quam in

ſe

ſe fingeret, *epocha tertia*. Ea eſt *annus trigeſimus* ætatis Chriſti. *Ab hoc die*, ex quo nempe tam multa jam ante ediderat argumenta Sapientiæ, *miracula*, *arcana*, *& ſecreta ſua occulere cœpit*, *& legi operam dare donec annum trigeſimum compleret*, *quando Pater publice illum ad Jordanem declaravit hac cœlitus voce demiſſa* : Hic eſt Filius meus dilectus, in quo aquieſco: *præſente Spiritu Sancto in forma Columbæ candidæ*. Sic falſiloquum illud Evangelium C. LIV. nec quicquam præterea de rebus geſtis a Chriſto Domino, de prædicatione, de morte, deque reſurrectione commemorat. Quæ omnia ſacrilegi Manichæi negabant.

Periodus III. Actorum Chriſti, *annus* ejus *trigeſimus* ob editę legis Epocham inſignis. Hanc ipſam affabre ſimulavit *Manes*.

Jam ſi ordinem ſimulatorum temporum in vita *Manetis* paullo attentius conſideraveris, invenies ſceleſtum hunc anno circiter *trigeſimo* incepiſſe famam de ſe evulgare, quôd Ipſe *eſſet Spiritus Paraclitus*, aut, ſi etiam malis, quôd *præſentem haberet Spiritum Sanctum*. Nam hoc delirium anno, (ſaltem κατὰ δόξαν,) ætatis XXXV., & *quarto* jam expleto ab aſſumto nomine *Spiritus Sancti*, tranſtulit in Civitatem *Caſchar*. Itaque ne ea quidem *epocha*, quam nos *veri natalis* appellavimus, cumque an. Chriſti 228. conjunximus, tanquam certa ac ſtabilis figi poteſt. Quid enim certi de Manetis ætate ſtatuas, in qua tripartita periodus annorum vitæ, rerumque geſtarum ſeries eo artificio diſtinguitur, ac ſimulatur, ut non *ſuæ*, ſed *Chriſti* ætati reſpondere cogatur? Ex vultu, opinor conjecturam fecere homines de numero annorum, quos Maneti tribuerent. Quæ res, ut conjecturæ ſolent, in varias ac diſcrepantes ſententias Veteres diſtraxit Hiſtoricos. Ob eam cauſam Acta edita Archelai annos LX.; Mſs. vero LXX. adſcribunt Maneti, quo tempore in Vico Diodori ab eodem Archelao victus profligatuſque eſt: Et *Xacam*, quem cum Manete eundem facimus, vita functum tradunt Japonenſes an. ætatis LXXIX, Tibetani LXXX. Totidem enim ac multo etiam plures, dum quis

An. XXX. ætatis ſuæ cepit *Manes* hæreſis monſtra promulgare, ſeſeque dicere *Spiritum Paraclitũ*.

De Manetis ætate a vero natali ducta nihil certi ſtatui poteſt.

Cur in annis vitæ *Manetis*, *Xacæ*, & *Buddæ* ſupputãdis diſſentiãt Scriptores noſtri, Tibetani, aliique, cauſa eſt *triplex annorum periodus* ab eodem Manete artificioſe cõpoſita, ac ſimulata.

quis ita velit, tribuere ſinit ætati *Domini Jeſu* infame iſtud *Evangelium Infantiæ*. Nulla propterea reliquit indicia de rebus a Chriſto geſtis per breve illud annorum ſpatium, quod a Baptiſmate & ab initio Prædicationis ad diem uſque Crucifixionis effluxit.

Manes non tantum genere, & Religione *Buddiſta*, ſed & *Budda* ipſe, hoc eſt Pſeudo-Chriſtus, *renatus* habitus eſt a ſuis.

CXXXVIII. Quamobrem, ſi hæc omnia eô referas, quô referri debent, perſpicuum fiet Manetem non ſolum ex *Buddiſticis* ſive Parentibus, ſive Magiſtris & genus, & religionis arcana accepiſſe, ſed ipſum etiam fuiſſe *Buddam* a Semichriſtianis ævo Apoſtolorum confictum, qui in eo *renatus* crederetur.

Ut impoſturæ cohærerent, cogebatur *Manes* dicere Chriſtum ex Virgine quomodocunque editum apparuiſſe.

Conſequens proinde erat, ut Manes vel invito *Beauſobrio*, *Buddam* prædicaret de *Virgine* natum apparuiſſe. Id enim Indi, ac Tibetani non tam de veteri, quàm de novo *Budda*, *Xacaque* tradunt. Et quanquam Manichæi Affricani vel *ſimulatam* Nativitatem Chriſto tribuere detrectarint; In ea tamen opinione nec volentes, nec ſatis ipſi inter ſe cohærentes, ſed nec omnes Manichæi, erant. Orientales aliud quiddam ſentiebant. Affricani præterea illud *ſimulatæ Nativitatis* genus in Chriſto fateri verebantur, quod præſeferret puram virtutem Patris luminum illigatam *materiæ* ex malis organis uteri prodeuntem, non illud, quo ſublata ſpecie vinculi materialis nudam quamdam apparitionem Filii Dei e quovis latere Virginis intelligebant. Maneti Præceptori ſucceſſit in remotioribus illis *Orientis* Regionibus *Ada* diſcipulus, qui

Adas in Oriente ſucceſſit Maneti.

& *Adas*, *Adana*, aut etiam *Adamantus* vocatur. In eo quoque *renaſcitur Budda*. Is etenim eſt, qui Βάδδας *Baddas* dicitur a S. CYRILLO Hieroſolymit. *Cathec.* VI., Βούδας *Budas* a Photio, & a Petro Siculo Βούδδας *Buddas*.

Fò, ſive *Buddæ* Religio in extremis Orientis regionibus amiſſas vires recuperare, augereque cœpit vivente *Manete*.

CXXXIX. Religio *Fò*, ſeu *Buttæ* quanquam in Indiis, in Tibeto, in Sina an. circiter *Chriſti* LX. cito propagata fuiſſet, vix altero evoluto ſæculo langueſcere ac deficere cœperat. Sed vivente adhuc *Manete* mirifice refloruit, &

multo

multo quam antea latius diffundi, & amplificari ſubinde perrexit. Habes rem hanc lucùlenter demonſtratam tum in *Chronologicis Tabulis* noſtris ad annum 260. & 290., tum etiam in *Sinenſibus* apud D. *De-Guignes* T. I. & alibi in *H. Gen. Hunnor.* Vide P. II. ad an. 333. in *Sſe-tſu*, quod *Ceylan* aliàs *Ceylandib*, & *Serendib* Hiſtoriograhus noſter interpretatur. Sic enim ibidem ſcribit: *On y ſuit la loi de Brahmes, & l'on y adore* FO. An. Chriſti 405. miſit Rex ad Imperatorem Sinæ *Gan-Ti* ſtatuam auream *Fò* adamantibus exornatam. An. 430. Rex *Yue-gnai* memoratur addictus Religioni *Fò* in Regno *O-lo-tan* ſito *in Inſulis ad meridiem Indiæ* verſus *Borneum*. Idem teſtatur de *Siao-Yen* Sinenſi ad annum 502. & ſeqq. De Manete præſertim Tom. I. Part. 2. pag. 337. ſub anno 552. iſta refert: *Manes qui forma ſa Religion en partie ſur le magiſme, en partie ſur le Chriſtianiſme, porta lui-même ſa novelle doctrine dans le fond du Turkeſtan & dans le pays d'Igour où on lui éléva des Temples. Sa Religion penetra même juſqu'à la Chine*. *Beauſobrius*, qui Eccleſiæ Patres tanquam calumniatores vituperat, ubi tradunt Manetem feciſſe ſe *Dei Filium Chriſtum Jeſum*, & *Spiritum Paraclitum*, attendat animum ad hæc, quæ *De-Guignes* tam aperte, ſincereque teſtatur. Templa nunquam profecto Maneti, niſi ſe tanquam *Deum* aliquem oſtentaſſet, vetuſtiſſimi Turkiſtaniæ & Oviguræarum Regionum populi erexiſſent. Ea vero delubra eſſe puto, quæ idem ipſe *De-Guignes* ſita narrat ad *Acſou*, & circum *Cara-khatai* in Regno *Kiu-tçu*, ejuſque Urbibus, & Oppidis ſub duobus Hanis *toutes environnées de Murailles, & dans la ſuit, on y a bâti pluſieurs Temples de Fò*, art. VI. Deſcription. Magn. Tartar: In monte *Tim-ko-kam* Ovigurorum non procul a *Turphan* art. VIII. de *Tche-ſu*: In *Hiang-tai-chan* monte alio Regionis *Ovo-Leang-ho* ex Geographia *Mim*

Cap.

Incolæ *Ceylan* adorant *Fò*.

Statua *Fò* miſſa a Rege *Ceylan* ad Imperatorem Sinæ an. 405.

Rex O-lo-tan in Inſulis Meridionalibus an. 430.; & *Imperator Sinæ* an. 502. Cultores *Fò*.

Templa erecta *Maneti* in *Turkiſtania*, & *Ouigur*.

Nova *Manetis* Religio, *Guigneſio* teſte, *Sinam* pervaſit.

Ex Templis erectis *Maneti* quod argumenti genus ſumatur ad refellendam temeritatē *Beauſobrii* calumniæ crimen objicientis Eccleſiæ Patribus in cauſa *Manetis*.

Ubinam gentium Templa fuerint erecta *Maneti*, ex *Guigneſio* in Hiſtoria Tartarorū conjicitur.

Cap. II. *cit. Deſcript. art.* 2.: In Scythia cis Imaum, ubi nationes *Nomades*, & frequentiſſimæ *Kam-kiu* aliarumque circumjacentium Regionum colunt *Fò*, ejuſquè Religionem ſequuntur. De his accipe, quæ nos excerpſimus ex cap. III. laud. *Chorogr. Tart.* art. 1. p. LXXI. *Luna ſeptima juxta computum Sinenſium adorant Spiritum Cœli; ejuſque Filium mortuum, & oſſa amiſſa dictitant. Adveniente menſe per anni circulum definito fœminæ virique ſimul pluſquam tercenti conveniunt veſtibus induti funebribus, & quo majori fieri poteſt doloris ſenſu per agros ſub dio effuſi clamitantes, quæritant oſſa Filii Dei. Quum demum ex improviſo erumpunt familiæ agricolarum, obviamque euntes lugentibus nudorum oſſium munera rite Illis ſancteque offerunt. Eaque, uti recte cogitanti apparet, oſſa non ſunt, niſi humani cadaveris, quibus pulpam in deſtinato clauſoque loco evulſerint canes.* Quid ego conjiciam? Suntne iſta *Iſiaca ſacra* amiſſi inventique *Oſiridis*; an vero magis *occiſi Manetis*, *Buddæ* ſcilicet *mortui*, & mox *renaſcentis* ænigmata? Sic enim Buddiſtarum ſententia, ut non ſemel diximus, unus, idemque *Supremus Lhama moritur* ſimul & *renaſcitur*. Quo ſane præſtigiarum genere haud temere credideris ipſius Chriſti mortem & reſurrectionem, Manichæorum more, involutam fortaſſe ac ſimulatam repræſentari. *Spiritum Cœli adorabant etiam Populi Ien-tchi*, quod tamen, ut idem Scriptor pag. XXVIII. opportune admonet, intelligendum eſt *de iis, qui primo & ſecundo ſeculo poſt Chriſti adventum in iis Regionibus verſabantur*. Spiritus Cœli idem fortaſſe erat ac *Xaca*, vel *Spiritus vivens* Manetis cognitus ex doctrina Coryphæi Scythiani; niſi, [quod ego mallem,] hujuſmodi cultus propagationem ſerius etiam referendam cenſeas ad Sec. Eccl. III. Ineunte ſec. IX. an. 807. *Teng-li-pi-kia-khan* ſtatim ac Tartarici Regni *Hoei-ke* hæres & Princeps conſtitutus eſt, Legatum ad Sinum

Incolæ *Kam-kiu* vel *Kang-kiu*, aliàs *Captchaq*, & *Aſtrakhã* adorãt *Fò*, & *Spiritum Cœli*: *Filium* Spiritus Cœli *mortuum*, illiuſque *oſſa amiſſa* plorant. Oſſium inventionem quo ritu peragant.

Ien-tchi Tartarorum populi in *Bukharia minori* adorabant *Spiritum Cœli* priſcis Eccleſiæ temporibus.

Spiritus Cœli *Xaca*, vel *Spiritus vivens* Manetis.

num miſit cum comitatu *Aſcetarum Fò*, quos Sinenſes appellarunt in eorum temporum hiſtoriis *Mo-ni-ſem*. Eoſque exiſtimat *Guigneſius*, *Manichæos*. *Appellantur*, inquit T. II. H. G. T. pag. 24. *Mo-ni-ſem*, *Bonzii Moni*, *aut Mani*, *quod eſt nomen ipſum Manetis*. Geographus Nubienſis Sec. XII. meminit *Saducæorum* in Regione *Tantabee*, quæ ſpectat ad Tibetanos. Manetem vero ejuſque aſſeclas *Saducæorum* nomine indicari, neque ignorat, neque diffiteri potuit *Beauſobrius*. Quanquam ægerrime ferat veteres Eccleſiæ Scriptores, qui *Manichæos* ſic nominarint. *Lhaſſa* caput eſt univerſæ Religionis Buddiſticæ: *Eſt*, inquit Guigneſius T. I. P. II. pag. 234., *le rendez-vous des Brahmes de l'Indoſtan*, *des Bonzes de la Chine*, *&* *des Lamas de la Tartarie*. Et quidem ex ultimis Tartariæ finibus eô voti cauſa adeunt ſupplices peregrini Buddiſtæ, mittuntque Viri Principes munera. Vita functo an. 1730. Rege Tartarorum qui *Turkut* audiunt, ſedeſque tenent ad *Irtiſch* fluvium inter Occaſum, & Meridiem, Regni hæres Filius, & Vidua Mater de ſolemni Parentalium pompa decernunt. Iis jubentibus conſcendunt navim ſelecti Proceres, quorum in comitatu homines erant familiares tercenti: portum tenent in Sina, indeque *Lhaſſam* perveniunt anno ſequenti 1731. menſe Octobri. Ibi argenti, & auri multum, aliaque ſplendida munera ordini cuncto Lhamarum, Cœnobiis, Templiſque largiuntur, ut vota, ſupplicationeſque pro Regis anima ſolemni Buttantium ritu perſolvant. Gens ea eſt, quæ ſe finitimo Moſchorum Imperio non ita pridem ſponte ſubjecerat, ſeſeque prodidit quamdam veluti umbram Chriſtianæ Religionis tenere, quam novi *Xacæ*, *Buttæque* contaminatio undique verſum fœdarat.

Mo-ni ſem ideſt *Manichæi*, Bonzii Fò in comitatu Legati a Rege Tartaro ad Sinũ Imperatorẽ miſſi an. 807.

Tantabee apud Nubienſem Geograph. Tibetana *Saducæorum* Regio, Sedes *Manichæorũ*, Sec. XII.

Manichæos Saducæorum nomine a Veteribus nuncupatos *Beauſobrius* non diffitetur.

Bramhanes Indoſtani, auctore *De Guignes*, Bõzii Sinenſes, & Lhamæ Tartari *Lhaſſam* colunt tanquam Caput, & centrum Religionis.

Rex Tartarorũ *Turkut* e confiniis Moſchorum miſſa Legatione obſecrat an. 1731. *Lhamas* Lhaſſenſes, ut preces & vota Buddiſtico ritu faciant pro anima Genitoris vita defuncti.

CXL. Ad hæc turpiſſimæ Religionis portenta conſervanda Scholæ publicæ inſtitutæ ſunt. Omnium Princeps *Lapranga* eſt in Urbe Lhaſſa Provinciæ *V*. Qui Docto-

Scholæ Publicæ Tibetanorũ, XII.

I. *Laprãga* Lhaſſæ.

ris lauream in ea conſequi velit, ingentem æris ſummam effundat neceſſe eſt, præſertim ſi *Supremus Lhama* ſolemni inaugurationi interſit. II. *Brepungh*. III. *Serà*. IV. *Sambu*. V. *Kaden*. VI. *Traſcilonba* in Provincia *Tzhang*. VII. *Cetrolin*. VIII. *Takpò Tratzhang* in Regno *Takpò*. IX. *Ngari Tratzhang* in agro *Logà* [ni *Lopà* dici debeat] ad Meridiem *Lhaſſæ*. X. *Ravatò* in Territorio *Gnetang*, quod vix diei iter Occaſum verſus diſtat a *Lhaſſa*. XI. *Ravame* in Civitate ipſa *Logà*. XII. *Sechia* [aliàs, uti traditur, *Sachion*,] biduum diſtans, ſi iter ad occaſum dirigas, ab Urbe *Sgigatzè*.

II. *Brepung*.
III. *Serà*.
IV. *Sambu*.
V. *Kaden*.
VI. *Traſcilonbà*.
VII. *Cetrolin*.
VIII. *Takpò Tratzhang*.
IX. *Ngari Tratzhang*.
X. *Ravatò*:
XI. *Ravame*.
XII. *Sechia*.

Scholæ publicæ in Cœnobiis.

E Sina, Turkiſtania, ac Tartaria omni cõfluũt ſtudioſi juvenes ad publicas Scholas Tibetanorum.

Nomen Gymnaſia accipiunt a Cœnobiis *Xacaitarum*, in quibus litterarum ſtudia unice florent. Ad ea confluunt *Tibetani*, *Sinenſes*, *Cokonorei*, *Caſimirii*, *Jonkari*, *Caskarenſes*, *Jerchendii*, *Kaſakii*, *Camulii*, *Turphanenſes*, *Amdoenſes*, ſtudioſi denique omnes ex univerſa *Tartaria* a finibus uſque *Turkut*.

Quas artes, ac diſciplinas in Scholis doceant Lhamæ Tibetani.

Traduntur in Scholis ars logica, aliæque ſeveriores diſciplinæ, Philoſophia, Aſtronomia, Medicina, & ipſa cum primis Theologia, quæ tota ſita eſt in infandis myſteriis, ac tenebroſis ænigmatibus *legis* Xacæ.

Ordo ſtudiorum.

In abſolvendo ſtudiorum curriculo *annos* inſumunt omnino *duodecim*. Alternis menſibus qua publice, qua privatim ſtudioſi Juvenes diſputationes in Cœnobiis inſtituunt: ſolemne vero experimentum annis ſingulis ſemel & iterum de ſe edere tenentur in *Templo*. *Enthymemate* in argumentando utuntur frequentiſſime; ſed, ut alia complura inverſo ordine agunt, ſic & inverſo ordine quæ propoſitio *conſequens* eſſe deberet, locum apud eos obtinet *antecedentis*. Scientiarum orbem ex præſcripto emenſi inſignia *Doctoris petunt*.

Doctoris Laurea quo ritu tradatur.

Qui idonei ſunt, & non minus doctrinæ viribus, quam auri copia valent, extremum ſubeunt diſcrimen coram univerſa Lhamarum turba. In Templum veniunt, provocantur ad reſpondendum, objecta ſolvunt, quodque pars eſt poſtrema periculi, Academiæ Præſidi, Magno ſcilicet *Lhamæ* Cœnobii

nobii

nobii præfecto graviora quædam objicienti ſatisfaciunt; ſic judicium de eorum virtute fertur. Tum tota plaudente caterva *Rabgiambæ* inſignibus exornantur; ritumque abſolvit traditio ſacri diplomatis, quo uno ad *Legem* publice tradendam, & ad alias Buddiſticas dignitates conſequendas aditus aperitur. Qui vero ingenio, & eruditione minus valent optatos honores impetrare ſolent in Cœnobiis *Tzetang*, & *Gnamrim*, quorum primum triduum, alterum viginti dierum iter, diſſitum eſt ab Urbe Lhaſſa in Provincia *V* ſic dicta, quod quaſi umbilicus ſita ſit in medio Tibeti. Iis enim duabus Academiis *gratia* hujuſmodi Doctores creandi conceditur. De publicis Magiæ ſcholis, in quibus *Ngarambæ* Magica laurea decorantur, vide p. 242. Magia enim pars eſt doctrinæ, quæ continetur in *Khaghiur*, in iis ſcilicet Voluminibus, quæ multo ante commemoravimus, *Xacaicæ* legis.

Mediocris doctrinæ cădidati creantur *Rabgiambæ* in *duabus Academiis* minoribus *Tzetang*, & *Gnamrim*.

Scholæ ad *Magiam* tradendam in Tibeto publicæ.

Magiæ Doctores *Ngarambæ*.

CXLI. Novem ſunt gradus & munera, quibus diſtinguuntur Religioſi Buddiſtæ. Eorum indicem ſub uno aſpectu ponere juvat. Hunc igitur inter ſe ordinem ſervant.

Religioſorū Xacaitarum gradus, & ordines, IX.

I. བླ་མ་ eſt *Lhama*. II. དགེ་བའི་བཤེས་གཉེན་ *Chevè-ſegnen*, Prædicator nimirum & Promulgator legis. III. རབ་འབྱམས་པ་ *Rabgiambà*. IV. སྔགས་རམས་པ་ *Ngarambà*.

I. *Lhama*. II. *Chevè-ſegnen*. III. *Rabgiambà*. IV. *Ngarambà*.

V. དབུ་མཛད་ *Uzè*, corrupte *Onzè*. Is eſt *Præfectus Muſicorum*, dum ad ſacras Hymnodias, ad prandium, & ad cœnam in Templo conveniunt. *Uzè* in Aſceteriis quatuor *Serà*, *Brepuhng*, *Kaden*, *Putalà* ſeligitur a *Supremo Lhama*; in reliquis vero a *Lhamis Cœnobiarchis* accedente conſilio ſeniorum. De hujus Inſtituti auctore plura non quæram. Illud tamen non erit diſſimulandum, quôd inter multas magnaſque laudes Manetis, artis etiam Muſicæ peritiam in eo mire extollit *Beauſobrius* Tom. I. H. M. pag. 157. *Il poſſé-*

V. *Uzè* Præfectus Muſicorum.

Manes Muſicus excellentiſſimus, Inventor *Chelys*.

poſſédoit parfaitement la Muſique , *&* *l'amoit beaucoup: auſſi, dit-on, qu' il inventa un Iſtrument, nommè* Choelis.

Chelyn pulſat Deus *Chia-cin* in vertice Montis *Righiel*.

Chelys ſive *Citharæ* ſpeciem præſefert Inſtrumentum muſicum, quod digitis pulſat Tibetanus *Chia-cin* ſedens inter delicias ſuper cacumen montis *Righiel*. Sed Χέλυς Heſychio dicitur : *κιθάρα ἀπὸ ὀστράκου Χελώνης Citharæ quaſi ex oſſe teſtudinis*. Indicæ *teſtudinis* arcanum repete ex p. 129.

Arcana *Chelys* inter fabulas Manetis quæ eſſe potuerint ?

Rurſus *χέλυς*, *λύρα lyra*, *μηχάνημα machinamentum*. Unde *Chelys* non *lyra* ſolum, ſed myſtice etiam inter ænigmata *Manetis* eſſe poterat *machina*, quam fabulabatur erectam a Filio Dei ad ſalutem animarum. Vid. p. 236. 237. Quod ſi, interprete *Beauſobrio*, Machina illa aliud nihil erat, quam *Zodiacus*, cur ego in *Chely*, in machina nempe Manetis, ſymbolum non deprehendam *concentus Orbium Cæleſtium*, de quo tam ſæpe Philoſophi, profanique Vates loquuntur? Tum verò Manes inventor *Chelys* idem erit ac fabricator, & auctor harmoniæ ſphærarum, ipſe ſcilicet Dei Filius Chriſtus Deus noſter, qualis inſignis ille deceptor haberi voluit. Χελοῦς iterum apud eundem *Heſychium* *μουσικὸν ὄργανον organum muſicum*. Tartarici populi, qui

Cultores *Buddæ* Muſica delectantur.

Religionem *Fò* ſectantur, muſica mirifice delectantur. De *Ouigureis* ſcribit *De-Guignes* in ſæpe laudata *Chorogr.* pag. XXXIII. *Rubruquis qui a traversè le pays d' Igour le nomme* Organum . . . *Il prétend que le nom d'* Organum *vient de ce que les habitans étoient autrefois bons Organiſtes, & Muſicien*. Morem gentis agnoſcit præſtantiſſimus Obſervator; quanquam nominis *Ethymon* parum veriſimile credat. Idem tradit de Tartaris *Kam-kiu* adoratoribus Numinis *Fò* pag. LXXI. *Ils aiment la muſique*. Quid, ſi hac arte tantopere delectentur, eamque colere affectent, ut *Buddæ* ſuo, Maneti nimirum, Magiſtro, & Inventori placeant, ejuſque inſtitutum, atque ingenium ſequantur? Χέλυς *Chelys* demum ὄργανον eſt *πολεμιστήριον inſtrumentum*, *ſeu organum*

num bellicum. Lahis enim præliantibus cum Lahmain ad partem occiduam Righiel, fidines *Chelys* attrectat *Khiacin*. Hæc autem ænigmata apertius fortaſſe explicabat *Gigantomachia* Manetis. VI. དགེ་བསྐོས་ eſt *Kekhò*, *Vicarius*, Xacaicæ diſciplinæ Præfectus. Ejus etiam munus eſt indicere *horas* univerſo Aſcetarum Conventui, ut ad orationem, ſacrumque cantum conveniant. Ad eos convocandos ſacrorum Miniſtri utuntur ſpecie quadam *tympani*, *campanula* ad formam Sinenſium, duabuſque tubis alte ſtrepentibus. Ubi multitudo confluxit, ſuſpenſi manent, quandiu ex alto Templi loco, ſignum veluti cæleſte precum auſpicandarum edatur, præcinente *tuba* ex *marina cochlea*, quam rectius *teſtudineam* appellaveris. Hujus enim *tubæ* clamore *Xacam*, ajunt, ſuperaſſe ſonos ceterorum omnium *Organorum*, quæ uno eodemque momento univerſum Cæli terræque ambitum commixto ſtrepitu commovebant. At *Kekhò* ſonorum tempora nutibus moderatur, & regit. VII. དགེ་སློང་ *Kelong*, qui *tertiæ Profeſſionis* vota nuncupavit. VIII. སྐབས་བཅུ་ *Khapcihù*, qui decem *tractatus* Xacaicæ Legis perfecte didicerit, eorumque penetraverit ſenſa. IX. དགེ་ཚུལ་ *Ketzhul*, de quo paſſim in ſuperioribus.

Chelys *Chia-cin* quo pacto eſſe poſſit Organum bellicum in prælio *Laharum* adverſus *Lhamain*.

VI. Ordo Xacaitarum.

Munera *Kekhò*.

Tympano, *Campanula*, *duabuſque tubis* convocatur ad publicas preces conventus *Xacaitarum*. *Tuba ex Cochlea marina* ſignum editur ſacræ *præcentionis*.

Tuba *Xacæ* ex cochlea marina, quam potens, ac prodigioſa.

VII. Ordo *Kelong*.

VIII. *Khapcihù*.

IX. & infimus *Ketzul*.

CXLII. Quam vero antiquum, & pervulgatum ſit *Lhamarum* nomen non in uno ſolum Tibeto, ſed & in remotioribus ipſis Scythiæ partibus, colligere licet ex his, quæ ſcribit *De-Guignes* ad an. 587. Tom. I Part. II. H. G. Hun. Lib. IV. de *Abaribus* p. 361. *Bocolabras* vocabatur, hoc eſt *Magnus Presbyter*, Scytha ille flagitioſus, qui cauſa fuit graviſſimi belli *Romanos* inter & *Abares*. At *Bocolabras*, Hiſtorico noſtro judice, idem eſſe videtur ac is, qui a Turkiſta-

Magni Lhamæ nomen in Scythia antiquiſſimum.


kiſtanis vernaculo ſermone appellatur *Mo-ho*, aut *Iko Lhama* Magnus ſcilicet Lhama. Nam & hujus dignitatis homines ex Bergeronio in *Itineribus* ab eo relatis ad annum 1620. obſervat a Tartaris vocari *Labaës*; quæ vox, ſubdit, parum differt a *Labraſ.* Quid poſtea? Dum Viri Graviſſimi judicio minutum quiddam divinando addere liceat; niſi forte in *Boco* voce præfixa *Labras*, (qui ob frequentiſſimam mutuamque commutationem *b* & *m* *Lamras* efferri poteſt,) lateat *Bog*, aut per *c* affinem *Boc*, Deus, in ore Manichæorum, qui *Bogomili* dicebantur: [Deos enim ſe faciunt Magni iſti Lhamæ Scythici:] conjicerem *Lha*, ſive *Lhamæ* nomen jacere inſertum Tibetanis voculis *Rimbo-cè*, tranſducta priori ad calcem vocis, quam Græci deinde, a quibus ante dicti Nebulonis hiſtoriam accepimus, ad nativam terminationem inflexerint; ſicque vocabulum fecerint: *Boco-lab-ras*. *Rimbocè* nanque titulus eſt honorificentiſſimus *Magni Lhamæ* Sgigatzenſis. Verum de his plura fari moleſtum eſt.

Templa Tibetanorum.

CXLIII. Templa habent, quæ ſpectant ad partem Cæli Orientis: eaque unius formæ ſunt, licet non omnia ejuſdem ſint magnitudinis. Ex *Lahpranga Lhaſſenſi* annis ab hinc centum & undecim reſtituta & amplificata judicium de reliquis facito. Hujus architectonica ratio ad eam accedere videtur, quæ in vetuſtiſſimis tum Ethnicorum, tum Chriſtianorum Baſilicis cernebatur. Exempla videas apud Cl. *Ciampinium* Part. I. *Veter. Monim. de ſacrarum profanarumque ædium* ſtructura Cap. I. Quibus addas velim *Stephaniæ*, *veteris* ſcilicet *Neapolitanæ Baſilicæ informationem* editam a Viro Summo, & incomparabili *Alex. Symmacho Mazochio* ejuſdem Eccl. Canonico, & *Script.* S. Interprete vere Regio in *Anteloq. Diſſert. Hiſt. de Cathedral. Eccl. Neap. ſemper Unic.* &c Part. II. Ichnographica pag. XXII. Quod ſi præterea intueri aveas ſpecimen Baſilicarum, quas Græcia Chri-

Ichnographia Templi Buddiſtarum Lhaſſenſium.

Pag.407.



Chriſtiana antiquitus oſtentaret, adiſis Scriptorem celeberrimum omni doctrinarum genere præſtantiſſimum *Petrum Franciſcum Fogginium*. Vide in excellenti ejus Libro *de Romano D.Petri itinere exercitat.* XX. pag. 471. Imaginem ΑΥΤΑΔΕΛΦΩΝ *Germanorum Fratrum SS. Petri* & *Andreæ* expreſſam *Ectypo* votivæ tabellæ a *Conſtantino* ΔΕΣΠΟΤΗ *deſpota* dedicatæ, & Florentiæ in Muſeo Riccardiano aſſervatæ. *Baſilica* ſubjecta pedibus SS. Apoſtolorum, eademque longis cincta porticibus, juxta *Græcorum morem* conſtructa eſt. Fac, obſecro, ut harum exempla tantiſper cogitando teneas, dum ego *Xacaicæ Lahprangæ* Ichnographiam, quo clarius fieri poterit, explicare ſtuduero.

Forum, ſive *Area* eſt ante *Pronaum* quadrangularis. Lateri ejus ortivo viæ Regiæ contermino ſtat medius ſuper *ſtylobatam* erectus inter arbores duas fronde ſalicum ſimiles *obeliſcus* LXX. circiter palmorum cum epigraphe Tibetana in monimentum ſempiternum concordiæ communis, & fœderis facti annis ante nongentis, & ſeptuaginta cum Imperatore Sinorum. *Lahprangæ* Templi Lhaſſenſis Ichnographia.

Totum ædificium in altum attollitur per ordines contignationum omnino tres. Totidem ſunt Porticus ſecundum *orthographiæ* rationes in fronte ipſa Templi. *Medianæ*, & *ſummæ* quandam *Pluteorum* ſimilitudinem gerunt. Inde Supremus Lhama, Rex, Chalonii, Viri Principes; Lhamæ, aliique forum omne, viamque proſpiciunt. *Prothyron* ſive *Porticus* inferior A A ligneis, [ut & reliquæ omnes,] ſuſtentatur columnis; quæ ſunt grandiori mole, magnificiſque operibus & cælatæ, & pictæ, & auro multo onuſtæ. Parietes picturis & ipſi, quantumvis rudibus, exornati acta *Xacæ* repræſentant. In hac porticu media oſtium eſt Templi ampliſſimum B valvas habens biſores anaglyphis & orichalco ornatas in antica, ferro in poſtica contectas.

Sta-

Statim a limine apparet Atrium CC, quanquam non apertum, ſed tectum contignatione prima. In ſiniſtro laterali pariete *a* patet aditus ad viam ſacram, de qua infra dicam, in dextero *a* exitus. Sanctum enim eſt, ut qui via ſacra incedunt Templum teneant ſemper ad dexteram. In muro medio *anteriori* D eſt oſtium internum.. Ante hunc ipſum murum, & ad oſtii latera ſurgunt utrinque pari numero columnæ lapideæ, & pilæ in angulis. Ex intercolumniis vero ſeſe conſpiciendas offerunt ſedes ſimulacrorum quatuor *b b b b*, quæ primo ſtatim obtutu quaſi coloſſos credideris. Sunt ea regiis ornata inſignibus, ſuiſque ſingula diſtincta coloribus, vultu *candido* unum, *rubro* alterum, tertium *flavo*, quartum *cæruleo*. Narrantque ſigna hæc eſſe IV. Indorum Regum, quos *Xaca* ad ſui Religionem miraculorum ope convertit.

Ex atrii Janua D magnum circumſpicis integrumque *Periſtylon*, Clauſtrum ſcilicet porticibus undique cinctum. Sed porticum EE, quæ proxime excipit ingredientes, rectius fortaſſe dixerim *atrium internum*; quum primum CC tanquam *externum*, & *commune* ſpectetur. Nam duo laterales aditus *aa* ducunt etiam ad ædes extra muros Templi poſitas. Nec eam certe eſſe puto, cui locus tribui debeat inter partes *ſtationarias* Templi. Tota enim hæc porticus caret *ſacellis adjunctis*: unde ſacra ſtationis ratio repetitur. Diverticulum denique eſt, & flexus viæ ad porticus laterales Sole præſertim ardente, & cadentibus imbribus; quo tempore ob *Impluvii* incommoda coguntur *Xacaitæ* deſerere rectam.

Jam Baſilicæ formam intueris. Figuram obtinet *parallelogrammi*. Naves in longum productæ, ſtratæque omnes pavimento, uti apparet, marmorato, *tres* numerantur. *Auſtralis*, & *Septemtrionalis* FF clauduntur porticibus tantæ longitudinis, quanta eſt continuata ſeries *ædicu-*

larum

larum quatuordecim cc, cc eiſdem porticibus ad utrumque latus æquali numero, alarum inſtar adjacientium. Singulæ autem ædiculæ januas habent, pleræque etiam feneſtras geminas munitas cratibus.

Mediana G *Impluvium* eſt, quale etiam erat, obſervante Ciampinio, in Gabiniano, aliiſque antiquiſſimis Romanorum Numinum ædibus. Inde Cæli facies conſpicitur, immittitur lumen, perque Templum omne diffunditur. Feneſtræ enim exteriores nullæ ſunt. At, quotieſcumque neceſſitas ferat, in promptu habent quaſi ductile ac verſatile tectum. Nam, ſi conventus & celebritas agatur, velarium eſt in faſtigio *Solarii* ceratum, ac probe translucidum, quod ſuperne extendunt, eoque totum Medianæ apertum aptiſſime tegunt. Sin autem vacuum ſit Templum ab omni turba, nec ſacer conventus agatur, velaria ſuper adducunt ſuta coriis Boum ſilveſtrium.

Naves transverſæ in eadem horizontali area duæ ſunt HH, II. Virgæ argenteæ innixæ Epiſtyliis columnarum exteriorum ambientium frontem transverſæ primæ HH, & latera *dd, dd* ſecundæ, ſuperpendent circumeuntes intercolumniis. Per has virgas excurrunt anuli pariter argentei, unde pendent multiplicia eaque pretioſa vela cum verſoriis ad claudendum & recludendum, quotieſcunque lubeat, ſeptum tranſverſarum; in quibus Religioſi inferiorum ordinum ſedent. Hæ ſpeciem aliquam præſeferunt *periboli*, ſive *chori* interſecantis navim medianam Baſilicarum Chriſtianarum; nam & ibi locus erat, ac ſedes minorum Clericorum. Vid. *Ciampinium* de Baſil. S. Clementis. Ex intercolumnio medio tranſverſæ poſterioris, *e*, ſuſpenſum manet tintinnabulum juſtæ magnitudinis, cujus malleum ex ligno conſtructum prætereuntes Xacaitæ, neſcio quo pietatis ſenſu ita movent, ut vice ſaltem ſimplici tinnitum edere exaudiatur.

Alæ ædicularum *c c*, *c c* una cum antepoſitis porticibus, ibi finem habent, ubi incipit K aſcenſus Sanctuarii; ſi tamen Sanctuarium liceat Chriſtiano homini appellare Antrum horribile turpitudinum Buddiſticarum.

Aſcendenti objicitur ad lævam Septum L cancellis argenteis clauſum. Sunt in Eo Abaci, unde monſtrantur Hieroglyphica Sacra, ferme quindecim, argento puro conflata, innumeriſque micantia lapillis. Horum aliqua prodigioſum illud ſyſtema Mundi, alia tranſmigrationum orbes, alia hiſtorias Xacæ mirabiliores contemplandas exhibent.

Poſt aſcenſum alia eſt *tranſverſa* M M a ſummo auſtrali gradu ad oppoſitum Borealem producta. In hac ſuperiori tot ſunt columnæ, quot ſunt in unaquaque inferiorum; quum & latitudo eadem omnino ſit.

Inde N N Area Sanctuarii tetragoni figuram retinens exſpatiatur. Ad dexterum ejus latus *ff*, *ff* ſacella, ſeu ædiculæ tres, totidemque ad ſiniſtrum aſſurgunt. In medio, O, locus eſt *ſacri tripodis*, quem inibi ex præſcripto erigere aliquando ſolent ad *ſuſtinendum*, ac perficiendum ſacrificium *Turmà*.

P, In ſummitate Templi Apſis eſt, ſeu *Cella* quadrata Numinis *Xacæ*. Hemicycli formam pars hæc ſumma Templi in Baſilicis Chriſtianis tenebat. At Tibetani Buddiſtæ hemicyclum ex inſtituto Religionis in quadratum vertunt. Quod & in ſemicirculata figura montis *Someru* Indorum præſtitiſſe cognovimus. Quanquam in hunc quoque locum, ut paullo poſt intelliges, quandam viſi ſunt hemicycli ſpeciem tranſtuliſſe.

Quicquid erat Presbyterium in Baſilicis noſtris CHRISTO DEO conſecratis, totum id, (dummodo unam, veramque Sacramentorum Divinitatem perpetuo excipias) magna ex parte accomodatum percipies ad aream Sanctuarii

rii *Lhamaici*. Ad Paraſtades oſtii cellæ Numinis eminet in dextera *g* *Thronus Lhamæ Maximi* ſuper gradus multos cum *Den*, culcitis ſcilicet ſive pulvinaribus quinque, ſplendide, ac magnifice exornatus. Sequitur ſedes fere æqualis *Magni Lhamæ Sgigatzenſis*, aliæque deinceps *Magnorum Lhamarum Renatorum*. Reliqui ſive Electi, ſive ſimplices Lhamæ, *Kelongii*, aliique ſeniores pro ſua quiſque dignitate ex ordine ſedent, donec *tranſverſam ſuperiorem* impleant. Septum, quod *Matronæum* dicimus, nullum habent. Unus eſt conſeſſus Regius, qui Septum Senatorium imitari quodammodo videatur. Sedem *h* in ſiniſtra tenet Rex Tibetanus majorem quam Lhamæ Electi, longe vero minorem quam Lhamæ Renati. Succedunt inferius iis *Den*, ſive pulvinaribus pluribus acervatim congeſtis inſidentes *Chalonii*, ſic dicti Senatores a regiis conſiliis, & ad Reipublicæ negotia tractanda ſelecti.

In ſummo eoque ſacratiori cellæ Numinis loco Q, Ara eſt maxima ſub lignea Apſide, quam vulgo *Tribunam* vocamus, in hemicycli formam conſtructa. Menſæ Altaris inſiſtunt ſtrata marmorea, & loculamenta plura gradatim diſpoſita. In ſuperioribus collocantur utrinque ſtatuæ minores *Lahar*um, & *Cianciubiorum* auro ſolido, argentoque conflatæ; in inferioribus vero lucernæ, vaſcula cum odoratis virgulis ad ſuffitum, & menſulæ ſuſtinentes pyramides ex hordeo ac butyro compoſitas, variiſque inſuper figuris, atque coloribus inſignitas; qua etiam materie & arte formati ac ficti ſunt flores diverſi generis in morem palmarum conſerti, interque tot ſuperſtitioſa Altaris ornamenta alternatim erecti. Ex elatiori gradu eminet giganteum ſimulacrum *Xacæ*. Senex eſt mitratus, indutuſque Pallio, quod formam referat Pluvialis inter Sacra Epiſcoporum noſtrorum Indumenta ſatis cogniti. Hic vero eſt, ubi per argenteos, inauratoſque cancellos auratam

 pari-

pariter fulvamque figuram Buddæ Legiſlatoris & contemplantur, & adorant Xacaitæ omnes.

In apſide Templi *Brehpungenſis* duæ ſunt laterales Januæ intra cancellos; Locus earum eſſet in *Lhaſſenſi i, i*. Sed has certo figere non poſſumus, quòd nullam de iis mentionem fecerit P. Horatius.

Porticibus inferioribus *Periſtylii* Mediani ſuperſtant, quos appellabimus Pluteos; Medianis item ſupremi. Solario teguntur ſubdiali, vernacula Italorum lingua, *laſtrico* juxta vocis ſignificationem a *Baldo* Urbinate traditam in *Lex. Vitruviano*. Pluteis tum mediani, tum ſuperioris ordinis adhærent ædiculæ eadem prorſus ratione, qua porticibus ordinis inferioris. Ex his Pluteis viri etiam laici, fœminæque omnes audiunt Lhamaicos cantus, ac ſacra proſpectant, quæ in Area ſanctiori a Xacaitis Miniſtris aguntur. Stationem ſimiliter tenent in imis navibus, præterquam in *tranſverſis*, niſi fuerint occupatæ a Lhamis, aliiſve Religioſis hominibus. In maximis namque ſolemnitatibus incredibili numero ad *Lahpranga* Templum confluunt ex proximis diſſitiſque Cœnobiis Aſcetæ Buttantes. Id autem quotannis accidere ſolet, quum dies feſti *Monlam* celebrantur. Formam Pluteorum adumbratam cernimus Romæ in Eccleſia S. Agnetis extra muros. Porticus & Plutei, quotquot ſunt, circumſpectantes *impluvium* ſive navim medianam, tecto proclinato bicubitali, eoque etiam inaurato, quaſi perpetua ſuggrunda proteguntur. Singuli præterea ordines projecturis coronarum auro obductis diſtinguuntur ſimul & exornantur.

Sacellis *inferioribus* Sanctuarii ad Auſtrale latus duo *media*, duoque etiam ſumma ſuperſtant. Totidem viſuntur ſuperinſtructa ad Boream. Quumque parietes Sanctuarii altius, quam pars reliqua Templi, eleventur, ſuperiora ſacella ſublime caput extollunt coronatum *ære*. *Tectum* eſt

iis

iis additum, quod *Teſtudinem Templi* appellant. *Ære* & iſtud ſtriato conflatum eſt. E lata baſi ſubnixa columnis, intortiſque ſtriis ceu comis atque cincinnis ornata, ſurſum verſus paullatim decreſcendo, ad ſimilitudinem Papilionum ac Tentoriorum, in faſtigium quadrangulatum nonnihil acutum attollitur. Umbilicus faſtigii *concha* eſt, quæ veræ Teſtudinis figuram induit. Innititur ea ſpiris, ſeu pulvinis tribus ſubjectæ menſulæ inſiſtentibus; floremque in vertice gerit per varios globorum ordines ſeſe erigentem in altum. Hujus pes e vaſculo ſurgit, & poſtquam caulis breve ſpatium ſcandit nodo in anuli morem cingitur, unde ſtatim gemma ſeu globus erumpit majoris peripheriæ. Maximo ſuperadjecti ſunt minimi donec in ſummo apice globus ſubſiliat magnitudinis mediæ. Flores propemodum ſimiles ornant angulos quatuor faſtigii. Sunt Iis plura auri coria, ingenti quadam profuſione, ſuperinducta. *Kip*, hanc Teſtudinem, ſeu *tholum* vocant Tibetani: Noſtri *Cubam*, *Cupulamque vocabulo de media Arabia evocato*, uti obſervatum eſt in *Lex. Vitruvian. Baldi aucto & illuſtr. aliorum doctiſſimor. Viror. Interpretationib.* Nomen Tibetanum an ab Arabibus acceptum ſit, prorſus ignoro. Idem tamen eſſe nemo dubitaverit, qui *Kipi*, vel *Kibi* per *v* Græcum, aut *u* Latinum pronunciarit addita terminatione maſculini vocabuli *p*, aut *b* ex linguæ Tibetanæ genio. Præter Teſtudinem maximam tegentem Aream Sanctuarii, ſunt minores quatuor, in quas deſinunt ſumma illa ſacella quatuor jam memorata.

Templum Brehpungenſe dividitur in naves *longas* quinque, & *tranſverſas* quatuor. Mediana *impluvium* non eſt, ſed cooperta tecto. In ejus tamen faſtigio medio magna relicta eſt Feneſtra; quam impagibus cratibuſque ferreis inſtructam, ceratoque velario munitam, dum eam circa cardines verſant, ſatis etiam commode, quandocunque

que velint, claudunt & patefaciunt. Pro triplici contignationum ordine tres apſides, triaque habet Sanctuaria, quorum alterum alteri ſuper inſtructum eſt. Et quanquam ſuperiora mole ac magnitudine anguſtiora ſint, majori tamen elegantia & apparatus ſplendore prænitent. Horum quodlibet *ærea* pariter inaurataque *teſtudine* tegitur.

Ad duo Sanctuarii latera *k*, & *l* indices traduntur Scalarum, quibus ad ſuperiora conſcendunt. Qui per aditum meridianum *k* inceſſerit, ſi ſpatium ingreſſus, quod inter viam ſacram, & muros exteriores Sanctuarii protenditur, oculos erexerit ad Porticus eiſdem muris adjectos, intuebitur primum *Coria* fere *innumerabilia* Animalium omnis omnino generis e tota contignatione pendentia; deinde *Monimenta magica* in varias claſſes diſtributa, quibus Venefici, & Ciokiongii Xacaici diabolicæ artis experimenta inſtituerunt.

Opera omnia ſculpta, atque cælata auro ubique argentoque collucent. Picturarum ſilva tam denſa, ac ſpiſſa eſt, ut parietum tegumenta vel in abdito quovis ædicularum receſſu aliud nihil ab imo ad ſummum oculis intuentium exhibeant, quam ſpurciſſima Xacæ myſteria, aliorumque Tibeticorum Numinum fabulas, vividis ſane coloribus, ſed abnormi penicillo expreſſas. Lacunaria & intercolumnia velis ornantur pretioſis, ac ſplendidiſſimis. Similia ſunt quæ ad columnas quadratas & ad parietes ex alto ſuſpenſa ſic in criſpas utrinque diducta undatim defluunt, ut divorum Imaginibus formoſa, ac elegantia ſerta componant.

Lucernarum numerus in maximis celebritatibus infinitus propemodum eſt. Quæ pavimento inſident, *Ahena* ſunt *Butyro* plena ad Elychnia multa fovenda; ſed quæ ad Aras, aut in locis aliis elatioribus collocantur, calices ſunt aut ærei, aut argentei, plerique omnes quadratæ formæ.

Ea-

Earum curam gerunt Sacrarii cuſtodes. Sunt ii Religioſi homines *quadraginta*, quorum Princeps & Caput appellatur. ཀུ་ཉེར་ *Khugnier*.

Γειδρωμις R R, R R, Via ſacra eſt ſive exterior circuitus Templi. Hac quaſi medii incedunt inter ſepes duas laterales τῶν *Manì*, dum *Coràm devotionis* cauſa inſtituunt. Sunt autem in hoc loco *Manì* Volumina cylindriaca, coriaceis alia, alia ligneis integumentis undique circumcluſa, interque geminas trabes horinzontaliter jacentes circa axem ad perpendiculum ita erecta, ut levi motu verti queant in orbem. Ea manuum extremitatibus prætereuntes certatim verſare ſtudent. Sunt hæc volumina plena ad ſummum uſque chartis pene innumeris, quæ ſcripta continent *Khaghiur*, aliarumque precum Xacaicarum, cum eleganti inſcriptione མ་ཎི་. Tantumdem enim eſſe credunt *Manì* ſemel convolvere, quantum ore omnia ſyllabatim recitare, quæ in chartaceis hiſce involucris minutiſſimis characteribus exarata comprehenduntur. Sic ad volutationum numerum meritorum ſummam conduplicari pro re certa tradunt. Hanc circuitionem *Coràm minorem* appellant. Major eſt, quum aut ædes *exteriores* Templo adjacentes perluſtrant, aut etiam *Lahpranga*, *Putalà*, & Civitatis mœnia orando circumeunt. Quidam tanto ſuperſtitionis impetu abripiuntur, ut non greſſibus, ſed *continuatis proſtrationibus* religioſum iter metiantur. Maxima circuitio, circuitio eſt totius Regni.

Itaque limitibus viæ ſacræ adhærent undique exteriores Ædes S, S. Earum facies vias publicas ad Auſtrum, ad Occaſum, & ad Boream ſpectat. Ad Ortum ultra duo *Prothyri* latera excurrit in T, T. Ordo inferior Regius Fiſcus eſt, ac ſacrum Ærarium, in quo tributa publica, oblationes

nes populi, & quæcunque ad Templi cultum ſunt neceſſaria, ſervantur. Duo ſuperiores continent cubicula *quingentorum* Miniſtrorum Templi, hoſpitia tum Magnorum Lhamarum, tum Virorum Nobilium, Tribunaliaſorum, ac domicilia *Chaloniorum*, Prætorium *Debayum*, Aulam Regiam ad Septemtrionem, in primis vero Domum Auguſtam Supremi Lhamæ ab occiduis lateribus Cellæ Xacæ per meridianos flexus longo tractu continuatam. Verum neque Rex, neque Lhama Maximus in *Lahpranga* perpetuo habitant; ſed ſtatis tantum anni temporibus commorantur, quoties pro ſuo quiſque munere ac dignitate majoribus Xacaitarum ſolemnitatibus ex ritu & inſtituto interſunt. Nulli mulierum fas eſt intra hæc ſepta moram ducere noctu. Chalonii, adminiſtri omnes, & ſervi laici, qui uxoribus uti velint, domus ſuas adire coguntur.

In area ad latus ædium Septentrionale V, ſedes eſt ex marmore, quam in frequentiori Religioſorum, Populorumque conventu per gradus quinque conſcendit *Scegnien* ad legis ænigmata explicanda. *Hinc nomen accepit*, dictaque eſt Βῆμα *Bema*, ſive *Sedes Legis*.

Plura extant minora Templa ejuſdem ſtructuræ in *Putalà*. Sed Maximum, quod eſt, non mole ſolum, verum etiam divitiis ac magnificentia, & cetera longe ſuperat, & antecellit *Lahprangam*.

Religio, litteræ, & lingua Tibetanorum longe lateque diffuſæ.

CXLIV. Buddiſtica Religio latiſſime quidem extra Tibetum porrigitur; ſed quæ una cum *litteris*, & *lingua Tibetana* diffunditur ejuſdem *Regni* Tibetani finibus continetur.

Regni Tibetani fines.

Totum vero Regnum clauditur ab *Ortu*, *Sinorum Imperio*, & *Tarcenton*; [quam Provinciam herbæ *Thea* varii generis feraciſſimam Tibetanis paruiſſe volunt antequam Sinenſis Imperator Tibeto potitus an. Chriſti 1720., eam in ſui ditionem redigeret:] Ab *Auſtro*, Regnis *Bengala*, *Lotenkè*,

tenkè, *Altibary*, *Mon*, *Brukpà*, *Lhobà*, *Lhokhaptra*, *Sciapadò*, *Bhà*. An hoc ultimum ad *Tibetanos* pertineat, lis eſt cum *Bahenſibus*. Quin etiam Imperii ſui terminos longius protrahi contendunt non ad *Sinam* tantum, verum etiam ad Pegu, & ad Tunkinum uſque. Clauditur *ab Occaſu*, *Caſimiriis*, parte Regni *Mogol*, *Nekpal*, *Morongà*: *A Septemtrione*, Magna *Tartaria*, *Usbek*, *Caſchar*, *Jonkar*, ad *Jarchend* uſque, & *Cokonor*. *Tzo-ngombò* appellant, hoc eſt *Tzo*, ut & Ægyptii Ϫco *Tſo*, lacum, & *Ngombò* cæruleum, quem Tartari vocant *Coko-nor* ἀπὸ τῦ *Coko*, quod item *Cæruleum*, & *Nor*, quod *lacum* deſignat; hunc enim colorem ejus aquæ referunt. *Sceling* quoque Urbem ſitam intra ambitum Muri Sinenſis, quod ſemel iterumque obſervavimus, ſuæ olim dominationi adſcribebant. In Militibus colligendis hanc ſervant rationem. Ternæ Familiæ dant militem unum; nullum, ſi omnes ſimul Marem unicum habeant. A tradendis militibus tanquam immunes excipiuntur inter alias Provincia *Amdoà* ſpectatiſſima, & Familiæ omnes, quæ pueros offerunt Monaſteriis *Xacarum*. Numerus ſolidus ſubditorum an. ſalutis noſtræ 1730. erat 33,000,000. Militum 690,000.

Legendorum militum ratio.

Provinciæ quædam, & familiæ omnes dãtes pueros Religioni, nullos dant homines militiæ Regis.

REGNA OMNIA

ET PROVINCIÆ DITIONIS TIBETANÆ.

REgnum *Latà* ſive *Ladak* conterminum ab *Occaſu*, Caſimiriis, & Mogulenſibus: ab *Ortu* Ngari: a *Septemtrione*, Tartariæ, qua ſpectat *Usbekios*.

In Caſimir Tibeti confinio tradunt Sinenſes natum eſſe Fò, *ſive* Xacam *an.* 1027. *ante Chr.*, *&* *Perſiæ Provincias peragraſſe*, *cujuſmodi ſunt* Sejeſtan, *&* *Zableſtan*. De-Guignes H. G. Hun. L. III pag. 223. *Tantam vero anti-*

De anno ac ſolo natali *Fò*, ſive *Xacæ* veteris, quid ferant annales Sinici apud *Deguignes*.

quitatem ſibi tribuiſſe viſus eſt in Lo-yam *Sinorum*, *Bonzius* Fo-tou-tching, *quum ad an. Chr.* 310., *ante multa ſecula ſe vixiſſe jactabat. De eo conjecturas noſtras dedimus in Tab. Chronol. Tibetan. ad an.* 260. *Attamen mecum præclare egeris, ſi* Fo-tou-tching *interpretaberis* Po-to-ſſin, *ſive* Buta Siſin. *Eſt enim* Siſinius *ejus indolis nomen, ut facile apud Sinenſes efferri potuerit ſono fere ſimili* τῷ Tching. *Tum vero intelliges hunc eſſe* Siſinium, *qui, juxta* Petrum Siculum, *&* formam abjur. hær. Manich. *apud Cotelerium*, Maneti in Pontificatu *ſucceſſit, non eum, quem Archelaus ad veram* CHRISTI *fidem perduxit. Sic ſolves objectum a* Beauſobrio *nodum* T. I. H. M. pag. 18.; *atque ita novum* Siſinium *repetes ex artificio* Manetis, *in tota Manichæorum ſecta receptiſſimo, quo nomen amiſſi* Siſinii *in alio diſcipulo renovarit. Id enim moris, ut noſti, inter Lhamas Tibetanos & hodie viget. Uberiorem ex his lucem accipit ſententia noſtra de* duobus Sciachis, *ſive* Buttis, *quorum alter præceſſit, alter ſequutus eſt adventum veri Dei Filii, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

Bonzius àc deceptor inſignis *Fò-tou-tching* in Sina cognitus ſub initium ſec. Eccleſiæ III., potuit eſſe *ſiſinius* ſucceſſor *Manetis*, *Budda* & ipſe *renatus*.

Regnum *Ngari* dividitur in Provincias tres, in *Ngari Sangkar*, *Ngari Purang*, *Ngari Tamò*.

Garinæos *commemorat* Ptolemæus *in Scythia extra Imaum ad Or. Montium Annibi, ſive Hunnorum.* Ie ne connois pas la ſituation, *ait* de his ſcribens De-Guignes C. I. Chrorogr. Tartar. art. VIII. *Videat Vir Cl. an iidem eſſe fortaſſe poſſint, qui* Ngari *vocantur a Tibetanis. Nomen profecto idem eſſe videtur. Sed mecum facile ſentiet, vel* Anaræos *eſſe ad angulum, ubi* Ptolemæus *montes cognomines cum* Imao *conjungit, vel certe, quod ego probabilius cenſeo,* Grynæos Sacarum [*Sinice* Ta-uon] *Populos inter* Aſcatancas, *&* Comedos, *proximos Turri lapideæ, & via quæ ducit ad* Seras *juxta eumdem* Ptolem. *in Tab. Scythiæ intra Imaum.*

Nga-

Ngari Sangkar habet, ad *Oc.* Ladak: ad *S.* Caſchar, & Tartariam: ad *Or.* Ngari Purang: ad *M.* Mogol.

Ngari Purang, ad *Oc.* æſtivum adhæret Ngari Sangkar, ad S. Tartaris: ad *Or.* Ngari Tamò: ad *M.* Mogol.

Ngari Tamò, ad *Oc.* adjacet τῇ Ngari Purang: ad *S.* Tartaris: ad *Or.* Provinciæ Tzhang: ad *M.* iterum Mogol.

Provincia hæc videri poterit nomen accepiſſe a Tamò *inſigni illo* Impoſtore, *quem uti Deum Indi, atque Sinenſes honorant. Plures ſunt Docti Scriptores, qui* Tamò *eundem eſſe credunt ac* Thomam *diſcipulum* Manetis; *eumque Magiſtri errores in* Indiis, *& in* Sina *latius diſſeminaſſe contendunt. Fieri certe potuit, ut* Thomas *vel in Syriam primum ex* Archelao, *vel in Judæam ex* Epiphanio *miſſus a Manete, in alias deinceps Regiones, in* Ægyptum *videlicet, quemadmodum teſtatur* Alexander Lycopolitanus, *& in* Indias *poſtremo diverterit, uti docuit* Theodoretus. *Armeni veteres appellarunt* Siuriam *Civitatem Principem, in qua ſederet Rex* Sinæ Chepnacur *dictus; Sinam fortaſſe,* Cathajam, *ubi Caſchar, aliaſque circumjacentes Regiones intelligentes. Monitum id volui, ne inveriſimile videatur,* Syriam *aliquando cum* Siuria, *aut* Sera *potuiſſe confundi ab Interpretibus* Archelai *in Actis Diſputationis Caſcharenſis, qua profligavit* Manetem.

Ngari Tamò, an a Tamò, Indorũ ac Sinenſium deceptore notiſſimo, ſic dici potuerit? Tamò, an Thomas diſcipulus *Manetis.*

Provincia *Tzhang* communes habet fines, ad *Oc.* cum Nekpal: ad *S.* cum Ngari Tamò: ad *M.* cum Lhò-Tenchè, & Bregion: ad *Or.* cum Provincia *U.*

Euntibus ex Nekpallenſium finibus Lhaſſam occurrit inter montium rupes Civitas Cutì, *Latine* Canis, *Tibetice* Gnialam, *aut* Tzong-tù *a nundinis, & mercatorum conventu ſic dicta. Præſidium & ſtatio eſt limitaneorum militum.*

Regnum *Bregiong*, aliàs *Bramaſcion*, a *S.* attingit Provinciam Tzhang: a *M.* Mon, Altibary, Brukpà ſive

Laltopivalà : ab *Oriente brumali* Lhobà : ab *Ort.* Caco, & Combò : ab *Oc.* Morongà, & Nekpal.

Lhobà *idem fortaſſe eſt ac* Lopà. *Neque enim in Tibetana Chorographia a* Pinnabillenſi *noſtro adumbrata locum alium reperi, qui aliquam cum* Lhobà *ſimilitudinem gerat.*

Sgigatzè *Urbs princeps eſt Provinciæ* Tzhang.

Provinciæ *U*, cujus Metropolis *Lhaſſa*, confinis eſt, ab *Oc.* Tzhang in Monte Cambalà : ab *Or.* Sciarbigontì : a *M.* Jalha, & Takpo : a *S.* Kiang in Ratren, & Talung.

Alluit Provinciam fluvius Tſanga, *confluens cum* Ciasùm *ad arcem* Ciuciur.

Fabulá Montis *Righiel*, vel *Someru* Geographo Nubienſi non omnino ignota.

Huc forte referri debet, quod tradidit Geogr. Nubienſis *P. IX.* Clim. *III. p.* 144. " Non procul ab Urbe Beruan & Ug ad Meridionalem earum plagam jacet Mons
„ Curuus inſtar litteræ ن, cujus apicem conſcendere nemo valet, niſi magno cum labore, & extremitas ejus
„ utraque copulatur cum montibus Indiæ. In imo monte
„ iſto ſuper humili ſolo conſpicies ædem quadrangulari
„ forma conſtructam, janua penitus carentem, ad quam
„ ſi vel cominus accedas, vel eminus ante ipſam tranſeas,
„ tale in te gaudium, atque hilaritatem ſenties, quale ſentit vino madidus. Imo fertur is, qui ad ædis hujus faſtigium aſcendere nititur, nunquam riſum continere, ſeſeque intus ædem ipſam præcipitem agere, nec ultra videri. *Montem* Righiel *a nobis expoſitum pag.* 185. *eum eſſe puto, quem hic deſcribit* Nubienſis. *Quumque fabulam Lhamarum Tibeti ignoraret, pro vero monte accepit, qui fictitius erat. Ædes illa* prodigioſa quadrangularis *in ſummitate montis, aliud nihil eſt, quam Regia Domus* ཀྱ་ཅིན Kiacin. *Hunc*, Hyacinthum *ex corrupto* Kiacin *appellat P. X. ſequenti ejuſdem* Clim. *Sic enim ſcribit* : " Non longe
„ ab

Fabuloſus *Hyacinthus*, cujus meminit *Nubienſis*, idem videtur ac Tibetanus *Kiacin*.

„ ab ipſa (*Urbe Regis* Charchir) jacet peninſula Hyacin-
„ thi habens iter ad continentem uſque protenſum: Ve-
„ rum hanc peninſulam ambit mons rotundus, cujus faſti-
„ gium attingere nemo valet, niſi poſt multas difficulta-
„ tes, laboreſque: ſimiliter neque peninſulæ ſolum de-
„ ſcendere quiſpiam poteſt. Referunt in ea reperiri ſer-
„ pentes lethales; & in ſolo ipſius copiam glarearum Hya-
„ cinthi maximam, earum vero partium incolas variis
„ quas norunt artibus hyacinthos illos expiſcari &c.„ *Ar-
boris quoque* འཛམ་བུའི་ Zampuh, *ſeu* जमुन Giamun *e ſinu
Maris* མ་དྲོས་པ་ Matrobà *ſurgentis ad latus Auſtrale* རི་
རྒྱལ་ Righiel, *vel* Somerù, *meminiſſe videtur* Nubienſis
pag. 69. *&* 17., *ubi de* Chamdam *fluvio Sinenſium maxi-
mo ita loquitur* " In hoc memorat Auctor libri mirabi-
„ lium eſſe arborem ingentem, ſublimem, quæ ex ferro
„ conſtare dicitur vocatam lingua Indica, Barciul [*ex*
„ *Hebr.* ברזל] fabricatam. firmatamque in profundo flu-
„ minis . . . . Prope ipſam ſedet homo quidam legens
„ librum, ac fluvium his verbis compellans: *O plene be-
„ nedictionum, & ſemita Paradiſi, quem & hominibus
„ oſtendis. Beatus qui hanc arborem conſcenderit, ſeque
„ ſuper columnam iſtam dederit præcipitem.* Hiſce ſermo-
„ nibus aliquis, vel aliqui ex aſtantibus commoti con-
„ ſcendunt arborem, ſeque ſuper columnam projicientes
„ incidunt in flumen & necantur . . . . Fertur autem flu-
„ vius Kanac [*Ganges ſcilicet*] in hoc flumen influere, vel
„ potius ex eodem fonte fluvii *Kanac* oriri. „ *Quam Si-
nenſium opinionem indicare fortaſſe voluit* De-Guignes
Chorogr. Tartar. p. XV. *His omnibus umbram fabuloſi mon-
tis* Somerù *Indici, vel* Righiel *Tibetani a* Nubienſi *deli-
nea-*

Arborem *Giamun* Indorum, & *Zampuh* Tibetanorum, adumbratam fortaſſe tradidit *Nubienſis* in *Barciul* Sinorum.

neatam opinor. Vividiorem imaginem habes in ſuperioribus. Inde lucem ad hæc plenius intelligenda accipies.

Provincia *Kiang* conjuncta eſt ad *Oc.* cum Ngari: ad *S.* cum Coconor: ad *Or.* cum Cahang: ad *M.* cum U.

Damna, *quæ inter Civitates Serica a* Ptol. *numeratur eadem eſſe videtur ac* Dam, *unde nomen accepit* Ducatus *Dam in hac Provincia ſitus. Præter ædem Regiam ac Nobiliſſimam Ducis, nullæ ſunt domus. Habitant Populi in tentoriis, partem maximam Tartari, reliqui Tibetani.* Dam *octiduum diſtat a* Lhaſſa. *Poſt* Dam, *biduo pervenis* Nak-cihu-kha *ad arcem quidem ultimam, ſed non ad ultimos Tibetanorum fines. Inde enim per longum iter dierum quadraginta nulla amplius ædificia extant, ſed ſola tentoria obvia habent Viatores. Incolæ omnes ſunt* Nomades, *interque armenta* Jak, *Boves nimirum ſylveſtres ingenti numero paſcunt. Lacte, Butyro, bubulis ovilliſque carnibus nutriuntur; aliudque nullum eſt ciborum genus, quam hoc unum, quod offerant peregrinis. Die quadrageſimo ad* Bicihu *venies. Bicihu fluvius eſt maximus, quem trajicies navi devectus conſtructa pellibus. Quum diem integrum navigaveris ſtationem tenebis noctu in Inſula ejus fluvii exigua. Inde rurſus diluculo ſolvens ſub meridiem in littore ſtabis. Ad ripas fluminis tibi ſpectanda ſtatim objicitur Gens alia* Nomadum *frequentiſſima. Hinc* Zolomam *abſoluto itinere menſis pervenies.* Zoloma *vero diſcedens eris die quinto in* Coconor, *ad fines Semptemtrionales Provinciæ* Kiang *Tibetanorum. Hanc eſſe puto, quam* Tangut *appellant.*

Provincia *Takpò* ampliſſima, in ſeptem minores *Takpò* dividitur. Habet ad *S.* Provinciam U: ad *M.* Combò: ad *Or.* Cahang: ad *Oc.* Tzhang.

In Takpò Cini *Hoſpitium eſt Patrum Capuccinorum.*

Provincia *Combò* his finibus circumſcribitur, ad *S.*

Takpò:

Takpò: ad *Or.* Cahang: ad *Oc.* Bregion, & Lhobà: ad *M.* Lho-kaha-ptrà.

Quòd Populi hi Meridionales labia gerant inciſa Lho-kaha-ptra *vocantur. Lho enim Meridiem, kaha* os, & *ptra* inciſum *deſignant. Inciſionibus infundunt colores varios, rubrum, flavum, cæruleum, alioſque. Pingunt ita Parentes indelebili varietate notarum tenellula labia infantium, ut cum adoleverint ore ſemper picti, ac variegati appareant.*

Kahang, Principatus, confines habet, ab *Oc.* Bicun, Takpò, Combò: a *S.* Cokonor, & Kiang: ab *Or.* Tarcenton, Sinam, & Amdoà: a *Mer.* Bengala, Pegu, ac Siam. Sed limites Meridionales incerti ſunt, nec licuit de iis certiora exquirere a Tibetanis; adeo periculoſum eſt apud homines ſuſpicioſiſſimos aliquantum curioſius, ac diligentius ſimilia inveſtigare.

Dividitur Kahang *in Provincias XII.*

I. *Tzava-kahang.* Fines ſunt, a *S.* Cokonor, & Kiang: ab *Oc.* Bicun, & Takpò: ab *Or.* Pombor-kahang: a *M.* Lho-kaha-ptra.

II. *Pombor-kahang* contermina eſt, ad *Oc.* τῇ Tzava-kahang: ad *Or.* Mingara-kahang: ad *M.* Bengala: ad *S.* τῷ Bicun.

III. *Mingara-kahang* attingit, ad *Oc.* Pombor-kahang: ab *Or.* Sinam, in finibus, uti reor, *Centoſu*, [*Tchang-te-foù*, ni fallor, apud *Deguigneſium*:] ad *M.* Pegù, (ſic enim ferunt:) a *S.* Cokonor.

IV. *Chetong-kahang* habet, ab *Oc.* Combò: ab *Or.* Tzava-kahang: ad *M.* Pegù, uti tradunt, aut etiam Siam: ad *S.* Cokonor.

V. *Ciungbo-kahang*, ad *Oc.* Talung: ab *Or.* Ciamtò: ad *M.* Sciapadò: ad *S.* Kiang.

VI. *Com-*

VI. *Comgiudurù-kahang*, ab *Or.* Kemorong: ab *Oc.* Kiang verſus *Dam*: a *S.* Cokonor: ad *M.* Bha.

VII. *Ciamto-kahang*.

VIII. *Kemorong-kahang*.

Superſunt IX. X. XI. XII., quarum ne nomina quidem ſciri potuerunt. Teſtiſque eſt P. Horatius fruſtra ſe laboraſſe, ut ſibi liceret ſtudioſius ſpeculari *Chorographicas Tabulas* in Regiis Ædibus *Lapranga* depictas; adeo nemini conceſſum eſt ex uno illo Archetypo vel rude aliquod Tibetanæ Chorographiæ exemplar deſcribere.

Amdoà Regnum, unde ad Urbem uſque *Lhaſſenſem* iter metiuntur ſpatio dierum *quinque circiter, & quadraginta*, conterminum eſt Sinæ ad *Or.*: ad *S.* Cokonor, & Kiang: ad *Oc.* Kahang: ad *M.* Tunkin, vel, uti etiam exiſtimant, Pegù, ac rurſus Sinam. De his tamen finibus incerti ſumus. Res enim Tunkinenſium, Peguanorum, atque Siamenſium parum cognitæ ſunt Tibetanis.

Provinciæ Regni Amdoà, *quatuordecim* numerantur. I. eſt *Ceniſgiungbà*. II. *Jarbá*. III. *Arà*. IV. *Margniù*. V. *Tzator*. VI. *Tarjong*. VII. *Tebò*. VIII. *Ngabà*. IX. *Sunggiù*. X. *Corlung*. XI. *Ciuſang*. XII. *Samlò*. XIII. *Tongor*. XIV. *Cungbung*.

Amdoenſes Populi ingenio pollent acerrimo, ac perſpicaciſſimo. Tibetana *lingua, quæ vernacula eſt, eleganter loquuntur; quanquam* Sinicam *etiam &* Tartaricam *calleant. Annis illis triginta, quibus verſatus eſt in Tibeto* Pinnabilenſis, *Academiarum Profeſſores, Doctores principes, Magni Lhamæ Renati, quique Supremum Lhamam a puero inſtituere ſolebant, omnes fere aut in* Amdoæ *Regno nati, aut oriundi erant ab* Amdoà.

Hor Regio inter *Tartariam*, & Provincias Tibetanorum *Ngari*, & *Kiang* quaſi media jacet.

Horenſes Nomades, ingenio ſunt rudi; crinem oblon-

gum

gum in contexti funiculi morem gerunt: veſtem, ornatum, & omnem vivendi rationem, ut Tartari, retinent; Tartarorumque lingua melius quam Tibetana loquuntur. Et quanquam Tibetanis pareant: Ii tamen nullum ex Horenſibus militem ſcribunt; quòd ſigna facile deſerant, & ad Tartaros amicos deficiant.

Jam ſi hæc noſtra Tibetanæ Chorographiæ adumbratio cum *Ptolemæi* Tabulis conferatur, Populos hoſce tam longe lateque fuſos eoſdem eſſe invenies, qui illius Geographi ætate partim in *Scythia* tum *intra* tum *extra Imaum*, partim in *Serica*, ac partim etiam in *India* comprehendebantur. *Deguignes* noſter in *Deſcript.* tam ſæpe commemorata *Magn. Tartar.*, *Emodios*, *Sericos*, & *Ottorocoras Tibetanorum montes appellat*. Sera Metropolis Sericæ, eadem eſſe poteſt ac *Serà* ad Or. Lhaſſæ, ubi Cœnobium, ac Templum Xacaitarum extat celeberrimum. Sed multo longius, extra Sericæ fines, Tibetanos excurrere, ex iis, quæ hactenus domeſticis eorum monumentis innixi protulimus, nemo non facile deprehendere poterit. Nunc autem qua via, peracta maritima navigatione ad Gangem uſque, *Lhaſſam* exinde pergere queas, oſtendam.

ITINERARIUM LHASSENSE

E SINU BENGALICO.

OStium Gangis.

Defunctus periculis, quæ plura ſunt in introitu, die primo Gangeticæ navigationis ſub veſperam procul in littore poſitam cernes Civitatem, quam vocant

Angelì.

Die tertio Navi egreſſus inviſere poteris

Calcatà.

Urbs eſt, & Emporium ſub poteſtate Anglorum. Sedem in ea tenet Gubernator Generalis, & Supremus Senatus ad regendas colonias in Bengala, aliiſque vicinis Regionibus collocatas. Liberum faciunt Religionis cultum. Catholici publicum habent Templum, ædemque Monaſticam Fratrum Auguſtinianorum Nationis Luſitanæ. Hi Miſſionum Apoſtolicarum curam, ac miniſterium gerunt: eorumque alteri Epiſcopus S. Thomæ Vicarii Generalis munus committere conſuevit.

Chandernagor Civitas ad ripas occiduas fluvii, & a Mari diſſita. M. P. CCXL.

Gallorum colonia eſt. Patres Jeſuitæ ejuſdem gentis homines Parochorum munere funguntur: Subſunt tamen Vicario Generali Calcatenſi. Hoſpitium, & Eccleſiam publicam, ex Decreto S. Cong. de Prop. F., poſſident Patres Capuccini ob communicationem, quam habent cum Miſſionibus Tibetanis. Nam ut in toto Regno Bengalico, ſic etiam in ditione Chandernagor Miſſiones Apoſtolicæ addictæ ſunt Auguſtinianis.

Cionciurat Civitas, & Colonia Hollandica.

Hoſpitium, & Eccleſia Auguſtinianorum.

Bandel, vel Bander Civitas, & Arx Huglì nuncupata.

Sub Rege Luſitano Iſtius Urbis Principe, antequam ab Oranzeb Mogollenſium Imperatore caperetur, cum in hac, tum in omnibus Bengalorum terris Chriſtiana Religio mirifice florebat. Cœnobium Banderenſe FF. Auguſtinianorum non tam ædium amplitudine, ac Religioſorum hominum frequentia, quam publicarum Scholarum ſplendore celebre olim, atque conſpicuum, hodieque ſpectatur; ſed ob adverſas temporum calamitates, habitatoribus, præterquam paucis, pene deſertum.

Saedabat: Aldea, ſive Oppidum, & Statio mercatoria Gallorum.

Cal-

Calcapur: Aldea, & Statio mercatoria Hollandorum.

Caſimbazar: Aldea, & Statio mercatoria Anglorum. M. P. CVI.

Præter hos, Armeni ſunt, Perſæ, Caſimirii, aliarumque exterarum gentium Mercatores, qui ad Oppida propter Gangem frequentiſſima, domos habent ampliſſimas ad ſerici negotiationem exercendam. Supra Caſimbazar dividitur Ganges *in alveos plures. Horum alter eſt, qui fluit contra* Chandernagor. *Ceteri in Orientaliores plagas diducti verſus* Dakà *in Mare labuntur.*

Moxudabat: Regia Civitas, & Sedes *Navab*, hoc eſt Magni Gubernatoris Bengalæ, ſub Tropico ad gr. 23. ½ in Imperio Mogolis.

Opulentiſſima eſt, & Mercatoribus frequentatiſſima. Habitatorum numerus ad decies quinquies centena millia accedere traditur. Muti-gil Gemma ſplendens; *& Hirangil* Adamas nitidus, *ſic appellatæ ſunt Villæ ſuperbæ, & loca deliciarum Regalibus ædibus magnifice, & eleganter conſtructis exornatæ. Religio Mahumetica dominatum tenet. Indi Gentiles majores numero ſunt, quam Mahumetani. Illi tamen nullas intra Urbis mœnia Pagodas habent. Circum Moxudabat, in toto illo tractu, cujus circuitus eſt centum quinquaginta mille paſſuum, bombyces nent ſingulis menſibus, ſuoque opere ingentem ferunt indigenis ſerici copiam.*

Bagankolà

Hujus nomen exponitur: Hortus Civitatis annonariæ. *Sunt enim ibi horrea refertiſſima, & promptuaria annonæ.*

Godagarì: Magna ac celebris.

Mortuſahanadì.

Sanctuarium Mahumetanorum.

Raggmol.

Finis ditionis, ſive Navabatus Hugolì.

Urbano Cancellario exhibetur Daſtoch *hoc eſt Tabel-*

la itineraria, quam viatores acceperant à Navabatu Hugolì, novamque accipiunt pro Navabatu Bhear, vel Patnà.

Sacrigalì.

Civitas, & Propugnaculum finium Regni Bengalici. Hinc longiſſima ſeries collium incipit, qui gradatim in majorem montium altitudinem verſus Occaſum æſtivum aſſurgunt; indeque veluti curſum flectentes in Boream, cum aliis montibus ceu catenati junguntur. Menſibus Novembri, Decembri, ac Januario vertices nive tectos procul oſtentant. Ex his originem Gangis vulgo repetunt Indi: Tigrium ac Bubalorum ſilveſtrium frequentia cum in inferiori, tum maxime in ſuperiori montium, ac ſilvarum tractu ad latera fluvii, major eſt, & periculoſior.

Galiagalì: Civitas, & Arx Beahrenſium

Baghalpor.

Giankirà.

Gorgàt: Oppidum, Gangis impetu pene dirutum, & exeſum.

Darbangà fluvius, poſtquam in ſui ſinum aquas *Bagmatì Nekpalenſis* recepit, influit in Gangem. Hinc Darbanga, nomine Bagmati Nekpalenſes præſertim appellant.

Mongher: Magna Civitas, ſed infrequens.

Ab Alexandro Magno conditam ferunt Indi, ducti, ut ego puto, fama plane fallaci. Sekander Azim vocatur ab Iis populari lingua Alexander.

Sita Kun, ſive *Sita Kunnus.*

Sanctuarium is eſt Bramhanum, *maximum; eorumque* pœnitentium *Conventu celeberrimum.*

Surggaraha: Oppidum.

Deriapur: Civitas ſubdita *Patnæ.*

Caladirà: Aldea, ſive Oppidum incolis frequentiſſimum.

Kandok, vel ut alii ſcribunt, Kandak fluvius originem,

nem ducens e Regno Turut, [ubi Academia Bramhanum floret,] delabitur in Gangem e regione Patnà. Gignit crocodilos majoris magnitudinis. Sitne Turut, idem ac Bourout, a Deguign. commemoratum, ignoro.

Patnà: Civitas ampla, & antiqua in Imperio Magni Mogolis; ſub gr. 26. m. 30. lat. ad Boream.

Navab Urbis Patnæ pendet a Moxudabatenſi. Incolæ ſupputantur decies centena millia. Indorum gentilium numerus triplo major eſt quam Muſulmanorum. Galli, Angli, Hollandi domos habent, & promtuaria ampliſſima ad ſal petræ, & opium cum primis, aliaſque merces recondendas. Textrinis, & opificiis goſſipinis varii generis plena Civitas eſt.

Hoſpitium Patrum Capuccinorum.

Itaque Gangeticum iter a Chandernagor in Patnà Urbem. M.P. DCCCC.

Si Patnà diſceſſeris, navigans fluvio ſecundo, octiduo *venies* Chandernagor. *At adverſo flumine, ex Urbe* Chandernagor *ſolvens,* Patnam *non venies, niſi poſt diem quadrageſimum quintum.*

Iiſdem occiduis oris poſt dies octo pedeſtri itinere adire poteris.

Bennares. aliâs *Casì.*

Accademia Bramhanum apud Indos omnium clariſſima. Hìc Xacam *in lucem editum ferunt Tibetani. Vid. pag.* 33.

TERRESTRE ITER A CASIMBAZAR IN PATNÀ.

Caſimbazar.		
Moxudabat.	M.P.	II.
Sarai-divan.		XIV.
Aurangabad.		XXII.
Sarcebad.		XVI.

Rag-

Raggmol.	XVI.
Sacrigalì.	XVIII.
Sanbad.	XVIII.
Colſnon.	XXIV.
Baſalpur.	XXIV.
Sultan-ſansè.	XVIII.
Safieſevad.	XVIII.
Navab-gansà.	XXVIII.
Terſanpur.	XXVI.
Bahr.	XX.
Daicentpur.	X.
Patnà.	X.
	M. P. CCCLX.

E Gange iter divertens Navim in *Kandac* inducis; diemque fere integrum fluvium adſcendes.

Singhia: Aldea.

Locus eſt negotiationis Hollandorum ad Ripam Orientalem Kandoc. Hinc uſque Lhaſſam iter omne terra conficitur.

Lalgang: Aldea.	M. P. I.
Patarà: Aldea.	VII.
Dubiaì: Aldea.	VI.
Shain: Arx	XII.
Meſsì.	XIV.


Prima Civitas eſt Regni Magni Mogolis venientibus e Nekpal Indoſtan verſus: ultima ex Indoſtan euntibus Nekpal. Hanc modo poſſidet Regulus Bettianus ea conditione, ut ſolvat quotannis Imperatori tributum 10000. *Rupì; ſic enim vocant quoddam monetæ Mogolicæ genus æquans æſtimatione Romana Julios argenteos fere quinque.* Meſsì *eadem ipſa videtur ac* Mutigar, *quam Kircherius a* Batanà, [*hoc eſt a Patnà*] *iter dierum X. diſſitam refert. Huc die V. pervenerunt PP. Miſſionarii Capuccini* Patnà *digreſſi.*

Kal

Kalpàghur: Aldea. XIV.
Barrihuà: Aldea. XVI.
Terminus Regni Mogolici.

Amanuh: Aldea ſub dominio Reguli Maquampur. XXVIII.

Toto fere itinere a Barrihuà Amanuh uſque, per aſperam, denſamque ſilvam, latam M. P. XXVIII., longam ab Or. ad Oc. c., inter cubilia Elephantorum, Rhinocerotum, Tigrium, Bubalorum, aliarumque ferarum non ſine vitæ periculo incedendum eſt. Noctu ad quatuor latera Papilionis geſtatilis magnis accenſibus ignibus, clamoribus, crebris boatibus, tympanis, armiſque ſtrepentibus procul arcentur Tigres. At bajuli, viarumque duces Idololatræ ſuperſtitioſis figuris, & incantamentis uti plerumque ſolent. Ex venatione ferarum uberrimi proventus obveniunt Principi Maquampurgenſi. In ſilva media rudera frequentia viſuntur: reliquiæ, [ut ajunt,] vaſtiſſimæ, & antiquiſſimæ Urbis Scimangada, *cujus Ectypon hîc damus.*



Mul-

Multa de hac Urbe fabulantur. Formam ſaxo inſculptam in publico Batgai foro hodieque demonſtrant. Nummi quoque veteres, ſed rari, inveniuntur, qui eandem referunt in labyrinthi morem ædificatam, ut in ſuperiori Ectypo. Heſondà, *ſive Hedondà Civitas celebris eſt, & præſidium limitaneum Regni Maquampur, vel ut Kircherius ſcribit, Marangiæ; quam etiam idem ipſe tradit a Nekpal tantum diſtare, quantum eſt iter dierum quinque. Ceterum Maquampur Regio ſilvoſa inter duo Regna Nekpal, & Bettia ab ortu in occaſum tranſverſa permeat.*

Giorgiur: Rus ad radices montium Maquampurenſium. XV.

Currus hìc, & Muliones ſiſtunt. Soli deinceps bajuli ad merces, ac ſupellectilia viatoria geſtanda uſui eſſe poſſunt; donec attingantur confinia Regni Tibetanorum. Hos vocant Indoſtani Barià; *quam forte vocem communem olim habuerunt cum Ægyptiis; apud quos* Barus ⲡⲓ-Ⲃⲁⲣ ⲣⲱϫⲥ *dicitur ex Kircher. in Scal. Magn. C.* X. *ceſticillus, ſive panniculus, ſuper quo onera geſtantur. Immo & Indi ipſi* Barì, *ſeu* Bary *appellant quoddam Inſtrumenti genus in ciſtæ formam inſtructum ad eadem onera ferenda. Singulis annis, redeunte Aprili, morbus* Ollà *nuncupatus incolam æque ac hoſpitem invadit. Sævit ubique per has regiones, qua late patent ex Indoſtan ad fines uſque Nekpal. Nec, niſi deſinente Novembri, penitus ceſſat. Multi ſunt, præſertim in imis, ac paluſtribus locis, qui tacti eo morbo pereunt, ni noctu obturatis diligenter ſpiraculis ſeſe domi contineant, aut quandiu vis morbi graſſatur, ni alio migrent, & montium ſuperiora conſcendant ad ſalubrem aera reſpirandum. Quanquam nec ſic omnes evadant incolumes; nam, etſi loca mutent, & cælo utantur benigniori, qui tamen ſunt in his terrarum tractibus nati, quaſi morbi ſemina ſecum ferant, eidem perſæpe obnoxii ſiunt. Ii, qui*

ſalvi

ſalvi ſemel evaſerunt, tuti, quavis anni tempeſtate, tum etiam, dum contagio viget, in his regionibus habitant, viaſque frequentant. Morbus primo impetu ſummam totius corporis quaſſationem ingerit, vires omnes proſternit, & caput dolore corripit acerbiſſimo: febrim deinde vehementem, angores, deliria, hemorrhagiam excitat: extremum denique fatum parit. Toti præterea Regno Nekpal infeſtus eſt per omnem anni curſum morbus Puſtularum, quas Variolas, *ſeu* Rubeolas *noſtrates appellant, Indigenæ vero* Sizilà. *Sed ne ea contagii ſpecies, dum latius ſæviuſque, quandoque furit, in fines Tibeti invehatur, conterminæ Provinciæ Gubernator attentiſſime cavet. Stragem enim repente edit in vulgum ab hoc morbi genere natura ſua alioquin immunem.*

S*imiarum, Pavonum, Pſittacorum, Turturum, Columborum viridium, aliarumque multarum avium agmina ubique diſperſa, jucunda ſecus viam ſpectacula exhibent, & itineris difficultates leniunt.*

Ne Simiam occidas, caveto. Hanc enim, & Vaccam occidere ſacrilegium eſt, quod iſtarum gentium ſententia, nonniſi occiſoris morte ac ſanguine expiari queat.

Poſsè: Aldea. VI.

Diſtat Regia Civitas Maquampur ab hoc Oppido, mille paſſibus 10. *extra viam. Iter plane horridum.*

Thegam: Caſtrum. X.

Limes eſt ditionis Regis Maquampur.

Bagmatì: Flumen ſacrum Regni Nekpal.

Kakokù: Flumen.

Khuà: Oppidum ſub ditione Reguli Patan XIV.

Ædificiorum, mæniorumque ſtructura cum noſtratibus comparandum.

Integrum Regnum Nekpal diviſum eſt in dynaſtias tres: Patan ſcilicet, Batgao, & Katmandù. Totidem

ſunt Reguli, in ſua quiſque dynaſtia dominantes; ſed adeo ſibi invicem infenſi, ut perpetua bella, & implacabiles prorſus inimicitias inter ſe gerant. Mercatores, aliique venientes ex Indoſtan, dum Khuam *tranſeunt, ituri* Batgaum, *monentur a* Pardàn, *a Præſide nimirum, ut in* Patan *Urbem divertant. Sic enim & publicæ ſecuritati, vigente bello, & vectigalium negocio Patanenſes conſultum putant. Inter* Khuam, & Batgaum *via eſt per amœnos colles facilis, atque ſuavis.*

Turriculæ ſex excubiis munitæ, propter viam uſque ad confine Patan.

Batgao, Indoſtanorum, Kuipò Nekpallenſium dialecto: Civitas Princeps eſt Regni Batgao cognominis. X.

Hoſpitium Miſſionum PP. Capuccinorum.

Duo ſunt inter cetera magnifica Idolorum Templa; alterum Beherò, *alterum* Bavani. *Habent in projecturis Tecti ſeriem* Campanularum, *quæ diu noctuque vento agitatæ ſonorum concentum edunt. Ante faciem Aedis* Beherò *pendent Tintinnabula V. variæ magnitudinis. Præter hæc, duo majora, pondo quodlibet librarum* 1000, *ad utrumque latus, extant inter columnas inferiores ad eam altitudinem ſuſpenſa, ut eorum malleus ab adoratoribus Numinis moveri poſſit. Ad latus ædis* Bavanì *pondo eſt multo majus; Maximum* 24000 ſerra *in conſpectu Fori.* Serra *pondus æquale eſt unciis Romanis quatuordecim. Numerantur in Urbe Familiæ* 12000. *Religio Brammhanum dominatum tenet; Buddiſtica a Tibetanis derivata cultores habet triplo minores, quam habeat Brammhanica.*

In Patan, *Indoſtanis, Nekpalenſibus* Helà *Urbe, & Regno ſic nuncupato, Familiæ cenſentur* 24000, *Buddiſtarum numerus triplo major eſt, quam numerus Brammhanum.* Bugr-devo Deus *eſt Tutelaris* Patanenſium; *Iidemque* Buddiſtæ *ſunt, qui in illius magnificentiſſimo Templo*

Mini-

Miniſtrorum, ac Sacerdotum munere funguntur. Bugr *idem fortaſſe ſonat, quod* Boy, *ſive* Bug *Bulgarorum lingua,* Deus, *cum adjuncto* ri *magnum ſæpe, & altum ſignificante.*

Ibi quoque Domus eſt PP. Capuccinorum, ubi mortalem vitam cum immortali commutavit P. Horatius Pinnabillenſis. Monumentum geminum, qualecunque illud ſit, Latinis litteris a Sodalibus, *Nekpallenſibus* a Balgobinda *Brambano ac Vernaculæ linguæ Præceptore, in illius ſepulcri loco extra mœnia Urbis Septemtrionalia inciſum, en habes. Legeſis.*

A R. P. FRANCISCVS HORATIVS A PINNA BILLORVM
PICENÆ PROVINCIÆ CAPVCCINORVM ALVMNVS
MDCLXXX. NATVS
INFIDELIVM CONVERSIONES OPTANS
A S. C. D. P. F. AD TIBETI MISSIONES MISSVS
XXXIII. AN. INTER INFIDELES VERSATVS
XX. EISDEM MISSIONIBVS PRÆFVIT
TANDEM
SENIO AC MORBO CONFECTVS ET MERITIS CVMVLATVS
LXV. AN. AGENS SECESSIT E VIVIS
XX. JVLII MDCCXLVII.
SVPERSTITES MISSIONARII
M. H. P.
A. M. D. G.

सम्बत ८६५· आषा ८· बदि ६· अगँ
Sambat 865. Akhà 8. badì 6. Agan

बालकुन्ह पाद्री फ्रांचेस्को वोराचीवो
Balkunha Padrì Phrancesco Voracio

धायाम्हाँ फ्रिंगी
Dajamhan Phringhì

थ्व नरत खुएस सुय स्वदातो ३३· सब्यम्हाँ
Tuoà bart kahnuſa ſuja ſuoàdatò 33. ſabjamhan

परमेश्वर या मग्ग बखाल्हा
Parmeſuor ja Marg bakhalha

डाँलि एला देस सिताः ॥
danli Helà Des ſcità.

Epitaphium a Balgobinda compoſitum Latine ſic eſt:

Anno a ſolutis debitis 865, *Cycl.* (*Aacha*) 8, *Lun. deficient.* 6. *Novembr.* (quo die Balgobinda ſcripſit) *Clariſſimus P. Franciſcus Horatius Progenie Phrancus in his Regionibus commoratus an. jam elapſis* 33. *Dei ſummi legem prædicavit: Poſtremo in Patanæ Civitate deceſſit.*

Mer-

Merces dat Regio iſtas: Ferrum, Aes, Orichalcum, & varia telarum, præſertim goſſipinarum, genera.

Katmandù, Indoſtan., Tibet. *Jangbu, Jàhe* Nekpal., Civitas Regia, unde Regnum omne nomen accepit. XIV.

Hoſpitium PP. Capuccinorum.

Indra Numen eſt Tutelare Katmandù. Templi Deæ Bavani *celeberrimi Cuſtos, & Miniſtra eſt ad quartum uſque ac decimum ætatis annum Virgo Veſtalis Buddiſtis nata Parentibus.*

Familiæ in ea ſunt 18000. *Bramhanica, & Buddiſtica Tibetanorum Religio peræque colitur.*

Sankù: Oppidum. XII.

Huc denique conveniant neceſſe eſt, quotquot ex Indoſtan iter in Tibetum inſtituunt.

Langur: Villa. VIII.

Via eſt inter Ortum, & Boream, difficillima.

Koskà: Fluvius Navi trajiciendus.

Sipà: Villa. XVIII.


Cioprà: Villa. XVIII.

Kitzhik: Fluvius.

Nogliokot: Aldea. XX.

Ædiculæ plures, Tibetanorum more, Sciacchæ Tobpà dicatæ. Lapides crebri occurrunt, quibus leguntur inſculpti hi characteres.

Magica Numinis Invocatio ornata Capite *Hom.* & cauda magiæ *Gnia.*




Ædes ſacra Xacæ; in qua Lhamiſſa Cuſtos vertit *Manì.* VI.

Hanc adumbratam cernes Tab. ſequenti. Spectabilis in ea eſt Teſtudo quadrifrons. Unicuique enim fronti gemini inſunt infixi oculi humanis ſimillimi. Teſtudini ſupereminet Pyramis deſinens in magicum inſtrumentum Torcè.

Ejuſ-

Ejuſdem formæ ſunt reliquæ fere omnes Pagodæ minores.



Paldù : Aldea. VIII.

Via magis ad Boream.

Neſtì: Aldea, Arx, & Præſidium limitaneum Regni Nekpal. VI.

Rus quoddam a Tibetanis hominibus inhabitatum, ad ima rupis. II.

Altero ab hoc rure milliario, per anguſtiſſimas ſcalas ex ſectis mobilibuſque lapidibus ſtructas aſcendis deſcendiſque ex altiſſimis rupibus ad oram ſemper immanis præcipitii. Valles ſubſunt, paſcua pecudum, agri paluſtres, &

ſata

ſata oriza, quam Huhà *Nepallenſes* Nè *Indoſtani*, Brè *Tibetani appellant.*

Dunnà: Aldea. XIV.

Directum eſt iter propius ad Boream. Viæ in præcipiti poſitæ anguſtiſſimæ ſunt, circumque altiſſimorum montium latera perpetuo ſerpunt. Rupes perſæpe disjunctæ ponticulis penſilibus ſine laterali fulcro; junguntur. Duodecies per tremulos hoſce anguſtoſque ponticulos ex perticis, arborumque ramis contextos tranſeundum eſt. Terrorem augent tum immenſa barathra trajicientium oculis ad perpendiculum utrinque ſubjecta, tum ſtrepitus & fragor ingens aquarum in imo per ſaxa ruentium. Sed locus eſt omnium difficilior, cujus aſpectu inexperti præſertim ac timidi terrore maximo concutiuntur, & ita anxii fiunt, ut perturbati animo prolabendi periculum ſibi ipſi majus, graviuſque faciant. Saxum eſt prominens, in præcipitii oram enormiter declive, longum pedes circiter 16., tantoque magis lubricum, quanto majori aquæ copia e ſuperioribus ſtillicidiis fluente abluitur ac levigatur. Scalpro lapidem medium excavarunt per interſtitia ad greſſum hominis accommodata, ut viatores haberent, quo ni totum veſtigium, calcaneum ſaltem figere caute poſſent.

Nohothà: Fluvius inter duos montes curſu ſe proruens rapidiſſimo.

Alveus latus eſt pedes 100. *& amplius. Ponte flumen tranſmittunt. Eſt is magnis tenaciſſimiſque catenis conſtructus. Tuti per tabulatum gradiuntur homines, ſeſeque ſuſtentant alterutra catena ex duabus ſuperioribus ſaxo oppoſitarum rupium alte infixis. Sed motum undulatorium, præſertim ſi conjunctus ſit cum frequenti ſuccuſſione, quæ neceſſario contingere debet, quum duo vel plures ſimul adverſis inter ſe greſſibus, euntes alii, alii venientes moventur, ferre ſine metu vix poſſunt.*

Kan-

Kanſà: Aldea. XVI.

Iter recta ad Boream: tramite, æque ac pridie, anguſto, ſed horribiliori. Ponticuli viginti novem ſuper ora profundiſſima ſciſſarum rupium, & plura quam ante præcipitia ſaxa ſuperanda ſunt. Montes incipiunt nive tecti. Fortaſſe iidem ſunt, ac montes confines parti quintæ Indiæ juxta diviſionem traditam in Tab. Chronologicis Deguigneſii *T. I. H. G. Hunnor. L.* 3. p. 169. Pe-tien-tço, ou le Tien-tço du Nord, qui confine aux Montagnes de Neige ou du Tibet. *Terminos Indiæ Cluverius, aliique eruditi Viri extendunt ad Emodios uſque, & Damaſios Montes* Tibetanorum *a Ptol. commemoratos. At modo* Indoſtan *attingit ab Oc. & Mer. fines Nekpal, & Bettia.*

Sciuſcha: aliis fortaſſe Chuſcha: locus 20. circiter Familiarum.

Regio ſumme frigida: Alluitur fluvio, ad cujus occiduas ripas ſcaturigo eſt aquæ calidæ in foſſas plures, quaſi in Thermas, collectæ. Iis immerſi diu manent Incolæ, ut rigida membra foveant. Viam tenes, ut pridie, abruptam & periculis obnoxiam. Montes enim fere calvos, atque nivoſos ſemper adſcendis, Nohothà *fluvio ſubtus inter ſaxa labente.*

Kutì, aliàs fortaſſe *Kut:* Limes, & Præſidium Meridionale Tibetanorum.

Spectabat olim ad Regnum Nekpal, *ſive Sinice* Nipol, *quemadmodum teſtatur Deguignes. Hanc Reguli tres conceſſerunt Tibetanis ea occaſione, qua nova hæc via ex Indoſtan per* Nekpal ſtrata primum eſt. *Nam antea via erat in Tibetum per* Bramaſcion. *Et ea quidem vetus multo facilior, & commodior erat. Poterant Indoſtani ea incedentes jumentis uti, & breviori itinere merces in Tibetum inferre. At viatores majori numero peribant ob morbum peſtilentem* Olla; *quum is dirius atque conſtanter per*

omnes

omnes anni tempeſtates ſæviret. A quo periculo, aperta via per Nekpal, *alieni ſunt quatuor certe, vel etiam quinque anni menſibus, a Novembri ad Aprilem uſque. Bajuli redeuntes Nekpal coguntur ſtatutam ſalis menſuram referre ad Civium commodum. Sale enim carent. Domus* Kutì *ſtructæ ſunt lapidibus ſectis, tectæque ſolario.* Argamaz, *ſic enim ſolarium appellant, ad quatuor angulos totidem habet erectos prægrandes ramos arborum. Per ſummos hoſce ſtipites tenſus ducitur funiculus, qui ambitum quadratum* Argamazi *complectitur. Ex hoc funiculo pendent æquis inter ſe ſpatiis diſpoſita lineorum panniculorum fruſtula, quæ magicas notas continent, ſcripta ſuperſtitioſa, & famoſas cum primis precationes* Hom-Mani-pema-hum. *Sunt & id genus magica vela plurima inſerta comis ramorum.* Vid. Tab. III. Lit. D. *Renovant Amuleta hæc Tibetani luce prima exordientis anni. In* Argamazo *præterea foculus ſacer eſt ad quotidianos ſuffitus. Illuc matutinis horis* Tibetani *ſingulis diebus aſcendunt, accenduntque* ſabinam, abſynthium, *& alia herbarum genera, ut inter ea circumpoſita vela fumum odoratum faciant. Sabinam pro thure in Græcorum præſertim, & Ægyptiorum ſacris fuiſſe accenſam ex Apul. Heſych. Plinio, aliiſque veteribus oſtendit* Salmaſ. *Plinian. exercitat. in Solini Polihyſtora pag.* 953. 954. Buddam *ſcimus ex Act. Archel.* mane primo, aſcendiſſe ſolarium quoddam excelſum, ubi nomina quædam cœpit invocare, quæ nobis Turbo dixit ſolos ſeptem electos didiciſſe. *S. Cyril. Hieroſol. Catech. VI: Terebinthum, ſive Buddam*, ſcribit, *in eo ſolario aëreos dœmonas invocaſſe, quos ipſa quoque ætate ſua in exſecrata* Iſchade *invocare ſolebant Manichæi.* Ἴσχας *Iſchas quid eſſet, non diſputo. Sed nomen* ficum *deſignat; in qua uberem divinæ naturæ copiam, teſte* S. AUGUSTINO; *ineſſe Manichæi credebant.* Beauſobrius, [*quum agat eo loci* S. CYRILLUS *de*

Mos ſuſpendendi vela magica in ſolariis Tibetanorum, quidnam commune habere queat cum *Buddæ*, & Manichæorum moribus?

de abominabili Eucharistia Manichæorum,] *illud etiam conjicit*, *pro* Saka *a Chaldaico* Schaka, *quod eſt*, *ut nos ipſi in ſuperioribus explicuimus*, *convivium*, *ſive compotationis feſtum apud Babylonios agere in honorem Deæ Ananitis*, S. Doctorem *linguæ Babylonicæ ignarum poſuiſſe* ἰσχάδα. *Nihilque improbabile putat Manichæos appellaſſe* Saka *conventum*, *in quo Euchariſtiam ſuam impuriſſimo ritu celebrabant*. *An ex Magicis illis* Buddæ *Manichæi cæremoniis in ſolario domus*, *juxta morem ſectæ*, *peractis*, *manarit totum hocce Tibetanorum inſtitutum*, *ut nominibus dæmonum ſolaria domorum munire didicerint*, *divinare & ego poſſum*, *ſed certi nihil ſtatuere valeo*. *At*, *ſi Iſchadibus fortaſſe ſimiles ſunt Rami illi quatuor*, Saka *certe*, *hoc eſt Tibetice* Sciaka, *in amuletis mox deſcriptis minime deſiderabitur*. *Ante aliquot Pagodarum faciem erectæ ſunt* Tarbucè Antennæ. *Harum ſtructura ex variis conſtat lignorum generibus arcte inter ſe paxillorum ope conjunctis*, *conſtrictiſque loris ex corio Tauri ſilveſtris*. *Vincula hæc coriacea quadruplicia ſunt*, *quatuorque magicos nodos in toto antennæ ſtipite componunt*. *Summo vertici infixa eſt arbor in altum evecta*, *eique velum oblongum*, *ſed cubito anguſtius*, *alligatum eſt*. *Extremitas infima tam alte a ſolo fluitat*, *quam alta eſt ſtatura hominis*; *ita ut a ſuperſtitioſis gentibus facile contrectari queat*. *Pictum eſt ab imo ad ſummum magicis pariter characteribus*, *& nefariis incantationibus plenum*. Tab. III. Lit. B.

Kal. Novembris 1754., *quo anno Lhaſſam adibant Pater Caſſianus*, *aliique Miſſionarii ex Ordine Capuccinorum*, *mortem obiit Nobilis quidam Juvenis affinitate conjunctus cum Gnerbà Kutì*. *Sic autem appellant Præſides*, *& Gubernatores Regionum*. *Die ſequenti innumerabilis multitudo Trabarum*, *Religioſorum ſcilicet Xacaitarum eo confluxit*. *Alii in ædibus*, *ubi jacebat cadaver*, *alii in pro-*

propinquorum domibus, alii in vicis, circumque Pagodas, Kurìm, ideſt ſacros circuitus, inſtituebant, preceſque piaculares fundebant pro anima Juvenis vita functi. Eodem die combuſtum eſt cadaver. Ritùs funebres Kurìm octiduo celebrantur. Quumque domus Kurienſium pleræque omnes in altum ſeſe erigant per ordines tres contignationum; in ſecundo, chorus agitur Anì Monialium, in tertio chorus Trabarum. In hoc, [quemadmodum & in cunctis omnino ædibus Virorum Nobilium, divitumque Civium per omne Tibetum,] erectum eſt ſacellum domeſticum ex lignis rubro tinctis cum inauratis cælaturis conſtructum. Statua Xacæ Tubpà principem in eo locum tenet inſidens, decuſſatis cruribus, ut Orientales ſolent, flori Pemà, ideſt Loto Ægyptiaco. Numen indutum Religioſis veſtibus. Regiam veluti coronam in vertice gerit; at manu ſtringit Manì, quem defixis oculis contemplatur. Ara ante poſita pluribus conſtat gradibus. In eorum primo coni ſunt ex butyro & hordei farina ſubactis compoſiti, interque lucernarum vaſcula collocati. In altero calices ex orichalco extant hordeo pleni, cum odoriferis virgulis ſenſim ardentibus. Turmà, ſacrificii conus, proſtat in menſa altaris media inter ardentium lampadum caliculos. In imo ſcamno ante Aram Poculum eſt, cui primum veluti florem Theæ potionis infundunt. Nemo enim bibit, priuſquam Numini dedicatæ ſint primitiæ potus. Ad ſcamni latera hinc Tintinnabulum, inde Vaſculum extat aquæ luſtralis. Illud notis inſculptum magicis, & Xacæ inſignibus exornatum inter orandum, ſacrumque faciundum identidem pulſant. Aquam vero luſtralem aſpergunt ramuſculis florum arundinis paluſtris, & pavonum pennis in penicilli formam colligatis. Ornatum augent ac Religionem ſtatuæ ſanctorum Lhamarum, quarum plurimæ conſpiciuntur in pluteis circa parietes ad latera, & e regione Altaris. Ii autem Lhamæ Sancti eodem mo-

more, quo Xaca, ſuis in loculamentis ſedent, manu geſtantes omnes, & contemplantes Manì. *Ex his minoribus ſtatuis centum & ſexdecim viſæ ſunt in una, vel altera iſtarum ædicularum, præter imagines in ſericis velis depictas, quarum plurimæ e tabulatis, parietibuſque pendebant. Itaque ſuboriente aurora in Aulam Sacelli conſcendunt Aſcetæ Buddiſtæ; ibique funebres cæremonias auſpicantur, eaſque toto ſaltem triduo in unaquavis propinquorum domo proſequuntur, multa ex eorum Kaghiur, modo alternis, modo conjunctis vocibus more ſuo cantantes. Neque interdiu ad epulum uſque nocturnum ceſſant unquam a cantu, niſi per horam quum ſemel prandium ſumunt, vel per momenta quum theam aliquoties bibunt. Die ultimo ante Solis ortum pauca præcinunt; mox Proceſſionem inſtituunt, in qua nonnulla muſſitantes bini ac bini in ſpeciem ſupplicantium incedunt. Omnium poſtremus venit Lhama Antiſtes geſtans puſionem, quem ex cineribus combuſti cadaveris cum hordeacea farina atque butyro commixtis, effinxerant. Porro hic idem confictus Puſio geminum orbiculum, alterum occipitio infixum, alterum inter ſcapulas prominentem gerit. Hac autem funebri pompa per omnes eum ædium angulos geſtant. In atrium deinde deſcendunt. Heic Lhama Præſes certis adhibitis ritibus preces ſuper vas aquæ plenum fundit: Idemque præſtat ſuper patinam hordei. Mox aqua conſpergunt cubicula, ac parietes omnes interiores domus. Deinde pupulum fictitium in ſolarium deferunt, eumque ſuſpenſum tenent ſupra foculum ſacrum, ubi ſabina adoletur. Manus ſibi ac faciem lavant domeſtici, ſuoque ſibi vertici imponunt ſinguli pauxillulum butyri. Sic abſoluta funeris religione, ſeſe puros exiſtimant.*

Mos eſt etiam, ut Summorum Lhamarum, aliorumque paucorum cadavera vel ſandalo, quod cum aloes ligno nonnulli confundunt, comburantur, vel balſamo condita

dita

dita ſacris in loculis reponantur. Ii vero ſunt, quibus etiam Pyramides aliquando eriguntur.

Communis, atque ſolemnis Lhamarum, aliorumque Religioſorum hominum ſepultura eſt, eorum corpora in montium ſummitates deferre; ibique ſub dio avibus devoranda relinquere.

Vulgaris quoque ac fere quotidiana conſuetudo in Civibus, honeſtiſque hominibus ſepeliendis iſthæc ſervatur. Lhama, vel Trabà quivis animam, ut ſomniant, e ſummo capite cadaveris adhuc tepeſcentis primum educit. Educit autem hoc pacto. Cutem verticis digitis arcte prehenſam, & corrugatam tam celeri ac vehementi ſuccuſſionis impetu attrahit, ut eam uno momento ſubſilire, ac crepitare faciat. Tum vero, inquiunt, anima defuncti erupiſſe creditur. Mox nudum cadaver inſtar fœtus jacentis in utero Matris complicatum includunt ſacco: ſicque extra mœnia in agrum, ubi canes intra ſeptum continentur, comitantibus Trabarum & Propinquorum turbis, defertur. Ibi veſpillones, ſive ut verius loquar, lanii, carnem omnem ex oſſibus avulſam moloſſis vorandam projiciunt, quin & oſſa ipſa minutim contrita eiſdem canibus deglutienda tradunt, vel ſolida jaciunt in fluvium. Pars ſumma calvariæ, vel etiam oſſa aliquot integra, ac probe nudata, ea ſunt, quæ ſibi tradita ad ædes ſuas religioſa pietate conſervanda referunt conſanguinei.

Aquis immergere corpora uſitatum, ſed vile quiddam & abjectum eſt; at includere foveis humoque tegere viliſſimum.

A Kutì jumentis, & equis iter faciunt; etſi quo propius Lhaſſam accedunt, eo altiora juga conſcendant Semptemtrionem verſus.

Me-ſcing-zungh: Caſtellum. M. P. XVI.

Montes calvi, & nuda ſaxa, arboribus, ac virgultis penitus deſtituta. Stercus belluinum adurunt, & odoratis

hiſce

hiſce prunis carnes alioſque cibos coquunt. Crudis propterea carnibus veſci ſolent. Verveces Tibetani apud ipſos quoque Indos in pretio ſunt. Hi immenſo prope numero per omne Tibetum exenterati ſiccantur, ſic etiam oves, abortivi cum primis earum fœtibus, hædi, piſces, frigore geluque ſiccati annua ſunt alimenta gentis.

Animantes occidere religione vetantur. Sed eas edere, neſcio qua opinionis libertate, ſibi licitum faciunt. Lanii ſunt, quos criminis, & infamiæ nota afficiant; voraces vero, & helluones exiſtimant puros. Opiliones quoties pecudes vendunt, veriti ne mercatores emant, ut occidant, ſcrupulum aperiunt ſuum, ſatiſque factum Religioni putant ſi tantum emtores moneant ne occidant. Vendunt illi tamen. Sed ſi certiorem conjecturam faciant de occiſione; eorum quidam adeo ſuperſtitioſi ſunt, ut ne vendere quidem velint. Jakorum, ſeu Boum ſilveſtrium carnibus pari licentia aluntur.

Capreolos, Lepores, Aves inprimis, aliaque id genus animantia, quorum innumera varietas, & multitudo in montibus, in ſtagnis, in fluviis, & in lacubus cernitur, neque venantur, neque occidunt, neque vero manducant.

Hordei ſata frequentiſſima ſunt, Tritici rara, Oryzæ nulla. Hordei farinam in jentaculi, pultiſque formam ſubactam Satù communi vocabulo dicunt.

Theæ, ac Cereviſiæ potio familiaris, & quotidiana eſt laicis. Vinum fit in Ngari, & in Tibeto Superiori. Qui habitant in Tibeto medio illud vix norunt. Takpo-cini, Provincia Orientalis Tibeti inferioris vinum, ſed agreſte, & exigua admodum copia profert. Cautum tamen eſt fœminis, viriſque Religioſis omnibus, ne cereviſiam vinumque deguſtent, quòd malum quiddam, & a diabolo natum exiſtiment. Hoc inſtituti genus cum olim commune fuerit Ægyptiis Sacerdotibus, Magis Perſarum, & hæreticis Gnoſticis, tum etiam ſanctum hodieque eſt Brammhanibus, & Aſce-

tis

tis Tibetanis. Nec ullus dubito quin Lhamis *hiſce Buddiſtis ea conveniant, quæ Manichæis S.* AUGUSTINUS *L. II. de eorum moribus, objicit:* Quæ tanta perverſio eſt, vinum putare fel Principum tenebrarum, & uvis comedendis non parcere? *Nam ne ipſi quidem Cœnobitæ, ac Lhamæ Tibetani ab uvis comedendis abſtinent, quum a vino abhorreant. Ac certe a* Manete *fortaſſe didicerunt Buddiſtæ calicem aquæ in ſolemni eorum ſacrificio ignotis quibuſdam precibus & inſufflationibus conſecrare. Nam aquam, ut* Manes, *ex Dei* natura, *vinum ex diri ſerpentis principio proculdubio derivatum improbe opinantur.*

Tankia-ling: Caſtellum. XVI.

Jalap: Caſtellum.

Tulon: Caſtellum. XVI.

Lhangur: Mons ſtupendæ celſitudinis. II.

De eo hæc ſcribit Kircher. *iter deſignans a Sina verſus Kutì, & Indoſtan:* Eſt Langur mons omnium altiſſimus, itaut in ſummitate ejus viatores vix reſpirare ob aeris ſubtilitatem queant: neque is ob virulentas nonnullarum herbarum exhalationes æſtivo tempore ſine manifeſto vitæ periculo tranſiri poſſit. Per hunc montem ob horrenda præcipitia, & ſcopuloſos tractus neque currus, neque jumentum tranſire poteſt, ſed pedeſtri itinere totum iter conficiendum eſt ſpatio fere menſtruo uſque ad Cuthì. *A Lhaſſa vero quatriduum tantum diſtare tradit. Immo dies fere triginta a Lhaſſa diſtat. Situm ſcilicet montis* Langur *confundit haud dubie* Eruditus Scriptor *cum ſitu Montis* Cambalà. *Symptomata tamen, quibus viatores affici ſcribit, propria ſunt Montis Langur. Neque vel* a ſola aeris ſubtilitate, vel a virulentis tantum herbarum exhalationibus, *ſed etiam a latentium fodinarum halitibus cauſam plerique repetunt. Ceterum quo altius ad montem aſcenditur, eo gravior eſt, & infeſtior impetus ſymptomatum.*

Pam-

Pambù. XVI.

Diverſorium eſt partim lateritiis parietibus, partim nativis ſaxorum fornicibus & concamerationibus in dorſo montis Langur *conſtructum. In hac nocturna ſtatione jumenta, [nam iis omnes ad aſcenſum, deſcenſumque montis utuntur;] unaque cum ipſis homines miſere affliguntur, & incredibili pectoris, capitis, totiuſque corporis cruciatu & angore correpti ululant, vomunt, delirant, & in latus omne contorta membra verſant. Si mons erit nive tectus, vix infeſtas impreſſiones ſenties. Solutis nivibus, quo magis e vertice deſcendendo recedis, eo etiam minora, ac nulla demum ſymptomata fiunt ubi planiciem attigeris. Is tamen Mons non eſt omnium elatior. Nam eum ſuperat* Cambalà. *Verum non ita calvus, & nudus eſt, ut ceteri, qui ſequuntur. Latera enim, præſertim inferiora, circumſpiciuntur conſperſa plantulis, fruticibus, & herbis medicis. Inſignis eſt* Spica Nardi, *ſive, ut* Salmaſ. *contendit Exercit. Plin. in Solin. pag.* 1059. *& ſeq.* Spica Indica. *Ideo enim ſic abſolute ab ipſis quoque Arabibus, adeoque & a Mogolenſibus* Cembul Indi *nuncupatam voluit, quòd in* India, *vel ex Dioſcoride in Indiæ* Monte *naſcatur. Mons iſte, Indiæ a veteribus adſcriptus, revera tamen ignotus Dioſcoridi, aliiſque, quemadmodum pluribus oſtendit laudatus Scriptor,* Langur, *ut ego conjicio, eſſe poteſt. Nam & ipſi Indoſtani ſpicam Nardi emunt a Nekpallenſibus, aliiſque vicinarum Regionum negotiatoribus. Hanc Indi appellant* Scenbatſy, *Perſæ* Sembul-tib. *Unde & hi ſignum* Virginis *in Zodiaco vocant* Sembul. *Zodoar etiam, vel Zedoaria, Indice* Nerbesì, *confuſa a Græcis recentioribus, ſic obſervante* Salmaſ. pag. 1053, *cum* Anacardio *Arab.* Beledor, *ſeptemdecim generum in hoc ipſo Monte reperitur. Plantarum deinde, florum, & herbarum venenoſarum ſpecies innumeræ ſunt. Has etiam magna copia colligunt, venduntque Medicis, & Pharmacopolis Indoſtanis.*

Gnin-

Gnincè : Diverſorium alterum in oppoſito latere Montis Langur. VII.

Ob cauſas paullo ante prolatas Gnincè, *hoc eſt* commiſerationis *ſtatio vocatur.*

Tingrì : Vallis. II.

Tota æquabilis eſt, irrigua, pinguis, amœna, caſtris, diſperſiſque domibus, & habitationibus conſita. Milliaribus ferme tribus latam, quindecim vero & amplius longam Coloni affirmant. Hinc intellige nomen Tingrì Tibet; *de cujus ethymo in ſuperioribus cum* Bayero, & Jablonskio *egimus, proprium eſſe hujus vallis, quæ* Dei, *vel* Cæli proſperitas, *appellari poteſt, non autem univerſi Tibeti. Incolæ plerique omnes paſtoritiam exercent. Armenta enim, & Greges præſertim minoris pecoris unaquæque Familia copioſiſſimos habet. Macreſcunt pecudes hyeme, vere & æſtate mire pingueſcunt. Paſtores, ac pueri nudi in agris ſuper durum gelu algente die luſus faciunt. Ocreas tamen coriaceas nunquam exuunt. Qui mos communis eſt viris fœminiſque omnibus Tibetanis.*

Tingrì Culà
Tingrì Sanrà } Caſtella, ſecundum viam. IV.

Tzogor IV.

Kogor
Scinabas
Ngambà
Mermbù
Zahor } Totum iter. XIV.

Segargiùm : Arx. VI.

Alluitur fluvio, ad cujus ripas jam inde a Tzogor *longa ſeries Caſtrorum, Villarum, & Cœnobiorum Xacaitarum tum virorum, tum etiam fœminarum utrinque protenditur.*

Tzuengà : Caſtellum. XVIII.

Flu-

Fluvius heic nomen accipit Bontſu-ciambò. *Simile quiddam in eo eſt* Bautiſo, *ſive, ut alii ſcribunt*, Bantiſo, *de quo Ptolemæus. Quod enim τῷ* Bontſu *addatur* Ciambò, *neminem movere debet; nam vox adjuncta idem eſt ac* ים Jam *Hebr.*, *&* *Æg.* Ⲫ-ⲓⲟⲙ *cum terminatione Tibetana, generatim denotans qualemcunque collectionem aquarum.*

Viæ tres in hunc locum conveniunt. Prior Septemtrionalior eſt per Ngarì, *altera per* Sgigatzè, *tertia per* Kiangsè.

Loca ſecundum mediam.

Rekſciam, Vallis. Arenariæ, ad earum latus occiduum. Gniſcià Caſtellum ſub dominio Debai Scelcatæ. Ngarbà peleas, Mapecià Caſtellum, Sechià Ciapè, Sechià Civitas, & Cœnobium maximum Urchieniſtarum, cui præeſt Magnus Lhama uxori conjunctus. Huc ſpectare videntur, quæ ex M. Paulo Deguignes *obſervat Chorogr. Tart. pag. XII.* A l'Eſt du lac de Lop; on trouve une Ville que M. Paul appelle Sachion, c'eſt la Cha-tcheou ou *Ville de Sable* des Chinois . . . . . Il y avoit pluſieurs temples d'Idoles dans les quels on vouoit les enfants, & on les rachetoit en ſacrifiant un bouc à la fin de l'année. *Nam Filium recens natum* Magnus Lhama *Pater in Templo collocat: Ibique ſine ullo prorſus alimento relinquit totis horis 24. Si vixerit tanquam legitimus Filius & Lhamaicæ dignitatis hæres agnoſcitur; deinde Pater in Eremum ſecedit dimiſſa uxore una cum puero: ſin vero moriatur, alium ſibi marem filium gignere ſtudet, quod niſi accidat ex uxore prima, aliam ducit, donec voti compos fiat. Giaghir,* ideſt *Feudum, Zeronè, Tagen Caſtellum, Cœnobium Xacaitarum, Sgigatze Civitas, ubi Cœnobium ampliſſimum, & Sedes Lhamæ ſecundi poſt Lhaſſenſem. Sciucù Caſtellum, Gniamoottà Caſtellum, Sermà Caſtellum, Rimbù Arx, Cimſci Cœnobium, Ngul-mi,* ideſt, *Homo Argenteus, Caſtellum, Ciu-tzam,* ideſt, *aquæ cal-*

callidæ, *Caſtellum*, *Cia-tan-chia-tan*, ideſt, *centum paleæ*, *Caſtellum*, *Paltè Lacus*, *Tramalung Caſtellum*, *Kamba-ptam Caſtellum*. *Kambalà Mons*. *Kamba-cen-ten Caſtellum*, *Ciaſum*, & *Tzangciu fluvii confluentes*. *Alveus communis in quatuor brachia dividitur: Primum, quod eſt omnium maximum, & ultimum Navi vel ex ligno, vel ex corio conſtructa trajiciunt. Nam utraque in promptu eſt*. *Ciu-ciur Arx*, *Zorbanam Caſtellum*, *Giam Caſtellum*, *Gnetam Caſtellum*, *Nam*, *Tulon*, *Brepbò*, *Lhaſſa*. *Iter conficitur diebus circiter duobus atque viginti*.

Tertia Via a Tzuenga per *Kiangsè* ſic eſt.

E margine fluvii *Bontſu-ciambò* deflectit via per arenarias ad cœcias.

Solent in arenariis obviam fieri greges equorum ſilveſtrium. Sunt hi humilis ſtaturæ, ſed miræ celeritatis, venuſti, & variis coloribus picti. Septis, & ſtabulis incluſi brevi macreſcunt, & pereunt.

Cibulùn. XIV.

Vallis, Oppidis, Caſtellis, & Cœnobiis frequens.

Ttetzin

Tedin Totum iter XVIII.

Kengà

Jugang. VI.

Sedes Prætoris Vallis Cibulùn ſub ditione Magni Lhamæ Sgigatzenſis.

Hinc uſque ad Urbem Kiangsè iter omne tenetur per montium anfractus, & longos admodum tractus vallium, inter aquarum rivulos, & abrupta viarum. Religioſorum virorum, ac fœminarum domus, Oppida, Caſtella, pagi modo rari, modo crebri viſuntur. Sed nomina locorum e ſcriptis P. Horatii, & P. Caſſiani perierunt.

Antequam pervenias Kiangsè Feudum eſt Kalonii

Pron-

Pronsè, Caſtellum Vallo munitum, & Aurifodina.

Kiangsè: Civitas præclara in planicie ad radices montium. XC.

Ad Urbis præſidium Arx eſt inædificata rupi, muris, & foſſis aquæ vivæ circumvallata. Cœnobium vero adeo vaſtum, atque magnificum, ut quum millia aliquot Xacaitarum contineat, alterius cujuſdam Civitatis ſpeciem præſeferre videatur.

Lhomar: Caſtellum. XXIV.

Lhamentung: Caſtellum. VI.

Nagartzè: Arx in angulo lacus Paltè. XXII.

Paltè: Lacus, aliàs *Jamdrò* aut *Jang-sò* nuncupatus.

Maximæ amplitudinis eſt, quam homo pedibus, uti indigenæ tradunt, nonniſi octodecim dierum ſpatio circumire queat. Iter autem diurnum ad milliaria viginti extendunt. Sic totus ambitus 300 *circiter milliariorum eſſet. Triduum diſtat ab Urbe Lhaſſa. E lacu medio ſeries ſurgit continuata monticulorum, & Inſularum. In Auſtrali eorum latere Monaſterium, & Sedes eſt* Magnæ Renatæ Lhamiſſæ Turcepamò. *Eam Indi quoque* Nekpallenſes, *tanquam ipſiſſimam Deam* Bavani *venerantur & colunt. Tibetani vero* Ciangciubium, *hoc eſt,* Spiritum quemdam ſanctum, atque divinum *in hac deformi fœmina haud aliter quam in Supremo Lhama, renatum putant. Nec domo, nec lacu egreditur, neque vero iter facit unquam in Urbem* Lhaſſa, *niſi pompa præeat, totaque via thuribula duo ſemper incenſa, atque fumantia præferantur. Tum venit Dea ſub umbella advecta throno: Illius lateri adhæret Aſceta omnium ſenior tanquam ſpiritualis vitæ Rector & Inſtitutor. Sequitur poſtremo ordo reliquus Religioſorum hominum ferme triginta, qui comitatum, & aulam componunt. Ubi cohors* Lhaſſam *pervenerit, Divam adeunt veneraturi cum* Trabæ *ipſi, tum Laici præſertim, qui ter hu-*

mi proſtrati eam adorant, cumulantque muneribus: At Illa neſcio quod ſigilli genus bonis adoratoribus oſculandum prabet, eoſque divinitatis ſua participes facit. Eadem porro Lhamiſſa *eſt, qua regit Cœnobia omnia tum Virorum, tum Fœminarum in ejus lacus inſulis collocata.*

Viam littoralem tenes diem & ſemis.

Kambalà: Mons ad Boream *lacus*, elatiſſimus. XXXII.

De Tractu Kambala, & proximorum montium hac tradit Kircherus: Hunc ego tractum eundem eſſe puto, quem Ptolomæus ſub Caucaſeorum montium ſerie catenam longe lateque in Ortum, ſuiſque fimbriis in Meridiem & Boream protractam Parapamiſum vocat. *Caucaſus* [*certe Indicus*,] in Tab. Geogr. Ptol. per Gerardum Mercatorem reſtitutis, *committitur Parapamiſo, & Imao*; *quod etiam a Plinio factum obſervat* Salmaſius. *Ceterum Caucaſi nomen, & Promethei fabulam jam inde ab Alex. M. temporibus Macedones ad montes Indicos transtuliſſe auctor eſt Strabo* L. XI. *Geogr. Si itaque* Caucaſus *ſumatur pro Imao, Caſiis, Emodiſque montibus*, Kambalà *Tibetanorum, & erit pars Caucaſi, & idem eſſe videbitur ac* Kambalides *a Plinio* L. VI. C. 27. *vocatus* Caucaſi ramus. *Sunt hac conjungenda cum iis, qua de Typhone in Caucaſiis Tibeti montibus conjiciebamus* pag. 28.

E vertice Kambalà *proſpicitur nova quadam ſeries elatiorum, nivoſorumque montium ad Boream. Hinc eos adorant Indi ac Tibetani viatores.* V. pag. 348.

Tzangciù, vel Tſanga: Fluvius. VII.

Via ad ripam fluminis.

Trajectio Tzangciù. XII.

Ponte inopes, & obolo carentes fluvium trajiciunt, Navi tranſvectoria ceteri. Alvei latitudinem metiuntur catena ſubtenta tabulato Pontis, quarum ſingula conſtant annulis pedalibus quingentis.

Tze-

Tzelen : Caſtellum. X.

Tulon : Caſtellum. VI.

Bre-phung, vulgo Brebon : Cœnobium Ampliſſimum. V.

Imaginem & hoc ipſum conſpicuæ Civitatis prima fronte refert. Quinque continet Templa. Maximum quod eſt commune omnibus; & quatuor minora addicta ſtationibus Aſcetarum. Sunt enim ſtationes hæ, ceu totidem Monaſteria minora ad latera majoris Templi ædificata: appellanturque Tra-tzhang, *vel* Traba-tzhang. *Sed ſuo unaquæque nomine inſignitur. I. vocatur* Lo-ſel-ling : *Pars cordis, vel animi lucidi. II.* Ko-mang : *Multarum portarum manſio. III.* Te-jang-pbà : *Statio magnæ pacis. IIII.* Gna-kpbà : *Pars Magorum. In iis ſingulis Aſcetæ habitant mille quingenti; præterquam in ultima* Gna-kpbà, *in qua Magi commorantur tercenti.* Sunt *Cœnobitæ omnes, ſi miniſtros cum iis ſupputaveris, quinque millia. Ante hos annos quadraginta, decem millia numerabantur.* Bre-pungh *autem, ſive etiam* Pre-pungh, *hoc eſt* agger oryzæ *a forma collis, cui Monaſterium inſidet, appellatur.*

Tibetani imberbes ſunt. Magi propterea quum in publicum prodeunt ad ſacrum eorum munus obeundum, barbam fictitiam gerunt, atriſque maculis labrum ſuperius, genas, & frontem tingunt. Lhamæ vero ſacrificuli os velo obducunt, quum arcana quædam in ſolemni litatione muſſitant. Similes in eo ritu videntur Magis Sacerdotibus Perſarum. Hos enim ſic repræſentat Hydius *de* V. R. P. *Iſthæc ipſa viſa ſunt etiam* Kiang-sè *in inſigni celebritate Xacaitarum.*

Lhaſſa, Metropolis. III.

Hoſpitium Patrum Capuccinorum, quibus ex Decr. S. C. D. P. F. *commiſſa eſt Præfectura, & miniſterium Miſſionum Apoſtolicarum in univerſo Tibeto. At Religioſi Pagani* Xacæ *ſectatores poſſident in eo Monaſteria amplius triginta mille.*

Ba-

Baron-tha-là , Urbs ſcilicet ad Tartariæ dexteram verſus Meridiem *a Tartaris appellatur* Lhaſſa : *Media in planicie jacet inter* Bre-pungh *ad Occaſum, & Serà ad Ortum; quanquam totius etiam Tibeti media, ac veluti centrum jure vocari poſſit. Nam ex Chorographica adumbratione paullo ante tradita colligere licet* Tibetum *omne ab Indi fluvii origine, & a finibus Perſiæ extendi ad terminos uſque Sinæ. Tibetanos propterea vocat De-Guignes in Tab. Chronol. L. III.* Tous les peuples qui ſont ſitués à l'Occident des Provinces de Chen-ſi & de Sſe-tchuen, & qui s'étendent vers l'Occident juſqu' aux ſources de l'Indus: *omniumque Provinciarum Principem, poſt diviſionem* Kublai-khani *agnoſcit* Ou-ſſe-tçang, où eſt Laſſa .

Tibetum in ſuperius, medium, & inferius *a Numinibus tribus* Giam-jang, Ciha-na-thor-ce, & Cen-re-ſi *ab initio diviſum refert fabularis hiſtoria Lhamarum . Sed ne quis ſuperioris Tibeti nomine male abuti pergat, quid per hanc diviſionem Indigenæ intelligant explicandum eſt. Itaque ſuperius continet* Ngari, *ubi immania ſaxa , nudæ rupes, & montes ſunt nive perpetuo tecti ,* Caucaſi *appellati in itineribus Miſſionariorum tum Societ. Jeſu , tum Ord. PP. Capuccinorum. Idemque Regnum Elephantorum Diis ipſis auctoribus nominatum ſcribunt . Elephantos enim, aliaque belluarum genera ea in regione antiquitus fuiſſe opinantur.*

In Tibetum e proximis Caſimiriis *penetrarunt P. Andrada an.* 1624., *deinde ſeculo hoc ineunte an.* 1715. *P. Hypolitus Deſiderius. At ille in* Chaparangue *Civitatem pervenit , quam poſtea non illius tantum, vel* Coghè *Regni, ſed etiam* Occidentalis majoriſque Tibeti *Metropolim fecit P. Deſiderius. Hanc idem ipſe diſtare refert a* Leh, *ſive a* Lhadak *intervallo dierum circiter* 20., *at propterea non multo procul a Caſimiriorum finibus poſita videatur. Sed certe*

Me-

Metropolis Tibeti majoris nulla ratione dici poteſt, niſi forte Chaparangue *cum* Lahpranga *Baſilica Lhaſſenſi confuſam velis. Una eſt majoris, immo & univerſi Tibeti Caput atque Metropolis Lhaſſa. Huc laudatus P. Deſiderius una cum P. Emanuele Freyro iter per Regnum* Ladak *inſtituerunt an.* 1716.

A Caſimir *in* Ladak *diebus* XL. *viam abſolverunt; ſed commodo etiam, lentoque gradu intra dies triginta abſolvi poſſe tradunt. A* Ladak *vero uſque* Lhaſſam *iidem PP. iter trimeſtre ſtatuunt. At PP. Capuccini* Lhaſſam *profecti ſunt per Indorum terras ea plane via, quam nos huc uſque deſcripſimus, quamque ex Tabulis* Geographicis *in Vaticanis ædibus aſſervatis ſibi oſtenderat an.* 1704. *Pontifex SS. Clemens XI.*

A Pekino *Metropoli Sinarum in Urbem* Lhaſſam *iter quadrimeſtre faciunt: trimeſtre a Siling.*

Tibetum medium vocarunt Dii tres Tibetani totum illum terrarum tractum, quo Provinciæ continentur Tzhang, U, & Kiang, *Regnum* Simiarum; *quum tamen nullæ ſint in his Regionibus* Simiæ, *ſed nec Cæli, nec Soli ratio iis alendis animalibus opportuna videatur. Jam vero, ut ſæpe diximus, in* དབུ་ U *Provincia Metropolis eſt totius Tibeti, & Sedes* Poutalah *Dei Buttæ.*

Tibetum inferius, Provincias nempe Tak-pò, Cong-bò, *&* Khang, *eodem nomine appellarunt, Regnum* Praſrinmo.

Hujus diviſionis meminiſſe videtur Nubienſis VIII. *P. Clim.* III. In partibus *Soghd*, & *Aſruſanæ* Meridionalibus parte ſub iſta comprehenſis habetur terra *Botam*, montes videlicet ſublimes, atque aſperrimi, quorum ſemitæ perdifficiles. Deprehenduntur in his montibus arces fortiſſimæ, & oppida populoſa, & in iiſdem reperiuntur fodinæ auri, & argenti, atramenti ſutorii, ac ſalis ammoniaci, &

in

in lateribus horum montium extant foveæ multæ diſſitæ, a quibus egrediuntur exhalationes fumum tempore diurno, ignem nocturno præferentes. Botam vero triplex eſt primum, medium, & extremum. Et aquæ Soghd effluentes e parte Botam media e loco, qui dicitur *Bana-Jabia* (ideſt *Ædificium Johannis*, ut adnotant Interpretes) decurrunt ſpatio 90. milliariorum. *Terra* Tobbat, *quam* Nub. P. 9. ejuſdem Clim. *contiguam facit terræ* Sin *citerioris, qua parte reſpicit Farghanam, & ipſa procul dubio eſt, quæ* Tibet *affini nomine nuncupatur. Ceterum aurifodinæ Botanenſes, de quibus ſcribebat* Nubienſis, *plures ſunt & copioſæ in Provinciis* U, Tzhang, Kiang, Tak-pò, Congbò, & Khang: *Argenti rurſus in* Tzhang, *& argenti vivi in* Khang: *Ferrariæ vero, ærariæ, ſulphurariæ, ſalinæ, & ut vocant, ſalis petræ, & ammoniaci frequentes extant. Inter metallica* Tiktzà *eſt candida, atque ſolida materies, quæ aeri commixta orichalcum componit. Cinnabari, cæruleus, croceus* Paulà *nuncupatus, aliique colores, terra foſſilis duplicis ſpeciei altera ad albarium opus* Sà-kar *dicta, altera tum ad abſtergendas maculas, tum ad amiſſum florem coloribus reſtituendum, in pretio habentur, hæcque* Potò *nuncupatur. De Moſco jam dixi pag.* 14.; *ſed adde teſtimonium ejuſdem Nubienſis ex pag.* 144., *ubi loquitur de animalibus* Muſci, quæ ſunt, *inquit*, Capræ ſilveſtres *in montibus inter Urbes* Bachuan, Tobbat, & Tantabee. *Jaſpides, Turcicæ gemmæ, chryſtallus, lapides, uti vocantur, quadrati, coloris alii ferrei, alii aurei, & alii argentei, alabaſtra, plura denique marmorum genera in montanis Tibetanorum, eorumque latomiis reperiuntur. Boracem fluenta magna copia ferunt. In eorum quippe fundo, coralli naturam imitatus, exoritur. Piſce fluvii & lacus abundant; ſed piſcari interdictum eſt a primis anni diebus uſque ad menſem ſeptimum. Magnete integri montes ſunt fœti. Rheu-*

bar-

barbarum inde provenit egregium. Malabathrum fieri in Beſadum, *ſive* Seſatum, *ideſt* Simorum *Regione ultra Gangem, ex Ptolem., & Auctore Peripli cognovimus. Vide quæ in hanc rem obſervat Salmaſ.* Exerc. Plin. p. 1071. *Hi vero* Simi *non alii ſunt, quam Tibetani, apud quos hodieque Malabathrum colligitur, diverſum illud tamen a* Betel.

Lanæ copia immenſa eſt. Telas ſtamine ſubtiliſſimo texunt, ſed ita anguſtas, ut earum latitudo vix palmum excedat. Panni lanei, ac ſtaminei Tibetanorum plurimi æſtimantur. Mercatores exteri cum in aliis majoribus, tum præſertim in Urbe principe Lhaſſa frequentiſſimi ſunt. Nimia enim & exuberans eſt lucri ſumma, quam referunt ex commercio cum Tibetanis. Sinenſes comti & elegantes: Tibetani ſordiduli & incomti. De his ſcribit e Topà Siling an. 1711. *Miſſionarius Apoſtolicus P. Joan. Baptiſta Seravallenſis ex Ord. Reform. FF. Minor. in ep. ad P. Joſephum Eſculanum Capuccin., & Tibetanarum Miſſionum Præfectum:* Qui ſi trovano alcuni Mercanti di Lhaſſa con li capelli mal pettinati, e con nefandi reliquiarj al collo. *Sinunt enim ſe religionis cauſa a pediculis, aliiſque infeſtis animalculis vellicari.* V. pag. 269. 270. *At* lypſanothecæ *de collo Tibetanorum ſuſpenſæ nil aliud continent, quam inſculptas effigies Numinum, Divorumque imagines, faſciculos ſtercorarios Lhamarum, ſcripta, ac vela Eorum ſuperſtitioſa, aliaque id genus amuleta, de quibus egimus* pag. 247.

Fœminarum cultus, habitus, & mores ad omnis modeſtiæ legem compoſiti ſunt. Choreas agunt viri ac fœminæ ſeparatim; ſed viri cum fœminis, nunquam. Scandalum enim & probrum exiſtimant minime ferendum. Lhaſſenſes mulieres ab an. 1720. poſtquam cum politulis Sinenſibus familiariter agere cœperunt, cultum aliquanto molliorem ac liberum adoptarunt.

Polyandria *omnium turpiſſima, qua plures germani fratres uni conjunguntur uxori, intolerabili ſcelere, atque flagitio, in vulgi conſuetudine retinetur. Ab hoc turpitudinis genere alieni ſunt Viri nobiles, & cives honeſti. Quidam tamen eorum non adeo ſimultaneam* polygamiam *refugiunt, quin aliquando ſecundam ducant uxorem. Verum hæc ab ipſa quoque Xacaica lege vetantur.*

Laicis omnibus ſancta ſunt ſex illa præcepta: Non occides quodcunque vivens ſive homo ſit, ſive animans: non fornicaberis: non furaberis: alterius famæ non detrahes: non mentieris: diliges Patrem, Matremque tuam.

Fures graviſſimis afficiuntur pœnis. Si quid quantumlibet leve Ærario, vel Aulæ Regiæ, vel Templis aut Monaſteriis abſtulerint, ſecundo ſiniſtra eis manus præciditur, tertio etiam dextera, deinde vel projiciuntur in fluvium, vel ſingulari beneficio in Arcem Sgiga-kun-kar mittuntur, ubi vix annum vivunt. Si Fur homo Religioſus fuerit in carcerem truditur, vapulat acerbiſſime, & in exilium inter feras montium ejicitur. Supplicia ad confeſſionem commiſſi criminis extorquendam horribilia ſunt. *Capitalis facinoris rei confodiuntur ſagittis, & ſaxo ad collum alligato jaciuntur in flumen; niſi cadavera Magis flagitantibus concedantur. Eorum enim oſſibus uti ſolent ad varia teterrima artis organa conficienda.*

Nuptiarum leges ex Dotè *conſtitutæ, ſunt hæ.* I. Conſanguineus, & affinis ne nuptias contrahito, niſi poſt ſeptimum conſanguinitatis, & affinitatis gradum. *Hanc paſſim negligunt Regni Proceres, & Viri nobiles omnes.* II. Ne interdiu cum uxore concumbito: Noctu munere fungitor tuo; ſed præſcripta in lege vices ne tranſgreditor unquam.

Matrimonium his ritibus contrahunt. Juvenis, comite Genitore, vel ſi Genitor deſit, Avo, Patruo, aut Alio quovis e familiæ ſenioribus, domum adit deſignatæ Sponſæ. Ibi da-

datis oblatiſque conditionibus pro uxorio fœdere ineundo tabulæ matrimoniales conficiuntur. Mox Genitor petitoris rogat puellam an nubere conſentiat filio? Annuit illa. Tum Sponſus portiunculam accipit butyri, eoque linit frontem annuentis puellæ. Eodem ritu, filiæ Genitor de conſenſu interrogat juvenem. Ut Ille aſſenſum præbuit, adoleſcentula accepto butyro verticem Sponſi & ipſa linit. Mox Templum adeunt: Numen adorant: & viam ſacram circumeunt in comitatu precantes. Die quintodecimo ab inito fœdere poſt nuptialia, ac læta convivia in ædibus cognatorum diebus ſingulis inſtituta, Sponſus novam nuptam domum adducit ſuam.

Quiſquis alienum thorum fœdaverit, ſi patrati criminis reus convictus fuerit, eam pœnam ſubire cogitur, quam maritus adulteræ ſtatuerit. At mulier tanquam infamis domo expellitur. Nulla in peccantem fœminam conſtituitur pœna, ſi cum ea maritus habitare conſentiat.


Repudii ſententia a Laico Judice fertur. Si legitimas repudii cauſas dederit uxori maritus, tenetur is dotem mulieri reſtituere, eique mantiſſæ loco adjicere totidem hordei pondera, quot ſunt dies ab inito matrimonio numerati. Debent autem unicuique diei reſpondere quatuor Analy, *quorum quodlibet eſt bilibre.*

Religioſi homines, ac Laici fere ſinguli Patrem Spiritualem *habent, cui peccata ſua generatim aperiant.* Tholſcià *vocatur hujuſmodi* confeſſio. *Ubi* Sciak-jul, *ideſt* Pœnitens *eam formulam protulit:* peccavi: Sciak-pabò, *ideſt* Condonator *orat ſtatim ſuper eum, ut peccatorum remiſſionem accipiat.*

Nemo eſt inter Cœnobitas, & Patresfamilias quantumvis inopes, & egenos, qui vel in cellis, ac domibus arulam *ante Xacam erectam non habeat. In hac quotidiana peragunt ſacrificia, Pyramides, & Conos, quos offerunt ex*

hordeacea farina, ac buyiro compoſitos, abſoluto ſacrificio, diſtribuunt pauperibus. Nam & Turmà *illud ſolemne, de quo* pag. 212. 213., *canibus comedendum relinquunt. At non unum eſt oblationum genus. Aquam ſæpe puram, aliquando colore infectam, aut e floribus expreſſam libant. Cerviſiam profanam non bibunt Lhamæ, neque Aſcetæ ceteri. Bibunt oblatam; ſed ſemper de* ſcutella *ex* cranio *hominis comparata. Qui* Kelongii *non ſunt licitum ſibi faciunt* Kondè, *quod eſt potionis genus frequentiſſimum hordei farina, cerviſia, rubro ſaccharo, ac butyro temperatum.*

Crucis Imago, quam Xacaitæ Tibetani in honore habent, hujus formæ eſt



At hujuſmodi Crucis figura quanto aliena eſt a vera crucifixione Servatoris noſtri, *juxta Chriſtianorum Fidem, ſignificanda, tanto Ea aptior videtur ad exprimendam* Manichaicam *Crucifixionem* JESU patibilis de omni ligno ſuſpenſi. Vid. pag. 211.

Sacrificium Ignis *inſigne eſt, & multa cum pompa, ac celebritate peragitur. Raro tamen fit, quod non ſine ingenti ſumtu, pretioſarumque rerum incenſione inſtitui queat.*

Jejunia tum Xacaitis Aſcetis, tum etiam Laicis communia duplicis ſunt generis. Alterum, quod appellant Ngunnè Rigidum, *clauditur horis integris viginti quatuor. Tanta eſt* jejunii *hujus ſeveritas, ac ſuperſtitio, ut ne ipſam quidem ſalivam, ſponte fluentem in ore, ad fauces retrahere, ac deglutire liceat. Illud plerique agunt tribus continuatis diebus, unica* theæ *potione, quam hora matutina ſumunt, recreati. Alterum jejunii genus vocant* Gnennè.

nè. Veſpere ſemel prandent. Licitum tamen eſt interdiu bibere. Laici frequentius, quam Aſcetæ hujuſmodi jejunia obſervant. Sed Religioſis, & Sanctimonialibus ſeveriſſime præceptum eſt, ne unquam inter prandium, & cœnulam quicquam vel bibere, vel deguſtare audeant.

Anni labentis finem, & Novi incipientis exordia partim ſcenicis, partim etiam ſacris cæremoniis in Templis celebrant. Coram ingenti populorum turba ſolemne ſpectaculum exhibetur. Scenam exordiuntur Religioſi homines quinque. Egreſſi e Sanctuario terni pulſantes tympana, bini Tinnos, [quos vocant,] veniunt antè portam Templi: ibique de aperto libro ſacrum quaſi prologum cantant. Hac edita præcentione in ſcenam exilit Perſonatus Cœnobita magnificis veſtibus indutus: gerenſque Is Caput grande Arietis coronatum humanis Calvariis, Numen quoddam repræſentat. Saltat capreolatim in medio Templo, ſeſeque in gyros quaſi furens agit, dextera ſecurim, ſiniſtra patinam tenens auratam. Doleo prætermiſſas figuras, & ordinem ſuccedentium animalium, quorum monſtroſa capita, & ipſa coronata Craniis reliqui Pantomimi, heroum more induti, pariterque ſaltantes, geſtabant. Taurus certe, Urſus, Tigris, ſive Panthera, & Cervus non deerant. Vigintiquatuor animalium formæ in theatrum venerunt; omnium vero ultimus Cervus. Poſt ſaltationem ſecundus manum prehendebat primi, tertius ſecundi, & ſic deinceps, donec conjuncti omnes veluti catenam quandam, & circulum compoſuerunt. Signa cæleſtia Zodiaci per hunc orbem animalium deſignari, nemo eſt qui non intelligat. Numerus, mea quidem opinione, nil obſtat. Forte enim duodecim animalia Soli, duodecim vero tanquam Lunæ ſacra repræſentantur. Nam a Luna prima Februarii anni auſpicia ſumere Tibetanorum Inſtitutum eſt. Annus 1741. quo ſcena ſpectabatur, juxta eorum computum, Ciah Cia Ferri Avis, incidit in 16. Februarii noſtri. Poſt horam in

San-

Sanctuarium ſeſe orbis ſaltantium recepit. Tum inſtrumentorum concentu e læto in flebilem repente converſo, viſus eſt Sceletus, *viva ipſa mortis imago, qui lento, gravique motu ſaltabat. Secundus deinde, tertius, quartuſque ſucceſſit ex ordine. Hi farinam hordei identidem in vultus ſpectatorum ſpargebant. Ingreſſi rurſus in Sanctuarium paullo poſt rediere expanſum linteolum in theatrum ferentes. In eo ſimulacrum erat pueruli: quem quum humi depoſuiſſent, erecti ſtatim & alacres facti in lætos feſtivoſque ſaltus circum ſtratum euntes agitabantur. Et ecce iterum, abeuntibus ſceletis, circulus animantium. Ab eorum ſerie repente disjungitur Aries, qui ſemel & iterum flexis genibus, junctiſque manibus ſecurim librans pluries percutit, tandemque pectus pueri medium findit. Mox avulſum cor devorat, & in ſeriem redit. Poſt varios ſubinde circuitus* vigeſimusquartus, ideſt Cervus *eodem ritu reliqua corporis membra ſecuri & ipſe dividit. Sumunt ſinguli fragmenta, quæ comedant, reliquias vero diſpergunt in vulgus. His abſolutis ſex quaſi Diaconi dalmaticis induti, thuribula fumantia ferunt, bini ante, quaterni poſt comitantes Turmà ſuper tripoda erigendum. Sequitur* Lhama *Antiſtes Sacerdotali Pallio ornatus inter Miniſtros ad latera incedentes; quorum alter calicem cerviſiæ, alter patinam hordei geſtat. Sicque ſtatim Proceſſio ſolemnis inſtituitur iis plane cæremoniis, quas ante deſcripſimus* pag. 211. V. Tab.

CYCLUS ANNORUM.

UTebantur Chaldæi veteres *Dodecaeteride, quæ quinquies* repetita *Cyclum* componit *ſexagenarium*. Inſtituti hujus teſtis eſt *Cenſorinus de die Natali* C. 18., multaque in hanc rem obſervata tradidit *Scaliger* de Emend. Tempor. L. 2. Hæc eadem *d[illegible]æteris* apud Tartaros, Sinos, & Indos obtinuit. De I[illegible]s ſcribens *La-Crozius* L. VI.

H.

H. Chriſt. Ind. pag. 469. ait Malabares Cyclum *duodecennem minorem* appellare *Mamankum*, *ſexagenarium* vero, ideſt *majorem* ex quintuplicata dodecaeteride natum *Antou*. Quumque numerum, & ſeriem iſtorum *Antou* in monumentis, & actis publicis conſignare neglexerint Indi, nulli fere adjumento eſſe poſſe docet hujuſmodi Cyclorum ſupputationem ad certas temporum epochas in eorum hiſtoriis inveſtigandas.

Cyclus Sinenſium *ſexagenarius* componitur ex duobus minoribus, quorum alter *decem* annorum eſt, alter *duodecim*. Hi enim duo ſimul conjuncti, in quotquot demum orbes revolvantur, ſingulis quibuſque ſexagenariis, iidem ſemper redeunt. Vide Tabulas apud *Deguignes* H. Gen. Hun. T. I. P. I. *Des Epoques uſitées dans l' Orient* pag. XLVI. & ſeq.

Tartari & ipſi Cyclum habent annorum duodecim, qui, teſte *La-Crozio*, aliiſque Eruditis, quinquies in eorum majori Cyclo *ſexagenario* continetur. At anni illius *dodecaeteridis* denominationem accipiunt a duodecim animalibus. Hæc non eſſe ſigna Cæleſtia Zodiaci *Scaliger* docuerat. Contra *Salmaſius* in Præf. ad Lib. de An. Climacter. *Ut autem*, inquit, *in Chaldaica dodecaeteride primus annus vocabatur* Arietis, *ſecundus* Tauri, *tertius* Geminorum, *& ita de aliis, ita & Tartari nominibus ſignorum annos ſuæ dodecaeteridis nuncuparunt.*

At, ſi quid ex paullo ante exhibita Tibetanorum ſcena conjicere mihi liceat, crediderim Tartaros perinde ac Indos eadem fere Cæleſtia ſigna Chaldæorum, Græcorum, Ægyptiorumve agnoſcere, quemadmodum ab ipſo quoque *La-Crozio* affirmari video, annorum tamen nomina ab imaginibus quarundam conſtellationum accepiſſe. *Sic Crocodilum* vocant Tartari *annum quintum*, *Tonitru* Tibetani: ſed per *Tonitru* intelligunt *Draconem*, ſive conſtel-

ſtellationem *Draconis* Chimerici, qui apud Japonios ex *Kaemphero* formam habet *Crocodili*. Idemque eſt, eorumdem Tibetanorum opinione, qui Soli ac Lunæ eclypſim inferre creditur, dum luminis partem dentibus abſcindere, ac devorare nititur. Hoc eodem Cyclo uſi aliquando ſunt & ipſi Sinenſes. Sed annis conſtat Lunaribus. *Sic Deguigneſius*.

Japonenſium Cyclus ſexagenarius eſt, & ſimilis Sinico. Componitur & ipſe ex duobus minoribus, altero, qui *decem*, altero, qui *duodecim* annis conſtat. Anni 12. a duodecim ſignis Cæleſtibus denominantur: 10. ab Elementis: quæ licet quinque ſint, ea tamen bis repetuntur, variiſque nominibus, & characteribus deſignantur, ut conjuncti cum 12. cyclum pariant ſexagenarium. Ita *Kaempherus* L. II. C. 3. Vide Tab. XV. ejuſdem *Kaempheri* T. I. H. Jap. Ex his deprehendere licet Cyclum *decennalem* Sinorum ab eodem elementorum numero fortaſſe deſumi.

Reſtat Cyclus Tibetanorum, de quo nemo hactenus ſcripſit. Quod ſi a *Sammanæis Aſtronomiam*, & artes omnes *juſqu' au nombre de ſoixante & quatre* Indi didicerunt, quemadmodum iidem ipſi, referente *La-Crozio H. Chr. Ind.* pag. 475., ingenue fatentur; Sammanæi vero alii eſſe nequeant, quam Tibetani, par erat, ut nos demum nonnulla de eorum Cyclo traderemus. Orbis eſt annorum *ducentorum quinquaginta duorum*. Tribus partibus conſtat. Prima eſt, *dodecaeteris* ſignorum Cæleſtium ſimplex. Secunda, eadem dodecaeteris conjuncta cum Elementis quindecim: primo ſcilicet cum quinque elementis *communibus*, deinde cum quinque *maſculis*, demum cum quinque *fœmineis*. Hæc conjunctio parit Cyclos tres ſexagenarios. Tertia pars eſt, eadem rurſus dodecaeteris conjuncta cum decem tantum Elementis maſculis & fœminis; ſed alterne acceptis; itaut primo cum maſculo, deinde cum fœmina, & ſic deinceps

ceps eodem ordine copuletur. Ex hac autem copulatione oritur quartus Cyclus ſexagenarius. Hi quatuor Cycli additi duodenario ſummam efficiunt annorum 252. Sed conſtructionem facilius Tabulæ demonſtrabunt.

ELEMENTA QUINDENA.

Elementa v. communia.

		Tibetana.	Japonica.	Latina.
1.	ཤིང་།	Scingh.	Keno.	Lignum.
2.	མེ་།	Me.	Fino.	Ignis.
3.	ས་།	Sa.	Tſutſno.	Terra.
4.	ལྕགས་།	Ciah.	(Kanno.) Minium	Ferrum.
5.	ཆུ་།	Ciù.	Midſno.	Aqua.

Elementa v. maſcula.

6.	ཤིང་པོ་	Scingh-pò.	Kino je.	Lignum maſcul.
7.	མེ་པོ་	Me-pò.	Fino je.	Ignis maſcul.
8.	ས་པོ་	Sa-pò.	Tſutſno je.	Terra maſcul.
9.	ལྕགས་པོ་	Ciah-pò.	(Kanno je) Minium	Ferrum maſcul.
10.	ཆུ་པོ་	Ciù-pò.	Midſno je.	Aqua maſcul.

Elementa v. fœminina.

11.	ཤིང་མོ་	Scingh-mò.	Kino To.	Lignum fœmin.
12.	མེ་མོ་	Me-mò.	Fino To.	Ignis fœmin.
13.	ས་མོ་	Sa-mò.	Tſutſno To.	Terra fœmin.
14.	ལྕགས་མོ་	Ciah-mò.	(Kanno To) Minium	Ferrum fœmin.
15.	ཆུ་མོ་	Ciù-mò.	Midſno To.	Aqua fœmin.

Dodecaeteris a Signis, sive Constellationibus Caeli.

					Tibetana.	*Sinica.*	*Tartarica.*	*Japonica.*	*Latina.*
༡.	ལོ་དང་པོ།	Lò Tang-pò.	An. 1.	བྱི་བ།	Chjip.	Chou.	Keskou.	Ne.	Mus.
༢.	ལོ་གཉིས་པ།	Lò Gnì-pà.	An. 2.	གླང་།	Lang.	Nieou.	Out.	Us.	Bos.
༣.	ལོ་གསུམ་པ།	Lò Sum-pà.	An. 3.	སྟག།	Tah.	Hou.	Pars.	Torra.	Tigris.
༤.	ལོ་བཞི་པ།	Lò Sgì-pà.	An. 4.	ཡོས།	Jò.	Tou.	Touſchcan.	Ow.	Lepus.
༥.	ལོ་ལྔ་པ།	Lò Nga-pà.	An. 5.	འབྲུག།	Bru.	Long.	Lovì.	Tats.	Tonitru.
༦.	ལོ་དྲུག་པ།	Ló Trù-pà.	An. 6.	སྦྲུལ།	Prul.	Che.	Ilan.	Mi.	Serpens.
༧.	ལོ་བདུན་པ།	Lò Tun-pà.	An. 7.	རྟ།	Tha.	Ma.	Junad.	Uma.	Equus.
༨.	ལོ་བརྒྱད་པ།	Lò Kjè-pà.	An. 8.	ལུག།	Lù.	Yam.	Koi.	Tſitſuſe.	Hircus.
༩.	ལོ་དགུ་པ།	Lò Kù-pà:	An. 9.	སྤྲེའུ།	Prehù.	Heou.	Pitchin.	Sar.	Simia.
༡༠.	ལོ་བཅུ་པ།	Lò Ciù-pà.	An. 10.	བྱ།	Cià.	Ki.	Dokouk.	Torri.	Avis.
༡༡.	ལོ་བཅུ་གཅིག་པ།	Lò Ciù-cik-pà.	An. 11.	ཁྱི།	Kij.	Keou.	Eit.	In.	Canis.
༡༢.	ལོ་བཅུ་གཉིས་པ།	Lò Ciù-gnì-pà.	An. 12.	འཕགས།	Pah.	Tchou.	Tongouz.	I.	Porcus.

Jam admonuimus annum *quintum* a Tibetanis appellari *Bru* Tonitru, *Long* & *Lovi* Crocodilum a Sinis & Tartaris, *Tats* Draconem a Japoniis. *Cia* Avem vocant Tibetani *decimum*, Sini *Ki*, Tartari *Dakouk* Gallinam, Japonii *Torri* Gallum, vel Gallinam, & *duodecimum* Verrem, quem alii nullo ferme diſcrimine nominant *Suem*.

Scribit Salmaſius a Tartaris Leporem dici ماو *Mau*, a Sinis *Thu*: Porcum خجى, a Sinis *Chu*: Equum وو, a Sinis *Ma*: Canem سو, a Sinis *Keu* voce accedente ad Græcam Κύων: Bovem جيو *Giu*, a Sinis *Nieu*: Simiam شن *Xan*, a Sinis *Heu*: Ovem وى quaſi a Græca Ὄϊς, a Sinis *Yam*: Gallinam دوو a Sinis *Kyy*: Murem ثره a Sinis *Xu*. Nomina profecto Tartarica, cujuſmodi a Salmaſio proferuntur, a noſtris in allata *dodecaeteride* editis longe diſcrepant. At ea nos accepimus a *Deguigneſio* Viro in Tartarorum, Sinorumque rebus verſatiſſimo: Japonica a *Kaemphero*.

Cyclus Major An. 252.

1. Chjip.	18. Scingh Prul.	35. Me Kij.
2. Lang.	19. Tcingh Tha.	36. Me Pah.
3. Tah.	20. Scingh Lù.	37. Sa Chjip.
4. Jo.	21. Scingh Prehu.	38. Sa Langh.
5. Bru.	22. Scingh Cia.	39. Sa Tah.
6. Prul.	23. Scingh Kij.	40. Sa Jo.
7. Tha.	24. Scingh Pah.	41. Sa Bru.
8. Lù.	25. Me Chjip.	42. Sa Prul.
9. Prehu.	26. Me Langh.	43. Sa Tha.
10. Cia.	27. Me Tah.	44. Sa Lù.
11. Kij.	28. Me Jo.	45. Sa Prehu.
12. Pah.	29. Me Bru.	46. Sa Cja.
13. Scingh Chjip.	30. Me Prul.	47. Sa Kij.
14. Scingh Lang.	31. Me Tha.	48. Sa Pah.
15. Scingh Tah.	32. Me Lù.	49. Ciah Chjip.
16. Scingh Jo.	33. Me Prehu.	50. Ciah Langh.
17. Scingh Bru.	34. Me Cia.	51. Ciah Tah.

52. Ciah Jo.
53. Ciah Bru.
54. Ciah Prul.
55. Ciah Tha.
56. Ciah Lù.
57. Ciah Prehu.
58. Ciah Cja.
59. Ciah Kij.
60. Ciah Pah.
61. Ciu Chji.
62. Ciu Langh.
63. Ciu Tah.
64. Ciu Jo.
65. Ciu Bru.
66. Ciu Prul.
67. Ciu Tha.
68. Ciu Lù.
69. Ciu Prehu.
70. Ciu Cja.
71. Ciu Kij.
72. Ciu Pah.
73. Scingh pò Chji.
74. Scingh pò Langh.
75. Scingh pò Tah.
76. Scingh pò Jo.
77. Scingh pò Bru.
78. Scingh pò Prul.
79. Scingh pò Tha.
80. Scingh pò Lù.
81. Scingh pò Prehu.
82. Scingh pò Cja.
83. Scingh pò Kij.
84. Scingh pò Pah.
85. Me pò Chji.
86. Me pò Langh.
87. Me pò Tah.
88. Me pò Jo.
89. Me pò Bru.
90. Me pò Prul.
91. Me pò Tha.
92. Me pò Lù.
93. Me pò Prehu.
94. Me pò Cja.
95. Me pò Kij.
96. Me pò Pah.
97. Sa pò Chji.
98. Sa pò Langh.
99. Sa pò Tah.
100. Sa pò Jo.
101. Sa pò Bru.
102. Sa pò Prul.
103. Sa pò Tha.
104. Sa pò Lù.
105. Sa pò Prehu.
106. Sa pò Cja.
107. Sa pò Kij.
108. Sa pò Pah.
109. Ciah pò Chji.
110. Ciah pò Langh.
111. Ciah pò Tah.
112. Ciah pò Jo.
113. Ciah pò Bru.
114. *Ciah pò Prul.*
115. Ciah pò Tha.
116. Ciah pò Lù.
117. Ciah pò Prehu.
118. Ciah pò Cja.
119. Ciah pò Kji.
120. Ciah pò Pah.
121. Ciu pò Chji.
122. Ciu pò Langh.
123. Ciu pò Tah.
124. Ciu pò Jo.
125. Ciu pò Bru.
126. Ciu pò Prul.
127. Ciu pò Tha.
128. Ciu pò Lù.
129. Ciu pò Prehu.
130. Ciu pò Cja.
131. Ciu pò Kji.
132. Ciu pò Pah.
133. Scingh mò Chji.
134. Scingh mò Langh.
135. Scingh mò Tah.
136. Scingh mò Jo.
137. Scingh mò Bru.
138. Scingh mò Prul.
139. Scingh mò Tha.
140. Scingh mò Lù.
141. Scingh mò Prehu.
142. Scingh mò Cja.
143. Scingh mò Kij.
144. Scingh mò Pah.
145. Me mò Chji.
146. Me mò Langh.
147. Me mò Tah.
148. Me mò Jo.
149. Me mò Bru.
150. Me mò Prul.
151. Me mò Tha.
152. Me mò Lù.
153. *Me mò Prehu.*
154. Me mò Cja.
155. Me mò Kij.
156. Me mò Pah.
157. Sa mò Chji.
158. Sa mò Langh.
159. Sa mò Tah.
160. Sa mò Jo.
161. Sa mò Bru.
162. Sa mò Prul.
163. Sa mò Tha.
164. Sa mò Lù.
165. Sa mò Prehu.
166. Sa mò Cja.
167. Sa mò Kij.
168. Sa mò Pah.

169. Ciah mò Chji.
170. Ciah mò Langh.
171. Ciah mò Tah.
172. Ciah mò Jo.
173. Ciah mò Bru.
174. Ciah mò Prul.
175. Ciah mò Tha.
176. Ciah mò Lù.
177. Ciah mò Prehu.
178. Ciah mò Cja.
179. Ciah mò Kij.
180. Ciah mò Pah.
181. Ciu mò Chji.
182. Ciu mò Langh.
183. Ciu mò Tah.
184. Ciù mò Jo.
185. Ciù mò Bru.
186. Ciù mò Prul.
187. Ciù mò Tha.
188. Ciù mò Lù.
189. Ciù mò Prehu.
190. Ciù mò Cja.
191. Ciù mò Kij.
192. Ciù mò Pah.
193. Scingh pò Chji.
194. Scingh mò Langh.
195. Me pò Tah.
196. Me mò Jo.
197. Sa pò Bru.
198. Sa mò Prul.
199. Ciah pò Tha.
200. Ciah mò Lù.
201. Ciù pò Prehu.
202. Ciù mò Cja.
203. Scingh pò Kji.
204. Scingh mò Pah.
205. Me pò Chji.
206. Me mò Langh.
207. Sa pò Tah.
208. Sa mò Jo.
209. Ciah pò Bru.
210. Ciah mò Prul.
211. Ciù pò Tha.
212. Ciù mò Lù.
213. Scingh pò Prehu.
214. Scingh mò Cja.
215. Me pò Kij.
216. Me mò Pah.
217. Sa pò Chji.
218. Sa mò Langh.
219. Ciah pò Tah.
220. Ciah mò Jo.
221. Ciù pò Bru.
222. Ciù mò Prul.
223. Scingh pò Tha.
224. Scingh mò Lù.
225. Me pò Prehu.
226. Me pò Cja.
227. Sa pò Kij.
228. Sa mò Pah.
229. Ciah pò Chji.
230. Ciah mò Langh.
231. Ciù pò Tah.
232. Ciù mò Jo.
233. Scingh pò Bru.
234. Scingh mò Prul.
235. Me pò Tha.
236. Me mò Lù.
237. Sa pò Prehu.
238. Sa mò Cja.
239. Ciah pò Kji.
240. Ciah mò Pah.
241. Ciù pò Chji.
242. Ciù mò Langh.
243. Scingh pò Tah.
244. Scingh mò Jo.
245. Me pò Bru.
246. Me mò Prul.
247. Sa pò Tha.
248. Sa mò Lù.
249. Ciah pò Prehu.
250. Ciah mò Cja.
251. Ciù pò Kij.
252. Ciù mò Pah.

Unicum ſi velis *Sexagenarium Cyclum* Japoniorum ac Sinenſium more, ſat erit X. tantum *Elementa* maſcula ac fœminina cum *dodecaeteride Signorum Cæleſtium* conjugare.

In hoc noſtro majori Cyclo hactenus tradito annos invenies cognomines, qui facile inter ſe confundi poſſe videantur. Verum *Tzhi-chen* hoc eſt *Aſtrologi*, & *Calculatores* Publici, qui magna in exiſtimatione apud Tibetanos habentur, norunt eos ex Cycli partibus probe diſtinguere. Eorum munus eſt ſub anni initium *ephemerides* com-

componere, Cycli numerum indicare, ac temporum rationes digerere. Ut autem anni Lunares cum Solaribus congruant, Lunas intercalares adhibent ea prorſus methodo, qua Sinenſes. Hanc vero habes apud *Deguignes* in citatis Tabulis pag. XLVI.

མོཇི་ འཇིག་ཏེན་བཤད་པ་

EXPLICATIO MUNDI SINCERA.

SIC Tibetani inſcribunt *Tractatum* de Mundi ſchemate explicato in eo Volumine Magni བཀའ་འགྱུར་ *Kaghiur*, cui titulus eſt ཆོས་མངོན་པ་མཛོད་ Cio-ngon-ba-zò *Theſaurus Legis* (τοῦ *Ngon-bo-teno*.)

Plura de hoc Mundi ſyſtemate tradidimus N. LXXVI. Non eo tamen conſilio, ut Tabulam, quam modo in lucem proferimus, exponeremus. Necdum enim de ea edenda noſtrum quiſquam cogitarat. Nunc vero, quum in publicum per hos demum dies prodire jubeatur, idoneis, opportuniſque luminibus inſpergenda eſt. Sed ejus naturæ lumina erunt, quæ fabulas Tibetanorum e ſpiſſis tenebris natas demonſtrabunt. Tot humanarum fictionum portenta præſtaret equidem ignorare magis quam cognoſcere, ac promulgare. Cognoſcenda ſunt tamen Miſſionariis noſtris, ut errores gentis facilius detegere, ac revincere queant. Ceterum tantarum fabularum origines ex Aſtronomia ſuperſtitioſa Lhamarum repetendas eſſe putarim. *Lhaas* enim credunt eſſe Aſtra innumerabilia Cæleſtium orbium; quodque de corporibus illis ſidereis vetus fortaſſe & arcana Paganorum Orientalium Aſtronomia docebat, ducibus Baſilide, Manete, aliiſve hujus furfuris Semi-Chriſtianis, ad *Lhaas Deos* ſecundum gradus ſphærarum, ac lucis accomo-

modarunt. Manes præterea *Terreſtrem Paradiſum* Mundum totum putabat. Quamobrem cum hac ima parte telluris conjungebat Cælorum orbes; & neſcio quas arbores concupiſcentiæ cum arboribus Mundi Tibetani comparandas in ſuo illo Terreſtri Paradiſo ſtatuebat. Denique *Arborem ſcientiæ boni, & mali*, de qua narrat Moyſes Gen. II. JESUM CHRISTUM, *ejuſque in Mundo γνῶσιν cognitionem*, teſte *S. Epiphanio*, ac *Photio*, impius hæreſiarcha deprædicabat. An ex hoc Manichæorum commento pullularit *Arbor* Mundi Tibetani, cujus fructibus aluntur *Lhaæ* in monte *Righiel*, temporis ac loci ratio pluribus diſquirere vetat.

De proceritate Incolarum, deque definita magnitudine partium Mundi Tibetani in hac noſtra explicatione ſermo ſæpiſſime fiet. Quæ itaque ſint menſuræ Tibeticæ ad rem planius intelligendam, paucis aperiam. ལག་ *Lah* cubitus eſt reſpondens pedibus Romanis fere duobus, འདོམ་པ་ *Tom-bà* conſtat *Lahis* quatuor, རྒྱང་གྲགས་ *Kiang-trà*, Tombis quingentis, དཔག་ཚད་ *Pa-tzè* Leuca, Kiangtris octo & Romanis paſſibus quater mille.

Menſura temporis དཔག་ཏུ་ *Padù* annos continet 59000000000000000000000000000000000000000000000000000000000000000.

Mundi durationem concludunt intra numerum octodecim *revolutionum*, ſive intra ætates *centum ſexaginta duas*; nam unaquæque revolutio in ætates novem diſtinguitur.

I. Ætas. In ea vivunt *Lhaæ* ཚེ་དཔག་ཏུ་མེད་པ་ *Tzhe-pa-du-me-pâ* multos ſive innumeros Padù, annos ſcilicet propemodum infinitos, qui vix imaginatione ipſa percipi queant.

II. Ætas

II.	Ætas, & vitæ longitudo eſt An.	80000.
III.	An.	40000.
IV.	An.	20000.
V.	An.	100.
VI.	An.	70.
VII.	An.	40.
VIII.	An.	20.
IX.	An.	10.

Abſoluta nona, decima ſurſum verſus regreditur, & vita eſt an. 20. duodecima 40., decimatertia 70., & ſic deinceps per hunc ordinem adſcendentium, deſcendentiumque ætatum continuatum uſque dum omnium numerus, & ſummus earum cyclus compleatur. Tum finem habet vetus, & novus rurſum Mundus formatur.

Eſt autem figura Mundi eadem ipſa, quam Tab. I. repræſentat. Hanc Pictor Tibetanus *Jon-de La-hu-rì* ex Archetypo ſacro in *Lhapranga Lhaſſenſi* aſſervato coloribus expreſſit.

S.T.V.X. རི་རྒྱལ་པོ་འཁོར་ཡུག་གི་རི་ *Ri-ghjel-po-khor-ju-khi-ri* Peripheria *ferrei* Hemiſphærii, ſive ut Tibetani loquuntur *vaſis*, catini inſtar, rotundi. Eſt ambitus omnis interioris peripheriæ *Patzè* 3398750. Labri craſſitudo *Patzè* 480. mille ſcilicet nongentorum, & viginti milliarium. In hujus ora ſtant cuſtodes, & excubitores, homines giganteæ ac monſtroſæ formæ, dicti གནོད་སྦྱིན་ཀོ་ངོན་པོ་ཅན་ *No-cjn-ko-ngon-bo-cen*. Hos ego cum cuſtodibus, quos Ægyptii ſupra p. 147. tribuebant *finitori*, comparari poſſe crediderim. Nam & *Hippopotamum*, & *Crocodilum* Gigantis Typhonis imagines *Polum*, *Hemiſphærium inferius*, *Occidentem Solem*, adeoque & hibernum tempus apud Ægyptios indicaſſe *Jablonskius* oſtendit L. V. *Panth. Æg.* c. 2. Fundus con-

Conſtratus arena aurea *Patzè* 1220000. V. p. 184. Super hunc alte erigitur mons *Righiel forma quadrata*, *Meros* videlicet ille, *Merupa*, vel *Someru* in Indorum fabulis tantopere celebratus. V. pag. 185. Cingitur Is Maribus ſeptem circumfluvis, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7., & ſeptemplici catena montium aureorum a. b. c. d. e. f. g.

Mare ſalſum dictum བ་ཚྭ་ཅན་ཀྱི་རྒྱ་མཚོ་ *Pa-tza-cen-kj-chiam-tzò* a catena exteriori montium aureorum uſque ad interiores parietes Catini late extenditur *Patzè* 322000. dimenſio altitudinis a ſuperficie Maris ſalſi ad ſummum ejuſdem Catini labrum eſt *Patzè* 480.

S, Oriens. T, Meridies. V, Occaſus. X, Septentrio.

A. Apex *Aſiæ*, quæ in morem obtuſæ pyramidis figuratur. Quumque currus Tibetanorum hujuſmodi figuram imitentur, currus formam tribuunt Aſiæ. In partes tres eam dividunt, quarum quælibet extenditur *Patzè* 2000. quæ ſimul collectæ dant milliaria Romana pl. m. 24000.

Statura hominum ſumma cubitorum *quatuor*, communis *trium cum dimidio*. Vita an. 80.

Aſiæ continens vocatur འཛམ་བུ་གླིང་ *Zam-pu-lingh*, Pars illa ſcilicet Mundi, ubi eſt Arbor *Zam-pu*, de qua infra.

B. Sina. In illius centro collocant Urbem རི་བོ་རྩེ་ལྔ་ *Ri-vo-tze-ngha* erectam ſuper montem quinque verticibus diſtinctum, & coronatum; eamque eſſe dictitant Sedem & Cathedram Magni འཕགས་འཇམ་དཔལ་ *Pak-giam-pel* legem Xacæ tradentis.

C. Centrum Aſiæ; ubi རྡོ་རྗེ་གདན་ *Tor-ce-ten*, hoc eſt *Potentis Civitas*, & Sedes magnifica *Xacæ* prædicantis. Huc veniunt, juxta Tibetanam fidem, atque hinc etiam

 auſpi-

Divi Tibetanorum Legiſlatores antequam legem reſtituere aggrediantur, inviſunt Urbem & natale ſolum *Xacæ* in centro Aſiæ.

auſpicia prædicationis capiunt *Sancti* omnes, qui pietatis ſtimulis acti erga ſalutem viventium corpus humanum ſponte induunt, ut labefactatam legem reſtituant. Urbem hanc eſſe credunt ཤེར་ཕྱྭ་གཞི་ *Scer-chja-ſgi*, Indis काशी *Kasì*, ſive बनारस *Benares*. At ne ipſæ quidem Tibetanæ Geographiæ rationes patiuntur, ut in Aſiæ centro *Benares* ſtatuatur. Quamobrem longius multo, opinor, quærendum eſt natale ſolum, & Civitas illa antiquiſſima *Xacæ* Legiſlatoris. Fortaſſe ab Urbe Sancta Jeruſalem, atque adeo e Palæſtinæ finibus, ubi & *medium terræ*, & ſalutem de *medio terræ*, ſecundum vaticinia Prophetarum, humano generi partam Majores noſtri agnoverunt, Civitas unius veri Legiſlatoris CHRISTI JESU DEI FILII inter homines nati, & Evangelium terrigenis revelantis, a primævis Chriſtianæ Religionis corruptoribus in Indias translata eſt ad ripas ſuperiores Gangis.

Quod S. Prophetæ vaticinati ſūt *de ſalute* adferenda hominibus *in medio Terræ* per adventum CHRISTI, *Xacaitæ* ad *Legiſlatorem ſuum* accomodant *in centro Aſiæ*.

Nec temere me judicaſſe putaverit quiſquis mores Manichaicorum Tenebrionum cum opinione Tibetanorum de ſanctis legislatoribus ex Aſiæ centro revocatis paulliſper contulerit. Nihil enim tantopere affectaſſe viſi ſunt tum præcurſores, tum etiam diſcipuli Manetis, quam ut in Judæa circumque jacentibus Regionibus a CHRISTO JESU, ejuſque Apoſtolis frequentatis, doctrinæ ſuæ arcana cum ſimplici plebe communicarent. Quod ſane artificium eô ſpectare poterat, ut vaferrimi, qui erant, impoſtores faciliori quadam transformatione CHRISTUM JESUM ſimularent, eoque obtecti velamine ſecurius etiam ſeducerent Populos nomine jam & fama captos Unigeniti FILII DEI carnem noſtram induti.

Priſci Evangelicæ doctrinæ corruptores originē prædicationis ſe traxiſſe oſtentarunt, aut certe finxerunt ab iis locis, ubi Chriſtus & Apoſtoli prædicarunt. Cur?

Nec omittendum eſt, quôd ceteri fere omnes *Xacæ* cultores illius natale ſolum in ipſo Telluris umbilico conſtituunt. Id faciunt Peguani, & Siamenſes, qui *Xacam* cele-

Xacam in *centro terræ* natum *Siamenſes*, & *Peguani* tradunt.

celebrant natum in Inſula *Seylan*. Ibi enim Xacaicæ Religionis veſtigia, teſte *Kaempher. L. 1. H. Jap. pag.* 31., hodieque ſervantur, ubi *Mons* eſt *nommée par les Européens* Pic d'Adam, *que les Ceylanois regardent comme ſacrée, &* *qu'ils placent* au centre du Monde *dans leurs cartes*.

D. Regnum & Civitas རི་པོ་ཏ་ལ་ *Ri-pò-ta-là*. Ibi ſedem hodieque tenere creditur སྤྱན་རེས་གཟིགས་ *Cen-re-ſi* in hominem alium per *tranſmigrationem* converſus.

E. མཁའ་འགྲོའི་གནས་ *Kah-dhroi-nè* Regnum. In eo natum ferunt ཨུ་རྒྱན་ *Ur-kjen* Magiæ Parentem, & Inſtitutorem. Inſignis præterea eſt Civitas མཁའ་འགྲོ་མ་ *Khadro-marum*. Sunt autem *Khadroma* fœminæ præſtigiatrices in arte magica præſtantiſſimæ. V. pag. 215.

Inter occiduas Aſiæ oras Perſiam collocant, Armeniam, Arabiam, aliaſque Regiones late productas ab E ad magnam uſque lateris Borealis partem.

F. ཤམ་བྷ་ལ་ *Sciam-phalà*. Regnum ad Septentrionem. Qui Regiam in eo dignitatem gerit nova quædam ac repetita *metempſychoſis*, & *metenſomatoſis* creditur Magni illius Sinenſis Concionatoris *Pak-giam-pehl*.

Arbor འཛམ་བུ་ *Zam-pù* indicata N. 34., ſpectanda proponitur ad Occaſum *Ri-ghjel* extra Hemiſphærii ambitum. Ceterum ea pertinet ad partem Aſiæ ſeptentrionalem; quanquam auſtralis ſit reſpectu *Ri-ghjel*, quemadmodum diximus pag. 186.

Medio in Regno *Sciam-pha-là* Mare མ་དྲོས་པ་ *Ma-tro-uà* jacet quadratæ formæ, ejuſque diameter eſt *Patzè* 50. Ex hujus Maris ſinu aſſurgit ſacra Arbor, æquatque alti-

altitudinem *Ri-ghjel*. Ad hujus denique Maris latera ſaxa ſunt IV., unde totidem ſacra flumina exoriuntur. V. cit. pag. 186.

Neſcio an heic Tibetani confuderint Sciam-phalà *cum* Cam-balà, *vel* Cam-balù. *Malabares*, qui vulgo Chriſtiani S. Thomæ *vocantur*, *narrant* S. Apoſtolum *poſtquam ad Chriſti fidem Regem in primis totamque gentem* Meliapurenſem *converterat*, Sinam *adiviſſe*, *&* *in* Cam-balù *Urbe ingenti Populorum multitudini Evangelium prædicaſſe*. Antonius Gouvea Auguſtinianus *Lib. ſic Inſcriptus* Jornada do Arcebiſpo de Goa &c. *hujus nominis Urbem in univerſa Sina ignotam ſcribit*. Gouveam *carpit* La-Crozius H. Chriſtian. Ind. L. I., *eique ignoratam Sinæ Metropolim oſtendit eſſe* Cam-balù *ſic dictam a Tartaris*, *quòd* Principis Civitatem *eorum lingua deſignet*. *Sed rectius*, *opinor*, *ſenſit Gouvea*. *Tartari enim*, *quibus plerique accenſent Tibetanos*, Sciam-phalà, *vel* Sam-balà, *aut etiam* Cam-balà *Regnum*, *de quo agimus*, *denominatum tradunt ab* Urbe principe ejuſdem nominis *extra magnum murum Sinæ*: Cam-balà *deinde in hoc noſtro Itinerario commemoratur*, *eoque nomine Mons in Tibeto celeberrimus denotatur*. Sina *quoque olim dicebatur* Kataja *ad Caſchar*, *&* *terra contermina Indis*, *ac Tobbat apud Nubienſ.* In quadam Relatione de Tibeticis Miſſionibus ad S. C. D. P. F. *Romæ publici juris facta an.* 1742. *traditur ſtatim ab initio:* Prædicationem S. Thomæ Apoſtoli in Tibeto cognitam eſſe. *Quibus monumentis id affirmaverit* Auctor *nec ipſe aperuit*, *nec ego certe aperiam*. *Jam vero*, *quum* La-Crozius *perſuaſum habeat* Thomam *hunc non* Chriſti, *ſed* Manetis *diſcipulum & Apoſtolum eſſe*, *cur potius in* Sina, *quam vel in Tartarorum*, *vel in Tibetanorum Regionibus* Cam-balù *Metropolim figere jure poterit?* *Aut cur Eam non magis imaginariam* Sciam-phalà, *quam veram aliquam* Cam-balà, *Goveæ perinde ac mihi ſuſpicari licebit?*

Ara-

Arabiam & Syriam dictam a Tartaris *Scham*, Tibetani appellant *Sciam-phalà*. Quæ res confirmat opinionem noſtram de Syria, deque primis Evangelicæ prædicationis ſedibus ad origines Gangis translatis. V. pag. 474.

Sciam-phalà Arabiæ, & Syriæ nomen translatum apud Tibetanos conjicitur in Regionem, unde effluit Ganges.

G. ང་ཡབ་གཞན་ *Nga-jap-ſcen* : Inſula ad *Or.* continentis Aſiaticæ. Habitatores colunt legem *Xacæ*.

H. ང་ཡབ་ *Nga-jap*: Inſula ad *Oc.* ejuſdem continentis. Incolæ homines ſunt & *Kha-dro-ma*, cultores *Ur-kjen*. Ambæ Inſulæ eandem habent figuram, quam Aſia.

I. པ་ལང་སྤྱོད་ *Palang-ciò*: Continens ad *Oc.* Mundi, *figuræ ſphericæ*. Peripheria *Patzè* 7500. Lex peſſima. Proceritas habitatorum cubit. 16: Vita an. 250.

K. ལམ་མཆོག་འགྲོ་ *Lam-cio-drò* Inſula sphærica ad *M.* *Pa-lang-ciò*. Lex optima.

L. ཁྱོན་ལྡན་ *Jon-den*: Inſula sphærica ad S. *Pa-lang-ciò*. Habitatores litteris & doctrina clari.

In ambabus Inſulis ſtatura, ac vitæ longitudo eadem eſt, quæ in continenti.

M. སྒྲ་མི་སྙན་ *Tra-mi-gnen*. Continens quadratæ figuræ ad S. Mundi: Tecta in hac Tab. a monte *Righjel*, manet inviſa. Conſtat unumquodque lat. *Patzè* 2000.

N. སྒྲ་མི་སྙན་ *Tra-mi-gnen*: Inſula cognominis, & *ὁμοιομόρφη*, ad *Oc.* continentis.

O. སྒྲ་མི་སྙན་ཟླ་ *Tra-mi-gnen-dà*: Inſula ad *Or.* ejuſdem continentis, & formæ ſimilis. Statura habitatorum cub. 32: Vita an. 1000. Læti vivunt nulli plane legi, nulliſque animi mœroribus ſubjecti. Terra ſponte ſua profert quæcunque ſunt neceſſaria ad victum; ſi quid delicia-

rum

rum præterea cupiant, *Fatum* ſuppeditat. Idem enim eſt, quod viventibus beatas haſce metempſychoſes figit in Terris *Tra-mi-gnen*, ut præmium reddat bonis operibus in prioribus tranſmigrationibus perpetratis. Sed millenarii termino properante ſeptiduum ante quam e vita excedant gaudium in mæſtitiam convertitur. Quòd enim certo ſciant brevi futurum, ut a tanto voluptatum culmine abſtrahantur, in querulas voces, effuſoſque gemitus verſi jacturam maximam acerbiſſime dolent. Hoc mœroris ſeptiduum appellant བར་དོ་ *Par-tò*. Inde nomen *Tra-mi-gnen* inditum eſt tum Inſulis tum continenti boreali, propterea quod ibi སྒྲ་ *Tra*, *vox luctus*, མི་ *Mi*, *hominis*, སྙན་ *gnen*, [*a* སྙན་པ་ *gnen-bà*,] *exaudiatur*.

P. ལུས་འཕགས་གླིང་ *Lu-pah-lingh:* continens ad *Or.* Mundi, figuræ ſemicirculatæ, *Patzè* 6350.

Q. ལུས་ *Lù* Inſula ad *S*.

R. ལུ་འཕགས་ *Lu-pah:* Inſula ad *M*. Ambæ ſimiles continenti.

Eſt venuſtiſſimorum Incolarum ſtatura cubit. 8. Vita an. 500. Lex vero non adeo *optima*, quemadmodum eſt in parte Mundi Meridionali.

Præter maximas continentes *quatuor*, præterque Inſulas majores *octo*, alias multo plures, ſed *minores* numerant; eas tamen Pictores Tibetani deſignare negligunt, quemadmodum hujus noſtræ *Tabulæ* auctorem neglexiſſe cernimus. Verum nihil eſt, cur hominum commenta vel optemus, vel doleamus omiſſa.

Aeris demum altitudo, e ſuperficie telluris, ſupputatur, *Patzè* 1600000.

Mon-

Montes aurei, & Maria lactea chimerica.

1. མུ་རྒྱུན་འཛིན་ *Mu-kjun-Zin:* Prima ſeries Montium Aureorum. Peripheria quadratæ formæ *Patzè* 1969040. Profunditas, & immerſio in aquis a ſuperficie Maris uſque ad ſtratum arenæ aureæ *Patzè* 80000. Emerſio & altitudo ab aquis *Patzè* 625. Tanta etiam eſt ſoliditas.

a. རྣམ་པ་རེ་ལྡུ་ཀྱི་རོལ་ཚོ་ N*am-ba-re-du-ki-Rol-tzò.* Mare primum ſic dictum a monte ſecundo, quo Mare finitur. Eſt coloris lactei, & melle ſuavius. Profunditas *Patzè* 80000: latitudo *Patzè* 1250.

2. རྣམ་པ་རེ་ལྡུ་ *Nam-ba-re-dù.* Series ſecunda Montium. Ambitus *Patzè* 1953600. Soliditas, & altitudo *Patzè* 1250.

b. ཏ་ན་རིག་ཀྱི་རོལ་ཚོ་ *Ta-na-rik-ki--Rol-tzò:* Mare ſecundum: ejuſdem candoris, & ſuavitatis ac primum. Superficies lata *Patzè* 2500.

3. ཏ་ན་རིག་ *Ta-na-rik:* Series montium tertia. Ambitus 1924000. Solid., & alt. 2500.

c. ཏ་ན་ཏུ་ཀྱི་རོལ་ཚོ་ *Tah-na-tu-ki-Rol-tzò:* Mare tertium lacteum: ſuperficies lata 5000.

4. ཏ་ན་ཏུ་ *Tah-na-tù.* Quarta montium ſeries: Ambitus *Patzè* 1864000. Solid. & alt. 5000.

d. སེང་ཏེང་ཅན་ཀྱི་རོལ་ཚོ་ *Seng-teng-cen-ki-Rol-tzò:* Quartum Mare lacteum: ſuperficies lata 10000.

5. སེང་ཏེང་ཅན་ *Seng-teng-cen.* Quinta Montium ſeries: Ambitus *Patzè* 1744000. Solid. & alt. *Patzè* 10000.

e. ཤོལ་འདར་རིན་ཀྱི་རོལ་ཚོ་ *Sciol-da-rin-ki-Rol-tzò:* Quintum Mare lacteum: ſuperficies lata *Patzè* 20000.

6.

6. ཤོལ་འདར་རིན་ *Sciol-da-rin:* Sexta Montium ſeries: Ambitus 1504000. Solid. & alt. 20000.

f. ཉ་བཤིང་བཛིན་ཀྱི་རོལ་མཚོ་ *Gnia-ſcingh-zin-ki-Rol-tzò:* Mare ſextum: ſuperficies lata 40000.

7. ཉ་ཁཤིང་བཛིན་ *Gnia-ſcingh-Zin:* Septima Montium ſeries: Ambitus *Patzè* 1024000. Solid. & alt. *Patzè* 40000.

g. རི་རྒྱལ་ཀྱི་རོལ་མཚོ་ *Ri-kjel-ki-Rol-tzò:* Mare ſeptimum: latitudo uſque ad montem *Ri-kjel Patzè* 80000.

Ex his corrige quæ diximus pag. 186. *Nam* Maris ſalſi *nomen* ſeptimo Mari *dedimus, quod eſſe debebat* Mare Righjel. *Rurſus inter* octo Maria primigenium *numeravimus*. Sed Mare ſalſum *in eo numero collocandum erat*; ſecluſo primigenio.

Septem Marium habitatores monſtra ſunt maſculi alia, alia fœminei ſexus, eaque corpora geſtant partim humanæ, partim ſerpentinæ formæ, ſuis quæque Ducibus, Regibuſque ſubjecta.

Montes & ipſi habent Urbes, Oppida, Caſtella, incolaſque frequentes, ſubditos Regibus quatuor in quarto gradu *Righjel* collocatis.

Dimenſiones, & Gradus Ri-ghjel.

Immerſio, & profunditas Montis *Righjel* in aquis *Patzè* 80000.: emerſio, & altitudo totidem: Peripheria quadrati 64000.

8. Gradus primus *Righjel* ſuſtollitur ab aquarum ſuperficie *Patzè* 10000. Verſantur in eo Lhaæ ſive Dii primi generis. Aquas a fluctibus Maris in montem Righjel ejectas vaſis exhauriunt, foraſque projiciunt; Eorum Princeps appellatur བཅོད་སྐྱིན་ལག་ན་བཞོང་ཐོག་ *No-cjin-lak-na ſgiong-thò*. Vide pag. 237. 9. Gra-

9. Gradus ſecundus. Baſis lata *Patzè* 8000.: altitudo *Patzè* 10000. Et in hoc *Lhaa* commorantur ſecundi generis coronam precatoriam manu geſtantes ſub Principe ཕྲེན་ཐོབ་ *Pren-thò*.

10. Gradus tertius. Singula ejus latera ſecundum finitorem longa *Patzè* 4000: Altitudo *Patzè* 10000. Lhaæ ibi ſunt potatores, eamque ob cauſam ſtolidi creduntur ſub Duce ཏག་སྙོས་ *Ta-gnò*.

Lineam eclipticam per hunc tertium gradum ducunt. Solis domus ad *Or.* indicatur *num.* 32. Illius a monte *Righjel* diſtantia excedit *Patzè* 120000. Nam *Zenit* incidit ſuper Mare ſextum f, & ſuper 6. ſeriem Aur. montium. Lunæ domus oſtenditur *num.* 33. ſuper idem Mare f. & ſuper 7. Seriem montium, adeoque diſtat a *Righjel Patzè* 100000. Amborum Siderum domus curru ab equis ſeptem rapto vehuntur ſecundum *Horizontem* quadrati Righjel. In Tab. locus Solis & Lunæ inferius ſtatuitur, ſed aliquanto ſuperius ad mediam gradus tertii altitudinem evehendus eſt.

11. Gradus quartus *Lhamain*. In ſedibus *Lhamain* figendis varia eſt Tibetanorum opinio. Eas plerique ſtatuunt ad latus occiduum Gr. III. Fit inde ut in eorum ſyſtemate gradus Righjel *quinque* tantum numerentur. Putant alii gradum *quartum* propriam eſſe Regionem *Lhamain*. Hi gradus *ſex* tribuunt τῷ *Righjel*, montis ſummitatem gradum appellantes. Hæc noſtra Tabula conſtructa eſt a Pictore Tibetano, cui placuit poſtremam Lhamarum opinionem exprimere. Prior, quæ Romam miſſa fuerat a P. Horatio, jam periit, una ſuperſtite deſcriptione ſyſtematis. Hac plane *diagraphe* uſi nos ipſi ſumus; ſed ea in præſentis accomodanda eſt ſchemati inſculptæ Tab. Monitum te volui, ne nos ἀσύστατα quædam tradidiſſe putares.

12. Gradus quintus. Uniuſcujuſque lateris longitudo *Horizontalis Patzè* 8000.: altitudo 10000. *Lhaa* quatuor juxta laterum numerum in eo collocantur, dicti propterea རྒྱལ་ཆེན་བཞི་ *Chjel-cen-ſgi*. *Quatuor Magni Reges*: Hi tanquam montis cuſtodes ac defenſores *machæram* gerunt; præſuntque ceteris omnibus habitantibus tum in *inferioribus* gradibus *Righjel*, tum etiam in ſeptemplici Marium, Aureorumque montium regione. Statura Tom-bà 125: Vita 9000000. Pars maxima Tibetanorum, ut mox obſervatum eſt, arbitratur quatuor hiſce Regibus ſubjici *Lhamainos*; ob eam fortaſſe cauſam quôd *ſemideos* illos *ſemiviroſque* hoſtes in gradum adſcendere niſos enſe repellant. V. pag. 214.

13. Gradus ſummus *Righjel*. Hunc vocant གསུམ་བཅུ་རྩ་གསུམ་ *Sum-ciu-tza-ſum*, *triginta tres*; quôd univerſo Mundo dominetur. Sunt enim *triginta tres* Mundi partes, gradus ſcilicet 5. Righjel, Maria 8., Montes aurei 7., Continentes & Inſulæ 12., Murus ferreus 1. Supremus Dominus *Kia-cjin* appellatur. Regia Civitas in quadrati formam conſtructa, ambitus eſt *Patzè* 10000. Altitudo murorum ex auro puriſſimo *Patzè* $2\frac{1}{2}$. Regale Palatium circuitus *Patzè* 1000. ex urbe media attollitur circumdatum ad angulos quatuor amœniſſimis Viridariis, in quorum altero Elephantus ſenarum proboſcidum naribus inſignitus rubrum ac ſublime Caput erigit inter decies centena millium Elephantorum, qui ducem choragumque ſuum læti ſequuntur.

Deliciæ ibi ſunt Paradiſiacæ Mundi viſibilis: in hoc proinde loco Dii *Lhaa* prædicant legem *Xaca*: uxoribus utuntur: ſed filii mirabili ratione unoque temporis puncto concepti, nati, & adulti in eorum ſinu ludere, & exſultare repente viſuntur. Idem accidit *Lhais* in gradu quarto vel quinto ſedentibus. Statura illorum eſt *Tom-bà* 250. Vita *an.* 36000000.

STA-

Stationes Laharum ſupra Righjel.

EAS enumeravimus pag. 182., cauſamque dedimus pag. 201. cur P. Horatius in priori ſchemate juxta complurium Tibetanorum opinionem locum non dederit Stationi *Tob-prel-và*. Sed ut abſoluta univerſæ rei explicatio retineatur, earundem Stationum ordinem aliquanto acuratiorem dabimus.

In *Regno Concupiſcentiæ* འདོད་པའི་ཁམས་ *Do-pe-kham* nuncupato Regiones *ſex* continentur 11. 12. quartus ſcilicet & quintus gradus Righjel, deinde Stationes ſuperiores quatuor 13. 14. 15. 16.

In Regno *Laharum* ſive Deorum གཟུགས་ཁམས་ *Zucham Corporeorum* Stationes treſdecim, ideſt 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Poſtrema hæc ideo *Hua-min* dicitur, quôd locus alius non ſit eo eminentior pro *Lahis* corporeis.

In Regno *Laharum* གཟུགས་མེད་ཁམས་ *Zu-me-cham Incorporeorum* ſtationes quatuor. In Tab. duæ tantum exhibentur 30. 31.

Subſtructio Nubium, cui inniti fingitur Theatrum, & *Cataſtolium* omne Stationum, inventum eſt, & additamentum Sculptoris. Nam cum cacumine montis nullo interjecto medio conjungi debet Statio proxime ſequens.

13. ཐོབ་སྤྲེལ་བ་ *Tob-prel-và*. Laharum ſtatura *Tombà* 325. Vita, *Chiliones an.* 140. Solis amplexibus gignunt.

14. དགའ་ལྡན་ *Ka-den*. St. *Tom-bà* 500., Vit. *Chilion. an.* 576. Manuum contactu gignunt.

15. འཕྲུལ་དགའ་ *Brul-kà*. St. *Tom-bà* 625. V. *Chiliones an.* 2304. Uno oris riſu gignunt.

16. གཞན་འཕྲུལ་དབང་བྱེ་ *Gen-prul-vang-cè*. St. *Tombà* 750. V. *Chiliones an.* 9216. Obtutibus generant.

Ordo Labarum contemplatorum I. ſpeciei.

17. དགེ་རྒྱས་ *Khe-chjè*. Statura, *Ton-bà* 875. Vita, Dimidium illius ætatis, quæ diverſi generis fingitur ab ætate ordinum inferiorum, & propria tantum eſt Laharum contemplatorum.

Ad hanc ætatem intelligendam, quam Tibetani appellant ætatem Mundi *ſuperioris, opus eſt* annos novem ætatis Mundi viſibilis & inferioris *in ſummam redigere. Summa hæc ſexies aucta dat* ætatem unam *horum Laharum.* Semis *proinde hujus ætatis erit ſumma eadem triplicata, ſive quod idem eſt, Orbis triplex* ætatum novem *Mundi viſibilis, vel ætates 27. Integra, Orbis ſenarum revolutionum, vel ætates 64: Infinitus ſcilicet annorum numerus, quem hominis mens vix comprehendere queat.*

18. ཕྲི་མེད་ *Pri-mè*. Stat. T. 1000. V. ætatis Mundi ſuperni quadrant. 3.

19. སོ་ནམ་རྒྱས་ *So-nam-chjè*. St. T. 1125. V. æt. una.

Ordo Contemplatorum II. ſpeciei.

20. འབྲེས་བུ་ཅེ་བ་ *Bre-pu-ce-uà*: St. T. 1250. V. æt. una & quadrans.

21. འོད་བསལ་ *Ho-ſel*: St. T. 1375. V. æt. una & ſemis.

22. ཚད་མེད་འོད་ *Tze-me-hò*: St. T. 1500. V. æt. una, & quadr. 3.

Ordo Contemplatorum III. ſpeciei.

23. དགེ་ཆུང་ *Khe-ciung*: St. T. 1625. V. æt. dupla.

24. ཚད་མེད་དགེ་ *Tzhe-me-chè*: St. T. 1750. V. æt. dupla & quadr.

25.

25. མི་ཆེ་བ་ *Mi-ce-ua :* St. T. 1875. V. æt. dupla & ſemis.

Ordo Contemplatorum IV. ſpeciei.

26. མི་ཐུང་བ་ *Mi-tung-và :* St. T. 2000. V. æt. dupla & quadr. 3.

27. ཤིན་ཏུ་མཐོ་བ་ *Scin-tu-to-và :* St. T. 2125. V. æt. tripla.

28. ཀྱ་ནོམ་སྣང་བ་ *Kja-nom-nang-và :* St. T. 2250. V. æt. tripla & quadrans.

29. འོག་མིན་ *Hoa-min :* St. T. 2375. V. æt. tripla & ſemis.

Ordo Contemplatorum Incorporeorum.

30. ནམ་མཁའ་མཐའ་ཡས་ཀྱེ་ཆེད་ *Nam-kha-ta-je-kje-cè :* Vita, ætates Lhaaticæ 20000.

31. རྣམ་ཤེས་མཐའ་ཡས་སྐྱེ་ཆེད་ *Nam-ſce-ta-je-kje-cè :* Vita, ætates 40000.

32. ཅི་ཡང་མེད་པའི་སྐྱེ་ཆེད་ *Ci-jang-me-be-kje-cè :* Vita, ætates 60000.

33. འདུ་ཤེས་མེད་མིན་གྱི་སྐྱེ་ཆེད་ *Du-ſce-me-min-kj-kje-cè :* Vita, ætates 80000., quarum quælibet, uti jam adnotavimus, complectitur cyclum triplicem novem ætatum Mundi viſibilis.

Duæ poſteriores Stationes 32., 33., prætermiſſæ ſunt in præſenti Tab.

Lahas in quatuor hiſce poſtremis ſedibus nec gaudium, nec pœnam ſentire credunt Tibetani; quippe qui arbitrantur ſpiritum nullo vel voluptatis, vel doloris ſenſu affici, niſi ſit corpori illigatus. Quod certe Atheiſmi argumen-

gumentum eſſet. Eos interea in una ſempiternæ contemplationis actione defixos volunt. Id vero ſine ſpiritus vel oblectatione, vel tædio quo pacto accidere poſſit, nemo, qui ſit rationis compos, intelliget unquam. Sic igitur eorum mentem interpretari licet. Non omnem Lhaïs incorporeis gaudii ſenſum adimunt, ſed eum tantummodo, qui ſit proprius animi cum materiali corpore complicati. Non negant proinde quin vi & actione polleant intelligendi. Hinc eos tangi commiſerationis ſenſu erga viatores aperte fatentur. Ceterum quum hujuſmodi *Deos*, & *Lahas Ciang-ciùb* Deos incorporeos dicunt, aliud nihil ſignificare volunt, quam eos in puram lucem converſos, liberos eſſe a vinculis & attactu omni adverſæ materiæ.

34. འཛམ་བུ་ *Zam-pù*: Arbor diſſenſionis inter Lahas, & La-ma-in.

35. 35. གསེར་གྱི་ལས་སྒྲུབ་པ་རྒྱ་མཚོ་ *Ser-kj-le-trub-pa-kjam-tzò*. *Mare Aureum*, ob aureos lucis radios in ejus aquas immiſſos a latere Boreali R*ighjel*.

36. 36. དངུལ་གྱི་ལས་སྒྲུབ་པ་རྒྱ་མཚོ་ *Ngul-kj-le-trub-pa-kja-mtzò*: *Mare Argenteum* eo colore donatum a parte Orientali *Ri-ghiel*.

37. 37. པདྨ་ར་ཀ་ཤའ་གྱི་ལས་སྒྲུབ་པ་རྒྱ་མཚོ་ *Paima-raka-kj-le-trub-pa-kja-mtzò*: *Mare Rubrum* a latere Auſtrali *Ri-ghiel* conflato atomis *Pemaraceis*.

38. 38. བཻ་ཌཱུར་ཡ་གྱི་ལས་སྒྲུབ་པ་རྒྱ་མཚོ་ *Bedrhuria-kj-le-trub-pa-kja-mtzò*: *Mare Cæruleum* ab atomis *Bedrhuriacis* partis occiduæ *Ri-ghiel*. V. pag. 184.

Sed nos Mundi Tibetani fabulam ſatis luſimus.



... pinxit. Æqu. Paul Anton. Ciccolini delin. Alex. Giardoni sculp.

CYCLUS TRANSMIGRATIONUM

TAB. II.

A. སངས་རྒྱས་དཀོན་མཆོག *Sang-kje-con-ciok*, idem ac *Xaca*, indicans dextera ſupernos Orbes.

B. Cæli ſymbolum. Cælos Tibetani *vacuum* appellant. An huc ſpectet contemplatio *Xacaica*, cujus finem *vacuum* eſſe dictitant, ſatis diſcernere nequeo.

C. Lunæ ſymbolum.

D. Solis ſymbolum.

E. Symbolum Fati, ideſt བྲག་སྲིན་པོ *Pra-ſrin-pò* qui humanis calvariis coronatus, feris unguibus totum Tranſmigrationum circulum apprehenſum arctiſſime ſubſtringit.

F. ལྷ་གནས *Lah-ne:* Sedes *Viatorum primi ordinis*, ſeu Paradiſus Mundi inferioris. Huc tranſmigrare, prœmium eſt bonorum operum, quæ *Lhaa* peregerint in præteritis tranſmigrationibus. In ea veluti beata Regione *Lhaa* novis induti corporibus perpetua cumulantur lætitia ac voluptate. *Kja-cin* Princeps pulſat Chelim, omnemque innumerabilem turbam felicis hujus metempſychoſis compotem, mira ſuavitate, ſummoque gaudio perfundit. Hinc poſt an. 36000000., hujus regionis incolæ beatis illis nudati exuviis in alia tranſmigrant corpora.

Ad latus Occiduum Paradiſi alte aſſurgit arbor *Zampù*, ſive *Giamun*: proque ejus fructu acre, ut ſcis, ac interminabile bellum Lahas inter & Lamain ardet. Origo fortaſſe hujus fabulæ a *Gigantomachia* Manetis, ab Horo, aut Harpocrate Ægyptio cum Typhone, a Jove Græco cum Titanibus certante manavit. Indi preces quotidianas fundunt contra *Gigantes*, uti affirmat Jablonskius.

G. ལྷ་མ་ཡིན་ཀྱི་གནས *Lah-ma-in-kj-ne:* Sedes Viatorum II. ordinis. Sunt hi *Lah-ma-in*, de quibus mox dicebamus.

H. མིའི་སྐྱེ་གནས་ *Mihi-kj-ne*: Sedes Viatorum, ſive transſmigrationum III. ordinis. Eſt hæc Regio *hominum*, in quam Lahæ ex aliis locis, aliiſque corporibus transſmigrant. Rex Tibetanus, ſubditi tributa Regi ferentes, villicus arator, vir nobilis curis vacuus ſedens ad auram, milites, lanius, potatores, textrix, & mulio varia humanæ vitæ genera denotant, ad quæ tranſmigrantes ſecundum merita in prioribus metempſychoſeon orbibus comparata naſcuntur.

In hac una tranſmigratione Lahæ merentur, vel demerentur; in ceteris demereri poſſunt, mereri non poſſunt.

I. ཡི་དྭགས་སྐྱེ་གནས་ *I-thà-kj-ne*: Sedes tranſmigrantium IV. ordinis. Tantali ſunt oſſeæ formæ, & monſtra potius, ac ſpectra hominum, quam homines. Cetera ventrioſi admodum & igneo vento diſtenti. Ob arctiſſimas faucium anguſtias vix hiſcere queunt, tanta cum anxietate & ſuffocationis niſu reſpirant: quicquid tamen ſpirant, vivus ignis eſt. Sed rurſus & frigore algent, & fame ac ſiti, quemadmodum de Tantalis cecinere Poetæ, mire torquentur. Ad eorum tormenta mitiganda *Xacam*, cujus ſimulacrum cernis, in hunc locum ſæpe deſcendere credunt.

K. དུད་འགྲོའི་གནས་ *Tu-droi-ne*: Sedes metempſychoſis ordinis V.: Regio nimirum tranſmigrationum in corpora animantium cujuſcunque generis. Inter eas piſces, & monſtra marina connumerant.

L. དམྱལ་བའི་གནས་ *Gnel-vehi-ne Infernus*: Sedes metempſychoſis ordinis VI. Loca in Inferno XVI. agnoſcunt. Ea ſingillatim tradidimus pag. 265. & ſeq. Additur in imo gehennæ ad lat. Occid. Tab. Aſceta ingenti ſacrorum librorum acervo preſſus. Sed non in omnibus Tibetanarum me-

metempſychoſum adumbrationibus locus iſte conſpicitur.

གཤིན་རྗེ་ཆོས་རྒྱལ་ *Scin-ce-cio-kjel* Rex Inferorum repræſentatur. *Cen-re-ſi* Is eſt eo nomine appellatus. Tamquam Tartarorum Judex dexteram inſtrumento bellico armatam extollit, ſiniſtra ſpeculum gerit, in quo bona, ac mala judicandorum intuetur.

Geminos *Spiritus*, alterum boni ལྷ་ *Lhaam*, alterum mali auctorem འདྲེ་ *Drè* nuncupatum, unicuique hominum ab ipſis vitæ primordiis tribuit Tibetana Religio. Siſtunt ambo ex adverſo ante pedes Judicis ſacculos utrinque alborum atrorumque calculorum excutientes. Ex illis bona, ex his mala produci opera cenſent. Suos deinde calculos alternis jaciunt in capſulam. Tum Judex ex eorum tum numero tum varietate colorum varium certumque pœnæ genus & gradum decernit.

Ad ſiniſtram Judicis Miniſter eſt Penſitator Animorum, qui in Inferna corpora a Fato tranſmigrare coguntur.

M. N. Circulus major in partes duas *lucidam*, M. & *nigram* N. æqualiter diviſus. Lucida ſymbolum eſt *bonarum:* nigra *malarum* tranſmigrationum. *Mulier* in inferiori adſcenſu convexi lucidi, *Trabà* ſive *Monachus Xacaita* in medio, *Lhama* in ſummo cælum dextera indicans, ſiniſtra geſtans corollam precatoriam, iter deſignant tum *Laicorum*, tum *Religioſorum hominum*, tum *Lhamarum*, qui ad ſedes trium bonarum tranſmigrationum *Laharum*, *Lha-main*, & *hominum* conſcendunt. Lhamam in ſummo collocant ad commonſtrandum nemini conceſſum eſſe orbem metempſychoſeon abſolvere, niſi tandem *Ciangciubius* fiat, & legem inſtauret; quod obtineri nequit niſi in uno ſtatu *vitæ Aſceticæ*, atque *Lhamaicæ*. In ſemicirculo nigro N. *Drè* ſive genius malus repræſentatur, qui

animas veluti fune colligatas rapit in regiones *Tu-drorum*, *Itharum*, & *Gnelvagitarum* ſive Inferorum.

O. Circulus minor lucidus, in quo Avis, Serpens, & Porcus vel Aper. Avis roſtrum inſerit in os ſerpentis, & Porcus extremam ſerpentis caudam dentibus apprehenſam ſtringit. Arcana ænigmatis ſignificatio a Lhamis Doctoribus reſciri non potuit. Ceteri populares Xacaitæ ſic illud interpretari ſolent, ut per *Avem* འདོད་ཆགས་ *Dho-cià*, libidinem, per *Serpentem*: ཞེ་སྡང་ *Sgetang*, iram: per *Porcum* སྡག་སྟོག་ *Prah-toà*, accidiam, ſignificari putent. Hæc enim vitia eſſe docent, quorum ope Fatum trahit omnes ad perditionem. At vitia hæc quinque numerant alibi. Eaque eſſe dicunt jacula quinque ab arcu དགའ་རབ་དབང་ཕྱུག་ *Ca-rab-uang-ciù* infaticabili brachio in viventium ſinus continenter intorta. Accedit quôd quum circulus totus ſit lucidus, malæ rei ſignificationem in ea triplici animantium ſpecie exhibere minime videbatur. Multo proinde veriſimilius apparet in hoc lucido Orbe interſecante ſemicirculum atrum, deſignari *ſpiritum* bonarum tranſmigrationum; quemadmodum in exteriori hemicyclo nigro deſignatur ſpiritus malarum. *Cja* profecto, ideſt *Avis* ſymbolum eſſe poteſt metempſychoſis Religioſorum hominum. Hos enim in Avium corpora tranſire arbitrantur. *Pah* Porcus ſive *Aper* animans & ipſum eſt ſacrum atque cæleſte, nomenque ſuum communicat cum Deo *Cenreſi*, & *Pah-giampel*. Indi Deum *Biſnu* in *Avotar* III. formam *Porci* induiſſe docent. Credibile deinde fit ex ſimilitudine vocum mutaſſe plebejos ſignificationem rerum, & *Xacam*, quia Siamenſibus vocatur *Prah-Tſiaù Sanctus Dominus*, pro *Prah-toà* accepiſſe; nam & *Pah Porcum* eorum plures efferunt quaſi *Prah*. Vis tandem bonæ omnis tranſmigrationis *ſerpenti*

Symbola Cycli minoris, & in centro Tab. Tráſmigrationum poſiti aliud quiddam, quam quod Vulgus indoctum Tibetanorũ exiſtimat, ſignificare creduntur.

Cyclus omnium intimior, & lucidus bonarum tranſmigrationũ ſymbola continere videtur.

penti medio tribui videtur. Is enim eſt, qui ima cum ſuperioribus conjungit, ac veluti per gradus & orbes varios ad eminentiora corpora trahit, adducitque animos. Phœnices, & Ægyptii *ἀγαθὸν δαίμονα agatho-dæmonem* ſive *bonum genium*, *&* *δημιουργὸν rerum opificem* Κνὴφ *Chneph*, aut rectius *Chnuph*, appellabant *ſerpentem in medio circuli poſitum, ejuſque extrema conjungentem*. Ita Euſeb. Lib. I. *Præpar. Evang.* C. X. Baſilidiani, *Beauſobrio* ipſo judice, Manichæorum duces, & vexilliferi, inter cetera impietatis myſteria nihil ſic ſacrum, & antiquum habebant, quam ænigma *ſerpentis* in orbem voluti, incluſique circulo. Nam & Gnoſticis omnibus ſanctum quiddam erat atque divinum. Nefariæ hujus ſuperſtitionis monumenta frequentiſſima extant in gemmis *Abraxeis*.

Serpens Tibetanus in centro Cycli lucidi aut ab *Agatho-dæmone* Ægyptiorũ, aut, quod veriſimilius eſt, a *gemmis Abraxeis* Baſilidianorú, & Gnoſticorum derivatus conjicitur.

Conatur *Beauſobrius* L. IV. H. M. c. 4. hujuſmodi *Abraxeas* Baſilidianis abjudicare. Contendit opera non eſſe Artificum cujuſvis Chriſtianæ ſectæ, ſed vel Ægyptiorum Paganorum, vel *Ophitarum*, vel *Gnoſticorum*: Ophitas autem & Gnoſticos temere a S. EPIPHANIO inter ſectarios Chriſtianæ Religionis adnumerari. Nomen *Jao* quod in Abraxeis tam ſæpe occurrit, a ſanctis Hebræorum Scripturis mutuatum concedit; ſed quia in Oraculo Apollinis Clarii commemoratur, invictum argumentum putat, quo fateri cogamur nomen hoc apud ipſos quoque Paganos fuiſſe uſitatiſſimum, & *Soli* celebrando conſecratum.

Nec Baſilidianos Manichæorum anteſignanos, nec ullius Chriſtianæ ſectæ homines contendit *Beauſobrius* auctores eſſe *Abraxearum*.

Beauſobrius interea, qui ſe totius antiquitatis judicem, & contemtorem tam ſuperbe ac inſolenter extulit, e refertiſſimis illis Ægyptiacarum, Græcarum, Romanarumque ſuperſtitionum promptuariis, ne unum quidem vel leve ac ſubobſcurum monumentum proferre potuit, in quo nomen *Abraxas* ab univerſis hiſce Idololatricis gentibus adhibitum oſtendatur. De ſolis Baſilidianis id affirmat perſpicuis verbis Teſtis omnium locupletiſſimus S. IRENAEUS.

Beauſobrius refellitur.

Scimus Ægyptiaca monſtra in *Abraxeis* repræſentari; ſeù qui genere Ægyptius erat Baſilides, dum Chriſtianæ Religionis myſteria obnubere voluit, & ſacrilego auſu corrumpere, Arcana noſtra, quæ ſunt vere ſancta, atque divina, diabolicis avitæ impietatis figmentis involvit, atque fœdavit. Nec novum eſt hujuſmodi nebulonibus *Solem* dicere ὁμοὔσιον Deo, & Chriſto Filio ejus; quaſi qui Solem *Abraxas* nomine indicarunt, Deum in eo & Chriſtum ipſum non intelligerent. V. pag. 278.

Maximum *Beauſobrii* argumentum a *Jablonskio* convellitur.

Argumentum a *Jao* Apollinis Clarii petitum, ſi Beauſobrio viſum eſt invictum, ac peremptorium, futile prorſus ac inane erit cum aliorum Eruditorum hominum ſententia, tum præſertim *Pauli Erneſti Jablonskii* judicio, qui dedita opera unicum, quod erat, Beauſobrii propugnaculum expugnavit. *Verba* Apollinis Clarii, ait *Jabl. in Harpocr.* L. II. *Panth.* C. 6., *dubitare me nullo modo patiuntur, verum jactati hujus a* Macrobio *oraculi auctorem, Chriſtianum eſſe e Gnoſticorum cœtu, qui, cum in Ægypto viveret, regionis illius Theologiam Idololatricam .... ad placita gregis illius, cui ſe junxerat, detorſit, atque inflexit*. Et ſane *Jao* (quod idem ipſe obſervat,) tanquam *Numen* in eo oraculo prædicatur. Nemo autem eſt, ſubdit *Jablonskius*, qui vel *fando audiverit unquam de Græcorum Numine* Jao. [Græcus enim fingitur *Apollo Clarius* a *Beauſobrio*] Jam quid ſit *Iao* in *Theologia Gnoſtico-Baſilidiana* exponere pergit cum ex SS. *Irenæo*, & *Epiphanio*, tum ex *Tertuliano*, *Origene*, *Theodoreto*, aliiſque Eccleſiæ PP.; tum etiam a gemmis *Abraxeis*, ut cordato nemini dubium eſſe ſinat, quin *Jao*, *Chriſtus* ipſe ſit *Solis emblemate, & ſymbolo adumbratus*. *Quando itaque*, [ſubjungit,] in Oraculo Apollinis Clarii Ἰάω *ille appellatur* ἁβρὸς, *ideſt* .... tenellus, puellus, *vult* [*Auctor*] *nos cogitare de Chriſto Domino, ut recens e Virgine nato, & tenello etiamnum*

in-

infante; nam uti *Sol* naturalis *novus*, & *Oſiris inventus* in ſolſtitio hiberno apud Ægyptios celebrabatur, ſic & Gnoſtici Solem myſticum & emblematicum in eodem ſolſtitio venerabantur. Ita *Jablonskius*. Quôd vero ipſi quoque Chriſtiani apoſtatæ priſcis Evangelicæ prædicationis temporibus Natalem Domini celebrarent in ſolſtitio hiberno, teſtimonium ſuppeditant conſuetudini S. Rom. Eccleſiæ antiquiſſimæ de die Natali CHRISTI JESU cum ipſis Fidei noſtræ primordiis conjungendæ: multoque probabilius eſt pios aliquot Fideles in Ægypto ne forte cum Gnoſticis convenire viderentur, quam Rom. Eccleſiam Apoſtolicarum traditionum tenaciſſimam, nulla ſuadente ratione, e ſede ſua verum CHRISTI Natalem tranſtuliſſe: nam nonnulla olim de eo die varietas in Ægypto fuiſſe commemoratur, Romæ vero idem ſemper dies ſine ulla prorſus mutatione, ac diſcrepantia fuit. V. pag. 81. Nolim tamen exiſtimes, hanc unam fuiſſe cauſam, cur Ægyptii in varias abjerint ſententias de die Chriſti Natali: fortaſſe enim celebrior alicubi erat dies Epiphaniæ, alicubi dies baptiſmatis, & prædicationis initium, ſicque id quod ab exordio inſtitutum fuerat in memoriam *apparitionum* Chriſti, quum ſe gentibus revelavit, pro ipſa *Nativitatis* celebritate uſurpari deinde cœpit.

De Gnoſticis & Ophitis, quod Beauſobrius tam confidenter ſcribit, ne tanquam apoſtatæ Chriſtianæ Religionis quam nunquam receperint, ſed meri Philoſophi habeantur, novum eſt, inauditum, commentum præterea nobiliſſimum ad univerſæ antiquitatis contemtum impudenter excogitatum.

Quid vero putas ſic movere potuiſſe *Beauſobrium*, ut *Gnoſticos*, & *Ophitas* ab hæreticorum cenſu ejectos in ordinem Paganorum redigeret? Audi, & deſine, ſi fieri poteſt, mirari ſomniantis hominis levitatem. *Il m' a paru*

in-

Negat *Beauſobrius* Apoſtatas Chriſtianæ fidei fuiſſe Simonianos, Gnoſticos, & Ophitas, quarundam, ut ipſe cenſet, *Abraxearum* Auctores. Cur?

incroyable, qu' une ſecte, qui faiſoit profeſſion de Chriſtianiſme, eût adopté les monſtres adorez par les Egyptiens... Je ne ſaurois me perſuader, qu' un homme, [loquitur de Baſilide] *qui ſe vantoit de tenir ſa doctrine de* S. Matthias, *& d'un Interprete de S. Pierre .... ait pu faire des Images de la divinité, dans un tems, où les Chrétiens avoient une averſion infinie, & peut-être exceſſive, pour les plus innocentes*. T. II. H. M. pag. 51. Hæ vero cauſæ ſunt illæ graviſſimæ, quibus adductus *Beauſobrius* negat *Baſilidem* Abraxearum Auctorem, quaſi ſola hæc monſtra in exteriorem diſciplinam, nec multo iis etiam turpiora in fidei Chriſtianæ ſinum impuriſſimus Baſilides inferre tentaverit. Ogdoas illa & Genealogia *æonum* per maſculorum cum fœminis conjugationes ducta ab Innato Patre, Virtutes, Principes, Angeli in claſſes 365. juxta totidem Cælorum numerum ita diſtributi, ut prima claſſis a *Sophia*, & *Dynami* producta ſecundam, ſecunda tertiam, & ſic deinceps alia aliam procrearit: Barbara & horrenda nomina, quæ Magus inſignis Angelis hiſce omnibus impoſuit: Ἀβραξας, *Abraxas*, vel Ἀβρασαξ *Abraſax* Princeps, & Dux eorum Supremus: Judæorum Deus Angelus Ille, qui præeſt claſſi ultimi Cæli: Hic idem qui una cum ſuis Creator, & Conſervator Mundi viſibilis ignorans, attonitus, & obſtupefactus novitate rerum, quæ acciderunt in Baptiſmate Chriſti, tum primum a ſpiritu in Chriſtum ipſum infuſo diſcernere didicit, in quo *Electio a rebus noſtri hujus Mundi* differret: Simon Cyreneus, quo cum Chriſtus vultus ſui formam commutaverat, non autem Chriſtus ipſe in Crucem ſublatus, aut ſi Chriſtus, non is equidem verus, ſed fictus, transfiguratus, atque *peccator*: Quôd Chriſtum crucifixum confiteri teneret hominem captivum ſub poteſtate Angelorum fabricatorum, negare liberum faceret & adduceret ad cognitionem diſpoſitionis Innati Patris: Quod Martyrium ſup-

Ineptiæ Beauſobrianæ refutantur.

ſupplicium & pœna peccati eſſet in alia vita patrati: Formula illa ſolemnis abnegandæ fidei: *Judæus non ſum, Chriſtianus nondum*: Invocare dæmonas, magicen exercere, Idolothyta ſine trepidatione comedere, ſimulationem ad religionis officium referre: Hæc, inquam, aliaque id genus plura deteſtandæ impietatis dogmata vel vincunt, vel certe exæquant monſtroſa ſymbola Abraxearum. Ea docuit Baſilides, quæ ſummo in horrore erant apud probos omnes Chriſtianæ fidei cultores: Sic S. Irenæus, ſic Clemens Alexandrinus, Tertulianus, Hieronymus, Epiphanius, aliique teſtantur. Nec iſta docuiſſe incredibile videri poterit Beauſobrio, niſi eô demum inſaniæ deveniat, ut neget Baſilidem hæreſiarcham in rerum natura fuiſſe, quôd incredibile ſit hæreſes ſuas eo maxime tempore propagare voluiſſe, quo tam infanda portenta a piis quibuſque Chriſtianis hominibus ſine ingenti execratione nec ferri nec audiri poterant. Ceterum odium illud, ac deteſtatio, quam temere tribuit priſcis Religionis Chriſtianæ Patribus erga ſacras Imagines, inane figmentum eſt ab *Iconomachorum* furore Calviniano homini inſpiratum. Si quas divinitatis Imagines execrati ſint majores noſtri, ſcire a me cupit Beauſobrius, ego dicam. Execrati ſunt inter ceteras, Imagines a Baſilide confictas. Cujus rei teſtem do Irenæum L. I. *Adv. Hær.* c. 24. n. 5. ubi de Baſilidianis hæc ſcribit: *Utuntur autem & hi magia, & imaginibus, & incantationibus, & invocationibus, & reliqua univerſa periergia.* Locum vexat Beauſobrius contendens vel *magiæ*, vel *imaginum* vocem addititiam eſſe. Doctiſſimus Maſſuetus probatiſſimorum Codicum auctoritate ductus utramque retinendam cenſuit non ob eam tantum cauſam, quod *Abraxeæ* Baſilidianæ hodieque extent, quemadmodum Beauſobrius ſcribit, ſed ob id maxime, quôd S. Irenæus per illas voces: *Utuntur & hi*, comparare voluit Baſilidianos cum Simonianis,

S. Irenæi locum de *Magia*, & *Imaginibus* Baſilidianis a *Maſſueto* vindicatum, temere atque fallaciter *Beauſobrius* vexare tentavit.

nianis, de quorum *Magia, & Imaginibus* ſcripſerat Cap. antecedenti. At Beauſobrius Maſſueti argumentum, quod ſolvi non poſſe cognovit, diſſimulare maluit quam referre. Io triumphe, Beauſobrj! Quæ credere non vis, incredibilia finge: detrahe ad libidinem Irenæo, aliiſque antiquiſſimis Teſtibus fidem; ni tibi faveant, eorum continuo aſpernare auctoritatem: diſſimula demum, & nodos præteri, ſi quos incurras, arduos, ſic ſemper vinces, ſic Abraxearum monſtra a Baſilidianis avertes, eaque ſolis Simonianis, Gnoſticis, ac Ophitis arbitratu tuo ſic affingere tuto poteris. Placeat Tibi demum primævos Chriſtianos oſores dicere ſacrarum Imaginum; (quanquam tute ipſe commemores effigiem *Boni Paſtoris* Romæ Tertuliani ætate ſacris in calicibus ſculptam;) hoc vero modo etiam Gnoſticos, & Ophitas, qui ſerpentinas fortaſſe *Abraxeas* effinxerunt, e Chriſtianarum ſectarum numero ſtatim expunges. Et jam, ut id tandem obtineat Beauſobrius, neglectis ceteris omnibus Eccleſiæ Patribus, ad unius Origenis teſtimonium confugit; ſed ita ut illius mentem pervertat. Origenes contra Celſum diſputans Ophitas, & Simonianos a veri Chriſtiani nominis dignitate alienos cenſuit, ut eos diſcerneret ab iis, qui rectam de Chriſto ſententiam atque fidem profitebantur. Ab his, non ab illis volebat, ut cognoſceret Celſus germanam Chriſtianorum doctrinam. Hinc Ophitas depingit tanquam perfidiæ gregales, qui *Jeſum neque ſalutem, neque Magiſtrum, neque Deum, neque Dei Filium, agnoſcerent*. Nudum enim hominem putabant, licet *omnibus ſapientiorem, & ex Virgine Dei operante virtute generatum* vellent; eundemque *Jeſum Chriſtum evaſiſſe* dicebant, poſtquam *Chriſtus in eum deſcendit*; quemadmodum narrat S. Irenæus L. I. Adv. Hær. C. XXX. *Jeſum* proinde qualem nos caſtiſſime credimus impii Ophitæ execrabantur. Sed hunc ipſum crucifixum, & Chriſtum, unde Chriſtiani audiebant, imo & Dei

Teſtimonio *Origenis* de Simonianis & Ophitis a germana Chriſti fide alienis improbe abutitur *Beauſobrius*, ne eos inter ſectas Chriſtianorum agnoſcat.

Dei Filium juxta genealogiæ ſuæ ſeriem omnino credebant. Vid. S. Iren. l. cit. Idem eſt de Simonianis. Beauſobrius vero ſic Origenem loquentem interpretatur, quaſi, ne falſi quidem nominis Chriſtiani fuerint Ophitæ ac Simoniani. Peſſime ille ſcilicet, & contra Veterum omnium auctoritatem.

Quando itaque *Abraxeas Gnoſtico-Baſilidianas* ſurripere, & abolere nullo conatu valeat Beauſobrius, impedire nec etiam poterit, quin ſuis hiſce Clientibus tam liberali patrocinio defenſis tot illa monſtra tribuamus, quot ſunt inter ceteras Ægyptiacæ ſerpentum formæ ad DEUM, & JESUM Servatorem noſtrum repræſentandum confictæ. Symbola fuerint Solis. At in Sole *Chriſtum virtutem* extrema agmina Baſilidianorum ponebant, & cum Sole *homouſion* prædicabant. Serpentem præterea honorabant Baſilidiani, Serpentem, teſte S. AUGUSTINO, Chriſtum dicebant Manichæi: Illi in *quibuſdam Abraxeis*, apud *Chifletium*, *Montefalconium*, *alioſque*, uti teſtatur *Jablonskius* Lib I. Panth. C. 4. pag. 87., vocem Κνȣ̃φις, qua *anima mundi* juxta Ægyptios, *Agathodæmon*, *Demiurgus*, *Opifex*, & *Conſervator rerum* intelligebatur, inſculpſerunt: Iſti, nimirum Manichæi, *Animam*, *animæ Salvatorem*, *Fabricatorem machinæ ad ſalutem animarum*, JESUM CHRISTUM appellabant. His plane ſimilia indicari putamus per ænigma *Serpentis* in Cyclo, de quo agimus, Tibetanarum *tranſmigrationum*. Sic enim *Agatho-dæmonem* Ægyptiorum, vel *Servatorem noſtrum* CHRISTUM DEI FILIUM in Baſilidiani, & Manichaici Serpentis fabula involutum, ſymbolum hoc Tibetanum adumbrare facillime poteſt; præſertim quum Tibetani proprium eſſe velint Dei *Sang-kie-kon-cioà* auxilia præbere animis ad Orbem tranſmigrationum abſolvendum. Deum hunc eſſe *Xacam*, adeoque JESUM noſtrum per immane flagitium ad Gnoſticas, & Manichaicas immunditias traductum, ſequens Ἐξάϛιχον, cui locum

Serpens apud Gnoſtico-Baſilidianos, & Manichæos ſymbolum Solis, & Chriſti.

Sangh-kie Deus adjutor Viatorũ in catena tranſmigrationum.

dant Tabulæ Tibetanæ inter effigiem ipſius Xacæ & Cyclum extimum tranſmigrationum, apertum facit. In eo legendo a ſiniſtra in dexteram oculos nobiſcum duces, at ordine inverſo in barbaræ interpretationis noſtræ vocibus conjungendis incedes. Hac enim diverſa ratione in vocabulorum conſtructione utatur neceſſe eſt, quiſquis Tibetanam orationem κατὰ γράμμα interpretari velit. Porro Ἑξάστιχον, quod nobis obtulit P. Caſſianus, *Xacam* exhibet ſic loquentem.

༄། །ཅི་བར་བྱ་ཞིང་དབྱུང་བར་བྱ།

Ci par-cjà ſci cjung par--cjà
Tua (ſi) opera cupis eveniant opera (boña)

སངས་རྒྱས་བསྟན་ལ་འཇུག་པར་བྱ།

Sangh- kjè tehn la giu- bare- cjà
Sangh-kjè veni innixus in operando

འདཾ་བུའི་ཚེལ་ནཀླ་ཆེན་ བཞིན།

Dan- bui tzel nehl cen ſgin
Omni tempore vivendi recte magnum (ſit tibi) deſiderium

འཆི་བདག་དེ་ནི་བ་ཞོཾ་བར་བྱ།

Ci tab te ni-ba ſcion-bare cjà
(Ad) mortem uſque ſic evadet excellens actio.

གད་ཞིག་ཤིན་ཏུ་བག་ཡོད་པས།

Ke ſci ſcin- tu- bà jo- be
Cumulata deſiderium ſanctitate donatur

ཆོས་འདི་ལ་གཙོན་བྱས་ན།

Ciò di la tzon cje- nà
Lege hac in recte agendo

སྐྱེ་བའི་འཁོར་ལོ་རབ་སྤངས་ཤ།

Kje- vei còr-lò rap pee- nra
Tranſmigrationum τῶν orbes omnes abſolvendo

སྡུག་བསྔལ་ཆུ་བོ་ཆེ་ལ་སྒྲོལ། ། །

Tu- ngel ciù- pò- ce le trol.
Angoribus maximis ab liber (eris.)

Symbola XII. Circuli max. exterioris.

1. མ་རིག་པ་ *Marik-pà:* Intellectu carens: *Bajulus.*

2. འདུ་ཤེས་ *Du-ſce:* Propenſio ad malum, ſive ſpiritus vel genius improbus: *Viator.*

3. འདུ་བྱེད་ *Du-cjè:* Male agere: *Figulus.*

4. རྣམ་པར་ཤེས་པ་ *Nam-bare-ſce-bà:* Symbolum animæ: *Simia comedens.*

5. མིང་དང་གཟུགས་ *Ming-tang-zù:* Nomen & corpus: *Navis & Gubernator.*

6. སྐྱེ་མཆེད་དྲུག་ *Kje ce-trùng:* Cor, & ſex corporis ſenſus: *Deſerta & imperfecta domus.*

7. རེག་པ་ *Rek-pà:* Tactus: *Vir & mulier inter amplexus.*

8. ཚོར་བ་ *Tzor-và:* Vis ſentiendi: *Sagitta hominis oculo infixa.*

9. སྲེད་པ་ *Sre-pà:* Cupiditas: *Mulier cerviſiæ poculum offerens Aſcetæ.*

10. ལེན་པ་ *Len-bà:* Ablatio: *Mulier fructus ex arbore decerpens.*

11. སྐྱེ་བ་ *Kje-và:* Nativitas, vel tranſmigratio: *Conjuges.*

12. རྒ་ཤི་ *Ke-ſci: Senex moriens.*

༄༅། ཨོཾ་མ་ཎི་པདྨེ་ཧཱུྃ། །

Hom-Manì-Peme-hum.

ORATIO
EXPLICATUR.

TIbetana fides Deum *Cenreſi*, vel ut verius loquar diabolum ſub eo nomine, Orationis hujus auctorem, inſtitutoremque prædicat. Si vocis ſonitum attendas, *Cenreſi* alium quendam a *Manì* fortaſſe ſenties. At idem ipſe eſt ac *Manì*. Nam Liber inſcriptus *Manicavum* p. 285. centum millium præceptorum *Manì*, ab eodem *Cenreſi* uno ex Diis tribus Tibetanorum compoſitus certa Xacaitarum perſuaſione tenetur. Nec te ab hac ſententia retrahat qualiſcunque ætatum, ac temporum diſcrepantia ex eo nata, quôd *Cenreſis* in Tibetanis fabulis antiquior *Manì* tradatur. Vis enim illa præpotens metempſychoſis, qua *Cenreſis* Perſonam in quorumcunque corporum formas tranſducunt, omnem tollit diſcordiam temporum; quia quicquid volunt, eſt *Cenreſis*.

Numinis conſilium in hac ipſa oratione formanda eô ſpectaſſe credunt, ut univerſæ legis ſummam breviſſima verborum formula complecteretur. Quum itaque audis *Hom-manì-peme-hum*, intellige in his vocibus veluti compendio incluſam omnem legem *Xacæ*, cujus pars eſt, & quidem intima, atque *eſſentialis*, *Magia*. Id eſt, quod aperte teſtantur reſponſa Regis *Mi-Vang* ad P. Horatium. Quum enim excitata perſecutione, idem P. Horatius ſcripto oſtendiſſet Principi turpem eſſe, ac deteſtabilem Tibetanorum legem, quæ abominandis Magiæ myſteriis ſcateret, ſic Ille reſpondit die VI. menſis V. An. Ciu-kij *Aqua-*

Canis.

Canis, die videlicet Junii noſtri 8. An. 1742. *Apud nos, qui Tibetani ſumus, Lex Magiæ eſt inſtar Maris, quod nec oculis cernitur, nec auribus percipitur. An non ita ſe res habet? Niſi vero ſic bene lex noſtra defenditur, quemadmodum veſtram vos ipſi defenditis, unicuique erit magni criminis cauſa &c.* Idipſum peræque faſſus fuerat an. 1730. Supremus Lhama in Ep., quam ad eundem P. Horatium reſcripſit, ut de Magiæ horrore, deque probroſæ turpitudinis ſcandalo Buttantium legem quomodocunque purgaret. Verba ſunt:

གསང་སྔགས་ཁྱེད་ཀྱི་སྟོན་པས་མི་ཤེས། སྐུ་འདྲ་སྐྱེ་དམན་

Sangh Ngà kje-ki Ton-be mi-ſce Ku-dra kje-men
Occultam Magiam veſter Legiſlator ignorat. Illæ Imagines fœminas

དང་སྦྱོར་བ་དེ། སྐྱེས་དམན་དངོས་གཞི་མིན་དེ་ཁྱེད་ཀྱིས་མི་ཤེས།

tang-cjor-ba-te kje-men ngo-ſci min-te kjo-kj mi-ſcè.
amplectuntur: (cum) fœminis (tamen) conſummationem non faciunt, vos neſcitis?

Sed illud certiſſime ſcimus tam ſordida myſteria in Xacaica lege contineri. V. pag. 224. Integram, ſi forte quæras Epiſtolam, ecce damus.

༄༅། །ན་མོ་གུ་རུ། ཿ ཁྱེད་རང་གི་ལེགས་པར་ཉོན་ལ་

Namo Kurù Kje- rang- ki lek- par 'gnion- la
Adoro Magiſtrum, (*Sciakam.*) veſtrum (*Ego*) reſponſum comprehendi.

ཡིད་ལ་བཟུང་ལ་དོགས་པ་གཅོད། ཐམད་རང་བྱུང་དཀོག

Je la zung-la tok ciot Tamcè rang- cjung- ciok
Hac in dilucidanda/ aliquot dubia (*ſuperſunt.*) Omnia exiſtens ſeſeipſo Deus

བྱས་པ་ཡིན་ནམ། མི་ རྣམས་ལ་མིག་མེད་པ་ དང་།

cje-ba-in na Mi nam la mik me-bà tang
creatione in (*fecit?*) Homines ſpiritus τοῖς oculis ſine (*i. cæcos*) quoque (*facit:*)

རྣ་ བ་འོན་པ་དང་། ཞ་པོ་ཟ་རྒྱུ་མེད་པ།

Na pa-hon-ba tang Scia-po-ſa-Kjù me-ba
aures (*creat ſine*) auditu etiam (*i. ſurdos:*) pedes ambulandi vi ſine (*i. claudos,*)

Nè-kji

ནད་ཀྱིས་རིགས་རྣམ་པ་སྣ་ ཚོགས་ཀྱི་ཙེད་པ། རྒྱལ་པོ་

Ne-Kji rik-nam-bana tzoh Kj tze ba Kjel-pò
Infirmos, vitam non habentes (*i. mortuos,*) febres, ægritudines varias: Reges

པན་ཚུན་ དམག་ རྒྱག་པལ་ སོགས་པའི་མིའི་ ལུས་ཀྱི་

pen-tzun tam Kjapel Sok-bei mihi lu-kji
omni (*ex*) parte inquietudinibus infinitis (*agitantur:*) cernuntur homines corporis τῶ

མི་བདེ་བ་བཀྲ་མི་ཤེས་པ་ ཐོད་དང་། དུད་འགྲོ་རྣམས་ལ་

mi tepa tra mi-ſce-ba tam-tang Tu-drò rnam la
ſine pace: voce non ſcio (*exprimere*) omnia & Animalia ſpiritum ſibi (*mutuo*)

སྟོབས་ཆེ་བས་ཆུང་བ་གསོད་པ་ལ་སོགས་པ་སྡུག་བསྔལ་

top ce-be ciung-ba ſopa-la ſok-ba tu-nghel
extrahunt, majora minoribus, fortia τὰ debilibus: Angores

དཔག་ཏུ་མེད་པ་ཡོད་པ་རྣམས་དང་། ཡིད་དྭགས་རྣམས་ལ་ཟ་

tap-tu me-ba jo-ba nam tang. Ji-tah nam-la ſa
undique infiniti ſunt ſpiritui etiam. Jitharum ſpiritus τῶ comedendi

སྐྱ་ མེད་པ་ལ་སོགས་པ་སྡུགས་བསྔལ་མང་པོ་དང་།

Kjù me-ba la ſok-ba tu-nghel mang-pò tang.
materie ſine illa patiuntur pœnas maximas pariter.

དམྱལ་བ་པ་ལ་མེ་ནང་ལ་ སྡོད་པའི་ སྡུག་བསྔལ་ དཔག་ཏུ་

Gnjel-va-ba la me nangh-la tot-bei tu-nghel tap-tù
Infernales (*damnati*) in igne intus verſantur: Cruciatus circumquaque

མེད་པ་ཡོད་པ་ལ་སོགས་པ་སྡུག་བསྔལ་རང་བྱུང་དཀོན་གིས

me-ba jo-ba-la ſo-ba tu-nghel. Rang-cjung Konciok-ki
infiniti ſunt (*in mundo:*) ſentiunt (*Incolæ*) pœnas. Exiſtens ſeſeipſo Deus

བྱས་པ་ཡིན་ན། རང་བྱུང་དཀོན་ཐུགས་རྗེ་ཆེན་པོ་མེད་པར་

Kje-ba jin na. rang-cjung Konciok tur-cè ce-bò me par-
creator eſt ſi: Exiſtens ſeſeipſo Deus miſericordia magna abſque eve-

གྱུར་ཏེ། གཞན་ཞིག་ལ་སྡུག་པོ་བཏོང་ཞིང་། གཞན་ཞིག་

kjur teh: ga-ſci-la tuk-po tong-ſcing ga-ſcing
niet (*ut*) ſit: alios pœnis adjiciens, aliis

སྐྱིད་པོ་བྱེད་པའི་ ཉེ་རིང་ཅན་ཡིན་པས། མི་ ཐོད་

kji-pò cjebei gnie-ring-cen jin-bà mi tam
bona largiens, (*tanquam*) ſuos conjunctos tractans (*hos*) homines omnes:

kji

ཀྱིས་ཉི་ཕྱག་འཚལ་བའི་འོས་སུ་ མི་འགྱུར། གཞན་ཡང་

kji ſni cja-tzel-vei ho ſu mi ghjur. Scen jang

Propter hoc adoratione objectum dignum non evadit. Rurſus etiam

མི་ཤི་བ་ ཐམད་ རང་བྱུང་དཀོན་མཆོག་གིས་བསད་པ་ཡིན་པས།

mi ſce-ba tam rang cjung Konciok ki ſe-va-jin-be.

homines morte (*afficit*) omnes exiſtens ſeſeipſo Deus immittens eam.

ཁྱོད་ཀྱིས་སྟོན་པ་རྫུན་དེ་ལས་ཆེ་བ་ ལབ་རྒྱུ་ ཅི་ ཡོད་པས།

Kjo-kj Ton-be ciun-te-le ce-ba lap-kju ci jo be

Veſtri Legiſlatoris falſitate (*Hac*) major (*quanam*) dici (*aut qua*) major eſſe poteſt?

དེ་སྟག་པོ་ ཐམད་ སྡིག་ལས་བྱུང་ཡིན། གཞན་ཡང་མིས་

tan-tu pò tam tik-le cjung in Scen-jang mi

Itaque malum omne (*a*) peccato exiſtens eſt. Præterea homines

སྡིག་པ་ཆེན་པོ་བྱས་ན། དུད་འགྲོ་བོང་བུ་དང་ ལུག་ཁྱི་ལ་

tik-pa cen-bò cje-na, tu-drò pong-pu tang, lu kji la

peccata graviora patrantes, (*in*) animalia, aſinos quoque, hircos, canes

སོགས་པ་ལ་ཡང་སྐྱེ་བར་འགྱུར། དུད་འགྲོ་རྣམས་ཀྱང་

ſok-ba-la jang kje-vare-ghjur. Tu-drò nam kjang

aliaque etiam tranſmigrant. Animalium ſpiritus æqua ratione (*in*)

མི་ལ་སྐྱེ་བར་རྒྱུར་བ་ལ། ཁྱོད་ཀྱི་སྟོན་པས་དེ་འདྲ་མི་ཡོང་

mi la kje-vare-kjur-vala. Kjo-kji Ton-bè te-dra mi jong-

homines tranſmigrant. Veſter Legiſlator hoc ita non eve-

ཟེར་བ་ བརྫུན་ལབ་པ་ཡིན། གསང་སྔགས་ཁྱོད་ཀྱི་སྟོན་པས་

ſer-va tzun lap-ba-jin. Sang Ngà Kjo-kj Ton-bè

nire (*dicens*) falſum dicit. Occultam Magiam veſter Legiſlator

མི་ཤེས། སྐུ་འདྲ་སྐྱེས་དམན་དང་སྦྱོར་བ་དེ་ སྐྱེས་དམན་

mi-ſcè. Ku-dra Kje-men tang-cjor-va-te Kje-men

igno rat. Iſtæ Imagines fœminas ampleſtuntur: (*cum*) fœminis (*tamen*)

ངོས་གཞི་མིན་དེ་ ཁྱོད་ཀྱིས་མི་ཤེས། ངེད་ཀྱི་ལུགས་ལ་

ngo-ſci min te. Kjo-kji mi-ſcè Nghe-kji lu la

conſummationem non faciunt. Vos neſcitis? Noſtra doctrina ex

ནམ་མཁའ་ལ་ མཐའ་ མེད་པ་ བཞིན་དུ་ འཇིག་རྟེན་གྱི་ཁམས་ལ་

Namka-la tah me-ba ſcin-tu Gik-ten-kji Kam-la

Cælis finis non eſt, ita Mundi Regnis

jang

ཡང་མཐའ་མེད། གྲངས་མེད་པའི་འཇིག་རྟེན་ཁམས་ཐམས་
jang tah me trang-me-bei gik-ten Kam tam.
etiam finis non (*eſt*.) Innumera Mundi Regna: omni-

ཅད་ན། ངེད་ཀྱི་ཆོས་ཡོད་པ་ཡིན་པས། ཁྱེད་རང་གི་ཆོས་
cè na nghe-kji ciò jò-ba in-be Kje-rang-ki ciò
bus in (*his*) noſtra lex eſt exiſtens. Veſtræ propriæ legis (*ex*)

ལུགས་གླིང་བཞིའི་ ཡུལ་འགའ་ཞིག་ན་ཡོད་པ་ལ་ངོ་མཚར་
lù ling ſcibi jul gahſci nà jo-ba-là ngo-tzor
doctrina. partes quatuor (*ſunt*). Regnis aliquibus in (*quòd ea*) ſit, pudorem

ཅེ་རྒྱུ་ མེད། ཁྱོད་ཀྱི་ཆོས་ཀྱི་ནུས་པ་ལ་འཆི་བ་སོས་ནུས་
ce kjù me. Kjo-kji ciò-kji nu-ba-la ci-ba-ſo nu-
vos experimini non. Veſtræ legis potentia (*quòd*) a morte po-

པ་ལ་ སོས་པ་ལ་ང་དད་པ་མི་སྐྱེ། བདུད་ སྡིག་ ཅན་
ba-la ſso-ba-la nga te-pa mi kjè. Tù tik- cen-
tens (*ſit*) revocare ad vitam, ego fidem non teneo. Dæmonum malefactorum infi-

ཀྱི་ ཡང་ཤོ་སོས་ཐུབ། སྨན་ཀྱི་ ནུས་པ་ལ་ཡང་ཤེ་
kji jang ſcio-sò tub. Men-kji nu ba- la jang ſce-
gnium (*eſt*) etiam reſuſcitandi poteſtas. Medicamentorum poteſtas pariter mor-

བ་སོས་བ་ཡོད། དེས་ན་ཁྱེད་དཀོན་མཆོག་ལ་ཁ་མ་སྟོང་བར།
ba ſo-ba jo. Te-na kje Kon- cioà- la kah ma tong-bare.
tuos excitandi eſt. Sic autem veſtrum Deum injuria non afficio.

སྡུག་བསྔལ་ཐམས་ཅད་སྡིག་པ་ལས་བྱུང་བ་ཡིན།
Tu-nghel tam-cè tik-pa-lè cjung-ba jin:
Supplicia omnia ex peccato prodeunt:

བདེ་བ་ཐམས་ཅད་དགེ་བ་བྱས་པ་ལས་འབྱུང་བ་ཡིན།
pe-ba tam-cè ke-và cje-ba-le gjung-ba-jin.
felicitates omnes a virtutis actione proficiſcuntur.

བདེ་སྡུག་ ཐམས་ཅད་བྱེད་པ་པོ་རང་ སེམས་ཡིན། ཏུས་
Te tu tam-cè cje-ba-bò rang ſem in. Tu-
Ergo pœnarum omnium auctor, proprium cor eſt. Ob

ཐུག་ཏུ་ སེམས་བཟང་པོ་བྱེད་དགོས། སེམས་ཅན་ཐམས་
tuk-tù ſem ſang-pò cje-gò. Sem-cen tam-
hanc cauſam cor optimum (*ſi*) conſervetur, Viventia om-

cè

ཉིད་ཡ་མར་མ་ཀྱུར་པ་མེད། ཆོས་ཐམས་ཅད་རྟེན་ཅིང་

ce a-mar-ma kjur--pa me. Cio tam-ce ton-cing
nia afflicta erunt non. Leges omnes (*tanquam*) ſuſtentacula

འབྲེལ་བར་འབྱུང་བ་ཡིན། ཁྱེད་རང་གི་ཡུལ་དུ་བླ་མ་ལ་

brel- par gjung-ba in. Kje-rang-ki Jul tu La-ma-la
ſimul connexa (*& ſibi*) cohærentia ſunt. (*Ad*) veſtri Regni Lhamam

ངའི་ཡི་གེ་འདི་ བཏང་ནས་ལེན་གཏོང་རྒྱུ་ ཡོད་ན་

nghei ji-ke di tang-ne len tong kjù jo na
meum ſcriptum hoc: reſponſum ut accipiam; reſpondere vos ni (*poteſtis*:)

ཐོང་ཐོང། དེ་ལ་ ང་ལ་བྱིན་བརླབས་པ་གནང་བ་དང་ངའི་དོན་དུ་

tong-tong Te-la nga-la cjin- la- pe nang-ba tang nghei-to-tù
Quam celerrime. Illum, (*ut*) mihi benignitatis argumentum impertiat, & me pro

སྨོན་ལམ་འདེབ་ཞུ་བ་བྱེད། འཛམ་བུའི་གླིང་འདིར་ན་ཆོས་

mon-lam deb ſcjù-ba-cjè. Zam-pui ling di-na ciò
preces recitet, deprecamini. Aſiatica in parte iſta leges

ལུགས་མི་འདྲ་བ་ གསུམ་བརྒྱ་དང་དྲུག་བཅུ་ཡོད། ཕལ་

lu mi-dra-b ſum-kja tang trù-cjù jo. Pel
doctrina non concordes, tercentæ & ſexaginta ſunt. Partem

ཆེ་བ་ ཆོས་ལོག་ ཡིན་འདས་མ་ ཧོང་ས་ད་ལྟ་ དུས་གསུམ་

ce-ba ciò- lok jin-de-ma. Hong ta-da tu ſun
maximam leges (*iſtæ*) ſunt invicem contrariæ. Præterito, præſenti, futuro, temporibus

ཁམས་ལ་ངེད་ཀྱི་ཆོས་ལས་བཟང་བ་གཅིག་ཡོང་མ་ཉོང་བས།

ſum-la nghe-kji ciò le ſang-ba cik jong ma gniong-be.
tribus, noſtra lege hac meliorem aliam eſſe non intellexi.

ངེད་ ཆོས་ཀྱི་མིང་ཁྱོད་ཀྱི་ཚོར་བས་གསན་ཆེ།

Nghe ciò-kji ming kjò-kji tzor-ve sò nam- ce.
Noſtræ Legis ſolum veſtra felicitas (*eſt*) audire nomen excelſum.

ལོག་བདེན་ཅན་རྣམས་ཆོས་པ་ལ་འཛུག་པར་ཀྱུར་ཅིག།། ༄།

Lo-bda-ten nam ciò la zu-par kjur-cì.
Contrarii ſpiritus Legi huic deſtructi ſunto:

Hactenus Supremus Lhama, cujus trita jam, & rancida objecta ex antiquiſſimo duorum ſummorum principiorum errore deducta retudit P. Horatius. At Exemplar Tibeta-

num Illius ſcripti amiſimus, uno Superſtite Italico typis & ipſo edito in *Relat. Mſs.* ad S. C. D. P. F. an. 1738. Optandum nihilominus eſſet, ut Miſſionarii noſtri ad Lhamaica ſophiſmata refutanda AUGUSTINI doctrinam contra Manichæos, & Pelagianos traditam in ſubſidium vocarent. Inde enim tanquam ex Arce ac Munimento Univerſæ Catholicæ Religionis arma omnium validiſſima, & opportuna ſument ad profligandos hoſtes Manichæos in Xacaitica ſtirpe propagatos. Ut autem exorſis inſiſtam, quis demum magicam non conjiciat eam precandi formulam, quæ tanquam complexio magicarum ſuperſtitionum ab ipſis Tibetanis ſpectatur?

S. Auguſtini doctrina adverſus Manichæos, & Pelagianos Miſſionariis Apoſtolicis in Tibetum miſſis maxime neceſſaria.

Principium deinde & finis orationis a Lhaſſenſibus Doctoribus vocantur ornamenta & fulcra *Ngà*. Id obſervatum eſt p. 232. Sed audi par Doctorum Xacaitarum *Ngà-vang*, & *Rabgiambâ Jon-ten-pel-Zang* de *Hom*, & *Hum* ita loquentes:

ཨོཾ་ ནི་ སྔགས་ཀྱི་ མགོའི་ རྒྱན་ དུ། །

Hom ni Ngà kji gohi kjen dù.
Hom iſtud, Ngà capitis ornamentum eſt.

ཧཱུྃ་ ནི་ སྔགས་ཀྱིས་ མཇུག་ གི་རྒྱན་

Hum ni, Ngà kji giù ki kjen.
Hum iſtud, Ngà finis ornamentum.

Ngà vero ipſiſſima Magia ſacro Tibetanorum idiomate ſignificatur; eâque intelligunt vim quandam arcanam, ac ſumme potentem, qua cauſæ omnes tum natura, tum libera voluntate agentes ſubjiciuntur, & obligantur. *Ngà* propterea nuncupatur omne genus ſuperſtitionum, quibus ſive ad hominum, ſive ad animantium morbos curandos utuntur. Ante eorum effigies ex maſſa *Satu* conflatas ſuffitus faciunt, certiſque adhibitis cæremoniis, pluries recitant *Hom-mani-peme-hum*. *Ngà* rurſus appellatur ritus ille ſacer, quo medentur vulneribus. Sicubi vel homini, vel jumento ex ſubitæ prolapſionis impetu, caſuque

gra-

gravi pars corporis frangatur, aut oſſa luxentur, *Hom-ma-ni-peme-hum* remedium eſt præſentiſſimum. Illud centies repetunt cum interjectione aliarum magicarum vocum; & hæc muſſitantes læſum organum modo inſpuunt, modo vehementi oris inſpiratione afflant, modo pulvere inſpergunt, fricant denique, & variis circulorum formis ſignant qua nudis digitis, qua comis ſilveſtris arundinis, qua Pavoninis pennis; eaque omnia tanta cum celeritate, ſollicitudine, tremore, & agitatione totius corporis operantur, ut Energumenis ſimiles videri poſſint. *Ngà* denique nominantur invocationes, & incantamenta ſive ad excitandas, ſive ad propulſandas tempeſtates, pocula amatoria, veneficia, præſtigiæ, & quicquid *Periergi* ſuperſtitioſæ artis conatibus, & illuſione efficere ſolent. Quid igitur aliud ex certa Tibetanorum fide tota hæc oratio erit niſi *Ngà*, pura puta *Magia*, cujus *Hom*, & *hum* duo ſunt fulcra, & ornamenta, *initiale* unum, *finale* alterum?

 *Hum* ſeu *Ohm* caput pariter eſt *Indicæ* orationis *Ohm Wiſtnu Narajen*. La-Crozius vocem *Ohm* interpretatur: *Benedictus ſit*. Quis vero: *benedictus*? *Wiſtnu* ſub hoc nomine *Naraien*. Demus eandem eſſe ſignificationem vocis *Hom* apud Tibetanos. Quid turpius, quid impius, quidve tetrius audiri poteſt, quam *benedictionibus* cumulari ignotum, & horribile nomen dæmonis? Tantæ ſuperſtitionis ſcelus committunt miſeri Tibetani, dum ſuum illud precantur *Hom-manì*.

Quæreſne quid ſit ille *Manì*, quem tam ſancte ac religioſe colunt, orant, & miris laudibus in hac oratione celebrant Tibetani? At quid aliud eſſe dicam, quam quod tute ipſe audis ex nomine ipſo *Manì*? *Manes* eſt, & talis quidem qualis eſt *Wiſtnu* apud Indos: Numen ſcilicet & Legislator Tibetanorum. Nec id certe meæ vel conjecturæ, vel divinationi tribues, poſtquam noſti ex p. 399. Tem-

Manì in *Hom-manì-peme-hum* idem ac *Manes*.


Templa fuiſſe erecta *Maneti* ab *Ouigureis*, ab iis nimirum populis, qui cum Tibetanis vel iidem cenſentur ab Eruditis, vel certe, (quod omni dubitatione caret,) eandem cum ipſis Religionem omnino tenent.

Manì quam multa apud Tibetanos ſignificet.

མ་ཎི་ *Manì* præterea apud Tibetanos nomen eſt ad plura ſignificanda accomodatum. I.° etenim ſignificat lapillum ſplendoris & lucis, quem Divi Tibetani in tuberculo e vertice capitis in altum excreſcente gerunt infixum, vel palmæ, ciſtulæ, aut patinæ impoſitum ſuſtinent, & contemplantur. II. Orationem *Hom-mani-peme-hum*, quæ *per antonomaſiam* vocatur *Manì*. III. *Coronam precatoriam* conſtantem *centenis*, & *octo* globulis ad repræſentandum Magnum *Kha-ghiur* in totidem *tomos* diviſum. Hujuſmodi *coronas* ex omni præſtantium metallorum, gemmarum, lapillorumve genere contexere ſolent. Quo enim pretioſioris excellentioriſque materiæ fuerint, eo etiam majoris meriti ac dignitatis orantium preces futuras augurantur. Sed ad eas umbilici loco ſuſpendunt tres alios adtitios globulos cum aureo vel argenteo *Turçè* in honorem fortaſſe *Con-cioà ſum Dei trini*. IV. Tabulas, ſigna, & vexilla, quibus impreſſum ſit: *Hom-mani-peme-hum*.

Fig. A. Tab. III. ſtrues eſt lapidum & ſaxorum in confiniis Regni & Provinciarum. Gentes eo nomine coluiſſe Mercurium viæ ducem oſtendit Seldenus de *Diis Syris*. Inter ſaxa hærent in altum erecti trunci arundinum paluſtrium cum linteolis ad eorum ſummitatem alligatis. In his etiam vexillis impreſſa eſt magica iſta oratio; unde *Manì* uſitatiſſimo vocabulo nuncupantur. Pagani viatores vix dum in conſpectu habent acervum, ſalutant *Srung Larù Cuſtodem Larem* elata voce iterum atque tertio clamantes ཨེ་ལྷ་རུ་ ལྷ་རུ་ བསྲུངས་ལྷ་རུ་ *E Lharù Lharù ſrung-Lharù*. Mox celeri muſſitatione recitant ſeriem *Hom-mani* bene longam,

gam,


C
B
A
D
F
E

gam, & collecta inter eundum ſaxa in acervum jaciunt. Deinde votiva munera ſuſpendunt alii jacula Balliſtarum, alii linteola, alii demum, ni quid aliud ad manus habeant, panni laciniam, aut ornatus partem e veſte ipſa abſciſſam.

B. དར་པོ་ཆེ་ *Tarbucè* Arbor ſalutaris, depulſoria mali.

Antennam appellavimus ſecuti interpretationem P. Horatii: ſed arbor revera apparet arte confecta, e cujus ſummo trunco pendet velum magicis nominibus, præſertim vero crebris *Hom-mani-peme-hum* precibus conſperſum; *Manì* & ipſum propterea nuncupatum. Vid. pag. 441. Ibi ſuſpicabamur tum hanc, tum arbores alias in *Argamazis* [fig. D.] erectas ſpeciem quandam Ἰσχάδων ſeu Ficuum Manichaicarum præſeferre poſſe. Modo autem vix dubito, quin ita ſeſe res habeat, uti mihi pridem in ſuſpicione erat. *Kaempherus* in H. Japon. Tom. I. pag. 30. duplex *ficus* arboris genus tanquam *Xacæ* ſacrum commemorat in Regno Siam. Alterum vocant Siamenſes *Topoo*, Indi *Rawàſit*, & *Bipel*, alterum *Budhum Ghas*, cujus nos ipſi meminimus pag. 17. Primi generis *ficum* ſerunt in vicinia Templorum, ubi Cæli & Soli natura mitis ſit atque benigna. *Budhum Ghas* propria eſt *Xacæ* ſive *Buddæ*, a quo nomen accepit. Verum ante Illius Templa non ſeritur, ne muros lædat, & labefactet. Comas in orbem ſpargit ampliſſimas, & curva ramorum multitudo ubi ſolum attigit ſtatim radices agit, ſicque deinceps fœcunda renaſcente prole circumquaque ſerpit, & latiſſime propagatur. Tibetani Cæli rigor harum ficuum ſtirpibus infeſtus eſt. Coacti inde ſunt Buddiſtæ Indigenæ arboribus aliis parem religionis ſenſum adjungere; eæque ſunt, quas Illi ceu ſacras collocant in verticibus Tarbuceorum, in Argamazis, & ante *proſtyla* Templorum, ut vices ſuppleant ficuum Siamenſium, & Ἰσχάδων Buddæ, atque Manetis.

Ἰσχάδες Manichaicæ in ſacris arboribus Tibetanorum.

Ficuum, ſive Ἰσχάδων, genera duo *Buddæ*, ſeu *Xacæ* ſacra apud Siamenſes.

C. *Ma-*

Manì facér uſus & cantus in Tibeto multiplex.

C. *Manì geſtatorius*. Arculæ cylindricæ diameter eſt unciarum 5., altitudo, palmaris. Globulus plumbeus adhæret extremitati funiculi de arcula media ſuſpenſi, ut ea facilius atque celerius in gyrum moveri queat. Quid ulterius lateat, admonet inſcriptio: *Hom-mani-peme-hûm*.

Hujuſmodi *Manì* omnium fere privatorum domus abundant. Si qui careant, Templa adeunt. Ibi tanta eſt eorum copia, ut *Kugnerii*, ideſt Æditui, unicuique petenti, quotquot opus fuerint, commodare promtiſſime queant.

In Plenilunio Menſis *tertii*, quo mors Xacæ accidit, totis diebus quindecim per univerſas Regni Tibetani provincias publici conventus ſub dio aguntur. In his ſumma operis ac religionis eſt rotare ſimul, & vociferari *Hom-manì*.

Menſis quartus integer conſecratus eſt recitationi *Hom-manì*. Cives univerſi qua publice qua privatim, ſolemni vero pompa turbæ mercenariorum dant operam ſupplicationi. Sunt enim hi diurna mercede a Rege conducti, totoque die *Koràm*, ideſt circuitum, *majorem* viæ ſacræ inſtituunt. Cantant, qui præeunt, *Acta Xacæ*, ſtrophaſque ſingulas claudunt ſequentia agmina celebri illo intercalari: *Hom-mani-peme-hum*, *hum*, *hum*: *Hom-mani-peme-hum*: omneſque interea ſuum quique verſant *Manì*.

Quotieſcunque Cometes in eo Hemiſphærio appareat, metu perculſi Buttantes ob ingruentia Regni pericula, ac populorum tumultus, quos ſibi ejus ſideris apparitione ſæpe prænunciari obſervarunt, indicunt ſacros cœtus ad orandum *Manì*. Ob hanc cauſam, an. 1742. viſo inexpectato ſidere per eos dies, quibus Lhaſſæ coacto conventu Aſcetarum *triginta & octo millium* celebrabatur *Monlam*, juſſæ ſunt congeminari preces. Hoc idem in publicis calamitatibus, Rege, ac in primis Lhama Supremo ægrotante præſtari ex inſtituto ſolet. Vota hæc publica ad binos quandoque trinoſque menſes continuantur. Dietus

ſingu-

ſingulis Sole ad occaſum vertente coeunt in ſtatutis Lhaſſæ locis virorum ac fœminarum Chori; ibique ſub dio & brachia fatigant agitando *Manì* geſtatorios, & fauces ſibi exſiccant cantando: *Hom-mani* &c.

In officinis tinctoriis molæ aquariæ, quibus utuntur ad terendos colores, munitæ ſunt eleganti epigraphe: *Manì.* Sic etiam e ſummo lucernæ cubiculariæ ſcapo exporrectis anſulis chartaceos *Manì* ſupra ellychnium ſuſpendunt, ut ope fumi perpetuo convolvantur.

D. *Manì* penſiles in ſolariis domorum.

E. *Manì* majores, iidemque ſtabiles in publicis, ſacriſque viis, maxime vero circa pagodum, & Templorum parietes.

F. *Manì* maximi atque perpetui in Fanis, in Aſceteriis, in Aula Regia, & in Ædibus ſacris Lhamæ Supremi. In volumina fere omnia *Kaghjur* minutiſſimis characteribus his exarata continentur. Diameter eſt palmorum 5., altitudo 12. Servi, ſeu bajuli *Olà* nuncupati diu noctuque verſant *orbes* hoſce maximos, ut *Lex* ſemper in gyrum moveatur, nec unquam ceſſet; ex hoc enim *gyro* ſummam felicitatem expectant. Unum id eſt ex Arcanis Lhamaicis non ſatis cognitum. Hinc ſæpiſſime in portentoſis eorum libris commemoratur ཆོས་ཀྱི་འཁོར་ *Ciò-ki Khor, Rota Legis*. Hoc veluti oraculo ajunt, Viatores omnes, ſed Lhamas potiſſimum & Aſcetas commonefieri, ut ante oculos perpetuo habeant geminum illud munus, quod eſt *implere*, & *propagare* legem. Nullum proinde vitæ ac temporis momentum eſt, quo ſibi ab hujuſmodi curis vacandum putent. De lege amplificanda ſemper cogitandum eſſe jubent. Quo fit ut nullam ſibi occaſionem dilatandæ Religionis elabi ſinant. Egerunt an. 1744. apud Imperatorem Sinenſium, ut 50 vocarentur ad nova ædificanda Monaſteria. Accidit res ex

Gyrus Legis in verſando *Manì* duo admonet: *implere*, *&* *propagare legem a Budda*, ſive *Xaca* latam.

ex ſententia. Mox quadringentorum Aſcetarum caterva, alii *Lhama*, alii *Kelongii*, alii *Ketzulii* convolarunt in Sinam. Tantaque firmitate æternam credunt futuram Xacaicæ legis durationem, ut ad interminabilis rei perennitatem indicandam ſic loqui ſoleant: *Tandiu vigens res erit, quandiu* gyrus *ipſe legis vigebit*. Summam denique ſuperſtitionem in hac legis circumvolutione collocant.

པདྨ་ *Pemà*, tertia vox eſt in *Hom-mani-peme-hum*.

Lotum florem Diis Tibetanis ſacrum ſignificat, quemadmodum obſervavimus pag. 65. & 66. *Patmè* vertit P. Andrada, & Bayerus *Padmè*. Nam ſi litteræ omnes pronuncientur, པདྨ་ *Petmè*, & *Padmè* ob མ་ *M* mutantem ད་ *T* in *D*, ea vox ſonat. Sed Lhaſſenſes elidunt mediam, & *Pemà* ſimpliciter efferunt. Adverto པ་ *Pa*, ſive *Pe* in hoc eodem nomine tenere locum articuli Ægyptiaci **Πι** *Pi*. Hinc fit, ut *Tama* proprium videatur hujus floris vocabulum. Idcirco Indi omiſſo præpoſitivo པ་ retinent nudum *Tama*, quo nomine *Lotum*, ſive *Nymphæam* appellant. Hanc vero obſervationem noſtram ſi paullo attentius conſideres, latentem in hac voce percipies inſignem illum Sinorum, Buttantium, & Indorum impoſtorem *Tamò* ex *Tama* fortaſſe derivatum. In hunc vero modum par illud *Impoſtorum* nobiliſſimum habebimus, *Manetem* nempe Magiſtrum, & *Tamò* aliàs *Thomam* diſcipulum, quos ambos in *Hom-manì-Tamà* invocent Tibetani. *Kircherius* de Idolo *Manipa* cogitans, པ་ *pa* abſtractum a voce ſequenti conjunxit cum antecedenti *Manì*, ſicque hanc orationis formulam dedit: *Omanipa-mehum*: *Manipa adjuva nos*.

Pe-tmà Tibetanum, & *Tamà* Indicum idem ſunt.

In *Tamà* orationis *Hom-manì-peme-hum*, latet fortaſſe Manetis diſcipulus, & ſolemnis impoſtor *Tamò*.

ཧཱུྃ་ *Hum*

Hum Laſſenſibus: Bayero *Chum*: P. Andradæ *on*. Hæc vox geminatur in nonnullis exemplis *Hom-mani-pe-mehum* hoc fere modo, ཧཱུྃ *hu-hum*. Sic etiam pingitur a Bayero in Tom. III. Act. Acad. Petropol. Tῷ *on* laudatus P. Andrada addit *ri*: *Om Manipatmeonri*. Solent profecto Tibetanorum plurimi invocationem claudere ſono veluti deſinente in *ri*, quod eſt *maximum*, *ſupremum*, *excellentiſſimum*. Hoc idem *ri* Bayerus tranſtulit *Chum-chi*: imagine litteræ ཧྲཱིཿ deceptus. Eſt enim *rah*; adeoque finales ཧཱུྃ་ཧྲཱིཿ vertendæ erant *huhum-rah*, vel *cha-chum-rcha*, non *chum-chi*.

Quæcumque de vocibus hiſce ænigmaticis hucuſque tradidimus, ſuffragatores habent & *Paraphraſtas* Xacaitas Doctores. Eminet inter ceteros *Nga-vang* Ramoceenſis Aſceterii in Urbe Lhaſſa Alumnus, qui commentarium in hanc ipſam precatiunculam adornavit. Iſtius commentarii exordium laudare voluimus lin. I. pag. 227. ſed errante calamo quaſi *initium orationis Hom-mani* &c. appellavimus, quod erat nudæ expoſitionis primordium. Integrum exemplum e Mſs. P. Horatii deſcriptum præſtat Tibeticis Latiniſque formis in publicam lucem proferre. Itaque ſic *Rab-giam-bà Nga-vang* commentatur.

༄༅།། །ཨོཾ་མ་ཎི་པདྨེ་ཧཱུྃ། །

Hom Manì Peme Hum.

༄༅།། ༄ །ཨོཾ་སྭ་སྟི་སིདྡྷཾ། མཐའ་ཡས་བསྡུས་བྱ་འདུལ་

Om xa thi ſi than. *Tah- je tul cja dul*

ལ་རྒྱུད་སྐྱེ་བཞིའི། ལྷ་ཚོགས་ཀུན་བསེལ་མཐའ་ཕྱིར་བཏོད

la kju-te ſgibi. • Lha tzò kun- ſel tah tar- cio

བྲལ་ཡང་། གངས་ལྗོངས་འགྲོ་བའི་ལྷ་སྐལ་སྤྱན་རས་གཟིགས

prel jang. Te giong dro- vei lha kel Cen- re- sì.

ས། འཕགས་མཆོག་ཕྱག་ན་པདྨ་དགེ་ལེགས་རྩོལ།

Pah- ciò cja- na Pe-mà ke le tzol

མགོན་དེའི་ཡང་སྙིང་ཡི་གེ་དྲུག་མའི་གཟུངས། རྩེ་ཁ་ཅིག་དང་

Gon- tei jang gnig ji-ke tru- mei ſung. tze cik tang

བས་བཟླས་བརྗོད་ལྷུར་ལེན་པའི། སྐལ་ལྡན་འགྲོ་རྣམས་རི-

pe le ciò lhur len- bei. Kel- den dro-nam ri-

གས་དྲུག་སྡུག་བསྔལ་ལས། བསྐྱབ་བྱེད་དེ་ཡི་འབྲུལ་འདིར་

k tru tu- nghel le. Kjop cje te ji brul dir-

བཤད་བྱ། ཞེས་མཆོད་པར་བརྗོད་པ་སྔོན་དུ་སྟང་ནས། པོད་

ſcè cja. Sce ciò par ciò- ba ngon-tu tang ne. Po

ཡུལ་ཁ་བ་ཅན་པ་རྣམས་ཀྱི། ལྷ་སྐལ་འཕགས་པ་ཐུགས་རྗེ་

jul ka va cen- ba nam kji. Lha kel pah ba tu- rce

ཆེན་པོ་ སྤྱན་རས་གཟིགས་ ཀྱི་ གཟུངས་ ཀྱི་ སྙིང་ པོ་ ཡི་གེ་ དྲུག་

cen- bò Cjen- re- si kji ſung kji gning-pò ji-ke tru-

མའི་འབྲུ་འགྲེལ་ཆུང་ཟད། མདོར་བསྡུས་ཏེ་བཤད་པ་ལ། བ-

mei brù drel ciung ſe. Dor- tu te ſce- ba- la.

ཤད་བྱའི་ལུང་འགོད་པ་དང་། ཡི་གེ་འབྲུ་དེ་ཉིད་བོད་སྐད་ལ་

ſce cjhe lung go- ba tang ji-ke bru te gni-pò ke sla

kjur-

སྒྱུར་བའི་འབྲུ་སྟོན་བཤད་པ་དང་། དེའི་བྱེད་ལས་སམ། ཕན་

kjur-vei bru- ton ſce- ba tang tehi cjè le ſam. Pen

ཡོན་བཤད་པ་གསུམ་གྱི། དང་པོ་ནི་ཕྱིར་ཐུགས་རྗེ་ཆེན་པོའི་

jon ſce- ba ſum kji. Tang-pò ni cjir Tu- rcè cen- bohi

གཟུངས་ལ། ཕྱག་སྟོང་སྤྱན་སྟོང་གི་གཟུངས་གདོང་བཅུ་གཅིག-

ſung la. cja tong cjen tong ki ſung tong ciù cik

ག་པའི་གཟུངས་གསང་བའི་བཛྲ་ཀྱི་གཟུངས་སོགས་རྣམས་གྲང

bei ſung ſang- vee- tzò kji ſung ſo nam trang-

ས་ཏུ་མ་ཡོད་པ་ལས། དལམ་འདིར་ཐམས་ཅད་གཅིཁ་ཏུ

tu ma- jo ba le. ta- lam- dir tam- cè cik tu

སྡུས་པའི་སྙིང་པོ་ནི། ཨོཾ་མ་ཎི་པདྨེ་ཧཱུྃ་ཞེས་པ་འདི་ཉིད་དོ་གཉི-

tu- bei gning-po ni. Om Manì Peme Hum ſce-ba di gni- to gni-

ས་པ་དེ་ཉིད་པོད་སྐད་ཏུ་བསྒྱུར་བའི་འབྲུ་དོན་ནི། ཨོཾ་ནི་སྔགས་

ba te gni- pò ke- tu kjur- vei bru ton ni. Hom ni Ngà

ཀྱི་མགོའི་རྒྱན་སྟེ། གྲ་དོན་མཛུག་རྩོལ་ན། རྒྱུད་དོ་རྗེ་བརྩེ་མོ

kji gohi kjen te. Tra ton giù tzul na. Kjù To-rcè tze-mò.

ལས། ཨོཾ་ནི་ཅི་ཞིག་ཡིན་པར་བཤད། མཆོག་དང་ནོར་སྟོ-

le. Hom, ni ci ſci in- bar ſce. Cjo tang nor to-

ར་དཔལ་དང་ཡང་། སྐལ་བཟང་རྣམས་དང་རབ་ལྡན་ཞིང་།

r pel tang jang. Kel ſang nam tang rap den ſcing.

ཐམ་བཅའ་བ་དང་བཀྲ་ཤིས་དོན་ནོར་བུ་འཛིན་པའི་སྙིང་པོ་ཡི-

Tam- ciah ba tang tra- ſci ton Nor-bu-zin- bei gning-pò i-

ན། ཅེས་དན་ཏུ་མར་འཇུག་པ་ལས། འདིར་བཀྲ་ཤིས་པ་

na. Ce ten- tu mar giu- ba le. Dir tra- ſci- be-

འི་དོན་ལ་འཇུག། མ་ཎི་ནི་ནོར་བུ། པདྨ་ནི་ཆུ་སྐྱད་པོད་སྐྱེ

i- ton la giù. Manì, ni nor-bù. Pema, ni kja ke-pò ke

གཉིས་མཐུན་པར་མེ་ཏོག་གི་པདྨ། མེ་ཞེས་འབྱུང་བའི་འབྲེང་

gni tun par- me to ki Pema. Me ſce gniung-bei dhreng-

བུ་ནི་སྐྱེ་ཞེས་འབོད་བརྡ། ཧཱུྃ་ནི་ལྔགས་ཀྱིས་མཇུག་གི་རྒྱན་འབྲུ་

bu, ni kje ſce- bò bart. Hum, ni Ngà kji giù ki kjen bru-

དོན་ནི་འགོས་ཤིག་ཅེས་པ་སྟེ། ཡིད་དམ་ཐུགས་རྗེ་ཆེན་པོ་ལ་

ton ni go ſci ce- ba te. Jit tam tu- rcè cen- bò la

བརྟན་ནས་མཆོག་སྒྲུབ་པ་བར་ཏུ་བཅོད་པ། རྣམས་འགོས་

ton ne ciò trub- ba par tu cio- ba. Nam ko-

པ་སྟེ། བཀྲག་པར་ཀྱིས་ཤིག་ཅེས་པའི་དན་ཡིན་ནོ། ཏོ་

ba te. Tra par kji ſci ce- bei ton jin no. To-

ན་རྫིལ་ཀྱི་དྲིལ་བའི་ཚེ། མགོ་མཇུག་གི་རྒྱན་ནི་གཉིས་དོར་བ་

n ribl kji tril- bei tze. Gò, Giù ki kjen, ni gni tor- ve-

འི་ངོས་གཞི་རྣམས་ཕྱིར་བསྟོམས་བའི་ཚེ། སྐྱེ་ནོར་བུ་པདྨ

i ngo- ſci nam cjir tom- bei tze. Kje nor-bù Pemà

ཞེས་པ་ཡིན། དེ་ཡང་དཔེར་ན། བྱིས་པ་གཞོན་ནུ།

ſce- ba- in. Te jang per na. Cji- ba ſcion- nu.

བཙའ་བའི་མིའི་མིང་ནས་གཏུང་བའི་ཤུགས་ཀྱིས་འབོད་པ་

Tze- vei me ming ne tung- bei ſciù kji bo- pa

dar

ཧྥར། ཡི་དམ་ཐུགས་རྗེ་ཆེན་པོ་ཕྱག་མཚན་ན་ནོར་བུ་དང་

dar. Ji tam tu- rcè cen- bò cja tzen na nor-bu tang

པདྨ་ནམ་པ་ལ། སྒྲུབ་པ་པོ་ཡིད་གདུང་བའི་ཞུགས་ཀྱིས་ཀྱེ་

Pemà nam-ba la. Trub-pa Po-jit tung- bei ſciuh kji kje

ནོར་བུ་པདྨ་ཞེས་འཕོད་པའི་ཚུལ་ཡིན་ཏེ། ཐུགས་རྗེ་ཆེན་པོ-

nor- bu Pemà ſce Po- bei tzul jin te. Tu- rcè cen- bo

ས་སྟོན་ཐུགས་དམ་བཅས་བ་ཏྲན་ནས་ཉུར་ཏུ་འགྲོན་པ་ཡིན་ཏེ།

ton- tu tam- ce ba tren ne gniur tu gjon- ba- jn te

ཀུར་ཀྱི་རྒྱུད་ལས། དཔེར་ན་སྐྱེས་བུ་འགའ་ཞིག་ལ་ག-

Kur- kji-kju- le. Per- na kje- pu gah ſci la

སལ་བའི་སྐད་ཀྱིས་བོས་པ་ན། དེ་ཉིད་མྱུར་དུ་འོང་བ་ལྟར།

ſel- bei ke kji po ba na Te gni gnjur tu ho- ba dar.

སངས་རྒྱས་སྐད་གཅིག་ཉིད་ལ་འགྲོན། ཞེས་བསུངས་པ་

Sang- kje ke cik gni la gion. Scè ſung ba

བཞིན་ཡིན་ནོ། གསུམ་པ་བྱེད་ལས་སམ་ཕན་ཡོན་ནི། ཧཱུྃ་

ſcin in no. Sum- ba cje le ſam pen jon ni. Hom

ཀྱིས་ལྷའི་སྡུག་བསྔལ་བསྐྱོབ་པར་བྱེད། མས་ལྷ་མ་ཡིན་ཀྱིས་

kji Lhae tu- nghel kjop par cje. Me Lha-ma-jn kji

སྡུག་བསྔལ་བསྐྱོབ་པར་བྱེད། ཉིས་མིའི་སྡུག་བསྔལ་བསྐྱོབ་

tu- nghel kjop par cje. Ni Mi-hi tu- nghel kjop

པར་བྱེ། པེད་ཀྱིས་དུད་འགྲོའི་སྡུག་བསྔལ་བསྐྱོབ་པར་

par cje. Pe kji Tu- drohi tu- nghel kjop par cje.

བྱེད། མེས་ཡི་དྭགས་ཀྱིས་སྡུང་བསྔལ་བསྐྱོབ་པར་བྱེད།

cje. Me Ji-tah kji tu-nghel kjop par cje.

ཧཱུྃ་གིས་དམྱལ་བའི་སྡུག་བསྔལ་བསྐྱོབ་པར་བྱེད་དོ། ཞི་ཀྱེ

Hum ki Gnjel-vei tu-nghel kjop par cje to. Sci kje

ས་དབང་དྲག་སོགས་ལས་བཞིའི་དབང་དུ་བྱས་ན། ཨོཾ་གྱིས་

pang tra ſo le ſgibi pang tu cje na. Hom kji

ཞི་བའི་ལས་བྱེད་ མ་ཎི་པདྨེ་རྒྱས་པ་དང་དབང་གི་ལས་བྱེད།

ſci-bei le cje. Ma-nì Peme kje-ba tang vang ki le cje.

ཧཱུྃ་གིས་དྲག་པོའི་ལས་བྱེད་པ་ཡིན་ནོ།། ༄ ། ངེས་ཅན་

Hum ki tra-bohi le cje-ba jin no. Nghe cen

ལྷ་གཅིག་ཕྱག་ན་པདྨ་ཡི། ཐུགས་ཀྱི་ཡང་སྙིང་ཡི་གེ་དྲུག

Lha cik Cja-na-Pemà ji. Tu kji jang gning ji-ke trù-

མའི་གསུངས། དེ་ཡི་འབྲུ་འགྲོལ་རང་གིས་གེ་ཚུལ་ཙམ།

mei ſung. te-ji brù drol rang ki ke-tzul tzam.

བཀོད་པའི་དགེ་རེས་ཚེ་རབས་ཐམས་ཅད་དུ། ཕྱག་ན་པདྨ

Ko-bei ke te tze rap tam-ce tu. Cja-na-Pemà

ཉིད་ཀྱིས་རྗེས་གཟུངས་ནས། སྨྲ་སྔ་མངོན་ཤེས་རྫུ་འཕྲུལ་

gni kji cè ſung ne. Cjen nga ngon-ſcie tzu brul

རྐང་པ་སོགས། མཐའ་ཡས་གཞན་དོན་སྒྲུབ་པའི་མཐུ་ཐོབ་

kang-ba ſo. Tab je ſcen ton trup-bei tu top

ནས། འགྲོ་དོན་རྒྱུན་ཆད་མེད་པ་འབྱུང་བར་ཤོག། རང་ལུ

ne. Dro ton kjun ce me-ba giung par ſcie. Rang lu

Tu-

སོ་ཐུགས་རྗེ་ཆེན་པོའི་སྐུར་བསལ་ནས། གྲགས་སྟོང་རྒྱུན

Tur- cè cen- bohi kur- ſel ne. Trah tongg kjun

ཆད་མེད་བའི་བརླས་བརྗོད་དང་། གསལ་སྟོང་འཛིན་མེད་ལྟ

ce me- bei le cio tang. Sel tong zin me ta-

བའི་གདེངས་ལྡན་པས། ཏེད་ཆེན་ཆོས་སྐུའི་ངང་དུ་གྲོལ་བར

bei teng den be. Te cen cio kubi nngha-tu trol- vare-

ཤོག། མདོར་ན་ཚེ་རབས་ཀུན་ཏུ་བ་མ་དང་། ཡི་དམ་ཕྱག

ſcò. Dor na tze rap kun-tu ba ma tang. Ji tam Cja-

ན་པདྨ་རྗེས་བརྗེས་བརྩེད་སྟེ། འདི་ཕྱི་བར་དོའི་དོན་ཀུན་ལེགས-

na Pemà ce- ba- ce ſeng to. Di cji Par- tobi ton kun- le

ས་འགྲུབ་ཅིང་། བསྟན་པའི་གཉེར་འཚོ་ཆེན་པར་འགྱུར་བར

tru cing. Cen- bei gner tzo cen pare gjur- bare-

ཤོག་ཅེས་ཡི་གེ་དྲུག་མའི་འབྲུ་འགྲེལ་མདོར་བསྡུས་ཙམ་རང་གི

ſcio ce ji- ke tru- mei bru grel dor- tu tzam rang ki

ཀོ་རྩལ་སྟར་བཀོད་པ་འདི་ནི། སྐྱེས་བཏབ་ར་མོ་ཆེའི་བཀོན

ko tzul rar ko ba di ni. Kje tab Ra-mo cehi kon-

གཉེར་རབ་འབྱམས་པ་ཡོན་ཏན་དཔལ་བཟང་གིས་དགོས

gner Rab- giam- ba Jon-ten- pel- sang ki ko

བསྐུད་བ་བཞིན། དགེ་སྦྱོང་གི་གསུགས་བསྙན་ངག་དབང་མི-

ſung- ba ſcin. Ke cjong ki ſuk gnien Nga- vang mi-

ང་ཚན་གྱིས་ར་མོ་ཆེའི་བར་ཁང་དུ་སྨྲས་པོ།། ∴ ༎ ∵ ༎

ng cen kji Ra-mo-cehi par Kang-tu mre-pho.

Hom,

LATINA VERSIO

HOM. XA. THI. SI. THAN.

Tha-je pacificos nimirum reddere diſcipulos ſuperbos, ac tumidos docent Partes quatuor Kjutè. *Sicuti Lhaæ ſunt ſimiles* Tha-je, *vacuo immenſo*, [*ideſt Cælis,*] *ita etiam in loquendo ſunt immenſi, ineffabiles & admirandi.*

Lha [Deus,] *& felicitas Viatorum* Kiang *eſt* Cenreſi; *idemque* Pah-ciò *lumen videlicet & promulgator Legis, qui dextera geſtat florem* Pemà. *Numinis hujus oratio* ſex litterarum *complexio, ſuccus, & perfecta vis eſt. Ea proinde tanquam ſingularis & unica corde puro recitari debet. Viatores diſcipuli* [Cenreſi] *ſpiritus intelligentia præditi, ſed anguſtiis & cruciatibus afflicti diſtribuuntur in ſpecies ſex. Quamobrem ut hi mirabili iſtius orationis vi liberi demum evadere, & ad feliciores tranſmigrationes aſportari valeant, breviſſima aliqua ejuſdem expoſitio tradenda eſt. Spirituum omnium Buttantium, qui in Regno* Pot [Tibeti] *verſantur, Lha* [Deus,] *uti ajebam, eſt* Pah-bà, Turcècen-bò, Cenreſi. *De vi autem perfecta, energetica, & arcana in hac oratione contenta dicturus, levem quandam & compendiariam explicationem proferam* litterarum ſex, *in quibus vis & ſenſus aliarum omnium orationum includitur. Primo de radice & capite rei univerſæ dicam. Secundo de ſenſu, & ſignificatione ſex litterarum juxta vim linguæ* Pot. *Tertio quæ ſit illius energia, quidve reipſa operari valeat. Sic in puncta tria erit diviſa explicatio.*

I. Punctum. *Hæc oratio* (a Cenreſi compoſita) *eſt Epitome libri* Tur-ce-cen-bò, *ideſt* Magni, potentis, & miſericordis Principis. *Epitome libri inſcripti*: Cia-tong-Gen-tong, *ideſt* de mille manibus, & mille oculis [*Cenreſi.*] *Epitome libri:* Tongciù-cich, *ideſt* de undecim faciebus, *ſeu* capitibus [*Cenreſi.*] *Epitome libri:* Sang-vetzò, *ideſt* de ſancto veniæ largitore: *Epitome, in quam*

& alii libri multi transfuſi videantur, adeout hæc oratio: Hom-mani-pme-hum: unica ſit & aliarum omnium precantium compendium.

II. Punctum. *Explicatur ſignificatio litterarum, & ſyllabarum ſex in lingua* Pot, *ideſt Buttantium.* Hom *ornamentum eſt capitis* [Ngà] *Magiæ. Hæc figura habet præterea vim vocis effectricis. In* Khjù, *videlicet in libro* Khjutè *inſcripto*: Tor-ce-tze-mò, *legitur, quòd quiſquis hanc vocem rite pronunciaverit divitias, & vota ſua omnia protinus conſequetur: nam ad ea præſtanda fidem ſuam in ea legis parte obſtrinxit [Cenreſi.] Et in libro*: Nor-bu-zinbè: *commemoratur, quòd in hac voce ſignificationes arcanæ longe plurimæ includuntur.*

Manì, *hoc eſt* Nor-bù *Gemma.*

Pemà, *in* [Kje] *Indico, &* [Pot] *Tibetico idiomate flos Pemà,* (nempe Lotus) *De eodem nanque nomine, eademque ſignificatione ambo inter ſe conveniunt Indus ac Tibetanus.*

Vocalis ` *in hac lingua appellatur* Drengbù, *in lingua vero* [Phot *peregrina,*] *Latina ſcilicet & Italica* [Pt-e] *E; & eſt index vocis aliquem invocantis.*

Hum °: *hæc vox ornamentum eſt* caudæ, *ſeu finis* [Ngà] *Magiæ: eaque etiam deſignat, quòd ſi peccator tota cordis vi* τῷ Tur-ce-cen-bò *confiſus hanc ipſam ſyllabam* hum *pronunciaverit, in pium ſtatim ac religioſum ab ipſo mutabitur.*

Miſcendi modo ſunt ſignificatus, & ſoni, quemadmodum varia rerum genera in pillulis conficiendis miſcentur, & omiſſis capite & fine tanquam magiæ ornamentis, conjungam ſyllabas medias, deque Nor-bù (Manì,) *& Pe-mà verba faciam*: [nec tamen facit, ſed arcanum alioquin ridiculum ſilentio involvit, unumque vocum effectum exponit] *Exemplum eſto Filius*: [ſic ſcribere pergit:] *Is ubi dolenti, flebilique voce Matrem vocat, illa ſtatim accur-*

rit, ut puero ſubveniat. Ita quiſquis corde meditans Tur-ce-cen-bò *dextera geſtantem* Pe-mà, *ſiniſtra gemmam lucentem ejuſdem coloris atque naturæ cum* Po-jit, *dum afflictus hanc orationem recitaverit, effundens vehementi cum vi voces* Norbù, & Pemà, *quæ ſunt figura & imago invocationis, præſens ſtatim aderit* Tur-ce-cen-bò *ad ei auxilium præſtandum; id enim ſe præſtiturum ſpopondit iis omnibus, qui ſui ipſius nomen invocaverint, uti fidem facit Liber:* Chur-ki-chiu-lè*:* de adoratione, *inſcriptus. In eo nanque legitur, quòd ſicuti ad vocem claram vocantis protinus venit vocatus, ita Deus* Sangh-kjè *dicto citius ſe adfuturum dixit iis omnibus, qui hanc orationum epitomem recitaverint.*

III. Punctum. *Quænam ſit efficacia hujus orationis, & quantus ex ea fructus percipiatur.* Hom, *mitigat tribulationes Lhaarum:* Ma, *lenit anguſtias Lha-ma-in*: Ni, *levat moleſtias & afflictiones hominum:* Pe, *minuit dolores animalium:* Me, *leves facit angores Itharum*: Hum, *temperat pœnas damnatorum.*

Cenreſi porro gratiarum, ac beneficiorum quatuor Dominus & Largitor eſt. Orans, in Hom *proferendo conſequitur primam: in* Manì-pemà, *ſecundam & tertiam: in* Hum, *quartam.*

PROTESTATIO AUCTORIS.

Nghe-cen *ideſt Buttantes colunt* Lhaam *unum manu geſtantem florem* Pemà. *Ex illius corde effluxit orationis epitome ſex litteris conſtans. Hujus ego ſenſus, & ſignificatus omnes plurium librorum lectione cognitos, qua par erat diligentia, pro virium, & ingenii mei tenuitate ſcribere & exponere ſtudui.* Cja-na Pe-mà *ille qui manu geſtat Pemà ob hujus epitomes opus, pro miſericordia ac bonitate ſua dabit mihi, uti ſpero, oculos quinque ut omnia miracula ſcire & comprehendere valeam.* Tah-jè [ideſt ſancti Inſtaurato

ratores legis, & Contemplatores quarti Ordinis in altiſſimis locis habitantes ſummaque pace fruentes] *agite, vos alii, naturæ veſtræ particeps ego ſim, ut* [ad legis propagationem] *potens ſim operari, & pedibus per infinita ſpatia celerrime permeare: Similis fiam corpori ipſi proprio* Tur-ce-cen-bò, *ut multiplicari valeam ubicunque gentium ad ejuſdem legis amplificationem, & ad perfectam liberationem, atque ſalutem proximorum: ſemperque in corde meo mediter* Cja-ña-Pemà! *Quapropter hanc ego orationem depulſa omni dubitationis ſpecie recitare jugiter, & contemplari non deſinam. Gratias ago* Cianæ-Pemà, *cujus ope breve iſtud commentariolum condidi; Eumque deprecor, ut ad extremum hujus vitæ terminum in* Partò [hoc eſt in ſeptiduo illo ultimo inter ſpem & metum tranſigendo,] *felix mihi tranſmigratio contingat. Teſtor iterum de ſex litterarum, ac ſyllabarum ænigmatibus quicquid demum, & quantum noſſe poteram, ſcriptum a me traditumque fuiſſe. Templi, & ſtatuarum ejus Cuſtos* Rab-giam-ba Jon-ten Pel-ſang *hujus orationis explicationem quòd ea indigeret, a ſodali rogavit.* Nga-vang *nuncupatus, ſodalis Ille eſt, qui hæc e Cœnobio medio* Ramocè *dixit, ſcripſitve.*

Hæc ſi cognita fuiſſent externis Scriptoribus, quorum meminimus pag. 165., nunquam, ſic enim credere præſtat, tam præclare, quemadmodum eos feciſſe novimus, de hujus orationis natura ſenſiſſent. Quis enim, niſi Xacaicæ ſuperſtitionis ignarus, ferre æquo animo poterit, ut *Hom-manì-peme-hum* reſpondere dicatur ſanctiſſimis illis vocibus in ore totius Populi Chriſtiani tanto cum pietatis ardore frequentatis: *Kyrie eleiſon: Domine miſerere noſtri*? Doleo *Bayeri* vicem, qui *Meſſerſchmidii* allucinationem ſequutus falſæ huic opinioni adhæſit: *Ong-manì-padme-chum-chi: Clariſ. Meſſerſchmidius in Iſidis Sibericæ Xenico Ms. oſtendit preces eſſe Tangutanorum vulgariſſimas:*

Orationi: *Hom-mani-peme-hum* nullo modo reſpondere poſſunt Chriſtianæ preces: *Kyrie eleiſon*, vel *Miſerere noſtri Domine*.

mas: Miſerere noſtri Deus: *Hæc formula quibuſdam in vexillis ligneis ſepulcrorum vel decies occurrit repetita tanquam ſymbolum Religionis praviſſimæ optimum.* Sunt enim verba Bayeri in *Act. Ac. Petrop.* T. III. Magis tamen doleo, quôd huic tam pernicioſo errori auctoritatem conciliarit *P. Andrada*. Cenſuit Vir bonæ alioquin mentis preces *Om-manì-patme-on-ri* tantum valere, quantum valent iſtæ: *Conciò-ſum-boga dipà tat ro: Domine* [rectius, Domine Deus trine,] *remitte mihi peccata mea*. Verum totius collatæ ſententiæ valor imaginarius eſt, ac præterea etiam fallax. Nam Tibetice ſic ſonat:

Preces *Hom-mani-peme-hum* quam falſo ac periculoſe trahantur ad ſenſum alterius cujuſdam Tibetanæ orationis: *Concio-ſum-boga dipa tat-rò*.

དཀོན་མཆོག་གསུམ་པོ་འགག་སྡིག་པ་ད་ལྟ་རོག།

Con- cioà Sum- bo- gà di- pà ta-tha rò.
Deus Trine peccata nunc ſiſte.

Siſtere autem longe diſtat ab eo, quod eſt ignoſcere ac delere peccata. Rectius profecto ſenſit Kircherius, qui preces illas interpretatur: *Manipa adjuva nos*.

Septemdecim Chriſtiani Neophyti in ſpectaculum dati, & flagellis duriſſimis cæſi, quod totis diebus decem cõſtanter renuerint in Urbe Lhaſſa recitatione precum: *Hom-mani-peme-hum*, oris ſui puritatem contaminare.

Porro quanta, & quam atra ſit hujuſmodi precum ſuperſtitio, probe norunt an. 1742. in Urbe Lhaſſa Chriſtiani Neophyti *ſeptemdecim*. Delati apud Judices, quôd IV. Id. Maj. in Pervigilio Pentecoſtes Baptiſmatis ſacramento abluti Chriſtum Deum colerent, ejuſque fidem tenerent, ſtatim poſt meridiem acciti, juſſi ſunt ſtatuta Urbis loca adire, ibique ſpectante audienteque plebe *Hom-manì-peme-hum* conclamare. Aliud plane nihil erat, quod *Debami-punii*, Lhaſſenſes videlicet Gubernatores ab Iis impetrare tentarent: polliciti, futurum ut liberi dimitterentur, ſi tantum magicum illud carmen coram Populo perſonarent. Spectant enim *Hom-manì-peme-hum* tanquam teſſeram, & cardinem Religionis. At ſtrenui milites Chriſti induti virtute ex alto nullis neque blanditiis, neque terroribus adduci potuerunt, ut horribile illud ejuratæ fidei ſignum edere vellent. Ejus rei fama brevi ſparſa per Urbem de-

Hom-mani-peme-hum tanquam teſſera *Xacaica* Religionis ſpectatur a Tibetanis.

fer-

fertur illico ad aures Lhamarum *Brehpungii*, & *Seræ*, factoque tumultu confluunt *Trabæ* pluſquam quadringenti, irrumpunt furentes in aulam, Regem adoriuntur, indigniſque modis inſultant, quôd ferro & igne publicam Religionis injuriam cunctaretur ulciſci. Itaque probris Illi & contumeliis palam affecti in quæſtionem vocantur. Sed actione in longum protracta uſque dum nox immineret dimiſſi ſunt data fide Judicibus ſiſtendi ſe coram Tribunali luce prima diei craſtini. Mane jam claro ſiſtunt intrepido gradu omnes, quumque diu tentati immobiles in ſancto propoſito perſeverarent, juſſi ſunt in forum duci, ibique diem totum in frequenti comitatu ſatellitum ſtare pedibus publicæ plebis irriſioni & ignominiæ objecti. Decies datum eſt hoc ſpectaculum ſummæ infamiæ, & opprobrii plenum. Ad necem primum deſignati, erant deinde ad Arcem *Sgikakungar* humanæ vitæ fatalem damnandi; quum XI. Kal. Junias intercedente gratia & auctoritate Nobiliſſimæ cujuſdam Aſcetriæ non tam ſenilis prudentiæ, quam ſanctitatis laude apud univerſos Civium & Lhamarum ordines ſpectatiſſimæ, mutarunt Judices ſententiam; & invicti Confeſſores Chriſti ſæviſſimis flagellis cæſi, ac lacerati tanquam viliſſimæ conditionis homines, ac ſempiternæ infamiæ notis inuſti rejecti ſunt. Exemplum ſane quidem illuſtre ac memorabile; quo commonefacti intelligimus quantopere noſtra retulerit deteſtandi hujus, ac diri *Hom-manì-peme-hum* revelaſſe pudenda.

Imagines, ſimulacra, Templa, thura, & altaria Tibetanorum *Xacaitarum* aliena non ſunt ab inſtitutis *Manichæorum*.

CXLV. In hoc tam immenſo Tibetanarum ſuperſtitionum acervo *Imagines*, *ſimulacra*, *ſigna*, *Templa*, *aras*, *thura*, aliaque id genus multa paſſim commemoravimus. Quiſquis aures Beauſobrio imprudenter accomodaverit, nimium quantum Tibetanorum Numinum cultum alienum putabit ab inſtituto Manetis. Jam obſervavimus Manichæos nihil unquam dubitaſſe Religionis ſuæ myſteria

cum

Beauſobrius contendens, ſacrarum Imaginum uſum nunquam fuiſſe a *Manichæis* admiſſum, refutatur.

cum Idololatrarum ritibus copulare. Nam, niſi nos fallant, nec certe fallunt, Patrum noſtrorum hiſtoriæ, nihil Ii verebantur, ne cum ipſis quidem Catholicæ Eccleſiæ ritibus domeſticæ ſuperſtitionis monſtra conjungere; eaque arte, uti novimus, effugere ſtudebant Epiſcoporum judicia. Romæ Magno LEONE Pontifice, ubi certe Imagines Sanctorum in ſacris ædibus colebantur, cœtus Chriſtianos Manichæorum turba frequentabat, nulloque exteriori ſigno ab Eccleſiæ Catholicæ Filiis diſcerni poterant. Una fuit communio pretioſi Sanguinis JESU CHRISTI ſub ſpecie vini, quam LEO Sanctus in Romana Eccleſia præſcripſit, ut eo veluti indicio Manichæos a veris Chiſtifidelibus internoſceret. Non ergo Thura in Templis incenſa, non Aras, non Imagines adeo inviſas Manichæi habebant, quin cum Religionis ſuæ inſtitutis facile conciliari, ac retineri poſſe arbitrarentur. Crux ipſa vivifica Salvatoris, Virgo Dei Mater, & Sancti cum Chriſto in Cælis regnantes, non autem Illorum Imagines quaſi idololatrarum inventa, ea erant, quæ impia illa & ſemichriſtiana peſtis exſecrabatur. Vereque de Manichæorum grege ſcripſit *Petrus Siculus* H. pag. 7. Interprete Radero: *Prorſus inſtar Polypi aut Chamaleontis pro tempore, uſu, perſona in omnes ſe deformant figuras, ut incautioribus imponant*. Ob hanc cauſam ſi eos audiamus a Leone Iſaurico miſſos ad Patriarcham Conſtantinopolitanum Germanum quam diſſerte fateantur ſe cum Catholicis ſentire, immo & anathema pronunciare in eos, *qui non adorant & colunt venerandam ac vivificam Crucem Chriſti, ejuſque Sanctiſſimam Matrem Deiparam*, tanquam probos Sanctarum Imaginum cultores fortaſſe habebimus, quales jam habuit idem ipſe Germanus Præſul ſubdola iſtorum confeſſione deceptus. Sed Illi, teſte laud. Petro Siculo, *Crucem intelligebant Chriſtum ipſum manibus expanſis crucem efformantem* ei ſimilem, quam apud

Manichæi Crucem Chriſti, & Sanctos ipſos in Eccleſia Catholica religioſis honoribus affectos, non autem Imagines, ſi Deos Divoſque ſuos repræſentarent, exſecrabantur.

Manichæi apud Cpltnum Epiſcopum profitentur venerationem vivificæ Cruci, ac Deiparæ Virgini: quo ſenſu?

apud *Nepallenſes* vidimus pag. 203. Quanquam & illud *Crucis* genus, cujus formam exhibuimus pag. 460, Eorum anteſignani intelligere potuerint. Hoc tamen loci prætermitti non debet, quôd in accuratiori exemplo editam illam Tibetanæ Crucis imaginem ſic etiam depictam cernimus ; eademque eſt ac Crux inſculpta pectori *Xacæ* Japonici Tom. I. H. apud *Kaempherum* Tab. XXXVII. Quod demum ſupereſt, *Deiparam Matrem* interpretabantur *Supernam Hieruſalem*. Geneſius Pauli Arabis filius, qui, ut S. Timotheum Apoſtoli Pauli diſcipulum ſimularet, Illius ſibi nomen impoſuit, tanquam Manichaicæ factionis ductor hanc fraudem ore ſacrilego fecit. Ex impii Geneſii ſobole ſeculo IX. ſequenti prodiiſſe *Sergium* Τὸν ἑαυτὸν Παράκλητον λέγοντα, Τυχικόν τε ἑαυτοῦ καλέσαντα, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων μαθητῶν ὡς πνεῦμα ἅγιον προσκυνούμενον . . . τὸν ἑαυτοῦ λυχνοφανῆ ἀστέρα λέγοντα, qui ſeipſum *Paraclitum* dixit, & *Tychicum* (in Epiſtolis S. Pauli commemoratum) nominavit, & a diſcipulis ſuis tanquam *Sanctus Ipſe Spiritus* eſt adoratus, ſeque denique *ſplendens Sidus* vocavit, narrat idem Petrus Siculus pag. 55. Gloriabatur ſceleſtus in epiſtolis ſuis *ſe cucurriſſe ab Oriente uſque ad Occaſum, a Borea ad Auſtrum, ut Evangelium Chriſti nunciaret*, &, ut cetera ſileam, laudi ſibi maxime adſcribebat, quôd ipſe Coloſſenſes, Epheſios, & Laodicenos docuiſſet, Coloſſenſes vocans *Argonautas*, Epheſios *Mopſueſtenos*, & Laodicenos (, id enim ad rem noſtram opportune facit,) Λαοδικεῖς δὲ τοὺς κατοικοῦντας Κυνὰς τὴν τοῦ κυνὸς Χώραν *Kynas*, eos ſcilicet qui habitant in Regione *Canis*, alibi etiam dicti Κυναχωρεῖται: adeo verum eſt, quod antea animadvertimus, Gnoſticos & Manichæos Provinciis ac Regnis integris a ſe in erroris captivitatem adductis nova dediſſe nomina ab iis plane deſumpta locis, quos Chriſtus ipſe aut Apoſtoli Cæleſtis doctrinæ Verbo, rebuſque divinitus geſtis illuſ-

Crux *Manichaica* ſimilis *Nepallenſi*, aut etiam *Tibeticæ* & *Japonicæ*.

Fraudes & impoſturæ Manichæorum.

Geneſius Manichæus ſimulat *Timotheum* S. Pauli Apoſtoli diſcipulum.

Sergius Manichæus ſe vocat *Paraclitum*, *Tychicum* Apoſtoli Pauli diſcipulum, *Aſtrum ſplendidum*: pro ipſo *Spiritu Sancto* a ſuis habetur, & honoratur.

Sergius Evangelium Chriſti mire corruptum, atque fœdatum prædicat in quatuor Mundi plagis.

Nomina Nationum, & Populorum, quibus S. Apoſtolus annũciaverat Evangelium, transfert Impoſtor *Sergius* ad Gentes alias *Manichaica* prædicatione ſua ſeductas.

Laodicenos appellat habitatores *Kynarum*.

Sergianæ Laodiceæ veſtigium in Regno Tibetanorum *Lhadak*, ſive *Lhabe-dok* nuncupato. *Kynæ*, Regiones ad *Caſchar*.

illuſtrarant. Sed ſi *Kynas*, & *Canis Regionem* Laodiceam appellabat, extant adhuc manifeſta hujus *Laodiceæ* veſtigia in barbara voce *Lha-dak*, quæ *Lha-duc* etiam & *Lhabe-doc* ſpectata varia pronunciandi ratione inter eas gentes effertur. Sive enim *Sin*, aut *Kin* pro terra *Sinorum*, ſive pro terra Magni Khanis acceperit *Siculus*, *Lhabe-dok* in *Kyna* rectiſſime dici potuit. Eſt enim proxima *Caſchar*. Non dicam Sergii memoriam in monumentis Tibetanis perſpicue reperiri, at certe indicia continentur in iis ſatis aperta, unde conjicere liceat Impoſtorem teterrimum peregrinationem inſtituiſſe in *Ngarì*, quæ eſt contermina *Lha-dok*, & *Caſchar*. Narrant enim eodem ſeculo IX. in *Ngarì* apparuiſſe viros tres, quorum ſpecie capti Incolæ Tibetani tanquam totidem Deos illos habere cœperunt. Sunt ii *Cering*, *Juring*, *Fusè*, de quibus Vid. pag. 314. in Tab. Chronol. Horum alter ni *Sergius* ipſe fuerit, profecto tota hæc *Trinitas*, qualem more Manichaico appellant, & honorant Tibetani, non aliunde emerſiſſe conjicitur, quam ex iis Cuniculis Sergiotarum, qui ſedem fixerunt in Argeo Armeniæ. Sed ad propoſitum revertamur.

Manichæi ſacrarum Imaginum uſum nunquam tanquam malum, & idololatricum improbarunt.

CXLVI. Hi ergo Manichæi Imagines quidem execrabantur, non ob eam tamen cauſam, quôd crederent indignum quiddam & idololatricum eſſe eas colere; ſic enim ſemetipſos, majoreſque ſuos damnaſſent, qui Chriſtianas Eccleſias ſacris Imaginibus, Beauſobrio fatente, exornatas frequentaverant; ſed quia horrori habebant *Prototypos* ſibi inviſos, nobis vero Catholicis maxime caros, & honore dignos. Hæc ſi Beauſobrius probe diſtinguere voluiſſet L. IX. H. M. C. 6. pag. 704., veram dediſſet rationem, cur Orthodoxi tanquam Manichæos haberent ac ſugillarent Ichonoclaſtas: *les défenſeurs des Images accuſoient les Iconoclaſtes d'être Manichéens*. At, quia Calvinianus homo id unum ſtudet, ut ſacrarum Imaginum cultum Idololatricæ ſuperſtitioni adi-

Ichonoclaſtæ infami *Manichæorum* nomine a Chatholicis notabantur; ſed ob aliam omnino cauſam, quam quæ fingitur a *Beauſobrio*.

judicet, indeque viam ſibi ſternat ad Ethniciſmi ſordes in Romanæ Eccleſiæ ſinum coacervandas, Manichæorum mentem fallaci arte transformat: eoſque in Imaginum cultu rejiciendo ex inimicis Sanctorum Eccleſiæ Chriſti facit inimicos ſuperſtitionis Idololatrarum. Interea oblitus eſt Beauſobrius eorum, quæ ſcripſerat, & approbaverat Lib. II. pag. 189. *& ſeq.* Ibi excellentiſſimus Pictor *Manes* Templa duo, ac ſuum denique Evangelium, & *Myſteriorum librum* myſticis, atque adeo ſacris Imaginibus ornat: nec tamen ethnicæ ſuperſtitionis ob id redarguitur. Heic ne tantæ ſuperſtitionis crimine polluti Manes ipſe, & ceteri, qui ſequuti ſunt, Illius diſcipuli videantur, Manichaicarum Eccleſiarum parietes imaginibus nudos Beauſobrius repræſentat. Norit iſta divinando conciliare *Oedipus*. Nos *Davi* viam ignoramus, qua res tam aperte inter ſe pugnantes in concordiam adducere valeamus. Quid ad hæc *Beauſobrius* acer ille, ac tam bene oculatus cenſor? connivet protinus, obdormiſcit, renuit cernere viſa. *D'ailleurs Manichée avoit été Peintre, & avoit orné ſon Evangile de très-belles figures*. Eccur non addit, ſed tacitus præterit *Templa ſacris picturis ornata*? in promtu fraus eſt: proſequamur. *Mais pour des Images de la divinité, ni de quelque Créature que ce ſoit, il eſt certain qu'ils n'en avoient point dans leurs Egliſes, & qu'ils n'en honoroient aucune ..... S. Auguſtin lui même leur rend juſtice ſur cette article* L. XX. 15. cont. Fauſt., ubi Manichæos alloquens: *Etiam Paganis*, inquit, *vultis eſſe meliores, quod illi aris, delubris, ſimulacris Deum colendum putant, vos autem nihil horum facitis*.

> Sacrarum Imaginum uſum Manichæorum ſectæ *Beauſobrius* modo tribuit, modo negat.

> Pro ſacris Imaginibus a ſecta Manichæorum rejectis S. Auguſtini teſtimonium tanquam *decretorium* Beauſobrius laudat.

CXLVII. Mihi vero aliud quiddam, quam quod Beauſobrius cenſet, viſum eſt in recitato *Auguſtini* teſtimonio. Illud ſcilicet unum S. Doctor concedit Manichæis, quôd *Aris, delubris, ac ſimulacris* ex inſtituto ac religione Pagano-

> *S. Auguſtini* teſtimonium nec *decretorium* eſt, nec *Beauſobrii* conſilio favet, nec ſacrarum Imaginum uſum abjudicat *Manichæis*.

ganorum Deum coli non oportere putarent. Quod quidem veriſſime dici ab eo potuit, etſi alias in Eccleſiis aras, aliaque ſimulacra, quam quæ Gentili ritu conſecrata eſſent, Manichæi haberent. Alioquin ſi S. Doctor exiſtimaſſet a Fauſto improbari, unique Paganorum Religioni adſcribi omnem omnino exterioris cultus ſpeciem, vel eam ipſam, quæ in Templis, in Aris, & in Auguſtiſſimo novi fœderis ſacrificio conſiſtit, quî fieri poterat, ut hominem tam impie delirantem non aperte reprehenderet, non coerceret, non omni denique argumentorum genere refutaret? Duo facit Fauſtus: Unum dicit, alterum tacet. Dicit non eſſe Manichæos neque ſectam, neque ſchiſma Paganorum. Quam accuſationem nemo rerum gnarus ei intentaverat unquam. Hinc juſte in aſtuti hominis dolum invehitur S. Doctor ſalubri illo verborum impetu: *O imperita peſtis, & vanitas verſipellis, ut quid tibi objicis, quod ſi quis tibi objicit, neſcit cum quo agat? Neque enim vos Paganos dicimus, aut ſchiſma Paganorum, ſed habere cum eis quandam ſimilitudinem, eo quod multos colatis Deos. Verum vos eis eſſe longe deteriores, quod illi ea colunt quæ ſunt, ſed pro Diis colenda non ſunt .... vos autem ea colatis, quæ omnino non ſunt, ſed veſtrarum fallacium fabularum vanitate finguntur.* Itaque, ut AUGUSTINUS morem gerat Adverſario diverticula ubique ac tricas quærenti, liberaliter agit, permittitque *Fauſto*, quod *Manichæi* in exteriori, eoque apparenti Religionis cultu Pagani non eſſent. Sed qui in multitudine Deorum ſimiles erant Paganis, eiſdem longe pejores fuiſſe demonſtrat in eo, quôd illi creatas res, iſti nihil niſi ſomnia, & nuda phantaſmata adorarent. Quo fit, ut quanquam Fauſtus perſpicuis rotundiſque verbis faſſus eſſet ſe colere *Solem*, & *Lumina*, ne id quidem ei largiri velit S. Doctor; quia *Sol* Manichæorum in rerum natura non erat, ſed in uno phantaſmate Fauſti, ejuſque Gregalium. *Unde*

vos

vos verius dixerim, ait, *nec Solem iſtum colere, ad cujus gyrum veſtra oratio circumvolvitur*. Pone jam Manichæos Templa, ſimulacra, aras, & imagines ſuorum Numinum habuiſſe, univerſa hæc, judice AUGUSTINO, nec ad culturam Paganorum referri debuerant, nec niſi vana ſomniantium figmenta cenſenda erant. Ibi enim eſt fictus cultus, ubi quod colitur fictum eſt. Quum itaque S. Antiſtes id unum ſibi propoſuerit, ut a fundamentis convelleret falſam Manichæorum fidem, totus eſt in hoc libro, ut eorum Religionem, & cultum oſtendat puram putam eſſe ſpectrorum, vanorumque phantaſmatum colluvionem. Quod ut brevi & invictiſſime præſtet, neve ſibi e manibus labatur hoſtis, recta illius aggreditur caſtra, de cultu exteriori Manichæorum plura quam quæ *Fauſtus* prodiderat, cognoſcere, ſua nihil intereſſe exiſtimat, ſed adverſario id unum permittit, quod dixerat non eſſe ſe Paganum, neque Deos colere ritu Pagano. Et ſane ſi de cultu exteriori ſollicitus eo in loco AUGUSTINUS fuiſſet, ubi Fauſtus dixerat eandem ſe Religionem *Panis & Calicis* cum Catholicis habere, eum premere potuiſſet ut Aram oſtenderet, ſine qua Religio Euchariſtici Sacrificii conſiſtere nequit. Sed ne in *parerga* divagaretur, hominem continuo ſuis ipſum armis jugulat, & ex ſomniatis Fauſti principiis de Chriſto in virgultis, in ſpicis, in herbis, in ſarmentis illigato, deque vini natura ex felle draconum derivata, ſacrilegæ falſitatis, ac temulenti erroris Fauſtum convincit; volens ſic oſtendere nos in vino ac pane Euchariſtico, poſtquam *certa conſecratione* initiatis cognita factus eſt *myſticus*, hoc eſt Myſterium & Sacramentum, ſumere nos equidem bibere & manducare revera CHRISTUM ipſum, ſed non eum quem in *uva* & *non in cupa* colebant Manichæi, quemque ſibi natum in eſcis omnibus, & ariſtis illigatum ſomniabant. Quod Calviniſtam Beauſobrium Manichæis *figuratoribus*, & *phantaſia-*

taſiaſtis merito adſcribendum obſervare decebat, priuſquam tot calumniarum & mendaciorum plauſtra in caſtiſſimam AUGUSTINI doctrinam importaret, omniumque Patrum, & Orthodoxorum fidem de CHRISTO in Altaris Sacrificio vere immolato, & ſub Sacramenti velamine Fidelibus vere tradito obtenebrare tentaret. Innumera ſuppeterent argumenta ad hujus impuri ac ſubdoli calumniatoris præſtigias refellendas: Sed ſtylum ad ſe revocat inſtituti ratio. Beauſobrius umbram pro Sole obtrudit, quum AUGUSTINUM inducit quaſi teſtem qui aperte & *abſolute* declaret Manichæorum ſectam a Religionis ſuæ principiis Templa, Aras, Imagines, ac ſimulacra rejicere. Permittentis ſunt, inquam, & καθ' ὑπόθεσιν concedentis, non autem teſtificantis, ea quæ pro Manichæis Beauſobrius exaggerando adtulit, AUGUSTINI verba. Norat enim Is ex Adimanto, cui *Beati* titulum, & *Præceptoris* honores tribuit Fauſtus, nunquam a Paganorum ritibus acceptandis Manichæos fuiſſe alienos, immo & eis non obſcure faviſſe. Vide quæ ſcripſimus pag. 279.

Fauſtus Manichæus in occultandis ſuperſtitionis ſectæ ſuæ ritibus mire callidus, & circumſpectus. Cur?

CXLVIII. Alterum, quod Fauſtus tacet, cultus eſt Religionis exterior Manichaicæ ſectæ proprius. Ne hunc revelaret vaferrimus ſimulator, poſtquam non definita ac nitida, ſed ſuſpenſa, & involuta verborum ſententia dixerat: *Pagani aris, delubris, ſimulacris,* [tacitis *imaginibus*;] *victimis, atque incenſo Deum colendum putant: Ego ab his* [nota quam callido loquendi genere utatur Fauſtus,] *in hoc quoque multum diverſus incedo*, ſtatim ſe vertit ad fidem, & ad interiorem animi cultum declarandum, quo Deum honorabat, ac omnem denique calumniæ impetum in Ritus Catholicæ Religionis verſat. Fauſti ſilentium in Manichaicæ ſectæ inſtitutis reticendis cum alibi Beauſobrius ipſe deprehendit, tum in hoc maxime loco, ni ſecum more ſibi familiariſſimo pugnare velit, fateatur ne-

neceſſe eſt. Nam in Præf. P.II. H.M. p.224. de Fauſti ingenio, & callida ipſius agendi, ſimulandique ratione ſic ſenſit: *Il ſe defend avec prudence, & avec adreſſe. On ne peut pas mieux pallier les défauts des dogmes Manichéens.* Et quoniam implacabili odio fertur in *Meldenſ. Epiſc.* Boſſuetum magnum illum Calvinianæ hæreſis Expugnatorem, nihil erubuit *Expoſitionem Fidei Catholicæ* ab eo tam candido, & ingenuo Scriptore primo editam, deinde a Pontificibus Maximis præclariſſimo teſtimonio comprobatam, omniumque Orthodoxorum conſenſione firmatam cum *expoſitione Manichaicæ Religionis* a Fauſto tradita comparare, & Fauſtum formam dicere & exemplum *Boſſueti*: *Quand je lis l'*expoſition *de la doctrine Catholique par l'Evêque de* Meaux, *il me ſemble que* Fauſte *a été ſon modèle.* Quamobrem ne in ipſo quidem Manichæorum cultu ſtabiliendo, Beauſobrius *Fauſti* verbis adhæſit. Hinc fit, quôd qui cit. L.IX. Manichæos dixerat abhorrere abs Templis, ab Aris, & a Sacrificiis Paganorum, mox & Eccleſias, & Aras, & Oblationes, & Menſam Euchariſticam eis tribuit. Immo, quod certe inſania eſt riſu magis quam confutatione digna, exiſtimat in ſacro eorum conventu Euchariſtiæ communionem ſaltem ſub ſpecie panis Catholico ritu fuiſſe traditam, tantum non dubitans de ſpecie vini. Cauſam accipe. Quia, inquit, *Euchariſtiam in Eccleſiis Catholicorum* participabant: *Cela même, qu'ils participoient à l'Euchariſtie parmi les Catholiques, eſt une preuve qu'ils la recevoient dans leur ſecte*: p.722. *in not.* At non fide, non mente, non intentione Catholica: ſed fallaci & impia, qualis ab AUGUSTINO deſcribitur. Age jam Beauſobrj, & tuo iſto argumento intellige nec imagines nec ſimulacra defuiſſe in Eccleſiis Manichæorum: nam in Eccleſiis Catholicis, *acatholico* licet animo, Romæ præſertim & alibi, ſaltem ſub LEONE *Magno*, GELASIO, aliiſque deinceps

Fauſtum hominem fallaciſſimũ quàm inique *Beauſobrius* comparet cum Epiſcopo noſtro *I. B. Boſſueto* candidi moris ſcriptore, & in *exponendis Catholicæ Religionis dogmatibus fideliſſimo.*

Manichæi in Eccleſiis Catholicorum ſacras Imagines colere videbantur.

Romanis Pontificibus, Sanctorum noſtrorum imagines & ſimulacra non ſolum non exſecrari, ſed in ſpeciem colere ac venerari profitebantur. Quid ructas? Ain' AUGUSTINUM nihil meminiſſe imaginum ac ſimulacrorum, quorum uſus apud Manichæos vigeret? Fateor. Ut enim meminiſſet, ſcire oportebat. At unde ſciret? A Fauſto ne, qui CHRISTUM ſimulatorem prædicans, a Magiſtris ſimulatoribus edoctus, in ſinu Religionis ſimulatricis enutritus, dedita opera exteriorem ſuæ ſectæ cultum oculere ſtudet? An quia *Auditor* Manichæorum novem annos vixerat ſuis ipſe oculis *Sanctuaria* Manichæorum contemplatus fuerat? Vana & futilia recinis. Novi te in ſuſpicionem trahere ingenuum S. AUGUSTINI teſtimonium, quod in publica diſputatione contra Fortunatum de ignotis *Electorum* Manichæorum moribus coram Eccleſia Hipponenſi edidit. Quis vero prudens ac ſapiens Tibi magis homini heſterno, & rerum faciem cauſarumque naturam pro libidine, & aſtu commutanti, quam AUGUSTINO in conſpectu Populi Hipponenſis caſte, ut ſemper ſolet, candideque loquenti, fidem audebit adjungere ſuam? Velles ut extra chorum, quod dici ſolet, AUGUSTINUS ſaltaſſet, & rejecta cauſa fidei, de qua una ex condicto publico cum *Fortunato* diſputandum erat, in altera, quæ de nudis ſectæ moribus eſſet, tempus & verba tereret, quando nulla de iis controverſia agitari debuerat. Sed quid? De hac etiam, quod ignorare non potes, paratus erat dicere AUGUSTINUS, ſi Judices & Populus novæ hujus cauſæ argumentum, contra quam conventum inter partes fuerat, permiſiſſent. Attamen ſemel & iterum provocatus a Fortunato, ut *diceret* quid Ipſe vidiſſet in Manichæorum conventu quo tempore infimum inter eos *Auditoris* gradum tenebat: *Dixit. Ad aliud vocas cum ego de Fide propoſuerim. De moribus autem veſtris plene ſcire poſſunt qui Electi veſtri ſunt. Noſtis autem me non electum veſtrum,*

An Manichæorum Electi Imagines haberent, & colerent in penetralibus, nunquam ſcire potuit *Auguſtinus*.

De ſecretis Manichæorum ritibus uni *Electorum* ordini cognitis, aliique nemini revelatis ingenuum plane eſt S. Auguſtini teſtimonium, & ab omni *Beauſobrii* calumnia, ac ſuſpicione in tuto poſitum.

trum, ſed Auditorem fuiſſe. Itaque quamvis & orationi veſtræ interfuerim, ut interrogaſti; utrum ſeparatim vobiſcum habeatis aliquam orationem, Deus ſolus poteſt noſſe, & vos. Ego tamen in oratione, in qua interſui, nihil turpe fieri vidi, ſed ſolum contra fidem animadverti, quam poſtea didici & probavi, quod contra Solem facitis orationem .... Quiſquis autem vobis opponit quæſtionem aliquam de moribus, Electis veſtris opponit. Quid autem inter vos agatis, qui Electi eſtis, ego ſcire non poſſum. Nam & Euchariſtiam audivi a vobis ſæpe, quod accipiatis: tempus autem accipiendi cum me lateret [longo novem annorum ſpatio,] *quid accipiatis, unde noſſe potui?* Audin'? ſolis *Electis* notum eſſe poterat arcanum ritus, quo myſteria ſua perficiebant. Quî ergo certi eſſe poſſumus an imaginem, an ſimulacrum, an aram in impervio Sanctuarii adyto haberent? Unum eſt, quod ego apertum & manifeſtum videam. Illud ſcilicet, quôd Catholicis ignota fuerint emblemata, picturæ, & anaglypha ſacra Manichæorum ab Electis ſtudioſe occultata, ne longa illa ac ſpiſſa fabularum, turpitudinum, atque phantaſmatum ſeries intimius cognita atque perſpecta publicam ſubiret invidiam. Cui bono, amabo te, tam inſana deliria, tamque probroſa ſomniantium ſpectra vel pingere, vel exſculpere, quæ voce tantum, & ſcriptis præter eorum opinionem Orthodoxis manifeſtata in communem execrationem & opprobrium venerant? Non erat, crede mihi Beauſobrj, vel pietatis ſtudium, vel Paganæ ſuperſtitionis horror, quo deterrebantur Electi Manichæorum a vultibus Deorum, myſteriorumque ſuorum ænigmatibus ſive ſcalpro, ſive pennicillo expreſſis revelandis. Fraus una erat, erat metus, quo ſibi cavendum duxerant, ne a Catholicis eorum probra conſpicerentur. Quid enim? Non dico vel ſculpere, vel pingere, ſed interpretari ſolummodo myſteria Religionis,

Manichæi, cur tantopere caverint, ne myſteria ſectæ ſive ſculpta, ſive picta, ſive etiam interpretata Catholicis innoteſcerent?

erit-

eritne & hoc ipſum ſuperſtitio Pagana? At ne quidem interpretari volebant. Cujus rei, ſi cauſam quæris, duplex adferri poteſt: Prima, quia ſolida fabula ſine ænigmate, unius auctoritate Manetis a ſuis credenda erat: altera, quia interpretando, innotuiſſet noſtratibus in explicato nucleo prodigioſa & irridenda ſtupiditas latentis erroris.

CXLIX. Verum, quum Manichæi ita eſſent moribus comparati, ut *locis*, *perſonis*, atque *temporibus* Religionis diſciplinam accomodarent; fingere enim ac ſimulare ex auctoritate Manichaicæ fidei deſcendebat; nihil mirandum eſt, ſi in *Africa* Magni AUGUSTINI ætate nulla fortaſſe erant in ſacris eorum conventiculis ſimulacra Deorum; quos tamen incredibili numero, uti S. Doctor invictiſſime probat, revera colebant. Romanorum Imperatorum Edictis undique locorum ejecti atque fugati Sedes in Imperio figere, publica erigere Templa, & ſimulacrorum pompam oſtentare non poterant: quanquam nulla Manetis lege ab hujuſmodi Religionis officiis interdicerentur; quin potius ad ea curanda, ac ſtabilienda, dum Illius exempla atque inſtitutiones vigerent, incitabantur. Ubi autem ea Cæſarum Edicta conſidero, novum quiddam eſſe video, quod *Fauſtum* moverit, ut aras, *delubra*, *ſacrificia*, *incenſum*, & *ſimulacra* tanquam propria Paganorum commemoraret, interea dum cavebat attentus, ne ſecreta domus inimicis, & exteris revelaret. Verebatur homo non tam Catholicorum cenſuram, quam Imperatorum judicia. Extant in *Cod. Theod.* L. XVI. ſacratiſſimæ leges in *Apoſtatas*, & *Paganos* latæ TT. VII. & XI., quibus ſupplicium capitis, aliaque pœnarum genera indicuntur reis. Porro obſervanda eſt *gemina ſermonis ratio*, quæ in his legibus conſtanti regula retinetur. Quum audis *aras*, *Templa*, *ſacrificia*, *ſimulacra*, *accenſa* ſimulacris *lumina*, *impoſita thura*, cogita de uno Paganorum cultu, quem ex recepta loquendi conſuetudine

Fauſtus veritus *Imperatorum* leges in *Apoſtatas*, & *Paganos* latas, totidem fere verbis, quibus leges ipſæ loquuntur, rejicit a ſe, & ſolis Gentilibus tribuit *delubra*, *aras*, *ſacrificia*, *incenſum*, & *ſimulacra*.

ne *ſimplicibus* hiſce & propriis verbis Chriſtiani Imperatores deſignant. Sic Gratian. Valentin., Theod. AAA. T. VII. L. 2. *Qui Chriſtiani & Catechumeni tantum venerabili Religione neglecta ad* Aras, & Templa *tranſierint*: L. 3. *Chriſtianorum ad* Aras, & Templa *migrantium*: L. 5. Valentin. Theod. & Arcad. *Qui ſe* ſacrificiis *mancipaſſent*: L. 7. Theod. & Valentin. *Qui nomen Chriſtianitatis induti* ſacrificia *fecerint*. T. XI. l. 12. Theod. Arcad. Honor. *Qui ſenſu carentibus* ſimulacris ... *accendat* lumen, thura *imponat*: L. 6. Conſtantius: *Pœna capitis pracipimus ſubjugari eos, quos operam* ſacrificiis *dare, vel colere* ſimulacra *conſtiterit*.

Ara, Templa, Sacrificia, Simulacra, lumina iis accenſa, & thura impoſita, ex quadam loquendi conſuetudine in antiquis Chriſtianorum Imperatorum legibus notæ erant Idololatricæ ſuperſtitionis.

Contra, quum audis, *Eccleſias, veneranda, & ſacra myſteria Orthodoxa fidei*, cogita de cultu, ac Religione Chriſtiana Catholicorum, cui verba hæc ſimpliciſſima ab Orthodoxis præſertim Imperatoribus conſecrata leguntur. Nec tamen, niſi aut ex Cymeriis, aut ex Avernis ſpecubus modo prodeas, dicere audebis unquam neque Templum, neque Aram, neque Sacrificium, neque lumen, neque incenſum DEO vero ſacrum habuiſſe Chriſtianos, quôd hæc laudati Imperatores taceant, quum de Religione noſtra loquuntur, & quaſi propria ad unam referant Paganorum ſuperſtitionem. Ita ſe geſſit *Fauſtus*. Non ideo hæc omnia Gentilibus tribuit, quia nihil horum Manichaica Religio pateretur, ſed quia videri voluit iiſdem plane ve[illegible]s Idolorum cultum rejicere, quibus & Cæſares ſuis in[illegible]ejiciendum edixerant. Hoc enim pacto avertere [illegible]abat periculum illud maximum, quod ſibi, to[illegible]aganiſmi ſuſpicio, & rumor popularis crearat [illegible]m, nec ſalubre erat *Fauſto* Manichaicæ ſupe[illegible] partes vel obiter indicare. Tentaverant *Manichæi* clam palam, tum in *conventiculis Oppidorum*, tum in *Vrbibus claris* erigere *Eccleſias*, aut ſaltem *ad imaginem Eccleſiarum parietes privatos oſtendere*. At rurſus Imperatoriis legibus, graviorum

Eccleſia, veneranda, & ſacra myſteria Orthodoxa fidei, aliaque pauca generatim ac ſimpliciter indicata uſurpabantur ab Imperatoribus Chriſtianis ad deſignandos ritus omnes divini cultus in Religione Catholica probe cognitos, atque receptos, adeoque & Templa, & Aras, & Sacrificium, & Imagines ſacras, & lumina, & thura Deo vero Sacra.

Fauſtus ob Impp. leges in *Manichaos* latas domeſticæ ſectæ ritus prodere timuit.

Manichæi Eccleſias erigere, vel ſimulare tentarunt.

rumque pœnarum ſeveritate coerciti ſunt. Videſis T. v. *de Hæreticis* in eodem L. XVI. Cod. Theod. Ibi ſanctum illud *Eccleſiarum* nomen nonniſi Catholicorum Templis tributum cernitur: Reliqua omnia hæreticorum loca, quæ Illi tanquam ſacra reverebantur, profanis vocabulis horrorem ac deteſtationem ſpirantibus perpetuo nominantur. Inter cetera *Manichæorum* & *Montaniſtarum* Eccleſias Valens, Gratian., & Valentin., *feralium myſteriorum ſepulcra, & antra feralia* appellant. Non itaque *Manetis*, ſed Imperatorum legibus deterriti *Fauſtus*, & alii Manichaicæ perfidiæ Sectatores ab imaginum, & ſimulacrorum oſtentatione abſtinendum putarunt.

Eccleſiæ Manichæorum *feralium myſteriorum ſepulcra*.

Manichæi ab Imperii Romani finibus extorres, & profugi ſedes ſibi quærunt in remotiſſimis Septentrionis, & Orientis regionibus.

CL. Hæ autem ſunt cauſæ illæ & multæ, & vehementes, quibus exoſa, & inviſa Manichæorum agmina ſtatim poſt infauſtæ eruptionis diem remotiſſimas ſedes in Perſia, in Scythia, in Indiis, in Tibeto, & in Sina ipſa extra Romani Imperii fines ſibi quærere cœperunt. Antiquorum veſtigia paſſim ſequuti ſunt poſteri ſub reliquis Orthodoxis Imperatoribus, qui tam horridum ac peſtilentiſſimum hominum genus comprimere, & exſtirpare pie ſancteque curarunt. In his Regionibus nullus erat Romanarum legum metus. Gens Chriſtiana vel infrequens, vel longinqua, vel imbecillis, vel etiam recens, ac rudis nullum afferebat impedimentum Manichaicæ ſuperſtitionis progreſſibus. Secum fugitivi Phantaſiaſtæ ferebant in ſinu innumerabilem multitudinem Deorum, quibus quum *cultum omnem interiorem* tribuerent, aliud nihil deerat, quam ut Templa, aras, & ſimulacra conſecrarent. Cultum hunc exteriorem poſcebant antiqui mores nationum, ad quas commigrarant. His ſeſe accomodare egregiis ſimulatoribus nihili conſtabat. Ne denique Dii Manichaici nuda phantaſmata viderentur, erant æque ac Numina Gentium in ſenſibili materie repræſentandi. Jam arcana ac ludicra ſomnia in publicum fere,

Manichæi in Scythia, in Indiis, in Tibeto, & in Sina nacti demum ſunt quidquid ad Idololatricos ritus libere uſurpandos opportunum erat.

re, pingere, ſculpere, & interpretari non amplius, quemadmodum in Africa viſum fuerat, Catholicorum cenſuræ & irriſioni patebat. Quid aliud ergo deſiderabatur ad latentem Idololatriam in ſpectaculum educendam? Plane nihil. Id facere Manetis exemplo, & auctoritate antiquum erat, ſanctum, & indigenis ipſis acceptum. Factum eſt. Nam & Gentiles, qui prius aſtra ipſa colebant, & Ægyptii, qui Deos quondam in vivis animantibus venerabantur, eos demum picturis, & ſimulacris exprimere cœperunt. Hæc autem contra Beauſobrium tamdiu valebunt, quamdiu ſecum Beauſobrius ipſe cohæreat, quamdiu acta Manetis perſiſtant, & nullam ex eo legem proferat, qua *ſimulacra* Manichæis prohibita demonſtrentur. Quod tamen demonſtrabit nunquam. Contra, nos jam oſtendimus, Manichæos plurimum faviſſe huic Gentilium ſuperſtitioni; quippe qui Hebræorum Deum Zelotypiæ criminis incuſarent, quôd ſculptilia, & imagines, earumque cultum vetaſſet; licitum volentes, quod negatum dolebant. Hujus accuſationis, & argumenti vim, quam AUGUSTINUS expendit, ſenſit Beauſobrius; quumque totum id ad unam pingendi licentiam trahere tentaſſet, agnita demum tam ridiculi interpretamenti infirmitate, ſatius duxit dimiſſa cauſa, quæ de dogmatis negotio erat, ad unum ſe imaginum *uſum* convertere: quaſi quod ſemel licitum Manichæi credebant, ſi hodie necdum apud eos inſtitutum erat in Africa, cras eſſe non poſſet alibi. Aſt cur ego Imagines conceſſero non uſurpaſſe in Africa Manichæos? Potuit Fauſtus in *ſimulacris* colendis *multum diverſus* a Gentilium moribus *incedere*, quanquam in *Imaginum* cultu cum iis maxime conveniret. Nam in ipſa quoque Eccleſia Catholica, Beauſobrius docet, Imagines citius quam ſimulacra, fuiſſe receptas. Et ſane, ſi ego quæram, quid ſit, quod Fauſtus non ita *Imagines* excludat, quemadmodum in ſpeciem excludere viſus

Quod *Fauſtus* Sacras Imagines a Manichæis agnitas religioſe coleret, ex ejuſdem *Fauſti* teſtimoniis arguitur.

ſus eſt *ſimulacra*, an non jure credam Manichæum hominem in imaginum cultu *diverſum* nihil a Paganis ſenſiſſe? Sed & is, qui *Vota Martyribus* noſtris quaſi gentium Idolis oblata ſacrilego ore deridet, cur non eodem inſaniæ impetu improbare pergit Imagines Sanctorum, quarum uſus, & cultus plane caſtus, purus, & a Paganico toto Cælo diverſus, in Templis Catholicorum obtinebat? Num quia Fauſtus ſe ipſum *rationabile Dei Templum*, *vivum vivæ Majeſtatis ſimulacrum Chriſtum Filium ejus*, & *aram mentem bonis artibus & diſciplinis imbutam* vocabat, & *honores divinos ac ſacrificia in ſolis orationibus & ipſis puris ac ſimplicibus* ponebat? At hæc non excludunt exterioris cultus officia, quemadmodum non excludunt materiale Templum, Aram, & Sacrificium multa id genus teſtimonia, quæ in Divinis Scripturis, & in Eccleſiæ Patribus præſertim in AUGUSTINO leguntur. Quid enim illud eſt, quod Apoſtolus de Templo Corporis Chriſti in cœtu Fidelium, itemque de Templo Spiritus Sancti in animis juſtorum tam ſæpe loquitur? Quid? quod AUGUSTINUS Θεοσέβειαν *Dei cultum in ejus amore* conſtituit L. XIII. de Trin. C. 14. Et in Enchir. *Fide*, *Spe*, & *Caritate* Chriſtianam omnem Religionem concluſit? Alia his plane ſimilia crebro occurrunt apud vetuſtiſſimos Religionis noſtræ Aſſertores, quorum omnium inſtar eſt *Minut. Felix* in Octav. ita ſcribens: *Nonne melius in noſtra* [DEUS] *dedicandus eſt mente? in noſtro imo conſecrandus eſt pectore?* An & APOSTOLUM & AUGUSTINUM, ceteroſque Patres Sacra Chriſtianorum Templa, omnemque prorſus exteriorem Dei cultum negaſſe dixerit Beauſobrius? At certe præter ſpiritale *Templum*, *aram*, *ſacrificium cordis contriti*, *orationis*, *laudis*, *gratiarum actionis*, *ac beneficentiæ*, externam quoque aram, & oblationem tanquam verum, ac proprie dictum novi Teſtamenti Sacrificium Majores noſtros jam inde ab ævo Apo-

Templum, Ara, Sacrificium, & Simulacrum, quæ μυστικῶς expoſita *Fauſtus* aperte agnoſcit, eodem ipſa φυσικῶς accepta a Manichaicæ ſectæ Inſtitutis minime rejicit.

Scripturæ Sanctæ, & Eccleſiæ PP. ſæpiſſime Templum, Aram, Sacrificium, & Θεοσέβειαν ad unũ myſticum, & ſpiritalem ſenſum referunt, nec tamen excludunt, ſed, ubi rei natura, & loci opportunitas poſtulat, Templum, Aram, Sacrificium reale Corporis, & Sanguinis Chriſti, alioſque exteriores Chriſtianæ Religionis ritus diſſerte commemorant.

Apoſtolorum, & Irenæi ætate perpetuo habuiſſe, diffiteri non potuit *Grabius* ceteris Proteſtantibus æquior atque candidior. Huic antiquiſſimæ Eccleſiæ Fidei, ſi tenebras offundere perrexerit *Beauſobrius*, inveniet ſe erroris & perfidiæ convictum tum apud Doctiſs. Maſſuet. Diſſert. III. *in Iren. Libr.* Art. 7., tum apud Auctores excellentiſ. Op. de *Perpetuit. Fidei* T. III. Accedit, quôd Manichæos eoſdem plane honores Martyribus Chriſti detuliſſe velit, quos Chriſtiani ſeculo tertio deferre conſueverant. Sic Beauſobrius ipſe licet invitus cogitur in Manichæorum ſecta genus aliquod exteriorum cœremoniarum agnoſcere, quas tamen alto ſilentio premere voluit Fauſtus. Non alia certe de cauſa, niſi quia *cupiebat*, ut verbis utar S. AUGUSTINI, *diſſimilis videri Gentilibus*.

CLI. Nec deſunt Veterum monumenta, quibus Manichæi oſtendantur non tantum Imaginum, ſed & ſimulacrorum fuiſſe cultores. SYMMACHUS enim Pontifex Maximus: *Omnia* (Illorum) *ſimulacra, vel codices, ante fores Baſilicæ Conſtantinianæ incendio cremavit*. Hæc *Anaſtaſius* in Vita Symmachi. Beauſobrius, qui in animum ſibi induxit ex Antiquorum ſcriptis ea tantum accipere, quæ ſibi placeant, cetera rejicere ſi forte diſpliceant, ignorare ſe dicit quænam ea eſſent *ſimulacra* Manichæorum a Symmacho combuſta: *car certainement*, [quaſi tantæ rei certitudinem e Delphis modo novus afferret Apollo,] *les* Manichéens *n'en avoient point*: *Diſcours prelim. ſur la* 2.p.H.M.p.218. Verum non heic Beauſobrium judicem, ſed Anaſtaſium integræ fidei teſtem, dum æqui ſimus, audire fas eſt. Quôd ſi Romæ in ſinu Chriſtianæ Religionis ſimulacra ſuis in ſpeluncis abdita Manichæi habebant, quanto majori copia atque licentia eadem ipſa inter barbaras nationes habuiſſe credendi ſunt? An non demum ſurculi erant Baſilidianæ propaginis? Quid ergo dubitabunt Viri omnes & pruden-

Simulacra in ſacris abditiſque Manichæorum ædibus Romæ inventa Pontifice Symmacho.

tes,

tes, & docti uſum imaginum & ſimulacrorum in diſcipulis agnoſcere, qui *Abraxea* monſtra tanquam propria, ac genuina Baſilidianorum opera agnoſcunt; atque adeo facile fuiſſe intelligunt, ut ea quaſi a Parentibus tradita dimanarint ad poſteros?

CLII. Hæc libuit prolixiori, quam forte decuit, oratione commentari, ut boni æquive rerum æſtimatores aperte cognoſcerent infida eſſe ac fallaciſſima *Oracula* illa adeo expedita, quibus tam confidenter & abſolute Beauſobrius ubique pronunciat imaginum & ſimulacrorum uſum a Religione Manichæorum ſemper fuiſſe alienum. Hac enim poſita, nec unquam demonſtrata ſententiola e gradu ſe dejeciſſe putat *Renaudotium* ſcribentem, partem maximam ſuperſtitionum, quibus immerſi & excœcati poſt multa ſecula vivunt *Indi, Sinæ, aliæque proximæ gentes, a Manetis* doctrina, *& a reliquiis ſectæ Zoroaſtrianæ* derivari. Nec *Manes*, inquit L. II. H. M. pag. 189., *nec Zoroaſtres Idololatræ fuerunt. Sinenſes Idola colunt. Cela n'eſt point Manichéen*. Quo auctore? Fauſto ſcilicet Africano. Hoc eſt agere cauſas, & boni Judicis munere fungi. Ex Africa nimirum, ubi Manichæis, vetantibus Imperatoribus, ne quidem conventus clanculum agere licebat; ex ore ſimulatoris omnium infamiſſimi; ex teſte, cui mentiri & fallere Religio, & Chriſtus ipſe in exſecrabili illa ſecta fictus, perſuadebat, fas eſſe duxit *Beauſobrius* Indos, Sinenſes, ac Tartaros Manichæos ab omni Idololatriæ crimine dimittere abſolutos. At ego non ex nudis vocibus, ſed ex invictiſſimis S. AUGUSTINI probationibus Africanos etiam Manichæos non Paganos ſolum, ſed Paganis ipſis in vaniſſimis Idolis colendis deteriores certiſſime novi. Quod ad Deorum imagines, & ſimulacra attinet, tantum abeſt, ut Manichæi eorum uſum improbaverint, quin potius & probatum ſemper, & ubi tempus, ac locus patiebantur, in religionis ſuæ

Beauſobrii judicium de Manichæis in Indiis, in Sina, & in Scythia ab Idolorum cultu abſolutis, miſerum plane, præpoſterum, atque ridiculum.

ſuæ partem continuo admiſſum receptumque habuerint. Id me hactenus tam multis argumentis demonſtraſſe auguror: ut ſi quis e Beauſobrianorum grege tentaverit uno illo Imaginum ac ſimulacrorum obtentu Manichæiſmum a Tibetanorum religione disjungere, is demum intelligat Siſyphi ſe ſaxum inani labore ſuſcepiſſe volvendum.

Manichæiſmus in Tibeto, aliiſve regionibus *Gog*, & *Magog* cum Idololatria conjunctus, quid mali portendat Eccleſiæ Chriſti?

CLIII. Antiquum hoc & portentoſum connubium Manichaicæ hydræ cum Paganiſmi monſtro in Tibeto commixtæ, terret me plurimum, ac neſcio quid mali in poſterum futurum portendere videtur *Eccleſiæ*. Revelatum fuerat S.Apoſt. & Evang. JOHANNI Apocal. XX. 7. *Et cum conſumati fuerint mille anni, ſolvetur Satanas de carcere ſuo, & ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ*, Gog & Magog, *& congregabit eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris; & aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuierunt caſtra ſanctorum & Civitatem dilectam.*

Bellum atque ſeductio a S. Joh. prædicta Apoc. c.20. v.7. in Catholicæ Religionis perniciem, poſt an. mille a Chriſti Regno in terris condito, a Manichæis *Gog* & *Magog*, Interprete Boſſueto, venerunt.

Boſſuetus Johannis Apocalypſim exponens nullus dubitat, quin abſolutum, & ultimum recitati vaticinii complementum expectandum ſit in perſecutione *Antichriſti*, cujus nota, & character inſignior erit: *Seductio*. Sed huic extremæ, quæ omnium maxima erit, ſeriem aliarum ſimilium perſecutionum præituram ex eodem Apocalyſta conjecit. Harum exordium ducit ab anno *milleſimo* poſt fundatam Eccleſiam, & inſtitutum CHRISTI Regnum in terris. Primam, quaſi præludium & imaginem ceterarum, uſque dum noviſſima veniat, viſam fuiſſe tradit in immani illa ac formidabili Catholicæ Fidei corruptione, quam *Manichæi* per univerſam terram longe lateque fundere tentarunt. Qui poſt S. AUGUSTINI, LEONIS MAGNI, & GELASII tempora in remotiores Orientis Regiones ſeceſſerant, inde in Occidentem redierunt ſeculo Chriſti ineunte XI. E Bulgarorum finibus egreſſi Germaniam, Galliam, & Italiam citiſſime occuparunt; tanta erat ac tam immenſa hominum mul-

multitudo? Bulgari autem Illi *Scythæ* & ipſi ſunt de terra *Magog*. Ad hos autem populos recens ad veram CHRISTI Fidem converſos ſeducendos migrarant IX. vertente ſeculo Manichæi ex *Gogarena* Provincia Armeniæ, quô profugi & exules ſeſe diu ante receperant, ut ita etiam ingenium, & mores *Gog* in Scripturis ſanctis expreſſos melius repræſentarent. Per Europam quaque verſus diſperſi frequenti ac perpetua initiatorum acceſſione augebantur in dies, noviſque ſubinde induti nominibus Albigenſes alii, alii Petrobuſiani, Poplicani, Arriciani, Patareni, Cathari, Bulgari iidem qui & Bogomili, appellabantur. Quam multa, & cruenta bella eorum cauſa acciderint, Illorum temporum monumenta teſtantur. At *ſeductionis* vis atque poteſtas tanto immanior erat, quanto ſtudioſior *hypocriſis* & pietatis vultus fucatior. Eandem omnino Religionem cum Catholicis ſe colere ac retinere profitebantur, Eccleſias adibant, ſacrorum myſteriorum actioni frequentes intererant, eadem ſacramenta recipiebant, & admirandæ ſanctitatis ſpeciem toto corporis habitu referebant. Nulli interea magis quam hi ex univerſa hæreticorum progenie res noſtras, & fidem omnem Catholicam evertere moliebantur. Ceteri palam, iſti clam: Illi ſuperbiæ typho inflati, iſti occultæ malignitatis aſtu, & pura nocendi cupiditate abrepti. *Omnibus una intentio hæreticis ſemper fuit captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ, ſola iſta*, inquit S. BERNARDUS Ser. 65. in Cant., *malignior ceteris verſutiorque hæreſibus damnis paſcitur alienis, propriæ gloriæ negligens*. Sic poſt annos mille ſolutus Satanas Manichæos ad perſecutionem ſæviſſimam concitandam contra Chriſti Eccleſiam ex *Gog* & *Magog* adduxit. Plura, quæ huc ſpectant, repete ex eodem Meldenſi Præſule *Comment. in Apocal.*, & Lib. XI. *Variation.*; ubi de veteribus noviſque Manichæis tanquam Calviniſtarum progenitoribus multa Vir ſummus ſapienter ac præclare diſputat. Quæ res

Manichæi *hypocritæ* verſutiſſimi in arte fallendi, ac ſeducendi homines quantopere valeant.

Manichæi Progenitores Calviniſtarum.

bilem

bilem moviſſe creditur *Beauſobrio*; ut ira proinde atque indignatione percitus Manichæos vindicare ſuſceperit, ſperans ita futurum, ut iiſdem omnino dolis ac fraudibus, quibus Parentum nequitiam velarat, hæredum quoque improbitas velata deinceps & contecta prodiret. Sed nos, quô ire cœpimus, contendamus. Vates non ſum, neque futura divinare in mentem mihi venit unquam. Illud unum ajo, quôd ſi novi *perſecutionum*, & *bellorum* motus expectandi ſunt a *Gog* & *Magog* adverſus *Regnum Sanctorum*, & *Civitatem Chriſti dilectam* donec plenum exitum habeat vaticinium JOHANNIS, timendum eſt ne Manichæi, ſive Scythæ, ſive Tartari, ſive Tibetani, ii futuri ſint, qui venturis temporibus præteritæ inſectationis Imaginem aut conduplicent, aut certe ad extremum perficiant. *Gog* enim & *Magog*, ſive, ut Orientales Scriptores efferre ſolent *Jagiouge* & *Magiouge* Tartar. *Jug* & *Mungug*: Armen. *Agug* & *Magug*, cum nomen commune eſt Scythis Tartaris, ac Tibetanis, tum vero etiam peculiari ratione tribuitur Sinis Septentrionalibus. Inde Hunni, & exercitus alii formidabiles ex barbaris illis Nationibus collecti ad Romanum Imperium depopulandum venerunt. Beſtia, quam gentes *Gog* & *Magog* adorare faciant, in promptu eſt. Homo præſtigiator, ac deceptor inſignis tanquam Deus a Scythis, Tartaris, aliiſque Populis in errorem, & impietatem adductis mire colitur & adoratur. Idemque ipſe quaſi novum quoddam Filii Dei, & Spiritus viventis ſimulacrum, ſeſe tanquam disjectæ legis reſtitutorem, humanæ ſalutis auctorem, & univerſæ ſanctitatis fontem incredibili faſtu oſtentat. Vide quæ de *renaſcenti* Supremo Lhama tradidimus. Religio tota in falſæ virtutis, ac ementitæ continentiæ ſpecie fundata, dolum undique, fallaciam, & ſimulationem ſpirat; quodque imperitam, ſtupidamque plebem maxime commovet atque perſtringit, fides eſt & aucto-

Si ventura bellorum, & perſecutionum pericula uſque ad conſummationem ſeculi, juxta Apocalypſis Vaticinia, metuere debeat Eccleſia a *Gog* & *Magog*, a nullis magis quam a *Manichæis Tibetanis* ſunt metuenda.

Inter poſteros *Gog* & *Magog* cenſendi ſunt *Tibetani*.

Characteres, & vis omnis formidabilioris ſeductionis in moribus ac falſa ſanctitate Lhamarum, & Religioſorum Xacaitarum Tibeti.

toritas, quam ſibi a magicis illuſionibus, atque portentis conciliat. Quæ quidem omnia publicæ deceptionis machinamenta non aliunde magis, quam a diabolicis Manichæorum artificiis in miſeros illos *Gogi*, *Magogique* poſteros late fuſa, inſitaque manarunt. Hinc hæreſis nulla, nullaque ſuperſtitio tam exitialis, & inſanabilis Patrum noſtrorum judicio poſt CHRISTUM natum in toto terrarum Orbe habita unquam eſt, quam hæc una a Manete edita; adeo verſipellis eſt, inſidioſa, & ad homines decipiendos compoſita. Ut enim antea, ſic ſemper, *Seductio* titulus, & nomen Illius ſingulare erit. *Kalanki* noſtrates ignominiæ cauſa vocantur a Xacaitis *Magogæis*, quanquam Ii Romanum Pontificem tanquam unum ex *undecim* Capitibus Cenreſi ſe revereri quandoque prædicent. कलँकिया *Kalankia* vero ſive *Kalanki*, qua etiam voce utuntur Tibetani, Bramhanum lingua eſt *Antichriſtus*. Hunc ætate Mundi quarta vertente, quum ad finem uſque anni tantum numerandi ſupererunt 821. naſciturum ferunt in ब्रिगुंछात्र *Brigun-Ciattra* Regione Septentrionali, quæ ſic dicta videtur a *Bricun* in ditione Tibetanorum poſita. Quumque eo Auctore pars omnis boni corrupta erit, uniuſque mali vis obtinuerit, tunc Mundum deſtructum iri tradunt. Sol totam ignis ſui copiam diffundet; modo enim vix tenuem ſcintillam emittit. Sic univerſus terrarum orbis conflagratus primum incendio, deinde aquarum diluvio ſubmerſus peribit. Qua in re longe majori fide digni ſunt Bramhanes, quam Proteſtantes, quorum tanta ac tam inſana temeritas eſt, ut meris nugis atque deliriis uſi Antichriſtum ſomniare ſibi velint in Romano Pontifice. Curam præterea & ſollicitudinem propagandæ peſtilentiſſimæ ſectæ a priſcis Manichæis quaſi hæreditario jure acceptam hodieque fovent, aluntque Tibetani Aſcetæ. Eorum, enim proprium ac fami-

Artes *ſeductionis* in Tibetanis Xacaitis a priſcis Manichæis acceptæ.

Kalanki Romanæ fidei Chriſtiani contumeliæ cauſa a *Xacaitis* nuncupati.

Kalankia, vel *Kalanki* *Antichriſtus*.

Kalankia Bramhanum opinione naſciturus, traditur in Septentrionali regione *Bricun-Ciattra*, quæ ſita eſt in Tibeto.

miliare eſt, quod olim Petrus Siculus H. pag. 5. de Manichæis in Bulgariam profectis ſcripſerat: Εἰώθασι γὰρ τοῦτο πολλάκις ποιεῖν οἱ ἀνόσιοι καὶ πολλοὺς κόπους καὶ κινδύνους προθύμως ἀναδέχεσθαι πρὸς τὸ μεταδιδόναι τῆς οἰκείας λοίμην τοῖς περιτυγχάνουσι: *Hoc impii iſti* [Manichæi] *ſæpenumero factitare, magnoque animo labores & pericula omnia ſubire conſueverunt, ut domeſticorum errorum peſtem, in quoſcunque poſſint, transfundant*. Non itaque inani metu percellimur, qui divinis Apocalyſtæ prædictionibus incitati ſic judicia DEI de *Gog*, & *Magog* interpretamur, ut *ſeductionem gentium*, obſeſſionem Sanctorum, bellum adverſus Eccleſiam, & majora quævis pericula, Chriſtianæ Religioni ſeris temporibus inferenda, a Scythis, ac Tibetanis Manichæis oritura credamus.

CLIV. Jam littus diu optatum attigimus. Exorſi quærere cauſam, qua propter Buttantium litteræ, unde *Alphabetum Tibetanum* tanquam Operis noſtri titulus emerſit, dici ſic cœperint *Tibetanæ*, TIBETI nominis etymologiam evolvimus; eamque a *Pot-Jid* derivatam oſtendimus. *Buttam* Deum, ipſum videlicet *Xacam*, in evoluti nuclei ſinu quaſi cubantem deteximus: detectum, quid Numinis eſſet, ubi partus, quibus involutus fabularum faſciis, & unde, aut quo demum tempore delatus in Tibetum migrarit, inveſtigavimus. Porro unum hunc ſive *Buttam*, ſive *Xacam*, geminum deprehendimus; alterum, qui annis fere millenis ante Chriſti adventum; alterum, qui poſt Chriſti ad Cælos adſcenſum Tibetanis innotuit. Utrumque ſimilem, ὁμόνυμον, & fabularem vidimus. Sed Illum Ethnica, iſtum Gnoſtica, Baſilidiana, Manichaica, & ſacrilega Pſeudo-chriſtianorum fabula finxit. Novum hunc *Buttam* a Gnoſticis excogitatum, Scythiſque, Indis, Sinis, ac Tibetanis cognitum vertente ſeculo Chriſtiani nominis primo, eundem eſſe diximus, ac ipſummet DEI FILIUM CHRISTUM JESUM

Epilogus & Concluſio Operis.

ex Matre Virgine natum, de Spiritu Sancto conceptum, Spiritu Sancto plenum, Spiritus Sancti deſcenſu, atque manſione in ſui Baptiſmate, & Evangelicæ prædicationis exordio manifeſtatum; ſed ſpurciſſimis teterrimiſque antiqui, & Ethnici *Buttæ* παρθενογενοῦς laciniis per ſummam impietatem indutum. Num totum id monſtri Auctore *Thebuti* primum ex Orco prodierit, neque antea quæſivimus, neque in præſens ego quæram. Quanquam is eſſe potuerit, de quo *Hegeſippus* apud *Euſebium* L. IV. H. E. C. 22. teſtatur: Ἄρχεται Θεβοῦτις διὰ τὸ μὴ γενέσθαι Ἐπίσκοπον ὑφθείρειν, *Thebutis, quod Epiſcopus creatus non fuerit*, [Virginem Eccleſiam] *corrumpere cœpit*. Nos etenim Scythianum ab Archelao commemoratum novi hujus Buttæ Architectum fecimus; Illiuſque religionem inter Perſas, Scythas, Indos ac Tibetanos a *Manete* ejuſque *gregariis* reſtitutam, ac latius propagatam docuimus. Eo demum *Manetis* artes proceſſiſſe monſtravimus, ut pro *Butta* ipſo, *Cœlique Spiritu* a Tibetanis haberi, colique ſtuduerit. Sic autem divinitatis honores conſecutus *Manes* damnatiſſimæ ſectæ portenta, ritus, leges, ac inſtituta hactenus deſcripta miſeris illis Gentibus tradidit. *Beauſobrio*, qui *Manetem* e Perſia uſque in Scythiam intra Imaum adduxerat, ſubjecimus oculo fideli luſtranda ſolida ipſa Manichæorum arcana hodieque a Tibetanis retenta, & conſervata. Eoque veluti ſpectaculo fecimus, ut Calvinianus Ardelio per hos quoque dies in Buttantium Antris tot illa funeſtiſſima monſtra a Manete ſemel edita vivere, ac ſpirare ſuiſmet oculis uſurparet. Qua quidem agendi ratione illud nos certe obtinuiſſe ſperamus, ut quicquid calumniarum, [quod ſane maximum, & immane eſt] Majoribus noſtris inſtruere tentavit *Beauſobrius*, totum id in ſe demum verſa vice improbus acuſator recidiſſe ſentiat. Sic enim Illorum fidem, & integritatem in Manichæorum dogmatibus referendis vindica-

dicatam dedimus, ut bonum quemque rerum æſtimatorem pudere debeat aures ultro præbere ſpiſſis conviciis hominis omnium audaciſſimi tam ſæpe mentientis calumnias eſſe atque commenta ab AUGUSTINO, aliiſque Eccleſiæ Patribus fabrefacta, quæ tamen pura reipſa erant, atque germana Manichæorum deliria ad ſempiternum Chriſtianæ Religionis opprobrium excogitata.

Huc me duxit unius *Buttæ* nomen. Sed Tu quid de me ſentias, jam audio:

Infelix, inquis, *Operis ſumma* . . . . .

Quid enim *Butta* commune habet cum *Alphabeto*? Scilicet ſi de Grajo, Latinove loquare, nihil: Plurimum, immo vero totum, ſi ſermo ſit de *Tibetano*, de illo, inquam, *Alphabeto*, quod tanquam ſacrum, & a DEO ipſo inſtitutum *Xacaitæ* mirabiliter venerantur. Nam, ut ima ſummis conveniant, ab hoc *Deo Butta*, unde *Buttantium Regio* veteri nudata novum poſt CHRISTI tempora nomen induta *Tibetum audiit*, & litteræ Gentis dictæ ſunt *Tibetanæ*, & Alphabetum, quod nos edituri ſumus, cognominatum eſt, *Tibetanum*. Hoc ſi mecum probatum ieris, nulla erit cauſa, cur mihi quaſi in materiem aliam dilapſo Horatianum illud obtrudas: *Alphabetum dictum concluditur Tibetanum a Deo Butta.*

. . . . *Amphora cœpit*

Inſtitui, currente rota cur urceus exit?

Sic Pars Prima Alphabeti Tibetani finitur, mox dabitur Secunda.

O DOMINE DEUS *miſericors, & miſerator, longanimis & multum miſericors & verax, qui patientia ac bonitate* TUA *ad pœnitentiam reducis homines a via veritatis errantes, nunc ego* TE *alloquor pulvis & cinis. Eja* TU, *renum teſtis, cordium ſcrutator veris, linguæ omnis auditor, ſpirituum omnium cognitor & comprehenſor, omnia ubique attingens, omnia proſpiciens, omnia conſiderans, vide in* Aquilone, *Oratio pro converſione ac reſipiſcentia Tibetanorum.*

lone, *vide in* Oriente *malum. Grande malum! Prophetæ falſi, Augures, & malefici divinationem, fraudulentiam, & ſeductionem cordis ſui prophetant, furantur & pervertunt verba* TUA, *mendaciter loquuntur in nomine* TUO, *aſſumunt linguas ſuas & ſeducunt populum in dolis, & miraculis, & incantationibus ſuis: Falſi ſunt & fallentes ſancti, inflati, ſuperbi, attendentes fabulis, genealogiis interminatis, ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, cauteriatam habentes conſcientiam ſuam, in hypocriſi loquentes mendacium, ſpeciem præſeferentes pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, prohibentes nubere, ſi ſalvi demum eſſe velint homines, & abſtinere a cibis: In deceptione illuſores ſalutem, & libertatem promittunt, cum ipſi ſervi ſint corruptionis. Dicunt: ſapientes ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt: cum lex* TUA *non ſit, ſed Principis tenebrarum, & ſpiritus omnis erroris, & immunditiæ. Negant* TE DEUM *Creatorem Cæli & terræ: Fato omnia condita volunt: Unius* TIBI *miſericordiæ ſenſum tribuunt, ſed otioſum, inertem, impotentem, ac ſtupidum. Naturam* TUAM, *quæ tota Spiritus eſt puriſſimus, cum corporea Lunæ & Solis luce commiſcent, eamque ceu corruptam, ſervam, captivam, & illigatam tenebroſæ materiæ indigniſſimè deprimunt. Maximum illud Fidei* TUAE *myſterium, quod es* TU DEUS *in eſſentia, ac poteſtate unus, Trinitas Pater, Filius & Spiritus Sanctus in perſonis, ſacrilega impietate Manichæorum more violant.* TE *vero* CHRISTUM *Dei Patris Filium verum* DEUM *& hominem ex Matre Virgine natum, ut Morte ac Paſſione* TUA *novam conderes legem, & ſtirpem omnem humani generis ex unius Protoparentis Adæ peccato damnatam e ſervitute diaboli eriperes, & ſalvam ad Cæleſte Regnum, unde exciderat, revocares:* TEQUE SPIRITUM PARACLITUM *vivificantem Dominum, Sanctificatorem hominum, divinorum arcanorum Revelatorem, Collatorem gratiæ, ſupernorum munerum Largitorem, San-*

cta-

ctarum Scripturarum Inſpiratorem, Eccleſiæ Magiſtrum, Fidelium robur, & firmitatem, in monſtra fere mille tranſformant. Impura Paganorum ſimul & Manichæorum congregatio tot elementis multinuba, meretrix proſtituta dæmonis, per infinita ſæculorum, ſphærarum, mundorumque ſpatia, perque fictitias, & immenſas regnicolarum ſedes, & Angelorum cohortes anxia & errabunda ſcortis inhiat innumerabilium Deorum ex eadem ipſa natura ac ſubſtantia TUA *manantium. Hos adamat* TE *uno neglecto, hos honorat, hos cantat ſuſpirans ad fictas domos Labarum, ubi flat aura ſalubris, ad campos, ubi ſcatent aromata, ubi arbores & montes, maria, & flumina dulce nectar fluunt per cuncta ſecula, & ad cacumina ſomniati Righjel, ubi tota beatorum felicitas eſt ſonus Chelys, & ſcortatoris citharœdi conſpectus. Terra plena ubique eſt terroribus atque portentis. Ibi homo peccati & filius perditionis imaginem ſimulans divinitatis* TUAE *extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, & myſterium iniquitatis operatur, donec inde fortaſſe Antichriſtus ille, qui Major dicitur, in ſuo tempore reveletur. Quid ſingula memorem? Noſti,* DOMINE, *noſti, quam obſcuratum ſit inſipiens cor iſtorum Populorum, ut & contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Jam non ex ſanguine Adæ, ex quo omne genus hominum feciſti inhabitare ſuper univerſam faciem terræ, ſed ex brutorum, ſimiorumque concubitu ſe propagatos gloriantur. Horrendum ſpectaculum! Intona de Cælo* DEUS, *auditam fac vocem* TUAM, *commove deſertum, concute cubilia ferarum, ut fugiant ab increpatione* TUA, *ut metuant a ſplendore fulgurantis haſtæ* TUAE, *ut cognoſcant victricem manum* TUAM, *ut ſciant quia* TU *es* DEUS *ſolus, & non eſt alius quam* TU, *cui cura eſt de omnibus. Splendeat lumen caſtiſſimæ fidei* TUAE, *& lucifer matutinus oriatur in cordibus eorum, qui diu proſtrati in errore jacent longæ noctis & tenebrarum vinculis*

lis compediti. TU *qui das verbum Evangelizantibus virtute multa*, & *linguas infantium facis eſſe diſſertas*, *mitte ad gentem ignotæ linguæ agmina intrepida atque flagrantia præconum verbi ſancti* TUI, *da eis multiplicem ſapientiæ, fortitudinis, ac ſermonis ſpiritum in aperitione oris ſui, ut cum fiducia* & *fructu magno fugatis erroribus notum faciant Evangelium veritatis*, & *gratiæ*, *quæ facta eſt per* JESUM CHRISTUM. *Perfice potenti dextera per miniſterium ſervorum* TUORUM *opus*, *quod jam cœpiſti*. *Sed Prædicatorum vocibus forinſecus inſonantibus*, TU *miris*, & *occultis modis in penetralibus Scholæ* TUAE *ſecretiſſimæ per miſericordiam* TUAM *errantes interius inſtrue*, *aperi aures ſurdorum*, *ſana oculos cœcorum*, *mentes obtenebratas illuſtra*, & *lapideo corde ſublato crea in eis cor novum*, *tantoque* SPIRITU SANCTO *accende*, *ut victa inimica lege corrupti hominis*, *ejuſque infirmitate ſanata audiant*, *videant*, *diſcant*, *veniant denique fortes*, *ac ſtabiles convertantur ad* TE; & *tanquam cervi ſitientes ad fontes aquarum confugiant ad ſacramentum S. Baptiſmatis*, & *remiſſionis peccatorum ſuorum abluti Sanguine Unigeniti Filii* TUI. *Fac ita*, *ut in nationibus longe vera* & *vivifica Crux Salvatoris noſtri triumphet*, & *regnet*, *quæ regnat gratia* TUA *per* JESUM CHRISTUM *Dominum noſtrum in communicatione* SPIRITUS SANCTI. *Non recedant ab auribus exauditionis* TUAE *vota ac ſuſpiria*, *quibus cor illud magnum* & *puræ caritatis victima* AUGUSTINUS *pro hoc tam infelici ſimillimorum hominum ſemine*, *ut tandem reſipiſcerent*, TUAM *diu exoravit Clementiam*. *Id abs* TE *poſtulat gemitibus inenarrabilibus Columba* & *Sponſa Chriſti Mater noſtra Eccleſia*. *Id ſupplicant Apoſtolici Senatus Proceres de Chriſtiana Fide propaganda ſolliciti*. *Id denique ſummis precibus enixe petit* & *orat SSmæ Religionis* TUAE *Antiſtes*, & *Pontif. Max.* CLEMENS XIII.

FINIS.

AL-

TAB. IV.

EFFIGIES NONNULLORUM NUMINUM, MAXIMI MINORUMQUE LHAMARUM, TRABARUM, MAGORUM, RITROBARUM, DEBARUM, VIRORUM AC MULIERUM TIBETANARUM, LHASSENSIUM, DE QUIBUS MENTIO FIT IN P. I. ALPHAB.



ALPHABETI
TIBETANI
PARS SECUNDA.

PRÆFATIO.

LINGUARUM varietas, quæ quondam diſcordiæ Parens humanum genus ex una Babelis Turre per univerſum terrarum Orbem, irato DEO, diſperſit, poſtquam Summus ipſe Miſericordiarum Pater Unigenitum Filium ſuum miſit in Mundum, ut eos, qui erant diſperſi, congregaret in unum, quod antea ſuperbæ impietatis ſupplicium, ac pœna fuerat, mox beatiſſimæ concordiæ mater, Cœleſtis vocationis organum, vinculum unitatis, & Spiritus Sancti donum evaſit. Sed quando priſca hæc linguarum chariſmata prodigiis, & miraculis plena in Eccleſia Chriſti ceſſarunt; earumque addiſcendarum ſtudium Chriſtianorum hominum pietati relictum eſt, Romani Pontifices, quorum maxime intererat, vel ipſas remotiſſimas barbarorum nationes ad unum illud Caput noſtrum, quod Chriſtus eſt, revocare, nihil ſic unquam curaſſe viſi ſunt, quam ut ne Sacris Evangelii Præconibus ad gentium converſionem mittendis, ex hac Urbe tanquam ex univerſæ Religionis Arce variorum idiomatum, peregrinarumque litterarum ſubſidia, & inſtrumenta deeſſent.

Humanum genus poſt diluvium linguarum multitudo diviſit.

Unit diviſum poſt adventum Chriſti.

De exoticarum linguarum cultu quã ſolliciti Romani Pontifices.

CLEMENS XIII. ſent. Quod cum antea ſemper, tum hoc potiſſimum tempore, quo Chriſtianæ Reipublicæ Clavum ſanctiſſime regit PONTIFEX O. M. CLEMENS XIII., nobis cernere fortunatiſſime licet. Vehemens illud, ac flagrantiſſimum propagandæ Religionis deſiderium, quod cum ipſa ſanguinis cognatione, cumque Patavinæ Sedis ſucceſſione a Viro SS^mo GREGORIO CARDINALI BARBADICO in ſe divinitus derivatum ſenſerat; amplificatis celeberrimi Seminarii Ædibus, univerſaque re Typographica, & ea cum primis, quæ ad ſacrarum linguarum cultum promovendum conferre poterat, reſtituta; non tam aluit, quam auxit Patavii, auctumque ſecum in Apoſtolorum Principis Cathedra cumulandum Romam adduxit. Et jam in hujus graviſſimæ ſollicitudinis partem acciti Purpurati Patres, quibus Summa rerum de Propaganda Fide commiſſa eſt, nihil ad omnem diligentiam reliqui faciunt, ut Supremi Antiſtitis votis integre, cumulateque reſpondeant. Quodque fauſtiſſimi auſpicii loco habendum eſt, totus in hanc curam incumbit iſtius Sacræ Congregationis Præfectus Magnæ Sapientiæ, atque pietatis Princeps JOSEPHUS CARDINALIS SPINELLIUS. At vero, quum non minori ſtudio & alacritate totius Typographicæ rei, & Orientalium præſertim librorum edendorum ſpartam ornandam ſuſceperit Vir vere maximus, & virtute magis quam dignitate Eminentiſſimus FORTUNATUS CARDINALIS TAMBURINIUS, habemus certe, cur undique de fortuna hactenus nobis parta gratulemur, & ſpe lætiori ad majora expectanda ducamur.

Cardinales S. C. de Propaganda Fide.

Conſilium edendi Tibetani Alphabeti unde, & quale ſit.

II. Horum interea Patrum auctoritate erecti, & animati inter multa exoticarum linguarum alphabeta, dum ita rerum ac temporis occaſio tulit, ex ejuſdem S. C. Typographia *Tibetanum* edere conſtituimus. Sic enim non Tibetanarum ſolummodo, ſed & finitimarum Miſſionum commodo bene conſultum eſſe cenſuimus. Quôd illud videas

deas

deas non nudum, ut fieri ſolet, ſed opportunis quibuſdam obſervationibus illuſtratum, quæſo Te, ne id multa loquendi, ſcribendique vitio tribuas, quod totum argumenti neceſſitati tribuendum eſt. Res agitur, ut tute noris, necdum ſatis cognita, & expedita.

III. Seculo ſuperiori minores tantum Tibetanorum litteræ innotuerant ex Syngrapho Regis Butanenſium apud Thomam Hyde in Appendice ad Hiſtor. Relig. veterum Perſarum. Nemo tamen, quem ego ſciam, ante Bayerum explicare aggreſſus eſt. Majores in Europa ignotiſſimæ erant. De his certius aliquid aperire cœpit in Hiſtoria *Genghizcani* edita anno MDCCX. Illuſtris Auctor *Petrus de la-Croix*. Luculentiora tradidit an. MDCCXVIII. *Mercurius Gallicus*: eumque exhibuit litterarum numerum, quem cum Tabulis noſtris alphabeticis convenire perſpicies. Anno MDCCXXI. inter rudera in Tartaria ad Mare Caſpium repertis Mſs. Codicibus, rei novitate ubique gentium commoti litterati Viri de characterum genere, & antiquitate curioſius, quam dici poteſt, quæritabant. Eorum ectypum anno ſequenti evulgarunt Acta Eruditorum Lipſiæ: iique demum agniti ſunt Tibetani. Dubium, ſi quod eſſet, auferre facillime poſſet, exemplum aureis, argenteiſque litteris ex autographo Volumine, Petri Ruſſorum Regis juſſu, elegantiſſime deſcriptum, Romamque ab eo miſſum tanquam Regiæ munificentiæ argumentum ad celeberrimum, doctiſſimumque Præſulem Simonem Aſſemanium Vaticanæ Bibliothecæ Præfectum. Anno MDCCXXII. edita ſunt in recitatis Actis: *Elementa Linguæ Tangutanæ . . . ex Muſeo Maturini Veyſſierre La-Croze*. Ea emendatori ſtilo indigere, nec tu diffiteberis, quum hæc noſtra expenderis. Nihil dicam de iis, quæ Nicolaus Vitſenius in editione prima *Orientalis, & Septentrionalis Tartariæ* produxerat; nam & pauca, & adeo depravata exhibuit,

Tibetanæ linguæ elementa Europæis ſero, & obſcure cognita.

Edita a La-Crozio vitioſa.

buit, ut luci ſubducta in editione ſecunda habeamus.

Quæ Bayerus edidit omnium perfectiora, non omnibus tamen numeris abſoluta.

IIII. Qui ceteros omnes in hoc litteraturæ genere vincat, unus eſt Theophilus Sigefridus Bayerus Regiomontanus. Mirum, quantum in Tangutanis characteribus inveſtigandis & laboris, & ſtudii collocaverit. Sed non omnia ſimul perfecta, & abſoluta dedit. Quæ ab initio ſcripſerat, a Nobili Eruditoque Viro Samuele Coeleſero de Kees-Eer caſtigata accepit. Eorum plura vindicavit, excuſavit alia, alia tanquam adhuc involuta in ſuſpenſo reliquit; optandumque eſſe dixit, ut quæ ante ediderat cum uberioribus, certioribuſque notitiis e Tanguto delatis comparari poſſent. Minus etiam ſincera, & exacta deprehenſa ſunt ea litterarum exempla, quæ ab eodemmet Coeleſero prodierant. Anno MDCCXXXI. de hoc ipſo argumento nonnulla inſeruit Bayerus novis obſervationibus abs ſe editis in *Orthographiam Mungalicam*, quam Ipſe prius Academiæ Petropolitanæ obtulerat. Ex his novimus tacite reprehendi La-Crozium, qui Tangutanam ſcripturam priſcæ Tartaricæ ايغور *ovigur*, ſeu *oigur* ſimilem pronunciaverat; nam دلبرجين *delbergjin* eſſe omni procul dubio contendit. Majora denique adjumenta ac lumina Meſſerſchmidii Gedanenſis opera nactus, *Brahmanicum*, *Mungalicum*, *& Tangutanum* Alphabetum jam typis in Sina impreſſum, alterumque alteri ſubjectum publici juris fecit Petropoli, illudque in Tabulas octodecim ita diſtribuit, ut decem priores Tomus III. Actor. Academ. Petropolitanæ, octo reliquas cum adjuncta Tabula Tangutani Alphabeti ſeparatim editi Tomus IV. complecteretur. In iis interpretandis omnes ingenii vires adhibuit; ſuſceptamque provinciam feliciter obiit; quanquam in *ſex compoſitis* explicandis aquam ſibi hærere ſenſit. Quam tandem rationem in monoſyllabis ſuis obſervare ſoleant Tangutani, nondum ſe indagare potuiſſe eodem Tom. IV. diſſertiſſime ſcribit. Adeo ſcilicet cum in-

cete-

ceteris humanis artibus, tum in hoc ſtudiorum genere veriſſimum illud eſſe experimur, quod ait Spiritus Sanctus: *Dies diem ſuperat, & iterum lux lucem, & annus annum.*

Plura, quæ ceteris deſunt, in Alphabeto noſtro continentur.

V. Erimus nos *noviſſimi, & quaſi qui colligunt acinos poſt vindemiatores:* Eadem tamen ipſa, quæ jam ab aliis occupata cernuntur, uberiorem fortaſſe lucem ac firmitatem ex hac editione noſtra recipient. Sed & aliqua ſunt, quæ tibi polliceamur, nova, & ad pleniorem rei cognitionem neceſſario tenenda. De ſyllabarum ratione plura habebis, quæ difficultatis molem ſin penitus tollere, magna ſaltem ex parte extenuare queant.

Exempla Alphabeti a PP. Capucinis accepta authentica ſunt, & probatiſſima.

VI. Ceterum in Alphabeto condendo ſequuti ſumus exempla probatiſſima, quæ nobis communicarunt Miſſionarii Apoſtolici ex Ord. Minor., quos Capuccinos appellant, Viri plane integerrimi, omnique fide digniſſimi. Ex his duos tantum mihi commemorare liceat, Horatium Pinnabillenſem, & Caſſianum Maceratenſem. Ille, qui jam pridem e vivis exceſſit, duos & viginti annos in ea Tibetanorum lingua addiſcenda impendit, uſuſque eſt Magiſtro རབ་འབྱམས་པ་ཡོན་ཏན་དཔལ་བཟང་། *Rab-giam-bâ-Ion-ten-pelzan*, Serrâ, quam dicunt, Univerſitatis Doctore. Tres ex Tibetanis Præceptoribus in Hoſpitio *Lhaſſæ* Caſſianus audivit una cum Sodalibus ſuis: quamvis tertio, eoque poſtremo brevi uti licuit, quôd Lamis auctoribus commota in Chriſtianorum Sacerdotes perſecutione, munus docendi diutius exercere renuerit. Nec iis certe aut ingenii vis, aut judicii gravitas, aut ſacræ doctrinæ ſuppellex ſatis idonea defuit. Quos denique αὐθεντίας Sponſores offerimus, Teſtes αὐτόπται ſunt, & ὀρθοδίκαι, ex eorum numero, quibus ſententiam D. Hieronymi optimo jure accomodaveris: melius res Græcorum intelligunt, qui viderunt Athenas. Formas Tibetanas eodem Pinnabillenſi Horatio duce, Romæ

ab

ab Antonio Fantautio an. MDCCXXXVIII. ſculpi, conflarique juſſit piæ memoriæ CARDINALIS LUDOVICUS BELLUGA, ut hoc Religionis, ac liberalitatis ſuæ monumentum ad *Propagandæ Fidei* beneficium aere perennius in hac noſtra Typographia extaret. Quod reliquum eſt, Tu operis conſilium æqui bonique conſule. Cœptis faveat Deus, efficiatque ingenti pietate ſua, ut conatus noſtri, qualeſcunque demum futuri ſint, ad Sacrarum Miſſionum utilitatem, & ad Chriſtiani nominis amplificationem aliquando proficiant.

ALPHABETI TIBETANI

PARS SECUNDA.


CAPUT I.

Inſtrumenta Litteraria Tibetanorum, Charta, Tabellæ, Samdræ, Ars Typographica, Forma, commodum, ornatus, elegantia Voluminum, & Bibliothecarum, Librorumque legendorum Ritus, & Superſtitio.

I. FREQUENTISSIMUS eſt in Tibeto ordo Ammanuenſium. Hi omnes, ſed præſertim Religioſi viri geſtant antependulum *Litterarium Inſtrumentum* de Zona ſuſpenſum. Hujus imaginem adjecta Tabula exhibet.

A. *Calamus*. Indica harundo in bacillos palmaris, vel paullo majoris minoriſve longitudinis ſecatur. Ex his ſcalpello librario temperatis conficitur calamus. *Pambù* vocatur harundo वाँस *Bans* dicta ab Indis. Salmaſius, qui multa de *harundine Indica* in *Plin. Exercitat.* differit, *Mambù*, vel *Bambù* commutatis initialibus eam appellat pag. 1299. 1300. Bayerus Lib. II *Gram. Sinic.* Cap. I. pag. 76. *Pambù*, unde calami ſcriptorii fiunt.

Bambù, inquit, *populari* (Sinorum) *lingua in provinciis dicitur ſive arbor, ſive magis frutex, procerior, & am-*



plior, firmiorque junipero. Mandarinica lingua Pam-pù, [*tanquam* Regionis goſſypium *dicas*] *Perſis, & Arabibus quoque* بمبوق بنبوق بنبه *Bambuk, Panbuk, & Panbeh, atque idcirco Græcis* Πάμβαξ, Γαμβακὶς, Βάμβαξ, *&* Βόμβυξ, *Romanis* Bombyx, *prodito inde a Sinis uſque per tot gentes vocabulo*. At certe & ſerum, & Tibetanorum *Pambù* ea eſt harundo fiſſilis, unde *calamos ſcriptorios* conficiunt. कलम *Kalam*, ex qua Indi calamos ad ſcribendum aptant, harundo eſt *Paluſtris* longe a *Pambù* diverſa. Ea vero, ex qua *Saccharum* exprimunt, & quam Salmaſius *Mambù* appellat, ab ævi noſtri Indis vocatur उख *Uk*.

B. *Graphiarium* ex orichalco, aliove metallo elaboratum.

C *Theca calamaria ærea, interior*. Atramentum ſcriptorium, ſolutum aqua ſimplici Sinicum eſt, aut Sinico ſimile; ſed eo utuntur Tibetani. Quid ſit *atramentum* a Sinis confectum Vid. cit. Cap. I. L. II. *Gram. Sin*. n. 2. apud laudatum Bayerum.

D. *Theca calamaria coriacea, exterior* e vertice graphiarii catenula vel funiculo appenſa.

II. *Chartæ* genus, quod *jure*, ut verbis utar *Bayeri* de Charta Sinica loquentis, *Papyrum Ægyptio vocabulo dixerim*, Βίβλινον *Biblinum* eſt, varium tamen & multiplex. Radices arboris filamentis contextas naturæ ſtuppeæ denudant *corticibus*, quos Βίϐλες Graii, *libros* appellant Latini. Hos mortariis majoris magnitudinis incluſos, & maceratos aqua ligneis vectibus ſubigunt; ſubactamque maſſam in folia extendunt, quorum longitudo maxima cubitorum eſt *duodecim*, latitudo *quatuor*. Et quanquam ita extenuentur, ut ſumme ſubtilia, translucida, & bibula videantur, nihilominus ob glutinis bonitatem litterarum figuras in utroque latere nitide diſtincteque exceptas conſervant. Optimum & nobiliſſimum chartæ genus venit in *Takpò*, po-

Charta Tibetana papyracea.

populare & commune in Provincia *Tzhang*. Chartam *Sinicam* ex *cortice* deſcriptæ *arboris Bambù* confici Bayerus loco paullo ante cit. refert; additque pag. ſeq. 69. *Japonicam*, teſte *Engelperto Kaempfero*, fabricari *ex cortice arboris* Kaadſch. Nomen arboris, ſivé fruticis, unde *Tibetana* fiat in collectaneis PP. Capuccinorum prætermiſſum eſt.

Samdræ Tabellæ, earumque in ſcribendo uſus.

Pueri ubi primum litteras pingere diſcunt, utuntur tabellis *ſandaracha nigra* oblitis. Inde nomine σανδαράχη pene ſimile ས་མ་དྲ་ *Samdrâ* hujuſmodi tabellæ vocantur. Panniculo leviter uncto ſuperficiem humectant, ſuperque integunt minutiſſimo pulvere ex terra foſſili, eaque candidiſſima ས་དཀར་ *ſakhar*. Tum lignea virgula litteras inſculpunt. Figuræ nigræ in ſubjecta *ſandaraca* apparent, & album integumentum *ſakhar* vices chartæ ſupplet. Ceterum mos eſt in univerſo Tibeto familiariſſimus, ut res exigui momenti, nec diuturna memoria dignas *ſamdris* tabellis inſcribant. Quoties enim velint & ante ſcripta delent, & nova facillime condunt. Ex his libellos componunt, quorum alii ſex, alii octo, aut quot quiſque malit tabellis conſtant; eoſque ad ſcribendi commodum ſecum geſtare ſolent.

Typographi Tibetani libros imprimunt formis inſculptis aſſeribus.

III. Artem Typographicam apud Tangutanos annis mille & amplius vetuſtiorem nonnulli Europæi Scriptores commemorant. At quantæcunque antiquitatis ea ſit, rudis & imperfecta manſit. Formæ ſunt non ex ære, aut alio quovis metallo conflatæ, ſed ligneis tantum tabulis inſculptæ. Tot autem ex his tabulis atramento librario illitas comparant, quot ſunt anticæ poſticæve facies paginarum operis imprimendi. Pannum *coactilem* chartæ madefactæ ſuperimpoſitum tereti ligno, loco præli, valida brachiorum vis comprimit; eaque ratione ſubjacentium typorum figuras ſolent indere chartis. At in edendis libris Ammanuenſium

ſium opera multo frequentiùs, quam ligneis hiſce typis utuntur.

IV. Ad librorum paginas chartam præparant craſſiorem, quam dedita opera conficiunt ex binis terniſve foliis affabre conglutinatis, denteque politis, & lævigatis. *Charta ad libros, vel ſcribendos, vel imprimendos craſſa.*

E. In Tab. paullo ſupra exhibita, forma eſt Voluminis Tibetani funiculis colligati more Malabarum, aliorumque Orientalium, eorum præſertim, qui ſtylo in arborum foliis, atque corticibus ſcribunt. *Volumen tectum ligneis tabulis & funiculo colligatum.*

Cumulus paginarum, quarum aliæ aliis ſuperſtratæ ſeparatim jaceant inter tabulas duas ſuperiorem unam & inferiorem alteram, volumen componit.

ཡ་ཡ་ pro tabulæ ſeu tegumenti ſuperioris indicibus habeto. ཞ་ཞོ་ foramina duo ſunt in medio tabulæ tum per ſinum paginarum in interſtitiis linearum, ſi rectam teneant, tum etiam per inferiorem tabulam permeantia. Per hæc introducitur funiculus arcte conſtringens, & colligans tabulas ſimul & *folia* voluminis interpoſita. *Folia voluminis colligati funiculo, bis perforata in medio.*


Hujus generis fuiſſe videntur Volumina Tibetana ad Mare Caſpium reperta. Id enim ſatis demonſtrat Specimen editum in *Act. Erud. Lipſ.* ad an. 1722. Pagina eſt, quæ monoſyllabam mediam perforatam hoc fere modo O repræſentat. *La-Crozius*, aliique formam ignorantes voluminum Tibetanorum, ad *diſtinctiones ſermonis* ſignum hoc orbiculare referendum cenſuerunt, quod os erat foraminis mox deſcripti. *Volumina ad mare Caſpium reperta colligata funiculis.* *O O circuli duo in fol. voluminis Caſpii Lipſiæ edito, non diſtinctiones ſermonis, ſed ora ſunt foraminum, & indicia introducti funiculi.*

F. Forma Tibeticorum Voluminum uſitatior ſine funiculis. Iſtorum tabulas aut variis coloribus pingunt, aut auro obducunt, ac pannis præterea ſericis majoris minoriſve pretii pro operis dignitate involvunt. *Volumen Tibetanum ſine funiculis tectum, uſitatius.*

V. Paginas numerant vel notis arithmeticis ༡་༢་༣་༤་ &c. aliunde acceptis, vel integris vocibus numerum expri- *Numerus paginarum, vel arithmeticis notis, vel integris vocibus indicatur.*

primentibus གཅིག་ *Cik*· གཉིས་ *Gni*· གསུམ་ *Sum*· བཞི་ *Sgì* &c., dum ſuis utuntur litteris. *Margines* ampliſſimi ſpatii relinquunt: primo quidem ad *Regeſti*, ut vocant Librarii, commodum. Id vides ex cit. Tab. impreſſa Lipſiæ. In margine ſiniſtra toto ſpatio obverſo lineis 2. 3. 4. & 5. hæc deorſum verſus inſcripta leguntur

Marginum ſpatia in voluminibus Tibetanis ad *Regeſti* Librarii indices, & ad emendationum commodum, ampliſſima.



Ideſt: ſub *Regeſto* ཉ *Gnià* pagina, quæ numeratur, eſt 188. Hoc idem ſpectamus in margine Tab. a Magno *Petro* Ruſſorum Rege ad Cl. *Aſſemanium* miſſæ, ubi *Regeſti* index eſt ཁ་ *Kha*, & numerus paginæ བརྒྱད་བདུན་ 87. Secundo ad locorum menda corrigenda. Hæc autem duplicis ſunt generis, vel enim errata ſunt ex prætermiſſis vocibus atque ſententiis, vel ex redundantibus, aut male etiam pictis, & corruptis, immutatiſque litteris. Si primi generis fuerint, ſic ea ſupplent, & redintegrant Ammanuenſes. Conſtet, exempli cauſa, pagina lineis *decem*, & error ex prætermiſſis jaceat in tertia: locum mendoſum variis punctis ad perpendiculum erectis in hunc modum infra lineam indicant ⁞, deinde in margine ſuperiori reſtituunt appictis iiſdem punctis, cum præfixo numero lineæ ༣⁞ Idem præſtant ſi erratum ſit in quarta, quinta, aliiſque ſequentibus, dummodo non excedant medium paginæ: nam ſicubi error poſt *medium* accidat; tunc notæ indices, & adjunctæ emendationes rejiciuntur in marginem inferiorem. Ubi pluries in eadem linea peccatum ſit, aliis quibuslibet ſignis inter ſe diverſis ad loca notanda utuntur. Si ſecundi generis fuerint, litteris in eodem lineæ loco deletis tria puncta ſu-

ſuper affigunt; vocibus vero redundantibus tam longam apicum ſeriem ſuperducunt, quam longum eſt ſpatium earundem vocum.

Ornatus, & elegantiæ in ſcribendo varietas.

VI. Quoties materia operis magnæ ſit dignitatis & excellentiæ chartam omnem auripigmento, cujus copia ingens eſt in Tibeto, colorant. In hoc paſſim ſimplici atramento, ſæpe etiam, majoris elegantiæ cauſa, verſus alternis ſcribunt modo atramento, modo cinnabari: aut ſi ſolo atramento utantur, *Dei* tamen, *Legislatoris*, & *Sanctorum ſuorum* nomina auro, argento, cæruleo, aliiſve pretioſis coloribus pingunt.

Libri Buddiſticæ legis auro & argento ſcripti.

VII. Libros Legis auro perſæpe & argento exaratos habent. Exemplum hujus ſcripturæ proſtat in cit. Tabula, Magni Moſchorum Regis Petri, quam nobiſcum humaniſſime communicavit Idem ipſe Præſul Cl. *Aſſemanius*. Longa eſt ped. *duos* & lin. aliquot: lata unc. *octo*; nam & octo verſus ſicuti in priori ita & in poſteriori pagina continet. Verſus 1. 2. 4. 5. 7. & 8. argento, 3. & 6. ſunt auro picti. Atra eſt ſuperficies chartæ, ut inſcripti characteres nitidius emineant.

Bibliothecæ Tibetanæ.

Quo ritu quove ſuperſtitionis apparatu ipſarum quoque liberalium artium, ſed *legis* præſertim volumina tractent, & legant Tibetani.

VIII. Volumina cuſtodiunt incluſa Arcis, ac Pluteis vario picturarum genere, & auri ſplendore ornatis. Cum univerſa liberalium artium ſcripta, tum ea præſertim, quæ ſacra ſunt, nudæ humi ſternere, eamque conſulto ac cogitato ſinere ut vel leviter attingant, religioni ducunt. Nec prius ad ea legenda accedunt, quam vel ſerica integumenta, vel ſuaſmet ipſorum veſtes Illis ſubſtrarint. Hanc conſuetudinem tenet vulgus. At ea tapetibus, pulvinaribus, menſulis coloribus auroque nitentibus ſuper imponere mos eſt Civium, Virorumque nobilium. Legalia Religioſi homines legunt & recitant ſuperſtrata ſellulis magnifico opere conſtructis. Bina nanque volumina *Chaghjur* tanti ponderis ſunt, quantum bajuli humeri ferre communiter ſolent.

CA-

CAPUT II.

Signum initiale, Interpunctum, Comma, aliæque notæ Tibetanæ Orthographiæ traduntur.

Uſtkhum notæ initialis exempla.

I. SIgnum initiale, unde auſpicium ſcribendi ſumunt Tibetani, duplici figura pingitur: Prima & nobilior eſt ༄༅། ། aut ༄༅༅། ། vel ། ༄༅།། , cujus vim ignorabat *LaCrozius* in ep. ad I. B. M. *de Libris Mſſ. haud procul MariCaſpio repertis* an. 1722. *Act. Lipſ.* p. 416. Hanc vero præponere ſolent ei omni ſcripturarum generi, quod *ſacrum* eſt, & proprium Litteratorum. Nam in communi vulgarique ſcriptura alteram adhibent hujus formæ ༈ ། , quæ eadem eſt ac Nekpallenſis ༈ aut etiam ༈ .

II. *Uſtkhum* illud appellant Tibetani, Nekpallenſes *Huuun*. Et reapſe, ſi priorem notam paullo attentius inſpexeris, compoſitam deprehendes ex duplici, vel tergemina vocali ུ *u*.

Uſtkhum vis ſacra & energetica ad ſapientiæ Numinis opem implorandam.

III. Nekpallenſes vim quandam ſacram & *energeticam* ad गनेस *Ganès* ſapientiæ Numen invocandum in hac nota agnoſcunt. Nullum præterea librum ac ne ipſum quidem Alphabetum ſcribere exordiuntur, quin prius Deum litterarum Præſidem hoc fere modo invocarint ༈ नमासिद्धं *Huuun Nama Sciddan*, vel ut in exordio Alphab. *Balabandù*, & *Akar Nagari* habet *Bayerus* T. IV. *Comment. Acad. Petropol.* Tab. XXXVIII. *Wo Nama Sidham*, quod ad verbum expoſitum ſonat: O o o *Sanctum Nomen*. Eundem ſenſum latere ſuſpicor in ſimplici ༈ . Quod enim cetera ſileant, nec exprimant Nomen, & Numen, a quo opem implorant, id compendii cauſa fieri poteſt. Eadem mihi ineſt animo ſuſpicio de Tibetanis. Nam & hi, ni fallor, conjungunt ༄༅། *Vu* cum ཧཱུྃ *Hom*, *Vu-hom-Manì* &c.

Vn

Vu hom Xa-thi-ſi-than Part. I. *Alphab.* p. 513. Hinc fieri puto cur *Uſtkhom*, aut *Uſtkhum* hanc notam appellent.

IV. Hujus notæ munus eſt non ſolum libri auſpicium indicare, ſed etiam novi Tractatus argumentum in eodem libro diſtinguere. Toties enim *Uſtkhum* repetunt, quoties in materiem aliam a priori diverſam dilabuntur. *Uſtkhum* munera in ſcriptione Tibetanorum, quæ?

V. Punctum duplex eſt: *Interſyllabicum*, & *fixum*. Illud ſic pingunt ་ *Interſyllabicum* dicimus a munere & loco, quem obtinet. Diſtinguit enim ſyllabam a ſyllaba, inter quas jacet. Quamobrem non ſtatim putabimus integrum, & perfectum eſſe vocabulum *monoſyllabum*, quod quis viderit affectum, & concluſum puncto ་ Nam pluribus ſæpe monoſyllabis conſtat, præſertim ſi ſit compoſitum: ut ཏོར་ཅེ་ *Torcè*: དགའ་ལྡན་ *Khaden*: བསམ་གཏན་ *Samten*: སྤྱགས་པོ་ *Ciàpò*, & alia id genus innumera, in quibus puctum poſt *Tor· Kha· Sam· Cia·* non eſt terminus nominum, ſed ſingularium ſyllabarum, quarum ſingulæ ad integra nomina componenda conjungi debeant cum ſequentibus *ce· den· ten· po·*. Ob hanc cauſam tirones & imperiti magnam in rite legendo patiuntur difficultatem, & voces crebro abſolutas putant, ubi eas puncto affectas viderint, quum tamen imperfectæ ſint & adhuc ſuſpenſæ.

Punctum *interſyllabicum*, quid? Puncti *interſyllabici* munus. Punctum *interſyllabicum* in integris Nominibus & pronunciandis & intelligendis difficultatem Tironibus parit.

Suum nihilominus uſum & utilitatem hoc punctum habet. Facit enim, ut plures conſonæ ſimul conjunctæ, & unico puncto concluſæ, licet ternæ aut quaternæ ſint, unam tantummodo ſyllabam componant, & tanquam *monoſyllabum* nomen legi ac pronunciari debeant. E.G. གསེར་ *Ser· Aurum*: གསར་ *Sar· Domus*: ཟུགས་འདོད་ *Tu·* dò *Voluntas*: འཇམས་པ་ *Giam·* ba *Doctor*, *Sapiens*: གཟིགས་པ་ *Zi·* vel *Si·* ba *Intueri*, *videre*, གཤེངས་པ་ *Sceng·* ba *aſcendere*:

Punctum *interſyllabicum* aliunde utile eſt: & in *monoſyllabis*, ut linguæ ratio poſtulat, colligendis, ac rite pronunciandis, adjuvat Lectorem.

re: གཟུགས་ *Su· Corpus*. Sic plurium conſonarum numerus unico terminatus puncto ſyllabam conſtituit ſemper unicam.

Idque totum repetendum eſt a linguæ Tibetanæ genio. Eſt enim cognata Sinenſi, quæ voces, & nomina per nuda monoſyllaba conſtanter, ac perpetuo effert.

Punctum fixum, Tibetanorum lineæ duæ perpendiculares.

VI. Punctum fixum abſolutæ periodi ſignum *duabus virgulis* ad perpendiculum erectis ſic formatur ༎. Harum altera præcedentis periodi finem, altera initium ſequentis demonſtrat. Et ideo inter ſe aliquantulum diſtantes erigi ſolent. Figuram hanc exhibebant Mſs. eruta ad Mare Caſpium, ſive, ut *Bayerus in Præf.* ad T. I. *Muſ. Sin.* accuratius narrat, *ad Irtim fluvium haud longe ab ejus fontibus*, & *lacu* Sangin Dalai, [prope Tibetum quemadmodum tradit T. IV. *Com. Ac. Petrop.*,] ubi viſuntur *ruinæ magnificæ ſeptem ædium*, *quas Rutheni ſeptem Palatia vocarunt*. In ea enim Tabula, quam editam habemus in *Act. Erud. Lipſ.* hujus puncti forma paſſim occurrit.

Punctum lineâ ſimplici interdum appictum.

Recentiores Tibetani non ſemper gemina, ſed ſimplici quoque *virgula* punctum efformant. Id vides in Ep. Supremi Lhamæ, & in Commentario Or. *Hom-manì peme-hum* Par. I. *Alphab.* pag 501. & 514., niſi perpetua *inciſa* eas interpretari velis; quod tamen orationis prolixitas, frequens ſententiarum mutatio, & periodorum ſeries minime patitur. Immo & ad calcem *Alphab.* Tab. XXXIX. apud *Bayerum* Tom. IV. *Act. A. Petrop.* puncti loco cernitur །.

Comma Tibetanorum perpendicularis ſimplex.

VII. *Comma* Tibetanum *virgula* eſt །, qua ſingula orationis membra in eadem periodo diſtinguuntur, quemadmodum ex cit. Tab. *Act. Lipſ.* perſpicue deprehenditur.

Sic enim legimus: ཕར་ཏཟུ་ཤ་ཅ་ཏུ་ཏེ། སྟོན་
Par· taſu· ſa· cia·tu· te· । *Ton·*
ཤེས་

སེམས་ཅན་རྣམས་ལ་ཕན་པར་བཞེད་ནས། འདི་དག་
ſem· cen· nam· la· pen· par· ſce· ne· | *di· ta·*

ཐམས་ཅད་བཞོད།།
tam· ce· ſcio· || Heic vero commatis figuram cernis in recta |, & punctum in duabus ||.

VIII. Nota ſuſpenſionis in pronunciando eſt *duorum circellorum*, quorum alter alteri ſupereminet, figura ſic picta ꞉. In *Actis Erud. Lipſ.* & T. III. *Comment. Ac. Petrop.* pag. 418. binos hoſce circellos cum adjectis virgulis, *punctum* interpretatur Bayerus. *Punctum Tangutanum*, inquit, eſt ꞉||, *ubi etiam extrema linea principium ſequentium demonſtrat*. In Tibetanorum ſcriptis iſtiuſmodi puncti genus nuſquam vidimus. Illud tamen impreſſum habet una Tab. XXXVII. in fine Syllabarii *Tangut.* T. IV. *Act. Ac. Petrop.* Sed ex loco, quem binis circulis tribuunt, ſatis apertum fit, vim habere ſuſpenſionis in certis quibuſdam vocibus, quæ vehementem animi affectum ſignificare velint. Nam *dicyclo* interſecant ipſas quoque litteras *monoſyllabi*. Ex *Nekpallenſium* Orthographia vim hujus notæ Tibetanæ exponere licet. Illi etenim cum in aliis pluribus, tum vero maxime in duobus hiſce vocabulis: दुःख *Du꞉k*: & सुःख *Su꞉k* circellos inter priorem & poſteriorem litteram unius ejuſdemque monoſyllabi inſerunt ad indicandam ſuſpenſionem vocis in pronunciando. Itaque non leges continuato ſpiritu *duk*, *ſuk*, ſed ſuſpenſo & interrupto ad affectum animi exprimendum *du...k*, *ſu...k*.

Circuli duo, nota ſuſpenſionis in pronunciando.

Dicyclus, auctore Bayero, punctum Tangutanum.

Dicycli munus apud Nekpallenſes.

Sic etiam ad ſummæ venerationis, & honoris ſignificationem erga Numina Sanctoſve ſuos patefaciendam Xacaitæ Tibetani monoſyllabi litteris interjiciunt *circellos*. Nam in eadem *Tab. Act. Lipſ. quaterdecies* reperiuntur interpoſiti monoſyllabis *Na · Ma* ꞉ & *Sam*, ubi ſcribentis,

Dicyclus monoſyllabis in imperfecto orationis membro interpictus, nota venerationis.

legentiſve animus comparatur ad nomen *Sam-tan-poutrà* commemorandum. bis quidem lin. 6. & 7. pag. prioris

ན་སྨོཿལམན་བྱད་
ད ད
ཏ
༢ In averſa vero *duodecies*.

Ejuſdem eſt indolis nota ॥༄॥ in Diplom. Regio pro Lhaſs. Hoſpitio ædificando, PP. Capuccinis oblato: Quum enim bis commemorandus eſſet Lhama Maximus, prius notam iſtam ſignarunt, deinde nominarunt *Pedes Supremos*; [nam eo etiam ſuperbiſſimo titulo Lhamarum Principem vocare ſolent Tibetani;] totique demum ſalutationi clauſulam ſimilem ſubjecerunt in hanc plane formam:

Aliud notæ genus ad honorem. & venerationem ſignificandam explicatur.

॥༄॥ གོང་ཞབས་རིན་པོ་ཆེའི་ ॥༄॥

Kong ſciap Rin bo cehì : *Supremorum Pedum*. Ea enim formula Nomen, ac ſanctitatem *Lhamæ Max*. conceptis verbis ſe colere ac venerari profitentur. Quo fit ut ubicunque in fine periodi hujuſmodi figuram ༄॥ pictam habeant ſcripta Tibetana, eam aut honoris erga divos indicium, aut intime, ac vehementis *affectionis* notam eſſe exiſtimem.

Nota Coronidis.

IX. *Coronidis* notam ad calcem operis variam appingunt. Plerique enim orationem, tractatum, & librum quemvis, quo quis velit ornamento abſolutum oſtendunt. Communis & uſitatiſſima duplex eſt: 1. ॥~॥ ∽ aut ſimplex, aut conduplicatum jacens inter virgulas utrinque geminas. 2. punctorum ſeries in formam trianguli eodem concluſa linearum numero ॥ ჻ ॥, non raro etiam congeminata, uti vides p. 519. in *fin*.

Auctor & ætas operis ad calcem Libri.

X. Quemadmodum operis titulum tum in exteriori tabula, tum in fronte prioris paginæ vario colore ornatum apponere ſolent, ita & Auctoris nomen, & annum, quo liber eſt editus, Operi jam abſoluto adjiciunt.

XI. No-

Notæ hactenus incognitæ proferuntur.

XI. Notæ ſunt aliæ, quarum munus non ſatis cognitum & explicatum habemus. In laud. *Tab.* Act. Lipſ. lin. 2. 3. & 4. *ter* hoc ſignum occurrit ·,·. Similis naturæ eſſe conjicio ; *bis* uſurpatam, & ;· ſemel in Tab. nobis ab *Aſſemanio* tradita. Spirant hæ ingenium earum, quæ in fronte epiſtolæ Supremi Lhamæ Part. I. *Alphab.* p. 501. exprimunt haud dubie cultum & invocationem Numinis: paremque cum iis, uti pronum eſt intelligere, ſignificationis, & ſymboli rationem habent.

CAPUT III.

Quotuplex ſit Tibetanæ Scripturæ genus, quis uſus, quiſve ordo ſcribendi?

Scriptura Magica & communis.

I. DUplex in primis eſt Tibetanis ſcripturæ genus: *Magicum* unum, & *commune* alterum.

II. Utuntur *Magico* ſoli litterati Viri tum in peregrinis vocibus, tum in quibuſdam precationum formulis conſcribendis. Sed ne Magicæ Scripturæ nomen Chriſtianas aures offendat, neve nobis penitus incomperti *Characteres* credantur, iſtorum quoque *figuras* infra dabimus.

Communis, major & minor.

III. At *communis* ſcripturæ forma duplex & ipſa eſt: *major*, & *minor*.

Major Ucèn.

IV. *Majoris* characteres, Lhamis judicibus, uni fere neceſſarii putantur: & ideo དབུ་ཅན་ *Ucèn*, nempe *Capitales*, *maximique* dicuntur, quia ad liberales diſciplinas, & ad Religionis dogmata percipienda viam parant. Soli quippe tam veteribus exaratis libris intelligendis, quam novis componendis inſerviunt.

Minor Umìn.

V. *Minoris* vero literæ, aut nullius, aut certe exiguæ neceſſitatis cenſentur: དབུ་མེད་ *Umîn*, ideſt *non Capitales* propterea nuncupatæ, quôd ſine iis aditus ad profanam, ſa-

ſacramque eruditionem pateat. Harum litterarum uſus in epiſtolis familiaribus, in Syngraphis, aliiſque privatarum rerum commentariis ſcribendis totus continetur. Alio nomine *Schar* appellavit Sigefridus Bayerus: Earumque ſpecimen edidit Thomas Hyde in Append. Relig. Vet. Perſ. p. 521. ex Syngrapho Regio, vulgo *Salvaconductu*, quem *Princeps Urbis*, & *Provinciæ de Boutan* conceſſerat *Chogia Ovanni Mercatori Armeno*. Sed eas neque Hyde explicaverat, neque ſatis cognitas habuerat laudatus Bayerus; quemadmodum poſtea habuit, quum nactus tria illa Alphabeta Brahamanum, Tangutanorum, & Mogulenſium, ex majoribus minores deprehendere potuit, earumque figuras Tom. III. & IIII. Commentar. Acad. Petropol. inſculptas exhibuit.

Characteres *Ucèn*, *Majores* ſcilicet, ii ſunt, qui maxime ad rem noſtram faciunt. De his in præſentia ſolliciti ſumus. *Minorum* formæ, ne & ipſæ deſiderentur, aliquanto inferius prodibunt.

Ordo ſcribendi a læva in dexteram more Græcorum, & Occidentalium.

VI. Scribendi, & legendi ordinem a ſiniſtra in dexteram cum Græcis, & Occidentalibus Tibetani obſervant; deceptuſque eſt Thomas Hyde, quum ſpecimen Boutanenſis Scripturæ, cujus ante meminimus, a dextera in ſiniſtram ferri exiſtimavit. In eundem errorem ab Hydio ſe duci paſſus eſt *La-Crozius* in Ep. 135. ad Winkilſium Tom. III. *Theſ. Epiſtol.* Quanquam enim & ego ſentiam Tibetanos litteras ſuas accepiſſe a Syris, atque adeo Syrorum more antiquiſſimis temporibus a dextera in lævam ſcribere potuiſſe, attamen Hydianum exemplum & nimium recens eſt, & ſcriptionis ordinem exhibet a ſiniſtra in dexteram.

CA-

CAPUT IV.

Litterarum Diviſio, Numerus, Nomenque traduntur.

I. LItteræ aliæ ſunt *Conſonantes*, aliæ *Vocales*.

Conſonantes litteræ Tibetanorum, *triginta*.

Conſonantes a Tibetanis dictæ *Selcè*, cur?

II. *Conſonantes* litteras habent Tibetani omnino *triginta*: eaſque appellant གསལ་བྱེད་ *Selcè*, id eſt *clarificantes*, ſeu *Luminoſas*.

III. Sed hujus nominis cauſa non ſatis aperta mihi videtur. Multiplici enim ſenſu *Selcè* dici potuerunt. Primo quidem ob arcanam quandam ſacratioremque rationem, quam a divino veluti principio altius repetitam *Buddiſtæ* velint. Has enim litteras, quemadmodum obſervavimus in Præf. Part. I *Alphab.*, totidem quaſi radios divinæ lucis exiſtimant. Ad hanc *Buttantium* perſuaſionem accedit opinio *Bramhanum*, qui *Dewanágaram* ſpectant tanquam Matrem omnis ſacræ ſcripturæ, eaque, ut *Bayerus* loquitur T. IV. Act. Ac. Petrop., *Legem a Deo in Caſchia promulgatam prædicant*. Caſchia autem, ſive *Caſia*, aut *Casì Mons & Urbs* काशी *Caſcha*, de qua vid. quæ diximus in Vita *Xacæ*, & alibi præſertim p. 348. P. I. *Alphabeti*. 2. Ex eo, quôd originem & naturam vocabulorum oſtendant; & ideo *clarificantes* dicantur, quia ſimili fungantur munere, quo funguntur *radicales* in Hebraica, Arabica, Syriaca, aliiſque Orientalibus linguis. 3. Ob proprietatem, quam habent conſonæ Tibetanæ ſeſeipſis loquendi: eſt enim eis innatus ſonus vocalis A; unde པ Pa མ Ma ཏ Ta dicimus, non P. M. T. Et ita *Selcè* nuncupari potuerunt quaſi *clare* ſonantes, ſeſeque ipſis loquentes. Significationem fere ſimilem patitur vox سلقع apud Arabes, uti nos docet Caſtellus in Magno Dictionario Biblico. 4. *Ordines*, & *ſeries con-*

ſo-

ſonantium, de quibus mox dicam, adepti fortaſſe ſunt nomen *Selcè*. Eſt enim eidem Caſtello سلك *ordo*, *nexus*, *via*, *ſeries*, & Angli *filum* appellant *Silkè*.

Conſonæ *ſimplices*. Conſonæ *compoſitæ*.

IV. *Selcè*, ſive *conſonantes*, alias vocamus *ſimplices*, alias *compoſitas*: *ſimplices*, quæ ſejunctæ ſunt a vocalibus: *compoſitas* quæ cum vocalibus ſunt conjunctæ.

CAPUT V.

De Accentibus.

Accentuum cognitio ad Tibetanam linguam addiſcendam ſummopere neceſſaria.

I. PRiuſquam figuras, nomina, ac poteſtatem harum litterarum tradamus, *accentus*, quibus affici debeant, figendi ſunt. Ex his enim recta pronunciandi ratio neceſſario dependet. Ut enim *tonos*, ſic etiam *naturam*, & *vim ſignificandi* accentus in Tibetanis litteris mutant. Quod quidem novam, gravioremque addiſcendæ linguæ difficultatem parit.

In linguis, quæ Sinicæ naturam ſequuntur, accentuum ratio habenda eſt.

Idque non in ſola Tibetana, ſed in ceteris etiam linguis accidit, quæ genium & indolem Sinenſis imitantur. Ob hanc cauſam in earum Elementis tradendis coguntur Latini notas accentuum indices adhibere. Sic P. Alexander de Rhodes e Soc. Jeſu in Declaratione Linguæ Anamiticæ, ſeu Tunkinenſis ad calcem Lexici, quum ſex intelligeret eſſe hujus linguæ accentus, eo prætermiſſo, qui eſt in pronunciando æqualis, ad quinque reliquos indicandos totidem notas excogitavit; eaſque ſequentibus Tunkinenſium monoſyllabis in hunc modum appinxit: dò, ṛe, m̃i, pha, sõ, lá; ut ita tonos Muſicæ noſtræ aliquo pacto referrent. Accedit *Kircherus*, qui ſimilia prorſus de muſicis hiſce accentibus docuit. Hæc quum obſervaſſet Bayerus, *parum commode factum*, inquit Lib. I. *Grammat. Sinic.* Cap. I. n. V. pag. 11. Sed *Bayeri* judicium quanti fieri debeat, a Viris, qui

qui rei utilitatem in ſacris Miſſionibus experiri potuerint, repetendum eſt.

De accentuum numero, ac poteſtate ab Europæis tenenda in Sinicis vocibus rite proferendis, multa tradunt in ejus linguæ inſtitutionibus Itali, Galli, Luſitani, Hiſpani, Germanique Scriptores. Tonos, ſeu accentus tum *ſimplices*, tum *compoſitos* deſcripſit *Bayerus* p. 13. cit. Cap., pag. 13. ex *Auguſtiniani cujuſdam Grammatica linguæ* Chin-cheo. Extat etiam in Bibl. Angel. *Ars Linguæ Mandarinæ* Hiſpanice ſcripta a Franciſco Varo Illuſtri Dominicanæ Familiæ Alumno, ubi de hoc argumento copioſiſſime agitur. Eam majoribus illuſtrationibus auctam a Religioſo Viro Petro de la Piñuela Miſſionum Sinenſium Commiſſario ex Refor. Ord. Minor. Obſervantium, typis *Cantone* in Sina editam an. MDCCIII. habemus. At nos de accentibus in Tibetanis vocibus ab ore vel Latino, vel Italo efferendis ea tantum dabimus, quæ omnium maxime ſcitu neceſſaria putavimus.

II. Itaque quinque erunt accentus: *æqualis*, *gutturalis*, *palatinus*, *narinus*, *ſingularis*. Prioris nullum ſignum erit, quia tonus vocis æquabiliter incedit, ſequiturque nativam pronunciandi rationem nihil a communi Latinorum more diverſam. Ceteros demonſtrabunt notæ ſequentes: *gutturalem* ˋ, *palatinum* ʃ, *narinum* ˬ; [Sic enim ab organis pronunciationis denominatos voluimus;] quinti & ultimi, quem *ſingularem* dicimus, index erit ˥.

Accentus quinque pro Tibetanis vocibus pronunciandis figuntur.

Nota *Gutturalis* ˋ. *Palatini* ʃ. *Narini* ˬ. *Singularis* ˥.

Itaque accentum ˋ *gutture*: ʃ *lingua ad palatum inflexa*: ˬ *naribus magis quam ore* pronunciabis; At *ſingularem* ˥ *mixtis organis*, *eaque ratione* efferes, quam tibi deſcribere neſciam. Illius modum ac vim una Magiſtri vox, & uſus ipſe loquendi frequentiſſimus docere te poterit.

ˋ Supraſcriptum cernes *primis* Ordinum quinque

Litteræ *quinque*, gutturali accentu affectæ. *Quinque*, Palatino. *Una*, Narino. *Una* iterum *Singulari*.

I. II. III. IV. V.: hiſce videlicet litteris ཀ་ Khá · ཅ་ Cihá · ཏ་ Thá · པ་ Páh · ཙ་ Tzhá.

Secundis Ordinum item quinque I. II. III. IV. V.: eæque ſunt ཁ་ Kha · ཆ་ Ciha · ཐ་ Tha · ཕ་ Pàh · ཚ་ Tzhà.

Quartæ Ordinis II.; quæ eſt ཉ་ Gnia.

Singularem *quartæ* Ordinis primi, ང་ Ngha.

Æqualem, ut jam te monuimus, in reliquis intellige.

Litteræ *Ja* ſonus *Singularis*; ſed nulla inſignitur nota.

Litteræ ཡ་ ſonum *ſingularem* eſſe dixit Maturinus La-Croze in Actis Eruditorum Lipſiæ an. MDCCXXII. p. 417. Nec id plane diffitentur Miſſionarii noſtri Apoſtolici, qui in iſtius litteræ pronunciatione aliquid peculiaris, & inuſitati ſe advertiſſe referunt. Erit forte quiddam, ut Ϫ *Giangia* Cophticum. Sed ad ཡ་ accentum deſignandum nullam ego notam effingam; ſatis enim tibi conſultum, commodeque factum arbitror, ſi tantum de *ſoni ſingularitate* monitus ad hanc litteram pronunciandam acceſſeris.

CAPUT VI.

Tibetani Alphabeti Selcè *ſeu conſonæ XXX. ſimplices exhibentur*.

Alphabeti Tibetani litteræ in ordines *octo* diſtributæ. Cur?

I. IN iis XXX. conſonis *ſimplicibus* numerandis non eam rationem tenent Tibetani, quam & Alphabeti nomen poſtulat, & Ebræi, Græci, Latinique Grammatici ſervant. In *ordines octo* eas omnes diſtribuunt. In unoquoque ordine litteras quatuor collocant, ultimo excepto, cui *duas* tantum relinquunt. Totidem habent ordines Indi. Quanquam, ſi *quinque* priores ſpectes, litteras contineant ſinguli *quinas*; ſextus, & ſeptimus *quaternas*, & *binas* octavus. Sunt enim conſonæ Indicæ XXXV.

II. Eo

II. Eo deinde ingenio per ordines ſingulos litteræ diſtributæ jacent, ut cum canora quadam vocis modulatione, quaſi muſicæ notæ eſſent, proferri debeant. Aſt caveas velim, ne cum noſtris compares. Quod totum fit cum ex ſacro quodam inſtinctu, quo *Xacaica* gens, ut aliâs ante animadvertimus, in cantus amorem, ac voluptatem fertur, tum ex induſtria, ut Tirones litterarum accentus, & pronunciandi rationem exacte condiſcant. Totum id clarius ex ſequenti ſchemate apparebit.

Ordines octo conſonantium ſimplicium.

	1	2	3	4
༄༅།	། ཀ་ Kha	ཁ་ Kha	ག་ Ka	ང་། Nghà
II.	ཅ་ Ciha	ཆ་ Ciha	ཇ་ Cia	ཉ་། Gnià
III.	ཏ་ Tha	ཐ་ Tha	ད་ Ta	ན་། Na
IV.	པ་ Pha	ཕ་ Pha	བ་ Pa	མ་། Ma
V.	ཙ་ Tzha	ཚ་ Tzha	ཛ་ Tza	ཝ་། Va
VI.	ཞ་ Scihà	ཟ་ Sa	འ་ Ha	ཡ་། Ja
VII.	ར་ Ra	ལ་ La	ཤ་ Scia	ས་། Sha
VIII.	ཧ་ Ha	ཨ་། །༑ Aa		

III. Dubitare quis poſſet, num Tibetani antiquioribus ſeculis eodem uſi fuerint litterarum ordine, quo modo utuntur. Nam ab ἄλφα tanquam ab Alphabeti Capite eas numeraſſe videntur ſub exordium *Orationis Liturgicæ* P. I. Alph. pag. 163. & 231. ubi ex *littera A* tanquam elementorum omnium principe *factum dicitur vas pretioſum*. At in hac noſtra Tabula ཨ་A, locum tenet extremum. Quod im-

Priſcum Alphabeti ordinem Tibetanos immutaſſe, vehemens ſuſpicio eſt.

immutati ordinis indicium videri poteſt. Suſpicionem auget forma grammaticæ *ſyntaxeos*, quam certe invita Minerva inverſam plerunque, & contra quam ſermonis natura exigat, *abnormem* uſurpant; quemadmodum obſervatum eſt P. I. p.91.498. & alibi. Verum ſatius erit, & utilius ab his diutius inquirendis ἀπέχειν.

CAPUT VII.

Alphabetum noſtrum cum duobus a La-Crozio, & Bayero editis comparatur.

I. THeophil. Sigefrid. Bayerus Tom.III. & IV. Actor. Acad. Petropol. eaſdem pronunciandi leges Tangutanis, quas & Mungalicis, ac Brahmanibus litteris tribuit. Verum nonnihil inter eas diſcriminis eſſe Miſſionarii noſtri probe inſtructi teſtantur. Nec certe ego dubito, quin hoc idem ſenſiſſet Bayerus, ſi de ſolis Tangutanis ſeparatim egiſſet. Nam & in eam Tabulam, quæ XXXIX. eſt, & Alphabetum Tibetanorum ſolitarium exhibet, Bramhanicarum pronunciationem tranſduxit.

II. Ceterum non unus tantum *Bayerus*, ſed & *La-Crozius* pro ſuæ gentis ac oris ingenio pleraſque litteras aliter ac Italica lingua ferat, neceſſario pronunciat. Quodque nobis errandi occaſio eſſe poſſet, in Alphabeto cognito ex Act. Erud. Lipſ. an. 1720. earum aliquot prætermiſit, alias vero male delineavit. Hæc autem omnia ex tribus inter ſe collatis Alphabetis planius diſcere licet.

ALPHA-

ALPHABETA. III.

NOSTRUM.	LA-CROZII.		BAYERI.	
1. ཀ་ *Kha*:	*Gà*,	*in principio*. Errat: Nam ubique locum habere poteſt.	*Ga*.	
2. ཁ་ *Kha*	*Ga*,	*in fine*. Errat ob eandem cauſam.	*Ka*.	
3. ག་ *Ka*:	*Kà*.		*Ga*.	
4. ང་ *Ngha*:	*Na*,	*naſale*. Tam male picta, ut cognoſci vix poſſit.	*Nga*.	
5. ཅ་ *Ciha*:	*Sa*.		*Dſcha*.	
6. ཆ་ *Ciha*:	*Tza*.		*Tſcha*.	
7. ཇ་ *Cia*:	*Sa*.	Male picta.	*Dſcha*.	
8. ཉ་ *Gnia*:	*Na*,		*Nia*.	
9. ཏ་ *Tha*:	*Da*.		*Da*.	
10. ཐ་ *Tha*:	*Ta*.		*Ta*.	
11. ད་ *Ta*:	*Omiſſa*.		*Da*.	
12. ན་ *Na*:	*Na*.		*Na*.	
13. པ་ *Pah*:	*Wa*.		*Ba*.	
14. ཕ་ *Pah*:	*Pa*.		*Pa*.	Ejuſdem figuræ cum པ Error Sculptori tribuendus.
15. བ་ *Pa*:	*Ba*.	Repetit figuram པ *Wa* aperti.	*Wa*.	
16. མ་ *Ma*:	*Ma*.		*Ma*.	
17. ཙ་ *Tzha*:	*Omiſſa*	Has litteras fortaſſe *La-Crozius* neglexit, quod figura eaſdem eſſe crediderit ac 5. 6. & 7.	*Dſa*.	
18. ཚ་ *Tzha*:	*Omiſſa*.		*Tſa*.	

19. ཛ་ *Tza*:	*Omiſſa*.		*Dſa*.	
20. ཝ་ *Va*:	*Omiſſa*.		*WWa*.	
21. ཞ་ *Sciba*:	*Omiſſa*.		*Scha*.	
22. ཟ་ *Sa*:	*Scha*.	Hanc ipſam, vel antecedentem ཞ eſſe conjicio, quam ſic pronunciat. Nam figura aliena penitus & deformis eſt.	*Ssa*.	
23. འ་ *Ha*:	*A*.	Hanc & ſequentem ad *vocales* referri poſſe tradit.	*A*.	
24. ཡ་ *Ja*:	*Ja*,	*ſonus ſingularis*.	*Ja*.	Figuram dat male pictâ, & fere ſimilem ཡ
25. ར་ *Ra*:	*Ra*.	Male picta.	*Ra*.	
26. ལ་ *La*:	*La*.		*La*.	
27. ཤ་ *Scia*:		Hujus figuram agnovit, ſed inter *duplices* poſitam vocat *Schra*. Errat. Nam *ſimplex* eſt ſine *Rata*.	*Scha*.	
28. ས་ *Sha*:	*Sra*.		*Sa*.	
29. ཧ་ *Ha*:	*Cha*.		*Cha*.	
30. ཨ་ *Aa*:	*A*,	*Quæ, ut apud Hebræos*, inquit, *fulcrum vocalis eſt*; & iccirco eam ad vocales refert.	*A*.	Hanc ita format, ut א Hebr. repræſentare videatur.

Eædem litteræ ſola pronunciandi ratione in Alphabeto Romano diverſæ ab iis, apparent, quæ extant in Lipſ. & Petropol.

III. Ex varia illa pronunciandi ratione, quam in hoc noſtro Alphabeto ſervamus, nolim quis credat longo nos intervallo a *Bayeri* præſertim præceptis in litterarum valore, ac poteſtate exprimenda differre. Maximum diſcrimen, quod nos inter & Bayerum intercedit, ex diverſa profluit Teutonici, Italicique oris conſuetudine. Eædem litteræ ſunt, ſed aliquanto aliter ab Italo, quam a Germano, Gallo, & Hiſpano fieri ſoleat, expreſſæ ac pronunciatæ. Plerunque etiam fit, ut idem in loquendo ſit ſonus vocis, licet, ſi vox ipſa ſcripto exprimatur, alia fortaſſe videatur. Sic *Ch*, quod ſcriptum Luſitanice & Hiſpanice videris, Itali efferunt ut

c an-

c ante *e* & *i*, Germani vero fere ut *tſch*. Idque non *inutile* ſcitu Bayerus tradidit Lib. I. *Gramm. Sin.* Cap. I. num. IV. Hinc intelligis, cur Ille ཆ་, *exempli gratia*, ore Germanico pronunciet ut *tſcha*, nos vero Itali *ciha*. Idem cenſeto de reliquis.

CAPUT VIII.

De Litterarum Tibetanarum origine.

I. INdorum *litteras*, & *linguam Balabandu* nuncupatam *ex Hebræo ſuam originem habere*, perſpicue demonſtratur, judice *La-Crozio* Epiſt. 32. ad *Bayerum* in *Theſ. Epiſtol.* T. III., *ex multis litteris* Balabandecis, quæ ſi cum *Hebraicis* comparentur, ejuſdem pene formæ videri poſſint. Simile quiddam in mentem mihi venit, quum de origine Tibetanarum a Syriacis fortaſſe litteris deducenda cogitarem. Nam & hanc ſuſpicionem *La-Crozius* ipſe in animum mihi pridem injecerat. Quamobrem operæ pretium duxi earum complures, ne dicam omnes, cum iis conferre quas Syri *Eſtranghelas* appellant. Si quæ viſæ mihi ſunt Syro-Neſtorianis, aut Æthiopicis affines, & has in comparationem accire curavi. Samaritanas præſertim in conſpectum protuli ea ductus opinione, quam Pinnabillenſis, aliique Eruditi Viri evulgarunt de *decem Tribubus* Iſrael in Aſſyriam & Mediam translatis, perque eas regiones ad Tibetum uſque diſperſis. In Eſtranghelarum, aliarumque litterarum figuris meditandis typos a *Caſtello* editos ante oculos plerunque gerebamus. Hunc adi, ſi quid forte offenderis, quod Tibi in his noſtris cognoſcendis moram inferre queat. Sed antequam propius ad παραλληλισμόν accedam, illud etiam te moneo, ut litteras in Alphabeto Syriaco jacentes tanquam erectas, aut etiam inverſas ſpectes in Tibetano. Tene jam, quam modo inſtituimus, collationem.

I. Or-

I. Ordinis.

1. ܓ *Ga:* aut Neſtor. ܓ: hanc verte deorſum, ut angulus ſuſpenſus maneat, & haſtam, quæ erecta ſurſum verſus attolleretur, inflecte ſimili fere modo quo factum perſpicies in *minori*, tum ག *Ga Bayeri*, aut *Kha* noſtrum, apertum habebis; niſi ſit ࠂ *Ga* Samaritanum, cum anſula producta, & inflexa, ut occurrit in Mſs., teſte Caſtello. 2. & 3. ܩ *Koph*, vel ܩ inverſa, & haſta ſimiliter deorſum contorta, aut Neſtor. ܩ, dabit ཁ & ཀ 4. ང *Nga* viſa mihi eſt Eſtrangh. ܟ *Caph*, quam Tibetani vehementi quadam vi naribus pronunciantes, ex *ka* verterint in *nga*. Video enim *Ngae* a Syris etiam Grammaticis nominari. Eandem eſſe opinor cum *Gna* primo in *Dewanagara* Indor. apud *Bayerum*.

II.

1. ཇ, quam *Bayerus* vocat *Dſcha* a ࠎ *Samec* Samarit. ejus præſertim formæ, quæ extat in *Alphab.* edito ab Auct. Diſſert. *De Priſcis Græc. ac Latin. Litt.* apud Celeberrimum *Montfauconium* in app. ad *Palæogr. Gr.*, derivatam putarim. Verum in Tab. Tibetana, quæ nobis Romæ obſervanda offertur, ཇ accedit ad Eſtrangh. *Semchat* ܣ apertam in latere dextero quadrati. Ita apparebit, ſi inverſæ quadratum ſuſtollas. 2. Neſtor. ܣ *Semchat* nata haud dubie ab Eſtranghel., vel a com. ܣ, convenit cum ཆ. Et revera ſi lineolam mediam ex illius ſinu paullo altius produxeris, dabit continuo ཆ *Scha* Bayer., & *Ciha* noſtrum 3. ࠔ *Sain* Samarit., ሠ *Saut* Æthiop., aut *Semchat* ipſa aperta, & erecta ཉ. 4. Hujus figura in ipſa *Dewanagara*, in *Balabandù*, & *Akar Nagari* Indorum varia eſt; eademque præterea littera congeminatur in duobus ordinibus. Hanc vel a ነ *Nahas* Æthiop.; nam Indicum *Gna* apud Bayerum ſimilis videtur *Na*, vel ab *Amharico* ኘ *Gnaas* deductam cenſeo. Raro ea utun-

utuntur Bramhanes in *Indoſtan* proprie dicta. At *Nekpallenſes* finitimi Tibetanis ſæpiſſime.

III.

1. *Ta* Neſtor. 2. *Tau* erectum, & cornibus mutilum, *Tha*. 3. Neſtor., & Eſtrang. ex Ms. Cod. Evang. an. 616. exarato, & in Angel. Bibl. Romæ aſſervato, *Ta*. 4. *Na*, & Hebr. *Nun* cum ocello & apice deorſum inflexo elegantiæ cauſa, *Na*.

IV.

1. erectum *Ba* Bayer., *Pha* noſtr. 2. *Pe* erectum, & dextera linea auctum, *Pha*. Confer & hoc cum Æthiop. *Aph*, ideſt *P*. 3. *Ba* clauſum a *Bayer.* pronunciatum ut *Wa*. 4. *Mim* inverſum, *Ma*.

V.

1. 2. 3. Eædem ſunt ac 1. 2. 3. Ordinis tertii, cum Sſode minori loco apicis addito *Tzha*, *Tzha*. Quanquam & ipſi Samaritano, & Ægypt. ſatis ſimile videatur. *Va* eſt *Min* Eſtrang erectum. In cit. Cod. *quadratum* dexterum ab imo clauſum perpetuo cernitur. Nec quemquam moveat pronunciatio diverſa. Nam & apud Indos *Wa*, licet efferratur ut W, *Sæpe tamen*, teſte Bayero, *ut M pronunciatur ſono medio inter utramque litteram*.

VI.

1. *Scin* erectum *Scia*: 2. Eadem ac 3. ordinis II. & V.: 3. linea media ſublata, Neſt. *He*, unde Arab. *Hha*, & Ægypt. *H*, *Ha*. 4. *I* Samarit. inverſum,.

VII.

1. *Riſch* inverſ., *Ra*. 2., & Neſtor. *Lomad*, *La*. 3. *Sſode* erect., *Scin*. 4. Idem *Sſode* decurtatum fulcro, deinde erectum, ut Neſtor. *Sha*.

VIII.

1. *Cheth*, Ægypt. *Ch*, *Cha* Bayeri, *Ha* noſtrum. 2. *Olaph* uti pingitur in laudato Cod. Evangel., & in *Alphab.*

phab. Samarit. præſertim vero Ms. apud *Caſtell.*, ࠀ *Aa* formam obtinet. In Alphab. Bayer. idem ipſum apparet א Hebr. cum ſiniſtro apice aliquanto longiori: Ejuſdemque figuræ cernitur in Tab. Tibetana, quam beneficio Ruſſici Principis Romæ habemus.

Similis plane comparatio inſtituta inter Alphabetum *Tibetanum*, & antiquius illud ſacrumque Indorum *Devanagarum*, facile demonſtraret cognationem, quam inter ſe mutuo utriuſque gentis litteræ habent. Pari enim ratione ac Tibetani, complures Bramhanum characteres ex eadem origine profecti videntur. Eaque mihi ſuſpicio inhæret animo, qua ego vehementer addubitem, Indos ad Ægyptiorum exemplum, priſcis relictis iſtæc ipſa, quibus modo utuntur, *Elementa* adoptaſſe. Sed hujus loci non eſt novum iſtud argumenti genus pluribus exagitare.

CAPUT IX.

Litteras in Alphabeto deficientes, qua ratione ſuppleant Tibetani.

I. ORientales linguæ, quæ ſequi ſolent ingenium Sinenſis, ſi cum Latina & Itala conferantur, litteris carent nonnullis, quas appellabimus *deficientes*. Quænam eæ ſint in Japonica, diſces ex Hiſt. P. *Charlovoix*, aliiſve de rebus *Japon.* Scriptoribus. Sinenſi, deficiunt hæ: B. D. R. X. Z., *quas mutant*, ut *Bayerus* docet L. I. *Gr. Sin.* C. I. n. X., in P. T. L. S. S.. *Sic dicunt*, *pro* Maria *Maliya*, *pro* Crux *Culuſu*, *pro* Baptizo *Bapetiſo*, *pro* Cardinali *Kiavlpinaliſu*, *pro* Spiritus *Supilituſu*, *pro* Adam *Vatam*, *pro* Eva *Ngeva*, *pro* Chriſtus *Kiliſituſu*. Quam multa & luculenta incommoda in Chriſtianæ Religionis detrimentum derivari poſſent tum ex harum litterarum defectu, tum ex diverſitate toni, quo Sinicæ voces efferuntur, P. Coupletus, eodem obſervante Bayero, S.C.D.P.F. declarare ſtuduit.

Litteræ *deficientes* mutantur apud Sinos in alias.

Supplentes Sinicæ Latinis & Italis ſatis incommode, & moleſtæ.

II. Lit-

II. Litteræ *deficientes* in Tibetana lingua VII. numerantur: B. D. F. G. Q. X. Z. Litteræ deficientes Tibetanorum, VII.

III. Qua autem ratione litteras æqualis, aut ſimilis valoris in *deficientium* locum ſufficiant, cognoſces ex his. *Supplentes*, quæ?

འབ་ *Ba.*	Supplet	B.	
མད་ *Da.*			
འད་ *Da.*		D.	*Supplens* deficientem D, *triplex*.
ལྡ་ *Da.*			
ཕ་ *Pha*:	Tõ ཕ་ ſubjecto triangulo ◁:	F.	
འཇ་ *Gia.*			
མཇ་ *Gia.*			
ལྗ་ *Gia.*		G.	*Supplens* deficientem G, *quintuplex*.
འག་ *Ga.*			
མག་ *Ga.*			
ཀྱ་		Q.	
ཤ་ *Xa*:	Tõ ཤ་ ſubfixo triangulo:	X.	
ལཛ་			
འཛ་		Z.	*Supplens* deficientem Z, *duplex*.

Exempla.

འབ་ B.

འབྲས་ *Brè* Oryza.

འབྲས་བུ་ *Bre-pù* Fructus.

འབྲུག་ *Brù* Tonitru.

འབུམ་ *Bum* Centum millia.

འད་ D.

འདི་ཡི་དོན་ལ་ *Di-ji-ton-la* Hac de cauſa, propterea.

འདེབ་ *Deb* Dicere, loqui: recitare.

འདྲེས་ *Drè* Dæmon.

འདོག་ཁམས་ *Do kam* Regio, Regnum, Manſio.

འདོད་ཆགས་ *Do-cià* Libido.

འདུ་ཤེས་ *Du-ſcè* Mali ſcientia, mali cupiditas, propenſio ad malum.

མད་ D.

མདོ་ཛེ་ *Do-cì* Verus, ſincerus.

ལྡ་ D.

ལྡན་ *Den* Sedes.

ལྡན་པ་ *Den-ba* Tradere, dare.

ལྡར་སྐེས་པ་ *Dar-ke-bà* Dividi, findi.

ཕ་ F.

In vocibus peregrinis.

ཕར་ཟི་ *Far-sì* Perſa.

ཕོ་ཀྱེན་ *Fo-chien* Civitas in Sina.

ཛྲ་ Gi.

ཛྙོན་ཤིང་ *Gion-ſcing*, *Gion Arbor* ſic dicta, quæ Xaca naſcente effloruit

འཛ་ Gi.

འཛིག་པ་ *Gi-bà* Exterminator.

འཛིག་རྟེན་ *Gik-ten* Mundus.

འཛམ་དབྱངས་ *Giam-jang*, *ſic dictus*, Sapientiæ Deus.

འཛིམ་ *Gim* Suavis.

འག་ Ga.

འགོར་ *Gor* Rotundus.

འགོར་ལོ་ *Gor-lò* Orbis, Rota.

མག་ Ga.

མགོ་ *Go* Caput.

མགོ་དཀར་ *Go-kar* Tranſmõtanus, proprie *Caput albũ.*

མགོན་པོ་ *Gon-bò* Patronus.

ཀྱ་ Q.

ཀྱ་ Q.

དཀྱུ་ *Qu*, & *Ku* Novem.

ཤ་ X.

ཤ་ཐི་ཤི་ཐན་ *Xa-thi-ſi-than* : *Xatha* (fortaſſe *Xaca*) *ſanctus*. V. Or. *Hom-Manì-Peme-hum*; & *HomGaneſſanamaſid-dan* Indor.

འཛ་ Z.

འཛམ་བུ་ *Zam-bù* Aſia, & Arbor Montis *Rirù*.

མཛ་ Z.

མཛད་པ་པོ་ *Ze-ba-bò* Creator.

མཛོད་ *Zo* Theſaurus.

མཛོ་པ་ *Zo-bà* Liberator.

IV. Supplementum *D*. triplex, quintuplex *G*., & duplex *Z* vagum non eſt, neque ſolutum, & arbitrarium, ſed certis legibus adſtrictum. Neque enim ubicunque aut *D*, aut *G*, aut *Z* occurrat, licebit promiſcue མད་ *Da* pro འད་ *Da* : འཇ་ *Gia* pro ཛ་ *Gia* : འག་ *Ga* pro མག་ *Ga* : འཛ་ *Za* pro འཇ་ *Za* uſurpare. Sunt voces, quæ unum omnino, non alterum ſive *D*, ſive *G*, ſive *Z* requirant. Quinimmo vocis naturam & ſignificationem continuo immutares, ſi quum ſcribenda eſſet, *Exempli cauſa*, per འཇ་ *Gia primum*, eam ſcriberes per *Gia* མཇ་ *ſecundum*, vel *tertium*. Leges in ſupplentibus obſervandæ.

V. Sic 1. འད་ *Da* locum habet in pronomine འདི་ *Di*, *hic hæc hoc*, non autem 3. ཏྲ་ *Da* : Rurſus 3. ཏྲ locum habet in ད་ཏྲ *Ta-Da*, quæ vox *præſens* ſignificat, non autem 1. འད་ *Da*.

VI. འག་ *Ga* in འགའ་ཞིག་ལ་ *Ga-ſci-la*, *alii illi*, proprium eſt hujus vocis, nec in ea uſurpari poteſt མག་ *Ga quinta* ſupplens.

འཇ་

VII. འཇ་ *Gia prima* in འཇིག་རྟེན་ *Gik-ten Mundus*, non མཇ་ *Gia ſecunda*, vel ལྗ་ *Gia tertia* indiſcriminatim, & conſuſe adhibebitur, ne vox nativam ſignificationem amittat.

མག་ *Ga quinta*, in མགོའ་ *Gobi Capitis* ſcribes, non འག་ *primam*. མཇ་ *Gia ſecundam* dabis vocabulo མཇུག་ *Giuk*, *finis*, non aliam ལྗ་.

VIII. མཛད་པ་པོ་ *Ze-ba-bo*, *Creatorem* dices: མཛོད་པར་ བཛོད་པ་ *Zo-bare-Zo-bà*: *dimitte*, per མཛ་, & མཛ་, non vero per འཛ་. Eandem regulam in ceteris, quæ frequentiſſime occurrunt, ſervato.

In præpoſitivis ſupplentium obſervandæ ſunt quarta quarti: tertia ſexti: & ſecunda ſeptimi ordinis: In ſubjunctivis, tertia I. II. III. IV. & V.

IX. Quum vero in quavis ſupplenti duæ ſint litteræ, una *præpoſitiva*, འ. ſcilicet མ. aut འ, & altera *ſubjunctiva*, advertendum eſt cujus ordinis, & numeri ea ſit, quæ *ſubjungitur*. Nam ut habeatur ſupplens B ſatis non eſt cum *præpoſitiva* འ conjungere qualemcunque litteram ex tribus prioribus *ordinis* IV.; ſed *tertia* བ eſſe debet: ſic *tertia* ordinis III. ſubjuncta འ, vel མ dabit *D*. Tertia iterum ordinis IV., & ordinis I. adjecta eiſdem འ vel མ, aut ſubſcripta τῷ ཡ dabunt G. Tertia ordinis V. ſubjuncta འ & མ dabit Z.

Præpoſitiva, ſi vocalem habeat ſupraſcriptam, non pertinet ad ſupplentem.

X. འ deinde & མ præpoſitivæ in ſupplentibus nullam habent *ſupraſcriptam vocalem*. Quoties igitur vocali afficiantur, non amplius ad ſupplentes ſunt referendæ, ſed tanquam *diſtinctæ*, & a ſequentibus disjunctæ juxta proprium ac nativum ſonum pronunciandæ erunt. Unde འོད་ བསལ་ *Ho-ſel* dices, non *Do ſel*: ཚེད་མེད་འོད་ *Tze-me-ho*, non *Tze-de-do*. Contra, ſi vocalis ſit in *ſecunda*. Tunc enim འདོད་པའི་ཁམས་ *Do-pei-kham* dices, non *hot*, vel *to-pei-kham*.

De

CAPUT X.

De Litteris ſubſcripto triangulo inſignitis.

I. DE Figura triangulari ◁ ſubſtrata ཕ & ས qua ratione componat ཕྭ *Ph*, ſeu *F*, & སྭ *X* proximo capite docuimus. At eandem ipſam ſubſcriptam video litteris aliis, quæ cum ex *noſtris*, tum ex *Bayeri* Tabulis, numeratis etiam duabus F & X, ſunt hæ:

༄༅། །	ཁྭ Kha	གྭ Kha	ཀྭ Ka	ངྭ། Nghà
II.	ཆྭ Ciha	. . . . .	. . . .	ཉྭ། Gnià
III.	ཐྭ Tha	དྭ Tha	ཏྭ Ta	ནྭ། Na
IV.	. . . . .	བྭ Pha	པྭ Pa	མྭ། Ma
V.	ཚྭ Tzha	ཛྭ Tzha	ཙྭ Tza	ཝྭ། Va
VI.	ཞྭ Scihà	. . . . .	. . . .	ཡྭ། Ja
VII.	རྭ Ra	ལྭ La	ཤྭ Scia	སྭ། Sha
VIII.	ཧྭ Ha	. . . . .		

II. Nota 1. *Bayerum* triangularem ◁ ſemper ſcribere & pronunciare ut *u*, nos vero ut *a*. 2. Ordines inſtruere *quinis* conſtantes litteris, ut eos pares efficiat Bramhanicis. Quintam propterea addit, quam format ſubjiciendo ſingulis litteris *tertiis* ཧྭ *Ha* triangulo affectum. E. G. ཀྷྭ I. Ordinis: additamque penultimo loco collocat inter ཀྭ *Ka*, & ངྭ *Nga*. Idem præſtat in ceteris. 3. Trigoni figuram adjicere lit- Ordines Conſonantium ſimplicium in Tabulis Bayerianis pares ſunt Bramhanicis, *quiniſque* litteris conſtant.

Ad *quintam* obtinendam Tabulæ Bayerianæ ſingulis quinariis ordinibus litteras *magicas* interjiciunt caudatas, & deſinentes in figuram trianguli.

litteris Magicis ཐྭ་ *Tha*, ཋྭ་ *Tha*, ཏྭ་ *Ta*, ཤྭ་ *Scia*, ཁྷྭ་ *Kha*, ཛྷྭ་ *Tzha*, ཐྷྭ་ *Tha*, ཏྷྭ་ *Ta*, པྷྭ་ *Pah*; adeoque additas in 1. 3. 4. 5. & 7. ordine ipſiſſimos eſſe characteres Magicos. 4. Collige additamentum ྭ, exceptis locis iis, in quibus neceſſario requiritur ad ſupplendas deficientes F & X, in ceteris plerunque ſapere ſuperſtitionem; & ideo in ཡིདྭགས་ ſacro illo *Itharum*, ſeu *Tantalorum* nomine reperitur དྭ་ *Tha* cum triangulo ſubſcripto.

CAPUT XI.

De Vocalibus.

In *Vocalium* numero ſtatuendo non *La.Crozium*, alioſque, ſed Grammaticos Tibetanos ſequimur

I. V*Ocales* Tibetanæ multo plures eſſent, quam quæ a nobis traduntur, ſi, quod viſum eſt *La-Crozio*, in earum numerum referre quis vellet འ་ *Ha*, ཡ་ *Ja*, ཨ་ *Aa*. At Gentis Grammaticos ſequimur, qui tres haſce litteras adnumerant conſonantibus. Hæ enim omnes cum vocalibus conjunguntur, & ſingulæ proprias ſyllabas atque voces conſtituunt. Immo & ཨ, quanquam copuletur vocali, ſemper tamen retinet ſonum peculiarem, quem nunquam ſecundum leges Tibetanæ pronunciationis amittit.

II. A *vocalis*, ut jam diximus, unicuique conſonæ innata eſt, & ab ea inſeparabilis. Excipiuntur *caſus*, quibus aliquando cogeris conſonam aliter quam per *a* pronunciare. Sed de his infra dicam.

Vocales, *quatuor*.

III. དབྱངས་ *Jang*, aliâs etiam ཡན་ལག་ *Jen-là*, *ſoni* videlicet & *cantus* communi nomine nuncupantur: ac ſi eas *proprie* accipere volumus, quatuor tantum numerabimus, I. U. E. O.

IV. Ha-

IV. Harum notæ ſunt hæ ི ུ ེ ོ. *Primam* ི vocant གི་གུ་ *Kikù*: *Secundam* ཞབས་ཀྱུས་ *Sciapkiù*: *Tertiam* འགྲེང་བུ་ *Drengbù*: *Quartam* ན་རོ་ *Narò*.

ི	*Kikù*	valet	I.
ུ	*Sciapkiù*		U.
ེ	*Drengbù*		E.
ོ	*Narò*		O.

La-Crozius eas appellat *Gigù*, *Schausù*, *Sengù*, *Narrò*; adeo vero male, *duas Kikù*, & *Sciapkiù*, *pingit* in Act. Lipſ. ſæpe commemoratis, ut plane deformes, immo & alienas oſtendat.

V. Tres *Kikù*, *Drengbù*, *Narò* ſupra conſonantes apponuntur: ut in ཁི་ *Khi*, ཁེ་ *Khe*, ཁོ་ *Kò*. *Sciapkiù* infra eaſdem adjicitur ut in ཀུ་ *Ku*, ཏུ་ *Tu*, ལུ་ *Lu*, & aliis ſimilibus.

VI. Notas haſce acceperunt Tibetani a Syris. *Kikù* enim ི & *Sciapkiù* ུ non ſunt niſi ܘ ܧ, *Vau* ſcilicet Neſtorianum, & *quinta* Syrorum vocalis *Ezozo*. Munus idem eſt. Nam quemadmodum *Ezozo* ſi ſuperius ſit, ſonum reddit *Kibbutz* Hebr., & υ Græc. ſeu *y*: ſi ſit inferius, *Surek*, ȣ Græc. & *u* Lat.; ita ུ *Vau Sciapkiù* ſupra poſitum conſonanti ſonat ut *y* ſeu *i*, infra ut *u*. Figura *Narò* eſt nota ipſa ܧ Syriaca *Ezozo* inverſa, & producta, cui vim tribuerunt ſonandi ut ܘ *o*: quemadmodum Arabes præſtiterunt in vocali ﻭ. *Drengbù* demum formatum apparet ex ܙ: & reapſe curvæ figuræ ubique pingitur in duabus cit. Tabulis Romana ſcilicet, atque Lipſienſi.

VII. *Narò* ོ, aliquando congeminatur præſertim in nota compendiaria nominis *Dei Concioà*. Exemplum pluries repetitum habes in Ep. Supremi Lhamæ, ubi legitur དཀོོཝ ideſt

ideſt expanſis litteris དཀོན་མཆོག་ *Conciok*, ſive *Concioà*.

VIII. Obſervandus præterea eſt in quibuſdam vocabulis circellus ° ſupraſcriptus litteris, ut hactenus vidimus, tribus ཏཾ་ *Ta*, ཨཾ་ *A*, & ཧཱུཾ་ *Hu*. In prima enim ſupplet vicem, *mce, m* in ſecunda, & tertia. Tenet etiam interdum locum *n*, quam Bayer. pronunciat *ang*, & *ong*. Quapropter ante dictæ voces legi debent: ཏམས་ཅད་ *Tam-ce*, *Hom*, *Huhum:* Vide expoſitionem Or. *Hom-manì-peme-hum*, unde illud etiam intelliges, in ipſiſmet vocalium notis Buddiſtas, neſcio quid latentis, ac myſticæ ſignificationis poteſtatem agnoſcere. De hac autem nota monendi erant Tirones, ne eam incauti pro *Vocali* acciperent.

IX. Duæ ſuperſunt notæ, quæ ſupra conſonantes aliquas, quanquam admodum raro, pinguntur, una ſimplex ꣸, altera duplex ꣸. Utuntur his præſertim in ſcriptis magicis; aliudque nihil præſtant, quam certos indicare tonos, & modulationes vocis in recitando.

X. Quicunque *Bayerum* legerit T. III. Commentar. Acad. Petropol. opinari poterit *ſexdecim* eſſe vocales Tibetanas cum totidem Bramhanicis conferendas, quemadmodum Ille idem contulit in triplici Alphabeto Bramhan. Tangut. Mongal. Videſis ſequentium vocalium Tab.

In Bayeri Tabulis vocales Tibetanæ Bramhanicis pares, XVI. numerantur.

Br.	अ	आ	इ	ई	उ	ऊ	ऋ	ॠ	ऌ	ॡ	ए	ऐ	ओ	औ	अं	अः
Tib.	ཨ	ཨཱ	ཨི	ཨཱི	ཨུ	ཨཱུ	རྀ	རཱྀ	ལྀ	ལཱྀ	ཨེ	ཨཻ	ཨོ	ཨཽ	ཨཾ	ཨཿ
	ă	ā	ĭ	ī	ŭ	ū	rì	rī	lì	lī	ĕ	ē	ŏ	ō	ang	à

Vocales XVI. a Bayero editæ, auctores non habent Grammaticos Tibetanos.

Verum ne errandi occaſionem a *Bayero* ſumas, cave ne credas ſeriem vocalium XVI. a Grammaticis Tibetanis prodire. Sunt hæ artificioſe compoſitæ, & ex induſtria ad Bramhanicas accomodatæ. Neque enim difficile eſt ſimili

ſimili prorſus arte ad eundem numerum vel ipſas Latinorum vocales revocare, dummodo totidem Latinæ litteræ ſeligantur, quæ Bramhanicarum valori ac poteſtati reſpondeant.

XI. Plura in ſerie Tibetanarum obſervo. 1. Tres vocales: ཨ་ *A breve*, ཨཱ་ *A longum*; & ཨ་ *A ultimum* ſimile primo. Nullum ex his in vocalium cenſum, ut jam vidimus, a Tibetanis refertur. 2. རྀ་ *Ri breve*, རཱྀ་ *Rī longum*: ལྀ་ *Li br.* ལཱྀ་ *Lī long.* Harum prior pertinet ad notam *Rata*, de qua infra dicendum erit: poſterior a Tibetanis ignoratur. 3. ཨཾ *an*. De hoc vide quæ paullo ante tradidimus n. IX. 4. Vocales *quatuor breves* ཨི་ *i*. ཨེ་ *e*. ཨོ་ *o*. ཨུ་ *u*: & *quatuor longas* ཨཱི་ *ī*. ཨཻ་ *ē*. ཨཽ་ *ō* ཨཱུ་ *ū*. Ex his poſtremis quatuor *duæ* fiunt longæ per adjectionem འ་ *ha* infra ཨ་ ut ཨཱི་ *ī*, & ཨཱུ་ *ū*: *duæ* per conduplicationem *Drengbù* ེ, & *Naròo* ོ ſupra ཨ་, ut ཨཻ་ *ē*, & ཨཽ་ *ō*.

XII. At, niſi ego fallor, *quatuor* tantum vocales, eaſque communes habent Tibetani cum antiquis Syris, apud quos vocales unius ſoni ſive *breves* ſive *longæ* ſint, eadem nota ſignantur. Unde fit ut *ĕ*, & *ē* uno illo ſigno ܶ *Revozo* indicentur a Syris. Sic *ĭ* & *ī* *Chevozo* ܺ: *ŏ* & *ō* *Dſekopho* ܳ: *ŭ* & *ū* *Ezozo* ܽ. Prætermittenda non eſt nota obverſa *Kikù* ི cujus nimirum ocellus dexteram ſpectat. Poni-

In ſeriem vocalium a *Bayero* traditam, obſervationes.

nitur iſta ſecundum *Bayeri* Tabulas tam ſuper ſimplices ྲྀ *ri*, *rī*, ླྀ *li*, *lī*, quam ſupra ཀྱ *κλονα* in columnæ morem compoſitas *ex. gr.* ſupra ཚྲྀ *Tzhri*, ཚླྀ *Tzhli*, aliaſque habentes infra ſe ར *Ra* & ལ *La* per univerſum ſyllabarium. Certe equidem P. Horatius hanc ྀ inverſam conſtanter collocat in Symbolo Apoſt. ſupra *Chri* in voce *Chriſtus*. In Tab. *Tibètico-Lipſienſi* tunc *Kikù* verſa facie appingi videtur, quando vel præcedit alterum ི vel ྀ. Id autem fieri puto non ex grammatica lege, quaſi *obverſum* ྀ, immutet vim litteræ ſubjectæ, ſed ad elegantiam ſcriptionis, ne *Kikù* ſequens vel confundatur cum præcedenti, vel interſecet apicem dexterum ྀ. Sed mos iſte conſtans non eſt, neque perpetuus. Interdum enim, etſi præeat vel alter *Kikù*, vel *Narò*, figura ſequentis ſiniſtram reſpicit ི. Deinde aliis etiam litteris, quæ nec ſunt, nec habent adjunctum vel ར *Ra*, vel ལ *La*, ſuper impoſitum cernitur.

Kikù ྀ inverſa ſupra conſonantes cum *r* conjunctas.

De Drengbù & Narò geminatis.

XIII. Notas geminati ཻ *Drengbù*, & *Narò* ཽ adhibet laudatus *Bayerus* ad indicandum ē, vel diphthongum *ei* & ō longum. Sed *litteras geminatas* ſuſpicor pro *longis* ab Eo accipi.

De Kikù dextrorſum verſo: De Drengbù, Narò, & Sciapkiù geminis, regula.

XIV. Ex his obſervatis *canonem* ſic conſtituimus. I. *Kiku* ྀ nota vocalis dextrorſum verſa locum tenet præſertim ſupra litteram ར ut in ྲྀ *ri*. In aliis quibuſdam quid muneris habeat ignoramus. II. ཻ *Drengbù duplici* indicari geminatas *ee*, aut etiam diphthongum *ei*. III. ཽ *Narò duplex* notam eſſe gemini *oo*, aut diphthongi *oy*, & *ou*. IV. *Sciapkiù* ཱུ referre geminatum *uu*, aut dyphthongum *au*. Leges pronunciationis in his geminatis vocalibus efferrendis, auribus magis quam oculis, & lectione comprehendere poteris.

ཀ cum

འི cum *Kikù* ི in fine ſyllabæ fere ſemper vim habet diphthongi *ei*. Sic leges: བདེན་པའི *Ten-bei* id eſt *veritas* Verùm, མུན་པའི *Mun-bei* Tenebræ, སྣང་བའི *Nang-vei* Lux, ནམ་མཁའི *Nam-kei* Cælum, བསྐུར་བའི *Kiur-vei* Honoratus, ཐར་པའི *Tar-bei* Liberatus, ſervatus, རྣ་བའི *Na-vei* Auris, དམྱལ་བའི *Gnel-vei* Gehenna, Infernalis. Sæpe etiam eſt nota articuli genitivi plurium, ut དགོན་པའི *Con-bei* Cœnobiorum, འགྲོ་བའི *Dro-vei* Viatorum, དགེ་བའི *Ke-vei* Virtutum.

De nota compendiaria duplicis *Narò* ≈ meminiſti quæ paullo ante docuimus. Sat eſto. Ad alia progredior.

CAPUT XII.

Alphabeti Tibetani litteræ ad Latinas accomodantur.

I. IDoneo ſatis ac diuturno experimento Itali Miſſionarii noſtri duce & auctore P. Horatio didicerunt, quantæ utilitatis & adjumenti ſit ad Tibetanæ linguæ elementa percipienda, ignotas & abſtruſas exoticarum litterarum figuras ſub notis, & domeſticis latinarum imaginibus cognoſcendas ac memoriæ ſedulo imprimendas ſuppeditare. Totum iſtud ſubſidii genus, qualecunque futurum ſit, Tironum ſtudio atque ingenio experiundum ultro deferimus. Hinc jam erunt *Latinæ*, hinc *Tibetanæ* litteræ ea arte diſpoſitæ, ut *ſecundæ* reſpondeant *primis*.

Lat. Poteſtas.	*Tibet.* Figura.	Nomen.	*Lat.* Poteſtas.	*Tibet.* Figura.	Nomen.
A	ཨ	*Aa*	K	ཁ	*Kha*
B	འབ	*Ba*	K	ག	*Ka*
C	ཙ	*Ciha*	L	ལ	*La*
C	ཚ	*Ciha*	M	མ	*Ma*
C	ཇ	*Cia*	N	ང	*Ngha*
D.	མད	*Da*	N	ཉ	*Gnia*
D	འད	*Da*	N	ན	*Na*
D	སྡ	*Da*	O	ོ	*Narò*. O
E	ེ	*Drengbù*. *E*	P	ཕ	*Pha*
F	ཕྱ	*Ph*	P	ཕ	*Pha*
G	འཇ	*Gia*	P	བ	*Pa*
G	མཇ	*Gia*	Q	ཀུ	*Ku*
G	སྗ	*Gia*	R	ར	*Ra*
G	འག	*Ga*	S	ཞ	*Sciha*
G	འས	*Ga*	S	ཟ	*Sa*
H	འ	*Ha*	S	ཤ	*Scia*
H	ཧ	*Ha*	S	ས	*Sha*
I	ི	*Kikù*. *I*	T	ཏ	*Tha*
J	ཡ	*Ja*	T	ཐ	*Thà*
K	ཀ	*Kha*	T	ད	*T[illegible]*

Lat.

Lat. Poteſtas.	Tib. Figura.	Nomen.	Lat. Poteſtas.	Tib. Figura.	Nomen.
T	ཊ་	Tzha	V	ཝ་	Va
T	ཋ་	Tzha	X	ཥ་	X
T	ཌ་	Tzà	Z	ཛྷ་	Za
U	ུ	Sciap-kiù. V	Z	ཛ་	Za

CAPUT XIII.

Conſonantes compoſitæ, ſeu Tabula Syllabarum Uniſelcè.

Quælibet conſona ſimplex ſine adjuncta vocali ſyllabam conſtituit.

I. CONſonantium Tibetanarum id proprium eſt, ut ſingulæ Syllabam ac nomen conſtituere valeant. Semper enim, ſicuti ſemel & iterum obſervatum eſt, congenitum habent ſonum vocalis *a*. Qua in re Tibetana lingua a ceteris differt. Quanquam ipſæ quoque ſimplices Æthiopum litteræ in 1. *Ordine* conjunctum habeant ſonum *a*. Ne itaque ſyllabas a Tibetanis expectes Latinis, Græcis, Hebraicis, Italis, aliiſve ſive Orientalibus, ſive Occidentalibus ſimiles, quales eſſent, *exempli gratia*, *Pa*, *Ta*, *La*, *Ma*, *Na* expanſis diſtinctiſque litteris conſonanti una, vocali altera. Nullas enim id genus ſyllabas habent. Stant pro his *ſelcè*, ſive conſonantes ſolitariæ པ་ *P*, ཏ་ *T*, ལ་ *L*, མ་ *M*, ན་ *N*.

Syllabas comprehendentes conſonas cum a vocali conjunctas, nullas omnino lingua Tibetana agnoſcit.

Conſonæ ſyllabas efformant conjunctæ cum quatuor tantum vocalibus I, U, E, O.

II. Conjunctio Conſonantium fit cum ſolis quatuor vocalibus ི *I*, ུ *V*, ེ *E*, ོ *O*. Sicque dum ſimplices *ſelcè* copulantur cum *Jang*, appellamus, ut jam noſti, *compoſitas*. Atque eæ ſunt totidem ſyllabæ, quæ conſtant duabus tantum litteris *conſonanti* ſcilicet, & *vocali*. Nam, ut infra videbis, ſyllabæ ſunt diverſæ ſpeciei; quarum aliæ, conſonas comprehendunt *binas*, aliæ *ternas*, aliæ *quaternas* uni vocali conjunctas.

III. *Se-*

Conſonantium compoſitarum, ſeu *Syllabarum ſimplicium* Ordines quaternarii XXX.

III. *Selcè compoſitas* diſtribuunt Tibetani in ordines XXX., quorum quilibet *quaternis* ſyllabis conſtat, quemadmodum totidem conſtat litteris quivis ordo plenus ſimplicium. Cernes in *quarta* conſonantes plerunque *duas*, quandoque *tres*. Prior eſt eaque unica, quæ ad *ſyllabam* ſpectat. Reliquæ additæ ſunt cauſa cantus, quo ſyllabas efferunt. Exemplum eſto in ord. I. ཀོར་ *Khor*, in III. གོམས་ *Khom*. Unum ཀ་ *Kha* cum vocali ོ componit ſyllabam: reliquæ, ut ར་ & མས་ redundant; nihilque ad ſyllabæ compoſitionem conferunt.

Syllabæ ſimplices *Uniſelcè*.

IV. Hujus itaque generis *Syllabas* omnino ſimplices, *Uniſelcè* appellabimus, quia unicam tantum conſonantem cum vocali conjunctam dabunt.

Syllabarium Uniſelcè.

ཀི་ Khi	ཀུ་ Khu	ཀེ་ Khe	ཀོར། Khor
ཁི་ Khi	ཁུ་ Khu	ཁེ་ Khe	ཁོན། Kon
གི་ Ki	གུ་ Ku	གེ་ Ke	གོམས། Kom
ངི་ Nghi	ངུ་ Nghu	ངེ་ Nghe	ངོར། Nghor
ཅི་ Cihi	ཅུ་ Cihu	ཅེ་ Cieh	ཅོལ། Cihol
ཆི་ Cihi	ཆུ་ Cihu	ཆེ་ Cieh	ཆོས། Ciho
ཇི་ Ci	ཇུ་ Ciu	ཇེ་ Ce	ཇོན། Cion
ཉི་ Gni	ཉུ་ Gniu	ཉེ་ Gnie	ཉོན། Gnion
ཏི་ Thi	ཏུ་ Thu	ཏེ་ The	ཏོག། Thoh
ཐི་ Thi	ཐུ་ Thu	ཐེ་ The	ཐོབ། Thop
དི་ Ti	དུ་ Tu	དེ་ Te	དོན། Ton

ནི་ Ni

ནི་	Ni	ནུ་	Nu	ནེ་	Ne	ནོར།	Nor
པི་	Phi	པུ་	Phu	པེ་	Phe	པོངས།	Phong
ཕི་	Phi	ཕུ་	Phu	ཕེ་	Phe	ཕོས།	Pho
བི་	Pi	བུ་	Pu	བེ་	Pe	བོན།	Pon
མི་	Mi	མུ་	Mu	མེ་	Me	མོན།	Mon
ཙི་	Tzhi	ཙུ་	Tzhu	ཙེ་	Tzhe	ཙོར།	Tzhor
ཚི་	Tzhi	ཚུ་	Tzhu	ཚེ་	Tzhe	ཚོལ།	Tzhol
ཛི་	Tzi	ཛུ་	Tzu	ཛེ་	Tze	ཛོམ།	Tzom
ཝི་	Vi	ཝུ་	Vu	ཝེ་	Ve	ཝོལ།	Vol
ཞི་	Scih	ཞུ་	Scihu	ཞེ་	Scihe	ཞོན།	Sciohn
ཟི་	Si	ཟུ་	Su	ཟེ་	Se	ཟོང།	Songh
འི་	Hi	འུ་	Hu	འེ་	He	འོར།	Hor
ཡི་	Ji	ཡུ་	Ju	ཡེ་	Je	ཡོངས།	Jong
རི་	Ri	རུ་	Ru	རེ་	Re	རོལ།	Rol
ལི་	Li	ལུ་	Lu	ལེ་	Le	ལོག།	Lòh
ཤི་	Sci	ཤུ་	Sciù	ཤེ་	Sciè	ཤོག།	Scioh
སི་	Shi	སུ་	Shu	སེ་	She	སོལ།	Shol
ཧི་	Hi	ཧུ་	Hu	ཧེ།	He	ཧོར།	Hor
ཨི་	I	ཨུ་	U	ཨེ	E	ཨོཾ། །	Om

Nota in ordine poſtremo ſonum litteræ ཨ་ *A*. Quanquam enim perire videatur; revera tamen non perit, ne-

que perire debet. Monitum damus, qui modum pronunciandi exprimere ſcripto nequimus.

CAPUT XIV.
Tabula Syllabarum Diſelcè.

I. SYllabas *ſimplices* hucuſque tradidimus, modo *compoſitas* proferemus. Compoſitas autem vocamus *Diſelcè*, eas nimirum ſyllabas, quæ *binis* conſonis, ſive *clarificantibus* conſtant. Hinc eſt

Syllabarium II. Diſelcè.

ཁང་	Khang	ཁུན་	Khun	ཁ་	Khâ	ཁུ་	Khu
ཁབ་	Khap	ཁིར་	Khir	ཁུང་	Khung	ཁུར་	Kur
ཁོང་	Khong	ཁུབ་	Khub				
ཁབ་	Khap	ཁོག་	Khoh	ཁུག་	Khuh	ཁང་	Khang
ཁས་	Khe	ཁུན་	Khun	ཁོང་	Khong	ཁོས་	Kho
ཁེལ་	Khel	ཁམ་	Kham	ཁག་	Khah	ཁད་	Khe
ཁར་	Khar	ཁོར་	Khor	ཁོས་	Kho	ཀེན་	Khen
ཁུལ་	Khul	ཁོལ་	Khol				
ཀུན་	Kun	ཀིས་	Ki	ཀིན་	Kin	ཀོང་	Kong
ཀེན་	Ken	ཀེས་	Ke	ཀུས་	Ku	ཀོས་	Ko
ཀག་	Kkah	ཀབ་	Kab	ཀུད་	Ku	ཀིར་	Kir
ཀོལ་	Kol	ཀེལ་	Kel	ཀུར་	Kur	ཀུང་	Kung
ཀེན་	Ken	ཀར་	Kar	ཀམ	Kam	ཀོམ་	Kom
ངེས་	Nge	ངེལ་	Ngel	ངོས་	Ngo	ངུལ	Ngul
ངེད་	Nge	ངུས་	Ngu	ངེན་	Ngen	ངར་	Ngar

Ngon

ངོན	Ngon	ངོར	Ngor	ངེས	Nge	ངུར	Ngur
ངང	Nnga	ངམ།	Ngam				
ཙག	Cihah	ཙིས	Cihi	ཙེན	Cihen	ཙུང	Cihung
ཙིག	Cihih	ཙམ	Ciham	ཙོག	Ciho	ཙེད	Cihe
ཙེལ	Ciehl	ཙེས	Cieh	ཙང	Cihang	ཙོལ།	Cihol
ཚེན	Ciehn	ཚེད	Cieh	ཚར	Cihar	ཚུད	Cihu
ཚོས	Ciho	ཚད	Cihang	ཚུན	Cihun	ཚུང	Cihung
ཚིང	Cihng	ཚེན	Cihen	ཚོལ	Cihol	ཚིམ	Cihm
ཚུར	Cihur	ཚོད	Ciho	ཚེད	Cihe	ཚེར	Ciher
ཚུབ	Cihup	ཚོན	Cihon	ཚོག	Cihoh	ཚག	Cihah
ཚེལ	Ciehl	ཚིལ	Cihl	ཚབ།	Cihap		
ཛིས	Ci	ཛིང	Cing	ཛུས	Ciu	ཛོལ	Ciol
ཛོས	Cio	ཛེས	Cie	ཛོང།	Ciong		
ཉིལ	Gnil	ཉེས	Gnie	ཉེལ	Gniel	ཉུལ	Gniul
ཉིན	Gnin	ཉིད	Gnie	ཉིང	Gning	ཉན	Gnien
ཉེན	Gnien	ཉོག	Gnioh	ཉིང	Gning	ཉུང	Gniung
ཉོས	Gnio	ཉག	Gniah	ཉོལ།	Gniol		
ཏག	Thah	ཏིལ	Thil	ཏན	Then	ཏིང	Thing
ཏཱ	Thâ	ཏོག	Thoh	ཏུན	Thun	ཏིག	Thih
ཏུར	Thuh	ཏུང	Thung	ཏིད	Thi	ཏིམ།	Thim
ཐག	Thih	ཐུན	Thun	ཐོག	Thoh	ཐོས	Tho

ཐོང་ Thong	ཐུང་ Thung	ཐུར་ Thur	ཐོར་ Thor
ཐིག་ Thih	ཐུག་ Thuh	ཐིང་ Thing	ཐང་ Tang
ཐད་ The	ཐོད་ Tho	ཐར་ Thar	ཐུལ་ Thul
ཐལ་ Thel	ཐུབ་ Thup	ཐུས་ Thu	ཐེམ་ Them
ཐམ་ Tham	ཐུམ་ Thum	ཐིམ་ Thim	ཐུང་ Thung
ཐིལ་ Thil	ཐུར་ Thur	ཐོབ། Thob	
དག་ Tih	དར་ Tar	དར་ Tir	དང་ Tang
དམ་ Tam	དེས་ Te	དོང་ Tong	དོར་ Tor
དོལ་ Tol	དེང་ Teng	དེལ་ Tel	དུལ་ Tul
དོན་ Ton	དེན་ Ten	དུས་ Tu	དུང་ Tung
དུམ་ Tum	དུག་ Tuh	དེམ། Tem.	
ནེམ་ Nem	ནམ་ Nam	ནང་ Nang	ནུར་ Nur
ནན་ Nen	ནོམ་ Nom	ནུབ་ Nup.	ནོར་ Nor
ནོང་ Nong	ནར་ Nar	ནུག་ Nuh	ནད་ Ne
ནས་ Ne	ནུས་ Nu	ནག་ Nah	ནིན་ Nin
ནོད་ No	ནོན་ Non	ནོས་ No	ནལ་ Nel
ནེར་ Ner	ནུད། Nu.		
ཕན་ Phen	ཕིང་ Phing	ཕུང་ Phung	ཕེར་ Pher
ཕད་ Phe	ཕམ་ Pham	ཕས་ Phe	ཕར་ Phar
ཕེར་ Pher	ཕུལ་ Phul	ཕོར་ Phor	ཕང་ Phang
ཕོས་ Pho	ཕལ་ Phel	ཕོག་ Phoh	ཕུར། Phur. Phul

ཕུལ་ Phul	ཕུག་ Phuh	ཕབ་ Phab	ཕིར་ Phir
ཕོང་ Phong	ཕག་ Phah	ཕུར་ Phur	ཕན་ Phen
ཕེམ་ Phem	ཕུད་ Phu	ཕང་ Phang	ཕུང་ Phung
ཕར་ Phar	ཕུན་ Phun	ཕིད་ Phi	ཕད་། Phè.
པིའ་ Pih	པོང་ Pong	པིར་ Pir	པང་ Pang
པུག་ Puh	པར་ Par	པུང་ Pung	པུད་ Pu
པིམ་ Pim	པུན་ Pun	པན་ Pen	པལ་ Pel
པོས་ Po	པམ་ Pam	པུས་ Pu	པེལ་། Pel.
མན་ Men	མིད་ Mi	མལ་ Mel	མང་ Mang
མིག་ Mih	མིང་ Ming	མེད་ Me	མེལ་ Mel
མིན་ Min	མས་ Me	མར་ Mar	མེར་ Mer
མིར་ Mir	མུར་ Mur	མུས་ Mu	མོས་། Mo.
ཙན་ Tzhen	ཙེམ་ Tzhem	ཙམ་ Tzham	ཙིར་ Tzher
ཙུད་ Tzhu	ཙུན་ Tzhun	ཙོས་ Tzho	ཙུག་ Tzhuh
ཙལ་ Tzhel	ཙོང་ Tzhong	ཙག་། Tzhah.	
ཚག་ Tzhah	ཚད་ Tzhe	ཚང་ Tzhang	ཚིན་ Tzhin
ཚོང་ Tzhong	ཚིམ་ Tzhim	ཚིག་ Tzhih	ཚུན་ Tzhun
ཚིར་ Tzhir	ཚར་ Tzhar	ཚལ་ Tzhel	ཚིལ་ Tzhil
ཚུལ་ Tzhul	ཚུད་ Tzhu	ཚེས་ Tzhe	ཚེན་ Tzhen
ཚོས་ Tzho	ཚོར་ Tzhor	ཚུད་ Tzhu	ཚབ་། Tzab.
ཛམ་ Tzom	ཛོག་ Tzoh	ཛིག་ Tzih	ཛེལ་ Tzel

Tzen

ཛེན་ Tzen	ཛུག་ Tzuh	ཛོམ་། Tzom.	
ཝའི་ Vahi	ཝེན་ Ven	ཝར་ Var	ཝུམ་ Wm
ཝོད་ Vo	ཝལ་ Vel	ཝས་། Ve.	
ཞིན་ Scihn	ཞེག་ Scieh	ཞས་ Scie	ཞུན་ Scihun
ཞོམ་ Sciohm	ཞན་ Scihen	ཞོལ་ Scihol	ཞལ་ Scihel
ཞོས་ Scio	ཞུན་ Scihun	ཞིན་ Scihn	ཞང་ Scihang
ཞིམ་ Scihum	ཞོག་ Scihoh	ཞོང་ Scihong	ཞིང་། Scihong
ཟག་ Sah	ཟུམ་ Sum	ཟུག་ Suh	ཟོག་ Soh
ཟིག་ Sih	ཟོལ་ Sol	ཟང་། Sang	
འམ་ Ham	འང་ Hang	འོད་ Hò	འུར་ Hur
འོང་ Hong	འུག་། Huh		
ཡལ་ Jel	ཡིག་ Jih	ཡོད་ Jo	ཡིན་ Jin
ཡུན་ Jun	ཡར་ Jar	ཡུར་ Jur	ཡོར་ Jor
ཡུལ་ Jul	ཡིད་ Ji	ཡོལ་ Jol	ཡན་ Jen
ཡོན་ Jon	ཡོས་ Jo	ཡས་ Je	ཡུང་། Jung
རིན་ Rin	རིང་ Ring	རག་ Rah	རན་ Ren
རབ་ Rap	རུས་ Rù	རུམ་ Rum	རིམ་ Rim
རིད་ Ri	རང་ Rang	རུལ་ Rul	རལ་ Rel
རད་ Re	རས་ Re	རོང་ Rong	རུང་ Rung
རམ་ Ram	རིལ་ Ril	རུལ་། Rul	
ལོག་ Loh	ལམ་ Lam	ལུས་ Lu	ལས་ Le

Luh

ལུག Luh	ལང་ Lang	ལེད་ Lè	ལན་། Len.
ཤས་ Scie	ཤུས་ Sciu	ཤིས་ Sci	ཤན་ Scien
ཤུན Sciun	ཤོས་ Scio	ཤིན་ Scin	ཤུལ་ Sciul
ཤོལ་ Sciòl	ཤེས་ Sciè	ཤོག་ Scioh	ཤུམ་ Scium
ཤོད་ Scio	ཤེལ་ Sciel	ཤར་ Sciar	ཤུར་ Sçiur
ཤོད་ Sciò	ཤིད་ Sci	ཤང་ Sciang	ཤེམ་ Scem
ཤེན་ Scien	ཤོང་ Sciong	ཤེང་ Scieng	ཤོབ་། Sciop.
སང་ Shang	སོན་ Shon	སེན་ Shen	སིང་ Shing
སེམ་ Shem	སོམ་ Shom	སོང་ Shong	སེར་ Sher
སོར་ Shor	སུར་ Shur	སུག་ Shuh	སད་ She
སག་ Shah	སོད་ Sho	སར་ Shar	སིལ་ Shil
སོལ་ Shol	སུལ་ Shul	སས་ She	སང་ Shang
སོང་ Shong	སེང་ Sheng	སིལ་ Shil	སོབ་ Shob
སབ་ Shap	སོན་ Shon	སོས་ Sho	སུས་ Shu
སེན་ Shen	སུམ་ Shum	སིར་ Shir	སིག་། Shih
ཧལ་ Hel	ཧུལ་ Hul	ཧོས་ Hò	ཧེས་ Hè
ཧོར་ Hor	ཧར་ Har	ཧན་ Hen	ཧམ་ Ham
ཧུར་ Hur	ཧད་ He	ཧང་ Hang	ཧཻ་ Hehe
ཧས་ He	ཧཻ་ Hee	ཧཽ་ Hoo	ཧཱུ་ Huu
ཧཧ་ Haha	ཧོད་ Hò	ཧྰུ་ Hhu	ཧུ་ Hu

Huh

ཧུག་ Huh	ཧྃ་ Ha	ཧེཾ་ Hè	ཧུཾ་ Huhum
ཧུན་ Huhun	ཧུལ་ Hul	ཧཱུྃ་ Hû.	
ཨར་ Ar	ཨག་ Ah	ཨན་ An	ཨུམ་ Um
ཨང་ Ang	ཨཱི་ Eeh	ཨུ་ Vu	ཨོང་ Ong
ཨབ་ Ap	ཨཱོཾ་ Hhom	ཨས་ E	ཨྃ་ A
ཨཱ་ Ah	ཨུན་ Un	ཨར་ Ar	ཨུམ་ Um
ཨིར་ Ir	ཨན་ An	ཨད་ Et	ཨད་ E
ཨལ་ Al	ཨས་ Ae	ཨུག་ Uh	ཨོཾག་། Hohm.

CAPUT XV.

Litteræ nativum pronunciationis ſonum in ſyllabarum compoſitione mutantes.

I. PRæcepta, quæ tradituri ſumus de litteris mutantibus ſonum nativæ pronunciationis, non tam ad ſuperiorum, quam ad ſequentium ſyllabarum rationem aſſequendam, magnopere conferunt.

II. Quoties in ſyllabæ textu *tertia* Ord. I. ཀ་ *Ka: prima* ཕ་ *Pha:* & *tertia* པ་ *Pa* Ord. IV. anteceſſerint I. Ord VI. ཤ་ *Sciha*, ſonum, quem iſta ཤ་ proprium habet ac naturalem, mutabunt ex *Sciha* in *Sgiha:* interea dum ཀ་ *Ka*, ཕ་ *Pha*, & པ་ *Pa* ſilebunt; quemadmodum diſces porro in ſyllabario *quieſcentium*. Itaque ſyllaba *ſecunda* in ས་ཀཤེ་ *Sa-*

beatus, largitor, poſſeſſor magnarum opum, Sacerdos magnus, adeoque Gning-cie Cihen-po *Rex & Princeps Sacerdotum. Hæc interpretatio omnium veriſimillima mihi videtur. Eoque nomine vix dubito quin* CHRISTUM *a Gnoſticis & Manichæis ſimulatum Tibetani intelligant. Quod ne cui novum & mirum videatur, moneo tum ex Ægyptia, tum etiam ex Æthiopica lingua vim, & ſignificationem multorum nominum in Tibetano ſermone exponi oportere. Oſtendimus Part.I. Alphabeti* Catayam *&* Æthiopiam *Aſianam idem eſſe. Ignorari vero ad hanc uſque diem an Aſiani Æthiopes coloni ſint eo ab Africanis deducti, quove tempore, quidve inter ſe commercii, & communicationis habuerint. Seculo ineunte XIV.* B. Odoricus *Utinenſis ex Ord. FF. Min.Conv. S.Franciſci Tibetanorum* Pontificem *appellatum ſcribit* Lo-Abbaſſi. *Sic enim narrat p.77. & 78. in* Hiſtor. *formis Venetis edita & notis ab Erudito Viro ejuſdem familiæ illuſtrata an.1761:* Deinde [*perveni*] ad quoddam magnum Regnum nomine *Tibot*, quod ipſi Indiæ eſt confine, & eſt totum ſubjectum Magno Cahaam, & in ipſa eſt vini & panis copia maxima. [*Scilicet* Tibetum *hic memorat Occiduum proximum Caſimiriis in Ngari. V.* Chorogr. *&* Itinerar. *noſtrum P.I. Alph.*] Gentes illæ manent in tentoriis factis ex nigro filtro. Regalis autem Civitas tota facta eſt ex muris albis & nigris, [*quod ſymbolum erat, ſi noſtra teneas, gemini Manichæorum principii* boni *&* mali, lucidi, *&* tenebroſi:] omneſque ejus viæ optime ſilixate. In hac Civitate nullus audet effundere ſanguinem alicujus hominis, nec alterius animalis ob reverentiam cujuſdam Ydoli, quod ibi colitur. In hac Civitate moratur *Lo Abaſſi*, ideſt eorum *Papa*. Iſte enim eſt Caput omnium Ydolatrarum, quibus dat omnia beneficia more eorum: talis adeſt hic conſuetudo. Mulieres pluſquam C tricas portant, habenteſque duos dentes in ore ut apri habent.

Alia

Alia etiam conſuetudo adeſt. ponatur enim quod Pater alicujus moriatur. tunc dicet filius volo honorare Patrem meum. Convocabit ergo Sacerdotes Religioſos omneſque iſtriones de contracta, vicinos ſimiliter & parentes, qui ad campaneam portant ipſum cum gaudio magno &c. *Mirum non eſt* Odoricum *Civitatis, &* Idoli *nomen reticuiſſe, & pauca eaque leviter tetigiſſe de moribus* Tibot. *Nam rediens in Patriam* Utinum, *non ea tantum quæ ipſe viderat, ſed & quæ ab aliis* fide dignis *acceperat, in tabulas referenda ſuggeſſit ammanuenſi* Guilelmo de Solagna. *Satis deinde innuit ſe obiter Tibeti hujus Regionem perluſtraſſe, quum Civitatis nomen reticuit; quod quidem aliud eſſe non potuit quam* Lhaſſa: *Nomen vero Idoli* Xaca. *Mulieres* dentes aprinos *ex oris hiatu oſtentantes ſymbola erant* Praſrin-mo; *eaſque, uti ex aliena fama didicerat, commemoravit. De ritu funerum vide quæ ſcripſimus in* Itiner., *ut ea cum B. Odorici narratione concilies. Redeo ad* Pontificem *Tibetanum*. Lo-Abaſſi *vox eſt, quæ* Sacerdotem Abaſſinorum, *ſeu* Æthiopum *denotat*. ሊሂቅ Lyhik, *&* ሊቅ Lyk *ſeu* Louk, *more vero Tibetanorum* Lou, *tacito* k, *eſt* Lo Presbyter, Sacerdos, Magiſter, Princeps Summus *τῶν* חבש *Abaſs.: quæ vox Arab., ut monet* Caſtell., *ob alternantes* ב b, *&* ו u *eadem eſt ac* כוש Cus Æthiopia. *Niſi fortaſſe velis* ሊቀ·ጳጳስ Louk-Papas, *& inde* Lo-Abaſſi, *qui titulus eſt ab Æthiopibus tributus Patriarchæ Alexandrino. Lamam ita habes Supremum Chetayæ, qui ſedem Lhaſſæ obtinuit. Ex his colligimus quinam ille fuerit* Presbyter Joannes *tamdiu ante in Æthiopia quæſitus. Una enim vocum ſimilitudo fecit, ut* Lo Chahn Princeps Sacerdotum *pro* יחן Jo-chan, *ſive Johanne acciperetur; Indeque* Presbyter Johannes *in Æthiopia oriri cœpit. Chriſtiani Æthiopiæ Libycæ negarunt olim eorum Regem vulgo dictum Johannem, Presbyteri titulo ſalutari.* Pretioſum *abs ſe appel-*

lari.

lari dixerunt, altum & ſublimem, *quod nomen eſt cognatum* Lyk *Presbytero. Oritur enim ex eadem radice, quæ eſt* augeri, extolli, adoleſcere. ከሀን Chahan *vero, aut* Chaang, *quòd, ſicuti* כֹּהֵן Cohen, & כהנא Cahana *Hebr. Chald. & Syr., Regem etiam deſignat, nomen fecit* Magno Kan *in Imperio* Catayæ; *cujus Incolas* Αἰώους Αἐθίωπας *cum* Niceta Paphlag. *aliiſque veteribus* Orientis Æthiopas *aptiſſime appellaveris. Inde Arabes* خون Chavanun *eum vocant*. Lou Kuon *Rex, cujus meminit* Deguignes *in Tab. Chronol. de Tartar. Orient.* Topà *ad an. Chr. 295. nomen admodum ſimile* Lo-chahn *geſſiſſe videtur. Certe equidem* Lao *Sinicum, quaſi ab Æthiopico* Lahk *ductum*, Senem *ac* Venerabilem *perinde atque* Lyk, *ſignificat*: & Cham *aliaque cognata nomina* altum, magnum, & Præfectum *exprimunt. De hac* Æthiopia Aſiatica *agunt* Trigautius, & Andreas Mullerus in Hebdom. Obſ. Sinicar.; *eoſque laudat* Joh. Albert. Fabricius T. I. Cod. Apocryph. N. T. in not. ad Act. S. Bartholom. L. 8. H. Apoſt. C I. *Fabuloſus mihi quidem eſt Apoſtolicæ hujus hiſtoriæ Auctor ſub* Abdiæ *Babylonii nomine evulgatus. Antiquioribus tamen* Monumentorum, *incertæ licet fidei, collectoribus, qui ab eodem Abdia indicantur, neſcio quid de* Magis *ab Æthiopia Ægypto contermina digreſſis, & in Perſiam ac Scythiam, ubi SS. Apoſtoli* Simon, & Judas *ſive* Thadæus *Evangelium* CHRISTI *prædicabant, profectis, ſuboluiſſe oportuit. At ea, quæ fortaſſe de Magis* Æthiopiæ *Aſianæ tradita erant, translata ſunt ad* Æthiopiam *Libyæ. Hos autem Magos puros putos* Manichæorum *errores docuiſſe animadvertit laud.* Fabric. *in not. ad Act. eorumdem Apoſtolorum L. 6. H. c 7. Quum autem multo poſt hæreſim Manichæorum opus iſtud prodierit, admodum veriſimile ſit incerti hujus Scriptoris ætate cognitam fuiſſe iſtiuſmodi errorum ſedem apud Magos noſtræ hujus* Æthiopiæ, *quam Perſidi proximam fœdiſſima La-*

Lamarum Tibetenſium peſtis corruperat. Referantur iſta ad ea, quæ ſcripſimus p. 347. 153. *Itaque* Lo Abaſſi, *ſive Sacerdos Summus, & Lama Lhaſſenſium idem erit. Sed alter eſt, quem* B. Odoricus *vocat* Pretezoan *p.* 77. De hoc Catay, (*nam latiſſime ad* Caſcar *uſque funditur,*) recedens, & veniens verſus Occidens L. dietis per multas Civitates & terras veni verſus terram de *Pretezoan*, de quo non eſt centeſima pars ejus quod quaſi pro certo de ipſo dicitur; ejus Civitas principalis dicitur *Coſan*, [alias *Chiaſan*, *Caſcan*, *aut Toſan* apud Bolland.] & ſemper pro pacto accipit in uxorem filiam Magni Chaam. *Deſcribitur ſcilicet a B. Viro* Lo-Chahn *Presbyter Summus, ſeu Lama Maximus* Sgigatzenſis, *in Provincia* Tzhang. *Is uxore tamdiu utitur, quamdiu filium ad exemplum* Xacæ *genuerit; deinde in Eremum ſecedit.*

ཅིའུ་ཏ Ciò *& ipſum apud Tibetanos* πολύσημον *cum aliis pariter linguis comparatum, varie exponi poteſt. Æthiop.* ይሰየጡ I-ſyiatu *a* ሤጠ Seta, redemit: ሠጠጠ Satata *item ſcindere, diſrumpere eſt: ac rurſus* ተ-ሠወጠ, *&* ተ-ሰወጠ *regredi, & redire in deſtinatum locum, quaſi a* שׁוט Sciut *Hebr.*, *& Chald.* circuire, explorare *&c.*, *quæ omnia ad Tibetanum* Ciò *accedunt, dummodo* ሠ, ሰ ſ, *&* שׁ ſc *efferas ut* ci. *Sic autem indicari fortaſſe poterit, ſive poteſtas redimens, ſive vis catenas ſuppliciorum diſrumpens, ſive perpetua illa circuitio, qua* Xaca, *uti Lhamæ celebrant, tormentorum loca perluſtrat. Neque aliena eſt Syr.* ܣܝܘܬܐ Sioto *ceu* Adjutor, *atque* Protector. *At multo mihi veriſimilius apparet vocem* Ciò *eo ſenſu adhiberi, quo adhibita eſt a* Pinnabillenſi *in II. & VIII. præcepto decalogi. Ibi ſcilicet* Ciò *pro* dicere, *&* ore *ac* ſermone *aliquid promere æque ac pro* facere *uſurpatur: Idemque eſt* falſum teſtimonium non ཅིའུ་ཏ [Ciou-ta] facies,

ac falſum teſtimonium non dices, *ſive ne ſis* dicens. *Hinc* שׁוּתָא Sciuta, *Chald. meditatio, ſermo, colloquium: Itemque Hebr.* סוֹד Sod arcanum, myſterium, confabulatio, *&* *Syr.* ܣܘܕܐ Sodo, *locutio, ſermo, ab* ܐܫܬܘܕ Eſtavad, *vel* ܐܬܡܠܠ *confabulari, affari; unde multo fortaſſe probabilius, quam a* Zoroaſtris *dialecto venit* Aveſta, *vox, uti lego in Excerptis ex Itinerar. Ind. Cl.* Anquetilii, *ſignificans* Verbum. *Sed proximior* τῷ བཅོད Cio *videtur Ægyptia* ⲡⲓ-ⲥⲁϫⲓ pi-ſagi *ſermo*, ⲡⲉ-ϫⲉ pe-gie *dixit, &* ⲡⲓ-ϫⲱ pigiò cantatio, [*Indicè* भजन Ba-gian] invocatio, *cum* ϯ *finali adjuncto, quaſi* ⲡⲓ-ϫⲱ, *aut* ⲡⲓ-ϫⲟ-ϯ, *quo ſilente manet* ϫⲟ giò, *ſive* ciò. *Nec omittam, quod etiam ex Ægypt.* ⲡϫⲟⲓⲥ P-giois Dominus, *alternantibus* c *&* ϯ, *oriri potuit Tibetan.* བཅོད P-ciot.

དཀྱིལ་འཁོར་ Khjil gohr &c. *Expoſuimus vim ſalutarem & moderatricem Rotæ.* גִּיל Ghil *Hebr.* exultationem, *&* gaudium *ſignificat; cui affinis eſt Tibetana* ghil, *ſic ex ore* Bayeri *pronunciata. Sed citius putarim originem hujus vocis repeti oportere a Syriaca* ܓܘܠ gol, miſereri, protegere; *quæ eadem eſt cum Arabica. Hæc vero in* خول *apud* Caſtellum *ſonat* convertit, dedit, diſtribuitve in orbem. *De voce* ghor, *ſeu* chor, rota, *multa in ſuperioribus diximus. Per hanc Tibetani intelligunt* Orbem tranſmigrationum; *Illiuſque motor, & moderator eſt* Cenreſi. *Accedit* Xaca, *qui legem manifeſtat ſuam ea vi, eoque pietatis conſilio, ut malarum tranſmigrationum ſuppliciis, &* rotæ *motibus finem imponat. Id enim eſt quod exponunt Tibetani in deſcriptione II. Dei* Cio Con-cioà. *Vide pag.* 274.

ཆོག་ད་བཅོད་པའི་ཆོག་གས་ *Magiæ officia ac poteſtatem verbis hiſce enunciari putamus; quæ tamen non ſatis for-*

taſſe interpretando aſſecuti ſumus. Simulacrum Xacæ *repræſentatur ſublimo elatum in inferorum regione Tab. II.* Cycl. tranſmigrat. lit. I. *Addenda eſt ejuſdem* Xacæ *oratio ad traſmigrantes, quam nos pariter eo loci edidimus. Hæc autem exprimi voce* ཆིག་ཏུ Tzhik-tou, *haud temere conjiciam. Syriace:* ܨܚܘܚܐ Tzchocho, *vel* ܐܨܛܟܬܐ Atzakto, *eſt* exemplar libri, chirographum, effigies expreſſa, ſimulacrum. *a* ܨܚ tzach æſtuavit, conſerenavit: & צחוח tzachot *ſunt*, nitida, & explanata verba. *Ex eadem radice oritur Æthiop.* ጽሕዱ Zychdu lævis, politus, nitidus, *adeoque egregie effictus, atque elaboratus: & eo quidem ſenſu, qui propius accedat ad Tibet:* Tzhik-tou, *ſeu* Tzik-du. *Cum his perbelle conjunguntur ſequentia.* Cio *enim, quod Tibetice* operari cum imperio, perficere, conſtituere, & *ſimilia denotat, opus nitidum, luminoſum, & validum indicabit, quale eſt ſimulacrum, aſpectus, & vultus* Xacæ *lucem per tenebroſa illa loca cum poteſtate, & effectu fundens. Vox quæ proxime ſequitur* ཆིག Cihi-k promtitudinem *agendi demonſtrat. Eademque eſt cum Æthiopica* ጽሒት Zyhy-t, *aut* ጽሁቀ Zyh-k, *ſive etiam cum* አጽአቀ a-zya-k *analoga Ægypt.* ϭⲏⲕ Chik; *de qua plura diſſerit Jablonskius in* Prolegomen. ad Panth. §. LVII. *Atque ex hac ipſa oriri videtur* ཆག Ciha-k cogere, conſtringere. *Sic autem tribuunt dictis* Cihom-den-de *virtutem quamdam admirabilem ad tenebrarum anguſtiarumque catenas perfringendas; quod totum fit ope lucis bonæ materialis infuſæ ſpiritibus.*

G *In ſcenam iterum venit* གསང་སྔགས Sang-nga, occulta Magia. *Satis de voce poſteriori diximus. Illud unum addimus, eam non eſſe ignotam Sinis, apud quos* Ngai, *interprete Bayero in* Lex. *Sin.* quieſco, infirmus animo, *Cl. III. n.* 197. & miſericors *n.* 329. *explicatur. Vocis autem, & ſignificatio-*

ficationis naturam vix alia ratione, quam quæ tradita eſt, exponendam eſſe crediderim. Sang *quo pacto accipiant Tibetani videndum eſt. Certe equidem* occultum *quiddam & arcanum vox iſta deſignat. Integrum nomen eſt* ཀ་ཟང་ Kaſang. *Si* ཟ *pro* ነ Nahas *Æthiopico uſurpatum exiſtimes*, ሕፀነ Hezan, *fere ut Hebr. & Cald.* חוצן Chotzan, Sinus, *quo clauſa & abſcondita continentur, parere potuit Tibetanum* Kaſan, *ſive* Caſang. *Quod ſi mutarunt* d *Æthiopicum in* ſ; Chadana, cooperuit, texit, *erit idem ac* Kaſang. *Nemini tamen dubium eſſe poterit, quin communem vim habeat cum* כסה Kaſah, occultavit, abſcondit, *aut* חסן Chaſan, *unde* נחסן Necheſan *reconditus, peculiariter* in robur, *atque* præſidium, *dicitur*.

བར་འདོད་ཤེས་ Dhot-ne, *quæ ibi ſtatim ſubjungitur, viſa mihi eſt ipſiſſima Æthiopica* ተሑ፡ታነ. *Nam & hæc in duo monoſyllaba diviſa aptiſſime effertur* Thut-ne, *Tibetice* Dot-ne, *ſeu* Tot-ne, abjecti *nimirum*, conculcati, *atque* proſtrati. *Iique ſunt ſpiritus Illi, qui quum a Principe malo vexantur, & affliguntur, liberationem obtinent virtute* Sang-nga.

བཅོམ་ལྡན་འདས་ལ་ཕྱག་ལ་བ་བཀྲ་བ་ལོ *Iterum ſcilicet atque tertio celebratur* Cihom-den-de. *Nomen* çiam *eo, quo tradidimus, ſenſu, habent ipſi quoque Sini. Eſt enim in Bayeri Lex. claſ II. n.* 128. Summus Dux in bello. *Sed quoniam nimis aperte video* JESUM noſtrum *in hoc* Ciom-den-de *deſerti incola, jejunatore, & diaboli victore, ac triumphatore maximo ſimulari: eaque fuit, ut jam non ſemel in ſuperioribus monui, Veterum Nebulonum, & Sanctiſſimæ Fidei noſtræ corruptorum ars, ut ſacra quædam nomina ad fallaciam componerent, interque cetera illud ſæpe ſeligere conſueſcerent, quod* Unicum *licet eſſet, plura tamen quaſi* πολυσήμῳ *involuta Myſterio ſignificaret; non omittam, quod* ፋጹም Fazum, *&* ፋፀም Fazam *Æthiop. duo nomina*

ſunt

ſunt quam ſimillima Tibetano བཅིཧཾ་ Pa-*ſeu* Fa-ciham. *Primum* perfectum, finis conſtitutorem, conſumatoremque *deſignat, iſtud vero eum, qui* ſilentium imponit, mutum *aliquem reddit, eique* os obſtruit. *Ex his tanto magis conjicio* Ciom *Tibetanum emergere potuiſſe, quanto nunc veriſimilius exiſtimo figuras litterarum* ጸ z, *&* ፀ z *accedere ad Tibetanas* ཙ་ *&* ཚ་ Cih, *quippe quæ ſitu dumtaxat & poſitione ab Æthiopicis differre videantur. Adverto præterea* བྡེན་ Den *reſpondere Æthiopico* አ-ደነ A-dhana ſalvavit, redemit, *&* መ-ደን Ma-dhan Salvator; *adeo ut* Den *ſeu etiam* Dan Salvatorem *indicare facillime queat. Sunt enim geſta* Ciom-den-de, *ſive* Xacæ *jejunatoris ſimillima iis, quæ de* CHRISTO Servatore *narrantur in* Evangeliis. *Hæc erant addenda, ut infanda myſteria, quæ ſub verborum corticibus, tanquam ſibi ſolis cognita, latere jactitant Lhamæ Tibetani, a Miſſionariis noſtris, non ſine laboris fructu, apertius detegi, ac revelari queant.*

Hæſimus in ལ་གསོལ་བ་བཏབ་པོ་ *ob* ὁμωνυμίαν *vocabulorum. Plura ſunt inter ſe & ſcriptione, & pronunciatione ſimilia, ſed ſignificatione varia ac diſſimilia.* གསོལ་ Sol, *aut* Soul *præfixo articulo* ལ་ *ejuſdem indolis cum Æthiop.* ለ, precationem, *&* adjurationem *exprimere poteſt, quaſi ducta ab Æth.* ሰአለ Saala, *Hebr.* שאל, *itemque Syr.*, *& Ægypt.* cϦωλ Shol. *In hunc vero modum indicaretur* Ciom-den-de, *qui imprecatus hoſti eum urgeret ad vincula laxanda captivis. Nec te celavero quid inſuper hac de re cogitarim. In mentem venit an forte* གསོལ་བ་ Sol-pà *idem ſit ac* vola manus. *Exhibent namque* Xacam, *qui elata dextera ſpiritibus in Inferorum ſuppliciis verſantibus benedictionem largitur. De* Cenreſi *ſimiliter nar-*

rant, quod ex digito manus reducto aquam emittat tanquam divinæ naturæ radium *ad abſtergendas labes ab inimica natura inductas. Profecto Ægyptiis* ⲟⲩ-ⲥⲁⲗⲡ, *ex quo diſyllabum fieri potuit* ⲥⲁⲗ-ⲡ Sal-pa, *volam manus appellant. At aptiori Tibeticarum vocum ſignificatione, & ſingulis loci* circumſtantiis *penſitatis noſtram illam interpretationem jam editam germanam eſſe cenſemus. Quamobrem*

གསོལ་བ་ཏཕ་ཕོ་ Sol-ba taph-pho *reſpondebit aut Æthiop.* ሰለበ Sal-ba, *unde*, Sol-ba exuere, exſpoliare, *& Ægypt.* ϣⲟⲩⲗ Scol, præda, *aut ipſi* ቀሱል K-ſul. *Tib. quoque* K-ſoul, confractus, proſtratus. *Is autem, qui vel exſpoliatur, vel proſternitur eſt* Taph-ta ጥፋት *ab* አጥፋአ A-tyfa, *Ille ſcilicet quaſi* Typhon, interitus, perditionis, & mali auctor.

སྣང་མཛད་ Illuminat. སྣང་ Nang *enim eſt Hebr. & Cald.* נגה Nagah ſplenduit, נֹגַהּ Nogha, *uti & Syr.* ܢܓܗܐ ſplendor, aurora, diluculum, *Æthiop. vero* ነገሀ Nagah, *indeque* ጎሕ Gohy, *vel* Gohou, *Sinis quoque* Gao, aurora. *Qua ex re ego conjicio ſermonem inſtitui de ea luce, quæ eſt ad* ἀπηλιώτην, *nimirum ad* ſubſolanam. *Eò animas mundas, hauſtas per* organum *FILII DEI*, Manes *transfretare docebat. Vide* *p.* 234. མཛད་ Macihat *comparo cum Æthiop.* መጽአት Mazyat adventus *ab* አመጽአ adduxit, attulit, venire fecit. *Quapropter, ubi nos ſimpliciter vertimus* Cihom-den-de illuminat *ſpiritus, intellige de ea beata luce, juxta Manichæorum phantaſmata, ſermonem fieri, ad quam* Cihom-den-de attrahit *animas mundas, atque purgatas.*

ཏ་ཀེ་ Ta-ke, tribuit virtutem. *Sic interpretati ſumus. Nam* ཀེ་ Ke *cum articulo Ægyptio* ϯ, ཏ་ *vis eſt, potentia, facultas, virtus, uti Chald.* כחה Kehha. *Sed quum agatur de virtute legis manifeſtatæ,* lucis *ſcilicet expanſæ, & in-*

& injectæ ſpiritui ad tenebras ejiciciendas, ཏཀེ་ Ta-ke *vim penitioris, ac perfectæ manifeſtationis, & cognitionis exprimere deprehenditur. Illiuſque originatio repetenda fortaſſe eſt ab Æthiopico* ጠየቀ *diligenter* intuitus, perſcrutatus eſt, cognovit, aſpexit*: unde* ተጠየቀ *in Lex. Caſtel.* Ta-tai-ka, acuratè expoſuit, *aut etiam exponit. Has autem litteras in duo monoſyllaba ex Indole Tibetanæ linguæ diſtributas* [illegible] *licet in* ཏཏཀེ་ Ta-ta-ke, *ubi* ེ *vocalis ſupplere videtur vices* የ i, *Æthiopici. Ac certe per* metatheſim ཏཏཀེ་ *convenit cum* ሐተተ ha-ta-ta, *ſeu* cha-ta-ta ſcrutatus eſt, inquiſivit: & ⲕⲁϯ Kati *ex eadem, ni fallor, radice, Ægyptiis dicitur* intellectus. *Tibetani vero unicam ſyllabam* ka *ſeu* ke *efferunt quemadmodum Sini, apud quos* che intellectum, ke penetrationem, loricam, *&* te *aut* to virtutem *denotat. Ex hac linguarum analogia loci ſenſum planiorem habebis.*

ལ་མི་ཉོམས་པའི་ *Ducti exemplis Tibetanæ Syntaxeos, Ægyptiæ ſimilis,* མི mi *unde* min *quoque &* met *quaſi* μὴ, *&* μήτε *Græc., uſurpant, accepimus pro negante particula: eaque de cauſa* mi-gnom *interpretati ſumus quaſi non jucundum, non ſplendidum, non ſuave; ſed* amarum, injucundum, *&* tenebroſum. *Nunc vero ſic explicari poſſe videmus, ut* gnom-behi *conjungatur cum* ཆོས་ Ciho. *Hoc vero ſenſu* lex *ipſa erit, quæ prædicatur* benefica, ſuavis *atque* jucunda.

ཉོམས་ Gnom *autem ductam percipies ab affini aliarum linguarum; Nam Hebr., & Chald.* נעם noam *explicatur* ſuavitas, jucunditas: *Syr.* ܢܥܡܬܐ neemto, melos, cantilena dulcis, Paradiſus, gratia: *Ægypt.* ⲛⲟϩⲉⲙ nohem, ſalus, liberator: *Æthiop.* ኖመ nom, requievit: *Sin.* nim, quies, & num apud *Bayerum* delicatus.

Hæc omnia indicare poſſunt vocem སྐྱོ་གནས་ Sagnom, *eandem eſſe ac Indicam* सुजन्मा Sugianma, bona, ſuavis, ac læta tranſmigratio. *De ea proculdubio ſermo in hoc loco inſtituitur. Ubi expoſitionem iſtam probatam habeas,* ལ་མི་ *ideſt* Mi *cum præfixo articulo* ལ་ la, *interpretaberis* homines. མི་ Mi *nanque &* མི་ཧི་ mihi homines *a Tibetanis vocantur. Æthiopicum* ሞት myt, vir, *ſive* mortalis, *per apocopen ad* mi *&* mihi *Tibetanum accedit. Sed quæ primam huic voci originem præbere potuit, eſt Hebr.* מתים metim *per aphæreſim mediæ* ח *& finalis* ם, homines, *ut explicat Caſtellus,* peculiariter miſeri, vel mali, viri, mulieres, parvuli; *eandemque ſignificationem obtines ex voce ſimili apud Syros, & Arabes. Sinis, quibuſcum plurima rerum nomina communia habent Tibetani*, mie *eſt* ſeries filiorum atque nepotum, min populus: *utrumque, reor, ductum a Syro* ܡܢܐ Maino, *& omiſſa vocali* a, Min, *&* Mi *contracte* ſtirps, proſapia. Mi *quoque iidem Sinenſes* mortuos *appellant; fortaſſe a* מת met, *aut* מית mit *ſublato* ת. *Utriſque ſive* miſeris, *ſive* mortuis *hominibus egregie reſpondet* ལ་མི་ La-mi *Tibetanum.*

ཆོས་ཉིད་ཀ་ *Æthiop.* ሕግ *per metatheſim* goh, *aut* gyheo, *eſt idem ac* ཆོས་ ciho, *Sin.* kiao lex: *nam* ግ go, *alias* gio *reſpondet* ཆོ་ ciho *Tibetano. Inde natum opinor Indicum* सीकाम Sicham *lex. Nam Æthiopice, & Syriace* ܫܟܢ Schan *eſt* ſtringere, & obligare, *quod quidem eſt proprium legis.* ཉིད་ *per ſimplicem legis* manifeſtationem *expoſuimus.* … gnit *proprie* productionem, & emanatione… *e ſinu* … *ne-ditullio* cordis; *adeoque* commiſerationis, & miſ…ordiæ *mo-*

motum, ſignificat. Illius originem ab Ægyptia ⲚⲀⲎⲦ Nait *haud inepte duxeris. Vide p.* 93. Jablonsk. in Pant. Ægypt. *L. 1. C. 3., [quem, quum illa ſcriberem, necdum obtinueram,] obſervat Ægyptios Sacerdotes vocem* Νηίθ Neith *apud Plutarchum de* Iſ. *&* Oſ. *exponere*: veni a me ipſa, quo ſignificatur eam a ſe ipſa moveri*: putatque ex* ⲚⲈⲒ Nei *fortaſſe, quod eſt* venire, *eam interpretationem potuiſſe de[illegible] Sed poſtquam unam item & alteram nominis ſignificationem ex Ægyptia lingua expenderat, malle ſe dixit eam accipere, quæ* Neita *a* ⲚⲈⲒ Nei *ductam, parem facit cum* ⲐⲀϢ thaſc decernere, conſtituere, ordinare: *nec patitur Vir Doctus ut vel nomen ipſum Ægyptiæ* Neithæ *ad Perſicam* Anaitidem *accomodetur. At ſi* Nait matricem *pariter &* viſcera, *quemadmodum eo loci obſervavimus, denotare poteſt, nihil erit, quod jure adverſæ ſententiæ patronis objiciat.* Neuth in verſione Chalcidii, tanquam is in Platone legiſſet Νηίθ, Neitham *nominari ab eodem* Jablonskio *accepimus. Quæ res eo me ducit, ut cogitem de Hebr. & Chald. origine* נוד nud, *ſive* nuth, *unde* ניד nid, motus, agitatio, compaſſus, commiſeratus, conſolatus *eſt*. Eratoſthenes *Platonicam* Neith *ſcribit* ⲚⲒⲦ Nit, *quæ vox* ཉིད gnit, *ſeu* nit *Tibetanam planiſſime refert. Eam Auctor laud. Com. in Or.* Hom-Manì &c. *crebro adhibet ad indicandam* emanationem ex pietate, & commiſeratione cordis *Numinis* Cenreſi. *Nec aliter putamus in hac ipſa Tibetana tabula uſurpari.* ཏུ་ *tenet locum tum Græci articuli* τοῦ, *vel* τῷ, *ſive præpoſitionis* ἐν in, *&* σὺν cum. *In ea itaque* legis manifeſtatione, *quam nos Tibetanas voces* ཆོས་ཉིད་ཏུ་ *interpretando, poſuimus, intellige* prolationem ex pio corde *Ciomden-de miſericordia moti erga ſpiritus in infereis malarum transſmigrationum doloribus commorantes. Rem clarius explicant ſequentia.*

བྱིན་ཁྱེས་ལབ་ལབས་ཉེས་བཀའ་ཚལ་པ་ Cjen khje lap-ne khah tzhel-pa. *Ubi* Cjen *confundas nolim cum* སྤྱན་ Cjen oculus. *Hanc Tibetani τεχνικῶς uſurpant ad* gratiam *ſignificandam. Qua in re morem Hebraicæ locutionis ſequuntur. Sæpe enim, ut advertit* Caſtellus, *cum verbo* חן [illegible] *nomen oculi Hebræi conjungunt. Noſtra hæc* cjen *diverſa eſt.* Cjen *etenim, quæ* oculum *ſignat, oritur ab Hebr., Syr. & Arab., & Æthiop.* עין ain, *aut* ngain: *eamque Ægyptii ad* ſupercilia ⲚⲒ-ⲙ̀ⲙⲁⲭⲉϩⲉⲛ Ni-m-gjhen *tranſtulerunt. At* བྱིན་ cjen, *de qua loquimur, prodiit a* חן chen, *aut* חין chin favor, gratia, donum. *Conſonat Ægyptia* ⲛⲓ-ⲭⲉⲛⲓ, *& Æthiop.* ሰነ ſen, decor, formoſitas, pulcritudo, caritas. *Proximum vero* ཁྱེས་ khje, [*expanſum* khjeſa,] *a* חייסא chiiſa, miſericordia *eſt*, clementia, *immo &* extinctio *atque* vaſtatio *ſi referatur, quemadmodum Tibetana oratio poſtulat, ad ignis mali extinctionem. Huc ſpectat Æthiop.* ሐሠሰ Heaſa, *ſeu* cheaſa, *&* chyaſa beneficium.

ལབ་ལབས་ lapata *eſt idem ac Arab.* لفظ laſata enunciare, proferre, loqui: *conjunctum cum* བྱིན་ *ſignificat* benedicere.

བཀའ་ཚལ་པ་ Khah-tzhel-pa *varie exponi poterat. Nam vox* ཚལ་ tzhel *uti apud Hebræos, & Syros* צלם tzelem, *&* צלל tzalal, *aut* ጸለ zel *Æthiop.* umbram, tabulas, imaginem vivam legis *exprimit. Eſt etiam* khah tzhel *affinis Kabbaliſticæ* kuach nazala, virtus infuſa: *ac rurſus a* זול, vis ambulandi, ſcalam conſcendendi *tranſmigrationum & ad earum* finem perducendi ſpiritus. *Sed, ut de ceteris ſileam, quæ propius ad interpretationem noſtram accedit, eſt* זלף zelaf, *unde* זלוף zilluf, *Syr.* ܙܠܦܐ zolfo effuſio,

 ſtil-

ſtillatio, *Tib.* tzhel-fa. *Ajunt enim aquam puram, hoc eſt divinæ naturæ radios e digitis pii Numinis diffundi, & influere in animos ad mali ſubſtantiam, & cruciatuum acerbitatem fugandam. His addam* צִיל tzil *Chald.* clarum, & limpidum: צל proſperitas, felicitas, fortuna, benedictio, & ⲥⲓⲗⲥⲓⲗ *Ægyp.* conſolatio. *Expoſitio noſtra, quæ eſt* potens apertæ [*ſeu* infuſæ] legis ſolatium atque fomentum, *non tam acurata eſt, ut vim omnem retineat.* ཀ་ཚལ་པ་ Kah tzhel-pah. *Sed quicquid deeſſe putaveris, ex adductis obſervationibus ſuppleri facillime poterit.*

རིག་ Rik intellectum *vertimus; & ſane cum negante particula* མ་ ma, མ་རིག་ Ma-rik [*quaſi* ſine intellectu] ignorantiam *apud Tibetanos ſignificat. Nata fortaſſe eſt a* רוח ruach, *& Syr.* ܪܘܚܐ rucho ſpiritus, mens, cogitatio, *& ſimilia. Nec aliter eſſe poteſt, quum videam* རིག་ rik *a Lhamis ſcriptoribus uſurpari ad* ſpiritum *quoque &* mentem *indicandam. Si* rik *cum duabus ſequentibus conjuncta legeretur in hunc modum* རིག་ཀྱི་པུ་ rik-kj-pu, *mire conveniret cum Syriaca* ܪܘܚܦܐ ruchufo, *ſeu* ruchupo affectus vehemens, amor impenſus ac tener, & miſericordia viſceralis *apud Caſtell. Spiritus quoque* dilatationem *&* recreationem *indicare poſſet a* רחב Rachab *ducta. Eſt enim ejuſdem ſignificationis cum* רכב; *unde Æthiopicum* ረሐበ rahaba, *ſive* rachaba dilatatus.

ཏོག་ Tok, *ſeu* Tokaſa, *&* Tok-s *apud Bayerum* cruciatus. תכש Takaſa *pro* affligere *habes apud Caſtellum. Arab.* طخس *exponitur* obtenebratus fuit, *Æthiop.* ተከዘ Tachaza mœror, anxietas, *&* ጠወቀ Tawaka, affligere. *Hæc certe cognata ſunt Tibetan.* Tok. *Sed voces ſingulas*

pla-

proſequi, eaſque vel ad Hebraicos, Syriacos, Æthiopicos, Ægyptioſve fontes referre nimis longum. & arduum eſt.

I བསང་སྔགས་ Sang-nga. *Ne dubites de* occulta magia *in hac Tab. agi, ecce illam. Jam tertio caput extollit. Hujus vis & imperium, quod eſt* སྨྲས་ཤགས་ Mre-ſcia [*quaſi* præceptum indictum,] *ſitum dicitur in* ཚིག་རྣམས་ virtute conſtringente, & purgante ſpiritus. *Vid. quæ ſupra obſervabamus de voce* tzhik.

K བྱང་ཆུབ་སེམས་དཔའ་བྱིན་རྡ་བཟང་པོས་ *De* Cjang-cjub-ſem-bah *ſatis in ſuperioribus dictum eſt.* ཀུན་ Kun *idem ſæpe eſt Tibetanis quod Latinis vox* cuncti. *In interpretatione Fourmont.* Kun *exponitur* imago. *Quod quidem nomen confuſum fortaſſe eſt cum* བཀུན་ & སྐུན་ Kun *Græc.* εἰκών.

བཟང་པོས་ Sang-phò optimum *quodque &* optabile *expoſuimus; quemadmodum fecimus in Comment.* Hom-Manì &c. *ſequuti exempla & auctoritatem Lhamarum.* ሠናይ Sana-i *Æthiop.* bonum, *atque* jucundum *dicitur, &* ፈውስ Favs, *ſive* Pavs *reſpondens Tibetano* ཕོས་ Paous ſanitas, & medela. *Sinenſes* Po *vocant quicquid in re quavis eſt* optimum. *Sed quoniam* ང་ nga *putavimus natam ab Eſtrangh.* Caph, *quæ ſæpe mutatur in* ח, *veriſimile ſit* བཟང་ P-ſang *Tibetanum, ſilente* Pi *inſtar articuli præpoſitivi* ⲡⲓ *Ægyptiorum, convenire cum* ܣܘܚ Suach *Syriaco, & Æthiop.* ጸሀቀ Zahka cupere, & optare. *Hinc etiam venit* Suk *Indorum* cupido. *Similem profecto ſenſum voci* Sang *tribuunt Lhamæ Buttantes; neque ab ea differt* Suak, *aut* Zahk, *ſi per* כ caph, *aliàs* nga *pronunciabitur more Tibetico* Suang, & Zahng. ܣܘܟܐ Soko *pariter eſt* finis, termi-

minus, complementum, *&* ſumma rei. *Quoties hinc re-petas* Sang-pò, *quid aliud intelligere poteris, niſi* optimæ rei ſummam, terminum *ſcilicet tranſmigrationum, quô unice nititur ſpes & deſiderium Buttantium, ut nihil præterea cogitare liceat, quod Iis optandum ſuperſit?*

སངས་རྒྱས་ Sang-Khje *nomen ſacerrimum, quo* Deum *appellant* Sanctum, *ſeu rectius* collectionem Sanctorum. *Plura de eo diſſeruimus Part. I. Alphab. Deum namque, cujus naturam conſtituunt Tibetani Theologi in* luce puriſſima, *hoc eſt in* aqua pura chryſtallina, *ſpectant ut caput & fontem, unde prodeunt, & quo refluunt radii & emanationes omnes ſubſtantiæ ſuæ. Ad hanc opinionem, quæ Gnoſticos, & Manichæos præſertim auctores habet, accommodatum eſt vocabulum* Sang-Khje. *Hujus originationem facile in Hebr. Chaldaica, & Syriaca lingua inveſtigaveris dummodo* ܟ Caph *Eſtrangh. conferas cum* ང་ Nga *Tibetano*. זְכַךְ Zakah *Hebraic.* mundus *eſt* purus, ſincerus: *unde* זכוכית Zekukit gemma nitidiſſima, *&* chryſtallus *Job* 28. 17. *Interprete* Fullero *in Miſc. Chaldaicum* זְכַךְ Zekak *idem ſonat quod Hebr.* זַךְ Zak *&* זכאה Zeka, *ſive* Zaka, Juſtus, Innocens, Sanctus: *itemque Syr.* ܙܟܐ Juſtus, *quibuſcum mire etiam conſentit Arabica ſimilis. Nec aliter eſt de Æthiopico* ነጸሐ Nazacha, *quod eſt per metatheſim* Zanch, *indeque* Sang, Sanctus *ſcilicet, &* immaculatus. *Sunt enim alternantes* ז, ጸ, *&* ས་ *Tibet.*

རྒྱས་ Khje [*expanſum* Khjes,] *detegitur tum in* גייס Ghjes *Chald.* exercitum, turmam collegit, congregavit, *tum etiam in Syriac.* ܓܝܣܐ Gaiſo, *&* ⲟⲩ-ϫⲓⲥ Chis *Ægypt.*, multitudo, cœtus, *& alia id genus, quæ* collectionem *denotant.*

Hinc vera & germana nominis notio erit ſanctitas, *&* puritas collecta, *aut ut myſtæ Tibetani loquuntur*, ſan-

ctorum collectio. *Raræ non ſunt in Lexicis Sinenſium voces a* Bonſiis, *ſive a Xacaitis Lhamis inventæ. In earum numerum referri fortaſſe debet* Khje felicitas, *atque* beatitas, *nata, uti ego crediderim, ex Tibetano vocabulo* Sang-Khje.

Illud explicandum ſupereſt cuinam præſertim nomen iſtud accomodatum velint Tibetani Buddiſtæ. Neque enim ad Supremum Deum, *quem nihil* extra *ſe agere docent, pertinere poſſe videtur. At ſi* Manichaicæ *fabulæ meminerimus, omnia expedita erunt. In ea* DEUS, *etſi* partem nullam cum Mundo habeat, nec gaudeat ſuper eo, mittit tamen, & furatur a Principibus tenebrarum animam ſuam *ſibi* ὁμοούσιον. *Ob hanc cauſam, teſte* Tyrbone, DEUS *a Manete dicebatur,* τὸ ἴδιον ἀπολαβών quæ ſua ſunt recipiens. *Eô ſpectare poteſt illud* ཁྱེས Khjes, *ſeu* Ghjes collectio, *&* receptio *Sanctorum, quos ad ſe trahit adducitque* DEUS. *Nam &* ገሐሠ Gahaſa, *Æthiop., quod eſt idem ac Chald. & Syr.* Ghaias, [*unde* Ghies,] *in forma III., ſignificat* ad ſe trahere, auferre, *&* excipere. FILIUS DEI miſſus ad ſalutem animarum eas haurit, *rapit, & colligit:* Spiritus vivens CHRISTUS in Sole nave majori purgat, & mundat: JESUS in Luna nave minori recipit, tradit ſeculis PATRIS, ut maneant in columna gloriæ, & lucis; quæ columna repleta eſt mundarum animarum. *Munera iſtæc omnia transfer Tu jam ad Tibetanas Deitates. Ecce* DEUS, *qui quanquam nihil moliatur in Mundo viſibili, miſericordia tamen & commiſeratione tangitur ſpectans tot dira animarum ſupplicia, quibus afficiuntur in tranſmigrationum orbibus percurrendis. Ad ea evadenda tribuit auxilia; quibus fit, ut animæ purgatæ ad ſublimiores* Cjang-ciubiorum *contemplatorum ordines conſcendant. Hos ordines eoſdem eſſe puto ac* Æonas Patris, *quibus ſpiritus mundi juxta Manichæorum ſyſtema traduntur permanſuri in columna lucis. Teſtem, & adſtipulatorem habeo* Deguigneſium. *Narrat*

L. III.

L. III. H. G. Hun. pag. 226. Ens ſummum in Sammanæorum Inſtitutionibus appellari Sinice *Chi*, quod eſt *ſeculum. Nam Arabs ille Auctor, qui Opus quoddam [tributum* Fò, *ſive* Buddæ] *in vernaculam gentis ſuæ linguam convertit*, Chi *Sinicum interpretatur* Alem. *Quæ duo vocabula*, Chi *nimirum &* Alem, [*Æthiop.* Alam,] *reſpondent* Hazarouan *Perſarum. Hoc vero deſignari durationem Annor.* 36000., *aut, ut alii volunt, Annor.* 70000.; *illudque eſſe quod ab Indis ſpectatur tanquam Dominus Univerſorum. Ad hæc adnotat* Deguignes, *Theodorum Mopſueſtenum apud Photium mentionem feciſſe de hoc* Hazarouan, *quem* Zarouan *nominat*, primumque principium *eſſe tradidit, quod majus ſit, & ſupereminens duobus coæternis principiis in veteri Perſarum religione ſtatutis. Ego equidem tum in* ſecunda, *quæ Arabica eſt, tum in priori, quæ Perſica erat, hujus libri verſione, confuſum crediderim* Sang-Khje *cum* Ki *hoc eſt cum* Khje. *Sic autem vocantur quatuor illæ ſupremæ ſedes contemplatorum incorporeorum, de quibus egimus in Syſtem. Mundi pag.* 485. *Iſtis, quarum tam longa, ac imperceptibilis duratio Lahaticas ætates complectitur* 80000., Alem, *ſive* Æonis & ſeculi nomen *proprie convenit. Ac certe* Alem, *ſeu* Holam *per vocem* ཁྱེ Khje, *quæ eſt a* ཁྱེ་བ Khje-va, naſci, oriri, *aptiſſime exponitur. Eaque cognata eſt Hebr., Chald., & Æthiop.* חיה Chaja, *Syr.* ܚܝܐ Chjo, vivere, ſanum, ſalvum, & incolumem eſſe, *aut* חיה Chja vivere fecit, *ac* reparavit. חיים Chajim *vero*, *&* חיי Chaje, *unde omiſſa vocali* patach, *ut monoſyllabum more Sinico, & Tibetano haberetur* ཁྱེ Khje, ætates, & tempora vitæ *denotat. Hiſce proinde ſedibus, in quibus* Xacaitæ *collocant Con-*

tem-

templatores Incorporeos, æonum, ſeculorum, *ſeu* Taje khje, vitæ perfectæ, *&* infinitæ durationis *nomen impoſuerunt*. *Quumque* vacuum *ſit finis ſummus*, *& ultimus* ſpiritus, *quo quum pervenerit*, nihil agit, nulliuſve rei ſenſu tangitur, *quemadmodum & ipſemet* Deguign. *refert ex cit. lib.* Fò, *& nos Part. I. Alph. explicuimus*, *hinc* inferiorem *regionem* Contemplatorum Incorporeorum *appellarunt*. Buddiſtæ *Nam Kha* Cælum, *id eſt in eorum opinione* vacuum. *Quamobrem ſi* Ki *&* Alem *idem ſunt cum* Hazarouan *Perſarum*, *a quibus plurima in ſuorum phantaſmatum officinam derivaſſe* Manetem *Beauſobrius ipſe docet*, Hazarouan *reſpondebit* Æonibus *ſive* Taje Khje *Tibetanorum*, *non autem* Sang-khje: *aut ſi reſpondet*, *non alia ratione id fiet*, *niſi quia ſicuti* Æones *tum Manichæorum tum Tibetanorum conjuncti & coüniti* Sang-khje *ſunt ipſi quodammodo cognomines*, *ita* Hazarouan *conjunctus* Principio, *ſeu* Deo ſummo *particeps quoque illius nominis erit*. *Hoc ſenſu explicari poteſt* Theodorus Mopſueſtenus.

Ut autem Sang-khje *ad ſuos hoſce* Æonas *recipiat* animas, *habet* Cenreſi, Cihana-Torceh, Giam-Cjhang, Xacam, *& hunc inprimis*, *qui eaſdem animas* purgant, *& a vinculis materiæ ſolutas altius evehunt quamdiu perveniant ad* Taje-khje, *& unum veluti fiant cum* Sang-khje.

Nomen hoc illuſtrare pluribus oportebat, *ut ita deprehenderetur quam apto ac legitimo ſenſu in Chriſtianis precibus*, *& in Symbolo Apoſtolico Tibetice edito ad Summum illum ac verum* DEUM *noſtrum fuerit accommodatum*.

Quanquam ex obſervatis Æonibus *neſcio quid novæ lucis emergat ad Buttantium errorum latebras intimius explorandas*. *Nam tripartita diviſio ſyſtematis Tibetani*, *in quo* ſumma, media, *&* infima *veluti Pars conſtituitur*, *formam quamdam refert ſyſtematis Gnoſtici*, *& Valentiniani*. Summa, *quæ* Pleroma *a Valentinianis dicebatur*, Æo-

 nibus

nibus *addicta erat* ſpiritualibus, *quos &* Contemplatores *vocabant*: Mediam *inter* pleroma, *&* Mundum viſibilem *tenebat magna Mater* Achamoth: Infimam *orbis aſpectabilis Conditor* Demiurgus. *Regna, ſecula, æones Manetis: Firmamentum in quo* crucifixi *ſunt Principes fumi, quemadmodum & ipſa eſt* crucifixa *Enthymeſis*; locus *ille* medius, *ſive* immenſum *illud* vacuum, *quod idem Manes inter Regna lucis, & Regnum tenebrarum conſtituit: Ima denique Manichaici Demiurgi ſedes, Gnoſticæ architecturæ adumbrationes probe gerunt. Sic ſupremas ſedes Mundi inviſibilis apud Tibetanos tenent* Contemplatores, *ſive* Kham *ſpiritus immateriales, & incorporei: Media eſt Regnum* Dopekam, *ubi ſpiritus concupiſcentiæ: Infimam regit* Khiacin *reſpondens* Demiurgo. *Prima* tetras æonum *apud Valentinianos* imaginem *exhibet* quatuor *altiſſimarum ſedium* ſpirituum incorporeorum *apud Tibetanos. Hiſce quatuor ſubſunt ſedes XIII.* Kham ſpirituum, *ſive* contemplatorum corporeorum, *qui ſunt a concupiſcentia immunes. Illos autem* corporeos *eo fortaſſe ſenſu dicunt, quòd alicui* paſſionum *generi ſint obnoxii, ſicuti fuit ipſamet* Sophia *Valentinianorum. Hinc eſt cur hi ad* dodecadem, *&* decadem *æonum in ſtatu ſuo intra* pleroma *continendum*, Horon, Stauron [*Crucem, ſeu Vallum, ac Ventilabrum*,] Lythrotem, *&* Carpiſtem, *vindicem nimirum finitorem & cuſtodem præfecerint. Horo enim duo munera tribuunt, alterum quod eſt fulcire & conſolidare, alterum dividere & ſeparare: Illo integritas conſervatur: Iſto arcetur & purgatur impuritas. Dum conſolidat, & unit*, crux: *dum vero dividit, & ſeparat impurum, appellatur* Horus. *Vide* Proſpectum Syſtem. Valentin. *præfixum a viro doctiſſimo* Renato Maſſueto *L. I.* S. Iren. *adv. hær. Si autem Incolæ illarum ſedium III., & XIII. inter ſe tanquam maſculi, & fæminæ conjuncti a Tibetanis ponantur, erunt* æones *XXXII.: qui* nu-

numerus oriri ex eo potuit, quia, ut advertit S. Irenæus *L. II. C. X. n. 7. Valentiniani præter* octonationem, dodecadem, *&* decadem *intra* pleroma *collocabant* quatuor *hoſce*, CHRISTUM, SPIRITUM SANCTUM, JESUM, *&* Horon; *unde S. Martyr evincit* non ſolum *triginta* emiſſiones ſecundum Illos, ſed *quatuor* cum iſtis *XXX. annumerandas eſſe. Ex his quatuor* S. *Ambroſius* duos *fortaſſe accepit, quos* aliis *XXX., ut obſervat Maſſuetus*, accenſeret, *quum in ep. ad Theodoſ. Imp. ſcripſit: Valentiniani* Triginta & duos æonas colunt, quos appellant Deos.

Quod autem Tibetani ſuos hoſce Beatos Incolas conjugatos *credant, apertum eſt ex* ſacris anaglyhis *XXXII.* conjugationum, *quæ publice viſuntur & honorantur Lhaſſæ in Templo Ramocè. Turpe iſtud ſpectaculum quum objeciſſet* Regi, *&* Lamæ M. *Pinnabillenſis, illud reſponſi retulit, quod habes pag. 501.*

Porro ut intelligatur ex Syzygiis hiſce XXXII. numerus æonum, obſervandum eſt in eo convenire Tibetanos cum Gnoſticis, quod utrique velint Mundum viſibilem fuiſſe conditum ad imaginem inviſibilis. Ajunt præterea ante Mundum viſibilem loca XVI. extitiſſe, pag. 182. & 201. Ex his detrahantur tria, *quæ ſpectant ad regnum concupiſcentiæ; & ecce* treſdecim, *quæ ſunt reliqua, pro contemplatoribus manent. Totidem ſunt, treſdecim ſcilicet, loca Montis* Righjel, *ut noſti ex Tab. Syſt. Mundi. Sed ob conjunctionem Regni concupiſcentiæ cum Mundo viſibili tria loca* Tob-prel-va, Brul-kha, *&* Gjen-prul-vang-ce *transferuntur ad* Righjel, *& loca XVI. conficiunt. Eodem modo ob conjunctionem, quam habent loca XIII.* Contemplatorum corporeorum *cum* incorporeis, *copulantur cum tribus ſupremis ſedibus eorundem* Contemplatorum incorporeorum; *nam quartus, qui reſtat, eſt unitas illa ſumma*, Sang-khje *nimirum* ſine conjuge. *Neque enim ignoras ipſos quoque*

Valentinianos Patrem *interdum conjugii expertem*, *interdum etiam conjugi copulatum feciſſe*. *Sic* & Horon *ad imaginem Patris* ἀσύζυγον *ſtatuebant*. *In hunc vero modum* Syzygias *habemus* XXXII., *quarum* ſexdecim *ad Contemplatores*, ſexdecim *ad concupiſcentiæ Regnum*, & *ad* Righjel *Mundi viſibilis ſpectant*.

Hæc mihi cauſam præbent, *ut caſtigatum velim*, *quod dixi de* Taje-khje *p*. 228. 229. *Quum* Taje-khje collectio *ſit* aquæ puræ *Dei naturam conſtituentis*, *haberi quidem poteſt tanquam exemplum*, & *imago primi fluvidi*, *ſed pro ipſo primo fluvido*, *ut accuratius obſervo*, *accipi nulla ratione poteſt*.

ཞེས་བྱ་བ་ Scihe-cja-va, *quam legimus ſub initium lin*. 10. *pag*. 673., *obſervanda eſt*. *Vim* & *efficaciam orationis per eam ſignificari ſtatuimus*. *Convenit cum Indica* सुतेज Sutegja *ejuſdem valoris*, *mutata* त Ta *in* स Sa, *quod in Orientalibus linguis ſæpiſſime accidit*. *Nam* Sutegja vim magnam *generatim denotat*. سجاعْ Sciagiaon *quoque Arab*. *exponit Caſtellus*, ſalutaris fuit, effectumque habuit oratio, medicina. *Æthiop*. ጸሐበ Zehaba, *vel* Zechaba *exponitur* urgere, inſiſtere, cogere, & multis precibus adigere: & ሰኈበ Sachuaba, interpellare, expoſtulare. *Sed quæ ipſiſſimam Tibetanam vocem* & *re* & *ſono refert*, *eſt Hebr*. שחיה Sechia *ducta a* שחח. *Indicat enim* orationem *tribulati*, & *afflicti ſummo cum* clamore, gemitu, lacrymis, & proſtratione *in morem adorantis factam*; *ac ſæpe etiam pro ingenti effuſione lacrymarum*, & purificatione *ipſa uſurpatur*. *Conſonat* על שגיונות Al ſigionoth [a שגה Siagah,] *titulus tum Or*. *Proph*. Habacuch, *tum* Pſalmo VII. *præfixus*, *quem* pro ignorantiis *plurimi interpretantur*. *Sunt qui* orationem *explicent* coram Judice factam

per

per mediatorem: *Sunt & Viri docti plures, quorum alii a Chald.* שגנח precationem ſuper anguſtiis, *alii* carmen conſolatorium *ob adeptam ab anguſtiis liberationem, exponunt: poſteriori ſenſu accepit* Calmetus *in* Hab. *& in Diſſ. de* Inſtr. Muſ. Hebr. *Mitto aliarum linguarum* analogiam; *quum enim ſatis aperta, & obvia eſſe poſſit hujus vocis ſignificatio, majori illuſtratione non eget.*

ན་མཿསམནྡ་བུདྡྷཱ་ནེ། སམ་ནྡ་ཚ་ཝ་ད *&c. Eſt hæc Magicæ invocationis formula, quæ bis in antica Tab. Tibet. repetitur. Ubi iſthæc occurrunt, ne, quæſo, interpretationem expectes. Sunt ea nobis, noſtriſque omnibus incomperta; nec quid* monogrammata *iſta inſoliti, ac formidabilis carminis indicia, ſignificent, efferre poſſumus. Magica myſteria ſoli* Ngarambæ *norunt. Nam & in ipſo Tibetanorum* Rabgiambarum *ordine plerique ſunt, qui niſi Magorum ſcholas adierint, hujuſmodi Incantationum ſecreta promere neſciant. Præſtat nihilominus ad ſolemne illud tenebroſæ* muſſitationis *exordium explicandum conatus noſtros primum intendere. Reliqua, qua fieri poterit veriſimiliori ratione, divinare tentabimus.*

ན་མཿ Nama *cum nota* dicycli *indicium eſt honoris, & venerationis.* Namo Kuru *in exordio ep. Supremi Lamæ Part. I. pag. 501. interpretabamur:* Adoro Magiſtrum *ſeu* Ducem ſpiritus. *Id enim Indica vox* गुरु Guri *deſignat. At non id unum, ſed* majeſtatem *quoque* गुरु Guru *ſignificat; ut inde intelligam rectius exponi debuiſſe* majeſtatem Numinis. *Et hoc quidem ſenſu* गुरु Guru *derivatum erit a* גרם Gharem, faſtigium, altitudo, & עליון excelſum

apud

apud Caſtellum: ཀུ་རུ *vero pro* Magiſtro, & Duce ſpiritus *videri poterit Arab.* جرى Procurator, Curator, Legatus *ita dictus, quôd*, Caſtello *ipſo interprete*, mandatorum curriculo inſiſtit. *Eique conſonat Æthiop.* ሐዋርያ Apoſtolus, Miſſus, & a *ſilente*, Huri *ſeu* Churi *a* ሐወረ Chavara, & ሐረ Chara. *Eodem modo adnotavimus Indos præfigere ſolere tum* Alphabeto, *tum* Libris, *aliiſque* Scripturarum *generibus* नम सीद्धन Adoro Sidan *a* שָׁתַם Siatam, *ut opinor, Hebr.*, aperire, *ac* revelare: नम गनेस Nama Ganeſſa, Adoro Deum Sapientiæ. *Non ubique tamen* ན་མ *adorandi actionem exprimere reor. Quandoque enim* ན་མ Nama *reſpondere videtur* נאם Naam, certe affirmavit, juravit, *aut* Neum, *quod proprie ſanctarum noſtrarum Scripturarum more* DEO *convenit, idemque ſonat ac Paullinum illud* ὁ πιςὸς λόγ☉ ſermo fide dignus, *atque divinus, vel Pythagoricum* αὐτὸς ἔφα. *Hæc laud.* Caſtell. *Cum hoc tamen & prior ille ſenſus ob adjunctam* adorationis *notam conjungitur*. Bayerus *Tom IV.* Comm. Act. Petrop. *pag.* 292. *ad Tab. XXXVIII. in Titulo præfixo Alphab.* Akar Nagari *F. III. vocem* इनमः Innamá *interpretatur* Auctorem beneficum, *ab Arab.* نمى Namai, attribuere *quid alteri ut* auctori; *quod idem eſt ac* נום Num *Chald.*, & נאם Naam *Hebraicum ante explicatum*. *Adde quod* Prototypum *ſignificare poteſt apud* Perſas, *ut notat* Caſtellus *ad vocem* نما. *Hinc* Nămo Kuruঃ *integra ſententia erit*: *Exemplum*, Oſtenſorem, Ducemque excelſum adoro. *In hoc vero loco*: ན་མཿ Nama *cum* སྨྲེ་པ Mre-pa *antecedenti conjunctum* carmen, oraculum τȣ *Sam-tha* divinitus editum *facile indicabit*.

Sam-

སམཐ་བུད་ནནེ་ Sam-tha-Pou-ttrha-nha-ne- (*vel* Pou-
ད ད འ ttrha-hne . *Elias Schedius* de Diis
འ ཧ Germanis *C. XLII.* Semanæorum
འ *Philoſophorum originem repetit a*
Samothe dite, qui alio quidem nomine *Tuyſcon* [*Jani, ſive Noe Filius & Germanorum Parens* ;] quod nomen etiam ipſum oſtendit. *Sic Ille pag.* 635. *Si hujus* Samothei *nomen certum & genuinum eſſet , cogeremur in eo agnoſcere* Samtha, *&* Buddam *Samanæorum, quorum meminit* Clemens Alexandrinus *a* Schedio *ipſo laudatus*; *præſertim quum is idem* Samotheos, *qui aliâs* Semanæi *dicuntur, a* Samotheo *nuncupatos velit. Sed adulterinum eſt teſtimonium* Laertii, *uti a* Georgio Morellio Tilian. in Tab. Philoſ. *ex eodem* Laertio *refertur* , *& a* Schedio *repetitur* . Legunt quidam, *ait Iſ. Caſaubon. in not. ad Diogen. Laert.* Σαμοθέους, quod commentum eſt eorum hominum, qui a *Pſeudoberoſo* ſinunt ſe ῥινὸς ἄγεσθαι. *Subditque* Henricus Stephan. *in Judicio de Opere Laertii Romana Civitate a viro celeberrimo Ambr. Camaldulenſi donato, deinde a Bened. Brognolo recognito , & in lucem edito*, lectionem Σαμοθέους in nullo veterum exemplarium ſuorum repertam fuiſſe. *Obſervat præterea in editione Brognoli* Semnotheos, *&* Druydas *Celtarum pro* diverſis *haberi*, *qui pro* iiſdem *habebantur in ſua*. *Certe equidem locus iſte Diogenis turbatus eſt*, *&* Semnothei, *quemadmodum in* Magico Ariſtotelis, *& in XIII. L.* Sotionis de Succeſſione *referebantur*, *diverſi fortaſſe erant a* Druidibus, *quibuſcum in eo Diogenis loco confundi videntur*. *Quamobrem ſi vox* καλουμένους *reſpiciens Druidas ſpectetur ſejuncta a* σεμνοθέους , *& conjungatur cum* γεγονέναι, *quod tacite regitur ab* ἔνιοι φασὶ nonnulli autumant; *deinde pro* καθά φησιν Ἀριστοτέλης &c. *legatur* καθ' ἅ φησιν Ἀριστοτέλης , *ſententia erit* : Nam extitiſſe [*autumant*] tum apud Celtarum, & Gallorum gentem τὸν κα-

λου-

λεγομένους Δρυΐδας, καὶ Σεμνοθέους καθ' ἅ φησιν Ἀριστοτέλης eos, qui appellabantur Druidæ, tum Semnotheos ſecundum ea, quæ dicit Ariſtoteles in Magico, & Sotion in XIII. ſucceſſionis libro. *Gentem profecto, apud quam florerent* Semnothei, *reticeret* Laertius; *ſed non reticebat fortaſſe* Ariſtoteles, *&* Sotion, *quorum teſtimonia citantur; quanquam de auctore* Magici *diſcrepans eſſet Scriptorum opinio: & alii* Antiſtheni, *alii* Rhodoni *tribuerent. Multo ſane probabilius fit* Σεμνοθέους *Philoſophos a* Druidibus *diſtinctos, eoſdem eſſe cum* Samanæis.

Origenes *L. I. contra Celſ. diſputaturus* de natura, & efficacia divinorum nominum, Sabaoth, Adonai, *& aliorum, quæ apud Hebræos magna cum veneratione tradita occultam quandam Theologiam continent Univerſitatis Opifici congruam, agit cum adverſario de nominibus illis, quibus* Χρῶνται Αἰγυπτίων οἱ Σοφοὶ, ἢ τῶν παρὰ Πέρσαις Μάγων οἱ λόγιοι, οἱ τῶν παρ' Ἰνδοῖς φιλοσοφούντων Βραχμᾶνες, οἱ Σαμαναῖοι. *Ad hæc* Montacutius, *eo fortaſſe Diogenis loco deceptus*, vel addendum eſt, *inquit*, παρὰ Κελτῶν [*apud Celtas*] vel legendum non Σαμαναίων, *ſed* Σαρμανῶν. Nam *Samanæi* erant apud *Celtas*, *Sarmanæ* autem, & *Brachmanes* apud *Indos*. *Parem errandi occaſionem, ut exiſtimat* Gullielm. Spencer. adnot. in Orig.; *pepererunt teſtimonia, Laertiano ſimillima, tum* Clem. Alex. *in* I. Strom., *tum* S. Cyrilli cont. Julian. *L. IV. In illo commemorantur* Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ Σαμαναῖοι Βάκτρων, καὶ Κελτῶν οἱ φιλοσοφήσαντες Gallorum Druidæ, & Samanæi Bactrorum ii qui philoſophati ſunt. *At ſi quis vertat:* Samanæi qui apud *Bactros*, & *Celtas* philoſophati ſunt, *continuo errat*, Samanæos *tribuens Bactris perinde ac Celtis; multo vero magis, ſi ſolis* Celtis. *Idem accidit in altero S. Cyrilli loco:* Καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ ἐκ Βάκτρων τῶν Περσικῶν Σαμαναῖοι, καὶ Κελτῶν οὐκ ὀλίγοι: Et Gallorum *Druidæ*, & ex Bactris Perſicorum Sama-

ma-

manæi, & Celtarum non pauci. *Ex hujuſmodi ſcilicet in-terpretationum ambiguitate nati ſunt* Semnothei, *&* Samanæi Celtarum.

Aſſentitur Henr. Stephanus Σεμνοθέους fuiſſe egregios Deorum cultores; *Nam Joannes Sambucus* a Deorum cultu, & religione *Vates* illos *ſic* appellatos *dixerat*: Iique *ſunt, qui tanquam* divini humanique juris peritiſſimi, ac religioni dediti a *Brognolo*, *& Scapula exponuntur*. *Negat Ille tamen* ab eo cultu potuiſſe ſic appellari. *Suſpicatur proinde* ita *fuiſſe* dictos, quod Θεοὺς ſemper haberent in ore, & quidem οἱ σεμνοὶ Θεοὶ dicentes: [aut alio modo σεμνότητα illis περιστέλλοντες, ſive περιστέλλειν docentes,] vel quod ipſimet quaſi quidam σεμνοὶ Θεοὶ inter homines haberentur. *Hoc ſane minus quam illud ſibi fieri veriſimile ſcribit*. *At nihil eo certius*, *ſi* Semnothei *iidem ſint ac* Samanæi *Tibetani*. *Quid enim ſunt* Lamæ *renati*, *niſi* σεμνοὶ Θεοὶ?

Ad Semnothei *nomen accedit ipſum quoque Tibetanum* སམནྠ Samnatha, *ubi litteræ omnes legantur*: *Idque affine videri poteſt Ægyptio* ϣⲉⲙϣⲉⲛⲟⲩϯ, Θεοσεβὴς, *&* ϣⲉ *medio omiſſo*, ϣⲉⲙⲛⲟⲩϯ Semnuti, *&* ϣⲉⲛⲟⲩϯ Senuti, *ſive* Sanuti, Dei cultor, *immo &* Magus, *ſiquidem Magorum munus ſit*, *auctore Laertio*, περί τε θεραπείας Θεῶν διατελεῖν Deorum cultui vacare, *& recte a* Platone *in* Alcibiade priore *dicatur* Magia Θεῶν θεραπεία cultus Deorum. *Hoc vero nomen reſpondens Græco* Θεραπευτὴ Therapeutæ *contendit* Jablonskius *ep.* 154. *ad* La-Crozium *ſententiæ ſuæ ſuffragatorem*, omnibus Ægyptiorum Sacerdotibus fuiſſe commune; *& ne illud* Gnoſticis *inauditum putes*, extra omne dubium ponendun cenſet *auctorem diſcurſus* Gnoſtici *nomen geſſiſſe* ϣⲉⲛⲟⲩϯ Senuti. *Noſtrum* ϣⲉⲙ-

ⲛⲟⲩϯ Semnuti *Tibetana pronunciatione* Samnatha *multo etiam rectius quam* Sanuti Sacerdotem , *Ægyptia* ~~voce~~, *demonſtrat* . *Verum quia* ཐ་ n *in columnari* ཐ་ *reticen-* ད འ *dum eſt*, *Tibetani efferunt* Sam-tha , *quæ quidem eadem fere eſt ſive cum Æthiopica* ሠምት Sem-ta Ordinatio, Miniſterium, Epiſcopatus, *ſive cum Indica* ཀིགམཏི Kigmati , [ཇ Gia *pro* ཀ , *aut* སྐེ Sce *uſurpata*, & ཀི *pro* ϯ *tanquam nota articuli*,] Sacerdotium. *Porro* Semnuti, *eo ſenſu expoſita*, *non excludit alteram vocis originationem*, *quæ eſt a* བསམ་གཏན་ Samden , Contemplator, Speculator ſacrorum .

Conjecimus pag. 200. 291. Samtha, *quem in Indias ad* Alphabetum *comparandum perrexiſſe diximus*, *ultro profectum adire potuiſſe Ægyptum*. *Adde ſis ad conjecturam fulciendam*, *quod* Indiarum *vocabulum commune pariter erat* Ægypto, & Æthiopiæ. *Conſule Fabric. in not. ad* H. Ap. Abdiæ *L. VIII. de* S. Barthol. *pag*. 669. *not*. a.

བུད་ཐཐ་ Pou-ttrhah-ha-ne . *En* བུད་ Buta, *aut* Budda ད འ *ille* , *ſive* Samanæorum , *ſive* Tibetanorum Legislator *inſignis* . *De hoc nomine noſti quam multa in ſuperioribus dixerim* . *Vox* , *quæ ſequitur* , *dummodo monoſyllabum* trah *ſolvatur in expanſas* traha , *ſive* taracha , *adeo cognata eſt Chaldaica* טרקא Tarecha , *ſeu* Tarcha , & טרקן Tarchan , Incantator , *ut ipſiſſima videatur* . ܛܪܟܐ Tarcho *Syr*. rectus *eſt*, immaculatus, innocens, optimus; *Id enim incantationis genus ad labes malæ naturæ detergendas valere ſentiunt*

tiunt Tibetani. Nihilque ab eo ſenſu recedunt Arabicæ طرق Dux itineris: طارق Taarrechoun, Vates, Sortilegus: طراق Turrachona, Stella matutina, Lucens, Phoſphorus; [*quo nomine Chriſtus in ſacris Chriſtianorum litteris indicatur,*] *itemque* Decus, & Antiſtes Populi. *Huc etiam ſpectat* ደሀረ Dahara, abſolvere *a turpitudine, ac fœditate animos,* & ጠሀረ Tahara, purificavit, *unde* Κάθαρος *purus.* ཧ་ནེ hane *demum ipſa videtur Chald.* חננא chanona, *Syr.* ܚܢܢ chanon, [*aliàs* hanon,] clemens, *atque* miſericors.

Hic porro Butta *idem eſt ac* བོད་ཡིད་ Pot-jid. *Fuſe de eo diſſeruimus P. I. Alph. Sed ad* ཡིད་ *uberius explicandum adde, quod modo occurrit,* Æthiopicum አሐዱ Ahadu, & ዋሒድ Vahyd, *ſono Tibetico,* Wid, *ſive* Yid, unicus, unigenitus. *Itaque Tibetani orant hîc* Sam-tha But trha nha n *benignum, & clementem* Incantatorem, Vatem, Antiſtitem, Sacerdotem, *qui* remiſſionem, & purgationem *tribuat ſpiritibus a malis impuræ tranſmigrationis. Ad eum namque dirigitur invocatio ſequens.*

Illius autem ſenſus, ſi liceat divinando interpretari, ſic erit: སམ་ཐ་ནུ་ཀ་ *Sam-tha nuka,* Samtha recrea, da quietem *a* נוח Nuach; *aut* duc *placide & amanter ut* Paſtor gregem, & Pater filium *a* נחא Nacha. ཏ་ཕ་ Ta-pha, beatos fac *a* טוב Tob; *aut* apta, refice, inſtaura *a* ܛܐܒ Taieb *Syr. vel etiam* in meliorem ſtatum dirige. *V. Chald.* טוב *apud Caſtellum.* ར་ཙ་ Ra-tzha, [*Fac id*] arcano, & myſterio, *ſeu*

arcana vi *ac* poteſtate *a* רז raz, *vel* רזא raza *Chald.* ཏ *lectis* ཏྲ *ſcapo & baſi in hac columnari* tah, *vel* tach *ſignificare poſſet* protectionem, *&* operimentum ſuperinductum *a* טוח tuach; *veriſimilius tamen cenſeo eamdem eſſe ac Syr.* ܛܚ tach, illuceſcere, *ac* fulgurare, *ſic enim cum ſequenti miram habet conjunctionem.*

L མ་ཎི་ Manì *tacitis duabus ſuperioribus aperte ſonat; ſed iis lectis erit* rem-Manì. רם Ram *vero, &* Rem, excelſum *deſignat. Et quoniam* ראש Rum *Samaritanis* caput, *&* vertex capitis *dicitur, petunt fortaſſe ut in eorum ſummitate capitis arcana illa ac myſtica precatione oriatur ſplendidus & coruſcans* Manì; *quemadmodum ſpectatur in tuberculo Capitis* Sanctorum, *& Numinum Tibetanorum. Sed vide Commentar. in* Hom-Manì &c. *Celare te nolim id quod mihi in mentem venit de ſecreto Lamarum hiſce fortaſſe vocibus involuto* ཧ་རྨ་ཎི་ *Quiſquis eas paullo attentius inſpexerit, quaſi* U-rim-Manì *ſub oculos prodire intelliget: Miſſis opinionibus, quæ variæ de* Urim, *&* Tumim *feruntur, id unum obſervo, quod* Urim, *teſte* Abravan., *ſic dicebatur* ob emicationem litterarum: *&* אורים *a* LXX. *exponitur* δήλωσις declaratio, תמים *vero* ἀλήθεια, veritas, *quo etiam nomine* ἀλήθεια, *ut* Ælianus *ſcribit L. XIV. Hiſt. C.* 24. *appellabatur* ornamentum Sacerdotis, *vel* Principis Senatus Ægyptiorum, *quemadmodum nuper etiam tradidit noſter Ille Doctiſſimus, & immortali laude dignus* Mazocchius *in* Spicilegio Bibl. *T. 1. p.* 28. *Itaque* ཧ་རྨ་ཎི་ *Tibeticè* Ha-rem Manì *ab* emicanti nomine, *vel etiam* doctrina; *ac*

reve-

revelatione ſplendidi, *atque* divini Manì; *eoque indicatur* ར་ཚ་ ra-tzha *myſterium illud primum, quod reſpondere poſſe videtur*, Urim: *Alterum eſt* ཚ་ ra-tzha ཏ་མ་ Ta-ma, myſterium Tama, *quo* νοῦν rationem *ſpiritus* puram, *adeoque* ἀλήθειαν veritatem *intelligunt*, *ni dicere velis myſterium* perfectionis, integritatis, & innocentiæ *a* תמם Tamam; *aut* fortis, *ac* felicitatis *a* תים Tema *Chald.*, *vel* arcanum admirandum *atque* ſtupendum *a* תמה Temah. *Accedit* تمم Tamum, *interprete Caſtello ex Gig.*, Res averrunca, & amuleti genus etiam albo nigroque variegatum, loroque affixum . . contra malignum invidentis affectum. *Eamque vocem peritiſſimus* Lexicograhus *convenire ſcribit cum Hebraic.* Tummim. *Narrat præterea iſtud ipſum amuleti genus fuiſſe a* Muhammede *repudiatum. Id vero etiam in hac voce fortaſſe includitur; eo enim pertinere poteſt* arcanum, *quod hoc in loco commemorat carmen Tibetanum. Illudque totum refertur ad perficiendum* ཁ་མ་ཀ Cha-ma-ka, ambitum, & circuitum *tranſmigrationum. Etenim* Chamacha *ipſiſſima eſt Hebr.* חמוק Chamuk, & *Chald.* חמק Cha-ma-k. *Sicque orant* Xacaitæ, *ut ſuos ipſorum animos per innumeros illos orbes* μετεμψυχώσεων *ab omni macula expurgatos, & ab hoſte affligenti liberatos ad optatum finem* Xaca *perducat.*

M མ་ཀ་ *Duo ſunt Numina, quæ in hoc carmine invocant:* Manì & Xaca. *Is tamen eſt, quem ab initio, & in fine iſtius formulæ directe reſpiciunt. Antequam de hac tabula illuſtranda cogitaremus, putavimus* Sam-tham, *quem heic*

heic commemorari percipimus, eundem eſſe ac Filium Anù. *Re tamen vera ipſa eſt* Xaca, *cujus & nomen & miniſte*rium *ſibi arrogavit Filius ille Principis Tibetani* Anù.

Rurſus de Xaca *nomine differentes* ཤཱ་ཀྱ་ Scia-chja *illud eſſe, & ſcribi diximus a Tibetanis. Nunc autem animadvertimus* duplex *eſſe:* legale, & commune *unum* Sciakhja: Magicum & arcanum *alterum* ཤ་ཀ་ Xacha: *Magicis profecto litteris ita ſcribitur.*

Commemoravimus Part. I. num. XXV. pag. 34. uxores duas *Xacæ*: བྲགས་འཛིན་མ་ Tra, *vel* Dra-zin-ma, & ས་འཚོ་མ་ Sa-zo-ma. *Addenda eſt tertia*: རི་ཐགས་སྐྱེས་ Ri-tha-khje, *quæ in ſchedis a PP. Capuccinis nobis primum oblatis prætermiſſa fuerat. Hanc vero detexiſſe, res eſt, quæ plurimum lucis adferat ad Gnoſticorum, & Manichæorum fabulas in arcanis Tibetanorum latentes uberius cognoſcendas.*

Tene tu igitur quid ſit uxor prima Tra-zin-ma. *Mihi equidem aliud non eſt quam* pariens, *aut* mittens vita Mater. བྲགས་ Drak, *Syr.* ܕܪܟ Drek, gignere, & parere: דרך Darak *Hebr.*, Derak *Chald.* procedere, educere, & emittere, *Æthiop.* ደሀረ Dahara, mittere *ſignificat*. འཛིན་ Zin, *non te latet ex obſervatis, denotare* vitam: མ་ Ma Matrem, *Hebr.* אם Em, ⲙⲁⲩ Mav *Ægypt*. *Sin quoque* ma, *Ind.* माए mae. *Nihil certe clarius deſiderari poteſt ad demonſtrandum* Dra-zin-ma *ipſam eſſe* Matrem vitæ μητέρα τῆς ζωῆς *Manichæorum. De iſta teſtatur* Tyrbo *inter*

ter Act. Archel. Quod cum cognoviſſet bonus Pater tenebras ad terram ſuam ſuperveniſſe, *προβάλλειν δὲ αὐτοῦ δύναμιν λεγομένην μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον*, produxit ex ſe virtutem, qua [*vel ut habet Caſinenſ. Codex apud Zaccagn*] quæ virtute circumdedit primum hominem *miſſum ad pugnandum contra tenebras. Atqui hoc idem eſt* Drak-zin-ma, *quæ parit, ſeu producit, & emittit virtutem: & rurſus hac ipſa* virtute *mittente* circumdatur & munitur *Xaca, eique conjungitur: Nam vox Hebr. & Chald.* Derek conſuetudinem, commercium *vim coeundi, &* comprehenſionem, *uti* ܕܪܘܟܐ Druko concubinam, *denotat. Inde igitur fit ut tanquam* Xacæ conjuncta, *ejuſque* uxor *a Tibetanis nugatoribus habeatur. Eſt ita &* Mater & Uxor, *quemadmodum* Sakti, *ſeu* Bavani & Mater & Uxor Bramhæ, Viſchnu, & Iſuren *appellatur ab Indis.* Animam, *eodem teſte Tyrbone, vocabat* Manes, *id quod* Principes tenebrarum comederant *ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ψυχή*, ex armatura primi hominis. *Atque ex eo liquet eandem ipſam, quatenus erat origo emanationis*, matrem vitæ, & *quatenus extenſa, diffuſa, manans, atque* conjuncta *primo homini ad pugnam cum eo incedebat*, animam *fuiſſe nuncupatam.*

Quin etiam ſatis perſpicue deprehenditur Xacam *planiſſime reſpondere* primo homini, JESU Cæleſti, JESU paſſibili, *immo &* CHRISTO *ipſi Deique Filio a Manichæis excogitato. Nam & li unum pro altero crebro ſumebant, quicquid temere effutiat Beauſobrius contra S. Auguſtinum, ita ac ſi S. Doctor perpetua allucinatione* CHRISTUM *cum* JESU *in hæreſi Manetis confuderit.* Munera & nomina, *non* perſonas *in* DEI FILIO *congeminabant Manichæi.*

Nec ego video, quo pacto Calvinianus homo auſus fuerit hanc dicam ſcribere Auguſtino, poſtquam Tom. II.

H.M.

H. M. pag. 316. *tradiderat* primum hominem *Manichæorum fuiſſe confictum juxta formam illius, quem Kaballiſtæ* Adam Kadmon, Primogenitum, Filium Dei, Chriſtum, & Mediatorem *vocabant. Quanquam paullo poſt credere malit tum* Kaballiſtas, *tum* Manetem primi *ejuſdem* hominis *exemplum a Philoſophis accepiſſe.* JESUM *ſaltem, quem ſibi finxerant Valentiniani adeo ſimilem* primo homini *Kaballiſtarum* Beauſobrius *agnovit, ut nec ovum ovo ſimilius eſſe poſſit. At ii* JESUM *Salvatorem vocabant* CHRISTUM, & omnia, CHRISTUMQUE *duplicem admittebant*, primum, & ſecundum, *huncque poſtremum* JESUM *eſſe dicebant.*

Ophitæ, Matrem vitæ, Matrem luminoſam, Matrem viventium, *S. Irenæo teſte, appellabant* Spiritum S. primam fœminam *conjunctam* primo homini: *quod* Beauſobrius *cit. l. pag.* 312. *falſo tribuit* Barbelitis. *Idem fortaſſe erat* prima fœmina *Ophitarum ac* Barbelo *Barbeliotarum*; *ſed nomen diverſum*. Barbelo *S. Iren. L.* I. *C.* 29. Æonem *dictum refert* nunquam ſeneſcentem ... initium illuminationis & generationis omnium. *At Beauſobrius nomen iſtud* Barbelo *interpretatur* Bar Baal, Filium Dei. *Ineptiſſime ſcilicet, ut progenitoribus ſuis blandiatur, & Sanctis Eccleſiæ Doctoribus invidiam creet, quaſi aut ignoranter, aut ſtudioſe nomen hoc, quod per ſeſe venerabile eſſet, ad horrorem, & abominationem trahere conſueſcerent.* Barbelo *Æthiopicum eſt* በረሀ በሊየ ኢ Barah-bali-i Lux *nimirum, ut eſt in S. Iren.*, ſeneſcens nunquam. *Hæc per tranſennam, ut intelligat* Beauſobrius, *in hæreticorum erroribus referendis quam cauti, & integri fuerint Patres noſtri SS., quamque iniquum ſit ob iſtius quoque nominis interpretationem Noſtrates pungere, & vellicare.*

Æthnici Philoſophi Lunam quoque Matrem vitæ *dixerunt, & cum* Matre vitæ *verſantem* JESUM *in minori*

ʒave, ideſt in Luna ipſa, commenti ſunt Manichæi. Simon Magus Helenam, *ſive* Selenen *tamquam* primam Encœam *&* Matrem omnium *deprædicabat. Hæc etiam ad* Tra-zinma *referri aptiſſime poſſunt.*

Uxor ſecunda ས་ཞོ་མ Sa-zho-ma *illud idem apertiſſime ſonat quod Hebr., & Chald.* זח-זומא Zo-zoma, *Syr. vero* ܙܗܡܐ Zamo: *Inſignis* iſta ſordities, fœditas, inquinamentum, & lues. *Sic etiam Rabbini appellant* venenum *a ſerpente afflatum ori primæ mulieris Hevæ* זוהמא *Inde vocem Latinorum* Spuma *ortam tradit* Caſtellus; *eaque adhibita eſt a* Mythologis *Gentilium ad ſignificandam* Venerem. *Affine eſt Syr.* ܣܡܐ Samo, venenum, toxicum, *&* Semo, cœcum fieri, caligare, obſcurari. *Accedunt hujus vocabuli ſignificationes plures ex Arab.* زهم, *quæ &* ſemen genitale, *&* inimicitias apertas *indigitant. Æthiopicum* ዘ- ዘማ Za-, *vel* Sa-Zama eam *planiſſime denotat, quæ* fuit, *aut* eſt meretrix, ſcortum, adultera.

An quiſquam erit, qui in Sa-zhoma Xacæ *conjuge non agnoſcat* animam, *quæ juxta Manichæorum deliria exciſa ex* armatura *primi hominis, capta a Principibus tenebrarum, & materiæ cœno immixta violata eſt, polluta, ſordidata, afflicta, atque corrupta? Quis in* Sazhoma *non ſtatim videat* Elenam *ſervam illam, quam* redemit Simon Magus, *eamque* ſecum circumducebat? Quis non eam eſſe dixerit *Simonianam fœminam* tranſmigrantem de corpore in corpus, ex eo, & ſemper contumeliam ſuſtinentem, in noviſſimis etiam [*tanquam immane ſcortum*] in fornice proſtitiſſe: *eamdemque* eſſe perditam ovem (שה Se, *Arab.* Sa *nuncupatam*;) quapropter *prædicabat Simon* veniſſe ſe, ut eam aſſumeret primam, & liberaret a vinculis? *Hæc enim teſtatur* S. IRENAEUS *L. I. adv. hær. C.* 23. *Hujus quoque ſordidæ ac turpis* Sazhomæ *imaginem gerit*

Πρȣ́νικος Prunicos *Valentinianorum*, *Gnoſticorum*, & *Ophitarum*.

Sed audio Beauſobrium, *qui contra Patrum*, *aliorumque graviſſimorum Hominum ſententiam*, *ne monſtra prodeant Parentum ſuorum*, *omnem omnino obſcenitatis ſpeciem auferre a* Prunico *ſtudet*. *Parum ei arriſerat* Πρȣνικος Prunicos *a* Petavio, *duce Heſychio*, *explicatum*. *Neque enim Græcum*, *ſed aut Hebraicum*, *aut Syriacum vocabulum putat*, *cui Græcam terminationem affixerint Gnoſtici*. *Itaque* Nuncium, Legatum, *ac* Tabellarium *ex dict. Chal. Talm. Buxtorf*. Parunka, *ſeu* Parvanka *interpretatur*: *idem ſcilicet quod celeberrimus* Petavius *paullo ante ex Græco tradiderat*. *Quid vero*? *Nonne fabuloſum nomen in Ægypto confictum*, *Ægyptio item ſermone exponere præſtat*? *Id equidem Salmaſius ipſe aliquando ſenſit*. *Ergo planum eſt* Prunicon *vocem eſſe Ægyptiam compoſitam ex* ⲡⲣⲟ, & ⲫⲣⲟ Pro, Oſtium, ruptura, Os, [*pro quo* αἰδοῖον θηλεικῶν, *cum* ⲛ̀ n *nota articuli gen.* & *ex* ⲟⲩϧⲉ ouche, *aut* yche: Pronuche, *ſeu* Pronyche, *ideſt* ruptura, & hiatus abortus. *Idem eſt* ϥⲓⲣⲓ-ⲛⲁϧⲉ phiri-nache, germen, ejectio, abortus. *Nam ut intelligamus Ægyptiacæ vocis ingenium*, *Beauſobrius ipſe laud. Tom.* 2. *pag.* 326. Prunice *quoque vocatam aperte teſtatur*. *Adi jam S. Irenæum*, *Origenem*, *alioſque vetuſtiſſimos Eccleſiæ Scriptores de* Prunico, *ſive* Prunice *agentes*. *Ex his vero non* Tabellarium, *non* Legatum, *non* Nuncium *in* Prunico, *ut Beauſobrius vellet*, *expreſſum conſpicies*; *ſed audi quid ſemper*, *quid unice ſpectes*. *Soluti videlicet & imperfecti fœtus effluvium*: δυύαμιν ῥέȣσαν, *cujus ſymbolum fuiſſe Evangelicam* αἱμοῤῥοȣ̃σαν hæmorroïſam *Valentiniani ſomniarunt*: εἰς ἄπειρον ῥέȣσαν ȣ̓σίαν ſubſtantiam in immenſum fluentem: Sophiam, Spiritum S., *Matrem* Enthymeſis *ſeu* Achamoth, impoſſibilem *atque* incomprehenſibilem rem aggreſſam, ȣ̓σίαν ἄμορφον

ortum] informem eſſentiam peperiſſe : *fœtum* ἄμορφον καὶ ἀνείδεον, omnis formæ, & figuræ expertem : καρπὸν ἀσθενῆ καὶ θήλυν fructum imbecillum, & fœmineum *ſine opera maris : Æ*onem *iterum*, cujus paſſio fructificavit fructum fœmineum, invalidum, informem, & inefficacem . . . . ſubſtantiam *denique & eſſentiam illam*, ex qua omnia materialia opera prolata ſunt, mors, corruptio, error, *& his ſimilia*. *Hæc Lib.* I. *&* 2. *Iren.*

Ita & Gnoſtici Barbelitæ impuriſſimis imaginibus repræſentabant Spiritum S., Sophiam, Prunicon, ſine conjugatione quærentem conjugem, impetum facientem, extendentem ſe, & proſpicientem ad inferiores partes : *ſed Ea non invento conjuge* generavit opus, [*abortum ſcilicet*,] in quo erat ignorantia & audacia, & hoc opus eſſe *dicebant* Proarchontem fabricatorem conditionis hujus.

Ophitæ hanc ipſam Sophiam maſculo-fœminam, *quæ eſt* Enthymeſis *Valentinianorum ex* ſuperebullitione *Matris partam delirabant*; *adeo ut videantur hi* Prunice *nuncupaſſe quaſi* ⲃⲣⲉϩⲓ-ⲛ̀-ⲛⲟⲩϫⲉ, *vel* ⲃⲣⲉϩⲓ-ⲛ̀-ⲁϫⲉ Brehinyche, *ſeu* Brehinache, ebullitionem abortivam. *Vid. Part.* I. *Alph. pag.* 74. 101. 105. *Eſt etiam* ⲣⲱⲛⲟⲩⲓ *Ægyptia vox* rem debilem, vanam, fluxam, *cujuſmodi ſunt fiſtulæ, ſtipulæ, & fragmenta, ſignificans : immo vero* ⲣⲓⲟⲩⲓ *pro impudico, inani, & effraeni conatu in Venerem ſumitur Gen.* XIX. *v.* 8. *Quare in* ⲡ-ⲣⲱⲛⲟⲩⲓ, *vel* ⲡ-ⲣⲓⲟⲩ-ⲛⲟⲩϫⲉ Prunice *intelligitur* fluxus, *&* diſperſio inanis abortus *ex impudico niſu* Sophiæ.

Tam vero perſpicua & exacta eſt noſtra iſta interpretatio, ut ſi eam teneas, totius Gnoſticæ fabulæ involucrum explicatum habeas. At Beauſobrio licuit ſpeciem omnem impuritatis ex hac voce depellere, ne quid amplius de hæretico hoc monſtro intelligamus; & ſub divini cujuſdam Legati *inſignibus ſancta & veneranda appareant verenda* Prunice.

 Acha-

Achamot, *quam Mater* Sophia *produxit defluens ille eſt, & informis abortus. Sed quia nomen Matris* Barbelitæ, Ophitæ, & Valentiniani *impoſuerunt Filiæ, utrique & Matri & Filiæ, quemadmodum ipſum quoque* Prunice *nomen, veluti commune fecerunt. Hinc eſt cur & Noſtrates, & alienæ communionis Theologi plerique omnes*, Achamot *ab Hebr. voce* חכמה Hochma, Σοφίαν Sapientiam *ſignificare docuerint. Verum* Achamot *multo aptius exponitur*, focus & æſtus Μῶθ Moth. אח Acha *namque* rogum, & fornacem ardentem, *Arab.* excandeſcentiam, æſtum, & angorem *denotat. Ex eo eſt Syr.* ܐܚܕ Echad, accenſus: *Huc facit Ægyptium* ⲁ̀ⲕⲓⲙ movere, commovere: *Æthiop.* ሀወከ Hawacha concitare, conturbare: ሀከየ Hacha-i tardum, *quid &* iners: እከየ Acha-i nequitia, pravitas: *itemque Ægypt.* ⲙ̀-ⲕⲁϩ, & *Græc.* ἄχος moeror, dolor, *ut &* ἄχθος onus, gravitas. *Hæc de priori eaque ſimplici voce* Acha *in compoſita* Acha-moth.

Altera, quæ eſt Moth, primum *illud* fluvidum, μῶθ *a Phœnicibus appellatum, ſatis perſpicue refert. Nonnulla de eo indicavimus pag. 228., ubi cum Ægyptia* ⲙⲱⲟⲩ aqua, & *cum Indica* mathu materie *atque* hyle *veterum* μῶθ *Phœniciam contulimus. Æthiopice* ማያት Majat, [*unde* Mojot, & Mot,] *dicuntur* aquæ.

Singulas haſce ſignificationes in Magnæ Matris *ſuæ nomine Gnoſtici agnoverunt. Illam utpote* æſtuantem, vehementerque ebullientem in umbra, & inanitatis locis: *tamquam materiæ æſtum commenti ſunt Valentiniani; ignemque ex ea natum, & elementis inſperſum corruptionis, & mortis cauſam dictitarunt. Cum æſtu intulit* Achamoth, אכם Acham, atrorem *in aquas, & inde* umbra, obſcuritas, & nigredo μῶθ. *Præcipue vero* Ach *paſſionem* Enthymeſis *exprimit. Nam ex ſeparata* paſſione Sophiæ, *eaque, ejecta extra pleroma, orbata* Logo, *id eſt a* CHRISTO *derelicta,*

& ſpo-

& ſpoliata lumine, συςάσιν, ϰ̀ ἐσίαν ὕλης collectionem, & eſſentiam materiæ, *unde factus eſt Mundus*, *exortam fabulabantur*. *Ex* paſſione *proinde* ἐκ τοῦ πάθους ὃ ἦν ὕλη quod erat materia, *fuerunt* timor, angor, ignoratio, repugnantia: *& ex his* elementa Mundi, *quæ* ſiniſtra *vocabant*. *Hæc rurſus a Barbelitis* tædiata *&* contriſtata *nuncupabatur*, *proculdubio ab* Acha. *Reliquæ interpretationes propriæ erant* Ophitarum. *Ii etenim* Sophiam *natam ex ſuperebullitione Matris ad* ſiniſtram *effuſa*, *& ipſam propterea* ſiniſtram *denominatam*, *deorſum labentem*, *præcipitem*, *ac temere deſilientem in aquas*, *eas moviſſe*, *agitaſſe*, *conturbaſſe* petulanter *uſque ad abyſſos*, *& ex eis*, *atque adeo ex* materia *aſſumſiſſe corpus*, *quo* deligata, *atque* valde gravata *propter* gravedinem *aſcendere*, *ac reſilire non poſſet*, *effingebant*. *An hæc ea ſit anima Mundi a Philoſophis Æthnicis excogitata*, *diu ſcrutari permoleſtum eſt*. *Illud unum animadvertam*, *quod* Achamoth *Valentiniana efformata dicitur virtute* CHRISTI *ſuperioris* διὰ τȣ̃ ςαυρȣ̃ *per* Crucem *extenſi*, *ſola tamen* eſſentiæ, *non autem* ſcientiæ *forma eidem impreſſa*, *ut non immerito credas* Crucis *hujus myſterium latere in ea* Crucis *ſpecie*, *quam & Nos pag.* 460. *commemoravimus*, *&* Xaca *Japonicus*, *ut ex hoc ectypo cernis*, 卍, *micantem in pectore gerit*.

Indene Sacla *nomen*, *quemadmodum tributum eſt a Manichæis* Principi *illi tenebrarum*, *a quo genitos Protoparentes noſtros ajebant*, *ſic &* CHRISTO *tamquam* Cruci affixo *Gnoſtici*, *&* Sachiæ, *de quo ſimile quiddam obſervabamus p.* 24., *tribuerunt Tibetani*? ሰቀለ Sakala *profecto*, *ne*, *quæ modo occurrit animo*, *obſervationem omittam*, ſuſpenſum, extenſum, *&* crucifixum *vocant Æthiopes*: *&* Sacla *Manichæorum ſponſus* Nebrod *unus erat ex crucifixis in firmamento*, *ubi Valentiniani ſedem collocarunt* Demiurgi *Adæ & Evæ fabricatoris*.

His

His addam, quod impuriſſimi iſti fabulatores non ſolum conjungere auſi ſunt CHRISTUM *& Salvatorem tanquam ſponſum cum ſponſa ſua* Achamot, *ſed & ipſam* concalefactam *ubi ad Eum acceſſit, & intuita eſt illius ſatellites,* partum ſpiritualem *edidiſſe finxerunt. Viden' qui ſint ſordidiſſimi fontes, unde ſomnium de* Sazoma *altera illa conjuge Xaca emerſit?*

Tertia, quæ commemoratur, eſt རི་དྭགས་སྐྱེས་ Ri-ta-khje. *Poſt ea, quæ a me obſervata ſunt, non eſt, cur multis de* Ritakhje *dicere velim. Quid enim illa, niſi* Helena *Simonis*, inventa *demum &* recurrens ad Patrem? *Illa, inquam*, Sophia *Valentiniana per* Horon, *per* Crucem, *per* Lytroten *Redemptorem, Liberatorem*, Carpiſten, Horotheten, *&* Metagogea mundata, confirmata, *&* reſtituta conjugationi ſuæ: *Illa* Achamoth, *quæ* converſa ad lumen, ad CHRISTUM *videlicet* deprecandum, accurrens ad Paracletum hoc eſt ad Salvatorem, *perque Eum* ἐκτὸς πάθους μόρφωσιν liberata affectu atque paſſione, forma ſcientiæ donata, *perducta ad agnitionem, & ut ovis amiſſa, quæſita tandem & recuperata eſt a* CHRISTO *Sotere: Illa, quæ poſt conſumationem univerſorum e* medietate *introducta in* pleroma *tanquam ſponſa adhærebit ſponſo Salvatori, & myſterium nuptiarum complebit*: *Illa* Prunicos *Ophitarum redintegrata, reſtituta, & adunata: Illa eadem eſt* Ritakhje *Tibetanorum; apud quos alio fortaſſe nomine tanquam ſapientiæ Dea, atque* Sophia, सरस्वती Saraſuoti, *&* मंजुस्वरी Mangiuſuori *Indicè appellatur. Ex quo enim* reparata, *& reſtituta ſit, inde* Ritakje *nomen accepit. Nam Chaldaica* רִתֵּךְ Ritek [*in forma* Pihel] *ipſiſſima* རི་དྭགས་ Ritak *exacte reſpondens*, reparare *ſignificat*, reſtituere, conſolidare.

dare. *Sic & Arab.* رتق Rataka conſuere, *ac* reſarcire rem fiſſam: *&* retakahoun *congreſſum viri cum uxore denotat.* *Similis eſt Indica* रति rati copula, *atque* coitio. *Æthiopibus* ርትዐ Rytua *dicitur, qui* rectus *eſt emendatus, & reſtitutus.* ཁྱེས་ Khje *exhibet* קהיה Khja *Chald.* aggeſtionem *nimirum*, & collectionem, *primamque illam* originem, *unde miſſa fuerat* Helena, Enthymeſis, primus homo, *&* anima *Manichæorum*.

Ecce qui Sponſus *ſit* Xaca, *quæ Illius* Sponſæ, *qui* Filius. *Nam & is quemadmodum* Xacæ *tribui queat a Tibetanis, ex deliriis Gnoſticorum, & Valentinianorum diſcere poteris apud* S. Irenæum *cum in aliis pluribus locis, tum maxime Lib. I. C. XI. Piguit, & puduit Miſſionarios noſtros fabulas, quas Lhamæ de tribus hiſce fœminis bene multas narrant, colligere. Inde majora emergerent lumina ad Gnoſtica, & Manichaica ſomnia in Xacaicis hiſce ſuperſtitionibus detegenda.*

N དེ་ཉིད་བྱང་ཆུབ་སེམས་དཔའ་བྱམས་པས་བྱམས་པ་ཆེན་པོ་ *De* Cihang-cihub-ſemb-bah Cjam-be *noſtra hæc Tabula diſſerte loquitur. Hunc* Deum amoris *vocant: & poſt* Xacam *ſub aſpectabilis Mundi finem ad legem inſtaurandam adhuc venturum expectant. Re tamen ipſa idem eſt cum* Xaca. *Nam &* Bramhanes, *qui ſimiliter ac Lhamæ divinum quemdam improbi* Kalanki *expugnatorem præſtolantur, eum appellant* शाक्या Scia-kja. *An quicquid de* CHRISTO *ad univerſale judicium venturo Evangelia Sancta commemorant, ad* Cjam-bha *in Tibeto transferre auſi ſunt veteres illi Religionis noſtræ corruptores? Ego equidem poſtquam tam multa de iſtorum audacia in Chriſtianorum myſteriis transformandis P. I. diſſerui, dubitare vix poſſum.*

In

In octava *primi* Mon-lam, *quod eſt publicarum ſupplicationum actio totis diebus quindecim continuata, ſolemnis Proceſſio in honorem Numinis hujus* Cjam-bha *circa Labprangæ Templum, ſummo cum ſuperſtitionis apparatu annis ſingulis inſtituitur. Incidit ſtata dies in XXII. primi Menſis. Simulacrum proceræ magnitudinis ex aere conflatum, auroque multo obductum curru vehitur magnificentiſſime exornato. Subſunt ſplendidiſſimis Aulæis undique tecti deductores, qui ſacrum vehiculum in media pompa, circumſtantibus Lhamis, hymnoſque ad muſica organa modulantibus, decenter moveant. Venit poſtremo loco ſtatua* Xacæ, *poſt hanc* Urchjenis, *&* *omnium ultima* Tzhoncabæ.

Indi Deum amoris *nominant interdum* कमदेव Kamdev *a* כָּמַה deſiderare, amare, *interdum* मनान्तु manantu, *vel a Syr.*nehemtho, [*de quo ſupra,*] *vel a* menja *Æthiop.* deſiderio plenus. *Quin etiam ejus indolis vox eſt, ut* conſolationis Deum *oſtendat. Nam Chald.* נחמתא nehemta *dicitur* conſolatio. *Quod* Cjam *efferunt Tibetani, fortaſſe ex eodem Indico, & Hebr.* Kamah, *prodire potuit. Rectius tamen derivatum video ab Arabico* كيخم Kai-cham, *ſeu* Kiham; *quod eſt, interprete* Caſtello, *quaſi Perſ.* كى خان Ka-Chan, *ideſt* Magnus חהן Cohen, Rex, Imperator. *Hic tamen pro* Sacerdote, excelſo, *&* alto *ſumitur, quemadmodum ſuperius explicatum eſt. Neque id tantum, ſed &* ſeniorem *vox iſta ſignificare poteſt. Sin vero credas* Cjam *affine Indico* हाकिम Hachim, [*quod eſt ab* חכם Hacham,] Judicem *appellabis,* ſapientem *ſcilicet, immo &* ſenem. *Quod enim Hebræis eſt* זקן Zachen, *id Samaritanis eſt* ࠇࠊࠉࠌ Hachim, *& ex Arabibus* Achum. *His porro ceu veſtigiis inſiſtens ad ſimile quoddam Manetis commentum adducor. Nam & Is ante Mundi conflagrationem* ſeniorem *apparriturum, teſte* Tyrbone, *ajebat:* O

πρεσ-

πρεσβύτης, ὅταν περιφανῇ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα ſenior cum manifeſtam fecerit, *ejus imaginem, ſive ut eſt in Epiph.* ὅταν ὁ ἀνδριὰς ἔλθῃ, quando venerit ſtatua: *ubi, ſi divinare liceat, alludit hæreſiarcha ad* חמנים Chamanim, *ad* Statuas *nempe* Subdiales, *ad* Idola, & Imagines Solis, *præſertim quum in Sole Manes collocaret una cum Chriſto* Seniorem tertium. བེ་Be, *ſive* Ba & *ipſum per Hebr.* בא Ba *expoſitum*, Cjam-bha, Cjam venientem, *aut* venturum *innuit*.

Beauſobrius T. II. H. Man. pag. 577. quid & Senior, & Simulacrum *iſtud ſit, ſe ignorare fatetur. Id unum ſtatuit*, Myſteria *quædam eſſe a Manichæis excogitata. Verum quum ex* tertia Majeſtate, [*de qua Fauſtus apud S. Auguſtinum L. XX. 2.*] *conjiciat*, Seniorem tertium *eundem fortaſſe eſſe ac* Spiritum Sanctum, *conjiciam & ego* Spiritum Sanctum, Salvatorem, Paracletum *ſive Valentinianorum, ſive Manichæorum ſatis perſpicue exhibere formam* Cjam-bhe *Tibetanorum. Vim certe maximam huic meæ conjecturæ adjungeret Ægyptium* ⲡⲓⲁⲙⲁϩⲓ fortitudo, majeſtas, & conſolatio, *ſi ex eo derivatum eſſet Tibetanum* ཅམ་. *Nam* ཅ་ Cja *in voce* Cjam, *vel* Cjama, *reſpondet Ægyptiæ* ⲡⲓⲁ- *in* Piamah. *Neque enim ignoras in quam multas variaſque ſignificationes myſtica nomina nefarii Illi impoſtores verſare ſolerent, ut nihil propterea mirari debeas, quòd* Cjam *modo Regem, modo Judicem, modo Seniorem, modo Statuam, modo Majeſtatem, modo Paraclitum, pro ipſa quoque varietate regionum, ex induſtria appellarint.*

Ad magicorum carminum formulas, quod attinet, ſi quis erit, cui incredibiles videantur, eas comparet cum Ophitarum *invocationibus apud* Origenem *in VI. contra* Celſum. *Septem ſunt, quas eo loci refert, omneſque hanc habent clauſulam:* Gratia ſit mecum, ita Pater, ſit mecum. *In* quinta Aſtaphæum *ſic appellabant*: Tertiæ princeps portæ Aſtaphæe Ἐπίσκοπε πιςεότης ὕδατος ἀρχῆς Epiſcope


primæ aquæ principatus, unum me ex initiatis reſpiciens admitte, virginis ſpiritu purgatum videns a mundi ſubſtantia. Ἡ χάρις συνέςω μοι, πάτερ, συνέςω μοι Gratia ſit mecum, Pater, ſit mecum. *Septimam ad* Horæum *his verbis inchoabant:* ὑπερβὰς φραγμὸν πυρὸς ἀφόβως ſuperata ſæpe ignis intrepide &c. *Ejuſdem naturæ ſunt formulæ* τῆς ἀπολυτρώσεως redemtionis, *&* ἀναγεννήσεως regenerationis *Marcoſiorum a* S. *Iren. relatæ L. I. adv. hær. C.* 21. *Inter ceteras illa eſt:* Id quod virtutem omnem exſuperat, invoco, quod Lux, Spiritus bonus, & Vita nominatur. *Ceteras prætereo; nam quæ hactenus recitatæ ſunt, idem prorſus, quod Tibetanæ, ingenium ſpirant.*

Quo nomine Xacaitæ *appellent* preces, *quas illi fundunt vel in* agone, *vel poſt mortem hominis, me plane fugit. Magnam tamen cognationem habent cum iis, quæ, teſte S. Iren. L. I. C. XXI. 5., ab ante dictis Marcoſiis fiebant:* Sunt alii, *inquit*, qui τοὺς τελευτῶντας jam jamque ex hac vita exceſſuros redimant, oleum aquæ immixtum in eorum capita injicientes una cum iis invocationibus, quas ſuperius commemoravimus. Τοὺς τελευτῶντας, *vertit vetus Interpres*, mortuos, *quemadmodum & Ille, qui* Theodoretum *Latio donavit*, μετὰ τὴν ἀποβίωσιν, *tranſtulit* poſt mortem. *Cenſet Maſſuetus, Græcatum Irenæi*, morientes, *tum Theodoreti:* inſtante interitu, *rectius explicari.* Butyrum *fortaſſe loco* olei *adhibent Tibetani una cum* aqua, *& cum invocationibus plane ſimilibus in ritu funeris tradito p.* 443. *Hujus enim unguenti uſus, haud aliter quam apud Marcoſios* opobalſami, *&* olei *unctio, ſacra comite* invocatione, *in eorum myſticis cæremoniis, ſolemnis eſt, & multa cum religione frequentatus.*

FRONS

FRONS TAB. TIB. ADVERSA.

Carmen jam ſemel cœptum in laudem Cjam-bæ *proſequitur in hunc modum.*



Monemus Lipſienſe Exemplar tum in hac pericope, tum in ſequentibus, ſculptoris vitio, pluribus orthographiæ mendis ſcatere.

Na ma ꞉ *Sam-tha Pou-ttrha-nhan* | *Ah. Kha. Scia. Sa. Ma. Tha. Nu. Ka. Tha. Pi. Tzhi. Tti. Pa. Ra. Cha. Ra.* Xacha || *Nam-khei gning-pohi hò.* || *Te ne Ciang-cibub ſem-bah trib-va tam-cjhe nam par ſel-be gning-r'cje cjhen-behi gning thop ſce-cja-behi ti te Zin-la gniom vare ſgiuk-ne* Sang nga *Mre-pha* | *Nama* ꞉ *Sam-tha Pou-ttrha nha-n. Ah. Sa. Tha. Chhi. Ta. A. Chju. Ka. Thak. Trhi. Trhi. Ri. Ri.* Xacha. || *Trip-bha tam cihè r'nam vare ſel-bhei hò* ||

Hactenus de *Cjam-bha*. Interpretatio ſic eſt.

Na-ma Sam-tha Pou-tthra-nha-ne. *Ah.* Kha. *&c.* XACHA [a]. O præclara dignitas cæleſtis commiſeratoris! Is enim, *Cjang-ciub-ſem-bah Refocillator* & *Refector* perfectus ſpirituum luce amabili pietatis principalis & maximæ, pietate potenti & imperanti, afflictis atque jacentibus, invocantibus ſe infundit vitalem pulchritudinem, ſplendorem, & ſuavitatem, ope *occultæ Magiæ* [b] dixit, *vel* dicens: *Nama Sam-tha Pou-ttrha-na-n.* *Ah. Sa. Tha. &c.* XACHA [c]. O quam mira & ſublimis eſt dignitas veneranda perfecti *Refocillatoris*, & *Illuminatoris* ſpirituum!

a *Celeberrimæ erant in* Scythia *incantationes Legislatoris* Xamolxidis. *Earum meminit* Plato *in* Charmide, *ſcripſitque in ea fuiſſe opinione Scythas, ut crederent*, folium abſque incantatione nihil prodeſſe. *Scimus carmina iſtæc Tibeticarum incantationum tantæ antiquitatis non eſſe, ut accepta referri queant* Zamolxidi. *Sunt ea recentioris ævi, & poſt Chriſtum natum inventa. Eorum plura potuit ab initio fabricari* Sam-than-Pou-ttrah, *ſed multo majora invexit immanis hujus tenebrionis poſteritas. Ejus equidem naturæ ſunt, ut e Gnoſticorum, aliorumque Pſeudochriſtianorum officina prodiiſſe videantur.*

Marcus Magus Græci Alphabeti litteras XXIV. ſimplices, *additis* tribus *duplicibus, quæ* ſex *ſimplicibus conſtant, ad numerum XXX. evexit, ut numero* æonum *XXX. reſponderent: ſingulaſque litteras tamquam propria nomina ſingulis æonibus, ut unuſquiſque* Propatoris *incomprehenſibilis & inenarrabilis enunciationem ederent, adſcripſit. Litteras proinde XXIV.* ἀπόῤῥοίας... τῶν τριῶν δυνάμεων εἰκονικὰς τῶν περιεχουσῶν τὸν ὅλον τῶν ἄνω στοιχείων τὸν ἀριθμόν: Rivos *appellabat*, emanationes, & effluvia [*iconica*,] imagines *ſcilicet* exhibentia *trium* illarum *virtutum*, quæ nu-

me-

merum complectuntur ſuperorum elementorum. *Hincque* διπλᾶ γράμματα tres duplices *nominabat* εἰκόνας εἰκόνων imagines imaginum, *quia* imagines erant, *ut explicat Maſſuetus*, conjugatorum elementorum, quæ & ipſa conjugatos æones exprimebant. *Nam* tria elementa conjugii nexu tribus virtutibus devincta *fingebat Marcus*; *atque ex* ſex *hiſce inter ſe conjunctis* effluxiſſe *ſomniabat* viginti quatuor. *Hanc enim ſummam dant* ſex quater ducta. *Quumque numerus* ſex *ob eam cauſam* inſignis *eſſet*, *& vim* fabricandi, *ac* regenerandi haberet, *totumque* pleroma *Valentinianorum comprehenderet*, *idcirco* Ἰησοῦς Ieſous *nomen* narrabile, *litteris VI.*; inenarrabile *XXIV.*, *&* Υἱὸς Χριστὸς Filius Chriſtus, *quod ſermone comprehenditur*, *XII.*, *quod comprehendi non poteſt*, *XXX.*, *conſtare fabulabantur*. *Inde* JESUM, CHRISTUM, *&* περιστερὰν Columbam, A *&* Ω *vocabat*, *quod & hæc avis eundem numerum haberet*, *quem habet* α, *&* ω.

Præter elementa triginta, *excogitarunt ſyllabas* quatuor, *quæ omnia contineret* λόγος *ex ore* Σιγῆς Siges *productus tanquam Parenti ſuo ſimilis*, *formamque referens* ἀοράτου inviſibilis. *Sicque*, *ut argumentatur S. Irenæus L. I. C. XV. 5.*; rerum omnium Parentem *perinde ac* Sermonem in figuras, *&* numeros nunc *triginta*, *nunc* viginti quatuor, *nunc* ſex dumtaxat *concludens*, quatuor ſyllabis, *&* elementis *triginta componebat*, *& in eas rurſus diſſecabat*.

Virtutes, *ſeu Cælos ſeptem ad imitationem hebdomadis ſupremæ*, *hoc eſt* Ἀληθείας *conjugis* Νῦ, *ſeptem proloqui litteras* vocales: *omnes ſimul inter ſe connexas tinnire*: *laudibus eum a quo productæ ſunt*, *efferre*: *gloriam hujus ſoni ad Propatorem tranſmitti*: *laudationis vero ſonum in terram delatum*, *eorum*, *quæ in terra ſunt effectorem ac Parentem eſſe ajebat*, *teſte* S. Iren. *loco laudato*.

My-

Myſteria iſtæc ab Ægyptiis accepiſſe Gnoſticos multis, oſtendit Jablonskius in Prolegom. ad Panth. §. *XXV., ubi, ſi noſcere cupis apud Gnoſticos aut* Deum, [*aliàs* Fò *Sinicum*, *&* Pò *Tibetanum*,] *harmonicum*, natura ſua muſicum, indefeſſum tum in perficiendo concentu cantuum, tum in tranſmittendo ad ſingula organa propriæ ſuæ melodiæ rythmum, *aut πάντων χέλυν* univerſorum Chelym *Maneti tanquam Inſtitutori principi*, Beauſobrio *adſtipulante, tributam, aut Eum, qui* modos concinnat lyricos verticis Cæleſtis, [*quemadmodum cernis in Cacumine* Righjel,] *uberem Ille, qua voti compos fias, ſuppeditabit materiem. Ego quantum arcana magica Tibetanorum Marcoſiis ſimilia videri queant, ſpectabo.*

Syzygiis *Æonum* triginta *reſpondent ſimiliter litteræ Alphabeti Tibetani* triginta: *quæ ſunt* effluvia trium *virtutum, vel* Unitatis, *&* Dyadis, *ut vides in* Or. Liturgica *ad pag.* 163. *&* 225., *vel* Triadis, *ſive* inviſibilis, *dum eſt in Mundo ſuperiori, vel* viſibilis, *dum fingitur deſcendiſſe in* Righjel *Mundi inferioris. Et ob id vocantur* Sel-cihè Magna Lumina, *ſive* Clarificantes Magnæ. *V. pag.* 575.

Dubitaſne de pari litterarum XXX. numero cum ſyzygiis, quia ſyzygias dant Xachaitæ duas *ſupra* triginta? *Sic enim,* [*dices,*] *æones ſuperiores erunt XXXII., & inferiores totidem. Nihil eſt. Nam ipſi quoque Valentiniani, ut jam ſuperius oſtendi, intra* pleroma *collocabant æonas XXXIV. quamquam* triginta *dumtaxat numerarent.*

Syllabæ quatuor *referuntur ad primam* tetradem *matrem & radicem omnium. Sunt hæ* ſyllabæ, *ſive* litteræ *cum* a *vocali inſeparabili, in* ordines ſeptem plenos *diſtributæ:* octavus *additur duobus tantummodo elementis conſtans, ut ita* ogdoas *fiat, & hæc* formam gerat octonationis. *Expende Tab. Alphab. editam Cap. VI. pag.* 579.

Numerus ſenarius *apud ipſos quoque Tibetanos inſignis*

nis eſt, & *miram habet efficaciam. Inde fit, cur* Xachaitæ *tantopere celebrent virtutem Or.* Hom-Ma-nì-pe-me-hum; *ſex enim, ut ajunt, litteris conſtat.*

Vocales ſeptem *canoras Marcoſiorum expreſſas vides primum in ſono* a *unicuique litterarum inſito, deinde in* ི i, ེ e, ོ o, ུ u, *poſtremo in* duabus ྱ j, & ྲ r. *Propterea* vocales *nominant* Jang, *vel rectius* Cjang ſonoras, & harmonicas.

Numerus ſeptenarius & *ipſe, arcanum quoddam eſt, referturque ad* aureos Montes, & *ad* Maria ſeptem.

ཡ Ja *ſingularis ſoni fortaſſe creditur ob myſticam aliquam ſignificationem, quæ, ſi non eadem eſt cum* Marcoſia, *ab ea tamen haud multo procul recedit.*

Neque putandum eſt carere myſterio figuras XII. magicarum. Eas enim conjunctionem habere, aut cum arcano XII. litterarum nominis Filii Chriſti, *aut cum* Dodecade, *aliiſve id genus Gnoſticorum* ſecretis, *conjicere licet.*

Rurſus ſicuti agnoſcebant Marcoſii in vagitu Infantium, vix dum in lucem veniunt, impetum naturæ ſeptem litteras *ſonantis, ita & Buttiani arcanam virtutem quarumdam litterarum in invocationibus magicis aſſimilant puellorum ejulatibus, quibus opem matris implorant.*

Denique arcanum τοῦ A Alpha, & Ω Omega *a Marcoſiis explicatum, in exordio Liturgicæ Or. Tibetanorum adumbratum tenes, præſertim ſi* Ch, *in voce* Chum, *prima ſit Alph. littera*, ཁ Kh; *qua de re nihil certi ſtatuere poſſumus, quum Tibetanum exemplar deſideretur.*

Rogaſne quò iſta ſpectent? Eò ſcilicet, ut intelligamus artificium, quo inſtructa ſunt carmina magica Tibetana. Litteræ in his ſive ſimplices, & ſolitariæ, *ſive* compoſitæ, & conjunctæ *ſeſeipſis* energeticæ *ſunt* & operatrices. *Ob hanc cauſam nomina integra, & compoſita ſolvunt in litteras* ſimplices. *Id jam novimus in ſolemni illa precatio-*

catione centies commemorata : Hom-Ma-nì-pe-me-hum. *Duo illa nomina intermedia* Manì*:* Peme , *ſolvunt in litteras* མ m. ན n. པ p. མ m*: eiſque ſingulis vim propriam effectricem tribuunt. Hoc idem ſit, in præſentia.* Achaſcia ཤ ཁ ཨ *quaſi* אחש A-cha-s Dignitas, Majeſtas *cum* ཧ Ha
ཧ ཧ
ſubjecto duabus primis , *ex magiæ proculdubio præceptis, reſolvitur in litteras tres* Ah. Kah. Scia. *Rurſus* ས མ ཐ
ཧ
Sam-tha *in has:* ས Se. མ Ma. ཐ tha. *Sic in aliis. Jam*
ཧ
non admodum arduum eſſet ſolidorum nominum ſenſum exponere. Sed, nec arcanum, nec vim litterarum, neque vero numerorum energiam*, quam in magicis hiſce nugis contineri ſcimus, divinare poſſumus. Conſultius itaque erit atra hæc carmina, uti jacent, referre, quam in eis interpretandis inutiliter immorari.*

b སྨྲེ་ཕ Mre-pha, dixit, *vel* dicens. *Cl.* Anquetil du Perron *in cit.* relat. Itineris Indici, [*quam mihi muneri dedit Vir Summus de Catholica Religione, deque bonis litteris optime meritus Cardinalis* JOSEPHUS SPINELLIUS,] *explicaturus pag* 16. *col.* 2. *quid inter ſe differant dialecti duæ* Zoroaſtris, Aveſta & Pahzend, *exemplum tradit vocis* Mreod. *Mreod,* [*inquit*] dans l'Aveſta, ſignifie *il a dit*, en Pahzend c'eſt *Meri. At certe nec dogmata, nec Numina, nec* Khjute, *nec Libri alii Tibetani a* Zoroaſtre *ſunt editi. In iis tamen* སྨྲེ་ཕ Mre-pha, *aut* སྨྲེ་ཕོ Mre-phò, dixit *ſæpiſſime legitur. Nam binæ paginæ Tab. Lipſ.* ſexies *hanc vocem repetunt: eaque commentarium ſuum in Or.* Hom-Manì-pe-me-hum *claudit Lhama Laſſenſis Part.* I. *Alph. pag* 519. *Apparet autem vox non Zoroaſtricæ, ſed Hebraicæ originis,*

ducta

ducta ab אמר*, indeque derivata in Chaldæam, Syriacam, Æthiopicam, & Ægyptiacam linguam, quemadmodum pluribus, ſi res ita poſtularet, demonſtrari poſſet.*

c ཧོ Hò, *ſummam, ac ſupremam dignitatem, & excellentiam indicat; idemque valet quod* Oo *Japonicum, &* Hoam *Sinicum, interprete Deguign.*, Auguſtus. *Sed in hoc loco inſitam habet vim magicæ laudationis*, Marcoſiæ *perſimilem. De ea loquitur S. Iren. L. I. adv. H. C. XIV. n.* 8. Hinc etiam fit, ut anima cum in laboribus, & ærumnis verſatur εἰς διυλισμὸν recreandi ſui cauſa, *ut Billius, vel ut vetus Interpres vertit*, in relevationem ſuam; εἰς σημεῖον αἰνέσεως in laudationis ſignum, Ω inclamet: quæ, [*nimirum ſuperior Anima,*] quod ſibi cognatum eſt, agnoſcens, opem ei mittat. *Nihil eo accomodatius ad rem noſtram adferri poterat.* ཧོ Hò *Tibetanum idem plane eſt, eoſdemque effectus, quos* Ω *Marcoſiorum in magica inclamatione præſtat.* Ὁ Διυλισμὸς τοῦ πνεύματος, percolatio & expurgatio Spiritus, *quo pacto fieret apud Gnoſticos, ex Clemen. Alex. L. I.* Pædag. *explicat* Maſſuet. *in adnot. ad recitatum S. Iren. teſtimonium. Nam* μετανοίαν ἐξ ἀνάγκης ἡ ἐπὶ τοῖς ἥττοσι pœnitentiam propter deteriora neceſſario *ſequi docebant, quum* ἐκ ἀπὸ τῆς ὑπομνήσεως τῶν ἀμεινόνων recordatione meliorum *fieret* τῶν χειρόνων χωρησμὸς eorum, quæ deteriora ſunt, ſeparatio: *Sicque redemptionem, converſionem, expurgationem ſpiritus nudam* τὴν μνήμην τῶν κρειττόνων εἶναι recordationem meliorum eſſe *ſtatuebant. Hoc idem erat* dogma *Manichæorum, ut vel ex una* Secundini *epiſt. ad* S. AUGUSTINUM *apertiſſime liquet. Sed accipe verba* Fortunati *apud eumdem SS. Doctorem Diſp. II.* Qua ſcientia admonita anima, & memoriæ priſtinæ reddita recognoſcit, ex quo originem trahat, in quo malo verſetur, qui-

bus bonis iterum emendans quæ nolens peccavit, poſſit, per emendationem delictorum ſuorum bonorum operum gratia, meritum ſibi reconciliationis apud Deum collocare, Auctore Salvatore noſtro, qui nos docet & bona exercere, & mala fugere. *Totum id Chriſtianæ* gratiæ *genus a* Gnoſticis *&* Manichæis *agnitum, tum* veteres, *tum* novi Pelagiani *avide adoptarunt, cum hoc tamen diſcrimine quod Iſti* æquilibrium, *Illi* neceſſitatem *liberi arbitrii cum eodem genere gratiæ conjungerent. Verum quia S. Auguſtinus germanam Chriſti gratiam, quæ ſeſeipſa* efficax, *adeoque* triumphatrix, *&* victrix *repugnantis concupiſcentiæ eſſet, ita ſemper rectiſſime docuit, ut ab hominis arbitrio* æquilibrium *Pelagianum, &* Manichaicam neceſſitatem *æquo gradu rejiceret, coactus eſt apud improbos Sycophantas atrocem tum Pelagianiſmi, tum Manichæiſmi calumniam ſubire.* Alors, [*quo ſcilicet tempore contra* Manichæos *diſputabat*,] S. AUGUSTIN pélagianiſoit . . . mais lors qu'il eut à combattre les Pélagiens, il changea de ſyſtême. *Hæc* Beauſobrius *T. II. H. M. p.* 437. *&* 448. *Tam mendaces, & iniqui ſunt, qui Manichæorum & Pelagianorum exemplo varia impoſturarum genera Auguſtinianæ Doctrinæ de Chriſti gratia, & hominis libertate moliuntur. Multo ſane æquius, quicquid ogganiat* Beauſobrius, Manichæiſmi *accuſationem intorſit olim Auguſtinus in Pelagianos, hodieque jure intorquent Orthodoxi Theologi in eorum hæreticorum capita, qui actualem Chriſti gratiam a* Gnoſticis, *&* Manichæis *traditam inducere tentant. Sua enim illa* Beauſobriani *gregis aſſeclæ confeſſione urgentur:* que les Manichéens reconnoſſoient une grace de CHRIST, & une grace de S. ESPRIT, neceſſaires ſoit pour la converſion, ſoit pour la perſéverance des Fidèles. *Ibid. p.* 443. Il croyoient les uns & les autres, *Manichæi & Pelagiani*, que la ſervitude vient de ſon ignorance; & qu'elle recoure ſa liberté par la connoiſſance de la verité. *p.* 444.

། དེ་ནས་བྱང་ཆུབ་སེམས་དཔའ་ཀུན་ཏུ་སྤྱན་རས་
གཟིགས་དབང་ཕྱུག་གིས་ཀུན་ཏུ་སྤྱན་རས་གཟིགས་ཞལ་བྱ་
བའི་ཏིང་ངེ་འཛིན་ལ་སྙོམས་པར་ཞུགས་ནས་རང་གི་སྙིང་པོ་
འཁོར་ངེས་པར་བཅས་པ་སྨྲས་པ། ནམཿསམ་ནྟ་བུདྡྷ་ནཱཾ།

སརྦ་ཐ་ཁ་ཏ་ཨ་བ་ལོ་ཁི་ཏ་ཁུ་རུ་ཎ་མ་ཡ་ར་ར་ར་ཧཱུྃ་ཛཿ
སྭཱ་ཧཱ། །སྤྱན་རས་གཟིགས་དབང་ཕྱུག་གི་ཧོ༔ ནམཿསམ་

ནྟ་བུདྡྷ་ནཱཾ། ཛི་ཛི་ས་སྭཱ་ཧཱ། །མཐུ་ཆེན་ཐོབ་ཀྱི་ཧོ། །ན་མ

ཿསམ་ནྟ་བུདྡྷ་ནཱཾ། ག་རུ་ཎ་ཆེ་བེ་ཐ་རེ་ཐ་རི་ཎི་སྭཱ་ཧཱ།

Te ne *Cjang-ciub-ſem-bah* Khun tu *Cjen-re-ſi* Vang Cju kj Khun tu *Cjen-re-ſi* Scihe-cja-behi tit te Zin la gniom phar Sgiuk ne rang kj gning-pho gor te Cjhe-va mre-pha || *Nama: Sam-tha Pou-ttraba nha n* || Sa. r-pa Tha. Kha. Ta. Aa. Pa. Lo. Khi. Ta. Khu. Ru. Nha. Ma. Ja. Ra. Ra. Ra. Ihhu. Tzha. XACHA || *Cjen-re-ſi* Vang cjhu ki hò ; *Nama: Sam-tha Pou-ttrha nha n* || Tzhi. Tzhi. Sa. XACHA || Tu cihen top khj hò || *Na-ma: O Sam-tha Pou-ttrha nha n* || Ga. Ru. No. Ncha. Be. Tha. Re. Tha. Ri. Ni. XACHA. || Eſt etiam Univerſorum *Cjang-cjub-ſem-bah* [d]

Cjen-re-ſi dominator Cæli, ille *Cen-re-ſi* ubique gentium adorabilis, qui vi efficacis invocationis commotus infundit vitam & ſuavitatem afflictis; adeo ſumma eſt propria, & intima Illius pietas & miſericordia; ut tranſmigrationum orbem abſolvant, dixit: *Nama*ꞈ *Sam-tha Pou-ttrha nha n* | *Sa-, r'pa. Tha. Kha. Ta. Aa. Pa. Lo. Khi. Ta. Kha. Ru. Nha. Ma. Ja. Ra. Ra. Ra.* [e] *Ihhu. Tzha.* XACHA. O quam auguſta, & adoranda eſt dignitas *Cjen-re-ſi* dominatoris Cæli [f] ∴ *Nama*ꞈ *Sam-tha Pou-ttrha nha n* | *Tzhi. Tzhi. Sa.* XACHA. O magni potentis Operatoris Suprema Majeſtas! *Nama*ꞈ *Sam-tha Pou-ttrha nha n* | *Ka. Ru. No. N'cha. Be. Tha. Re. Tha. Ri. Ni.* XACHA.

d Cjen-re-ſi, *Numen illud Tibetanorum Inſigne, vulgo exponitur:* Oculo fracto videns, intuens, *atque* proſpiciens. *Jam enim docuimus* Cjen *ab Hebr.* Ain *derivatam* oculum *deſignare.* རས་ Re fractum *interpretantur haud dubie a* רע Ra confringere, *&* གཟིགས་ Kaſik *a* חזה Chazah videre, providere, *ſeu* חזה Chozeh videns; *ut ita in eo* Saſyches proviſor, intelligens, *&* legislator *ille Ægypt.* Σασύχες *non obſcure deprehendatur. Latet ſcilicet in hoc nomine fabula de Capite* Cjen-re-ſi *fracto, & in partes* XI. *ſciſſo, atque diffuſo in univerſa rerum conditarum natura. Hunc ipſum appellant* Cju-cih-ſel undecim facies *ſive* ſplendores. *Fortaſſe ea Tibetanorum interpretatio recentior eſt, & facile ex ambiguitate vocis* རས་ *oriri potuit; nam ſi* རས་ *legatur* Ras, *erit* רש Ros *non tantum Hebr. ſed & aliorum Orientalium lingua*, Caput. *Ut enim Veteres indicarent* oculo capitis, mentis *ſcilicet &* puræ *rationis omnia comprehendere, & diſponere* DEUM, *tertium illum* oculum *fronti infixum tribuere* Cjen-re-ſi. *Vide, quæ de hoc ſymbolo, ac* trioculo ſimulacro *diximus P.* I. *Alph.*

Is idem videri poterit Spiritus *ille* Sanctus, *quem* Sophiam, Enthymeſin, *&* Matrem Achamoth *Valentiniani* *voca-*


vocabant. Et rurſus Demiurgus *ipſe, quatenus organum is erat cæcum, quo Mater præter* Hylicum, *&* Pſychicum, *ſemen quoque* ſpirituale *in Mundum inferiorem immittebat. Profecto quicquid de ſpiritibus incognito Patri conſubſtantialibus, & in* pleroma *reducendis impii Illi Nebulones ſomniarunt, Tibetani ad ſuum illum* Cjen-re-ſi *accomodarunt. Ut enim* Cjen-re-ſim Lhamas, Reges, *&* Cjokhiongos *conſtituere prædicant Tibetani, ſic* Prophetas, Sacerdotes, *&* Reges conſtitui *ajebant Valentiniani a* ſemine ſpirituali *Matris Achamoth per* Demiurgum *immiſſo. Attamen notas & characteres omnes* ſpiritus viventis, *atque* potentis *Manichæorum Lhamæ Xacaitæ pari omnino ratione attribuunt* Cjen-re-ſi. *Quod argumento eſt Gnoſticorum ſomnia fuiſſe olim cum Manichæorum deliriis admixta. Sunt enim inter ſe cognata, & facile ſocietatis fœdus ineunt, mutuoque cohærent. Adde, quod* Vang-cju *ſignificat etiam* Dominum gloriæ.

e *Fieri non poteſt, quin ego ſuſpicionem ingenue aperiam, quam mihi in animo evolvere de hoc nomine contigit. Sic legitur in Exempl. Lipſ.* ཧེུ་ཛེ་*: quanquam* ཛེ་tza *nullo interſyllabico ſtigmate a voce ſequenti* Xacha *diſtinguatur. Quod certe mendum eſt, & ſculptoris allucinationi imputandum.* Xacha *enim in clauſulis invocationum, quæ frequentiſſimæ ſunt, a præeunti voce ſemper ſejungitur. Jam vero* ཧེུ་ཛ་ *cum duplici vocali ſupra & infra adſcripta, ita tamen ut* ſuperna *arcanæ ſit & inuſitatæ formæ, cujuſmodi naturæ eſt totum hoc monoſyllabum, imaginem mihi exhibet Hebr. nominis* Jehoſua, JESU *nimirum latentis ſub corrupta & barbara voce* Iha-hu-tza, *vel etiam* Iha-hu-ſsa. *Notum enim eſt quam varie diviniſſimum hoc nomen* JESU *corrumpere conſueverint Gnoſtici ac præſertim Baſilidiani.*

Ex-

Extat Abraxea *ex Muſeo Capelliano apud Montfauconium in Palæogr. p.* 182. *in qua legitur* ꙇꙇⲈICVYC XPECTVZ *&c. Ita & apud S. Iren. Lib.* I. *Cap.* XXI. 3. *in formula* Marcoſiorum, *quæ* reſtitutionis in integrum *appellatur pro* JESU Nazareno *legitur* Ἰησοῦ Ναζαρία, *ſenſu uſque adeo a* Nazareno *diverſo, ut per vocem* Nazaria, ἀλήθειαν, veritatem *ſignificari vellent. Aliarum corruptionum exempla vide in eodem S. Irenæi loco. Quod ſi ad uſitatam Tibetanæ lectionis legem primum illud monoſyllabum redegeris, erit cum ſequenti* ཙ, Tza, Hu tzha, *vel* Houſa *accedens ad* הושע Hoſea, *vel* ܗܘܫܥ Huſoa *ex eodem themate, quod eſt* הושיע Hoſia ſal-vavit. *Hunc Æthiopes* ዮሴ Joſie *vocant. Sed &* Juſa *commemorant* S. *Joſephi F. ante ipſius deſponſationem cum Virgine Maria.*

f *De hujuſmodi notæ poteſtate V. C.* II. *n.* XI. *pag.* 573.



Lha-

Lha-mo trol-mah hò ⁖ O. *Na-ma* ҫ *Sam-tha Pou-ttrha nha n* ། Sa. r'pa. Cha. Ja. Tra. Si. Na. Ihbu. Sho. Tha. Ja. Xacha ༎ Dro Gnier Cjhen mehi hò ⁖ *Na-ma* ҫ *Sam-tha Pou-ttrha nha n* ། Ta. Tha. Ka. Tip. Scia. Ja. Si. Cha. Ve. ། Pema. Mha. lhi. nhi. Xacha ༎ Go-khar cjhen mehi hò. ༎ *Na-ma* ҫ *Sam-tha Pou-ttrha nha n* ། Ihbu. Kha. Ta. ntcha. Pho. Tha. Ja. Xacha ། Tham-drin-khi-hò ༎ [g] O ſumma ac veneranda dignitas Lhamiſſæ liberatricis! *Na-ma* ҫ *Sam-tha Pou-ttrha nha n*: Sa. r'pa. Cha. Ja. Tra. Si. Na. [h] Ihbu. Sho. Tha. Jab. Xacha. [i] O ſumma ac veneranda dignitas Magnæ Curatricis Viatorum! *Na-ma* ҫ *Sam-tha Pou-ttrha nha n*: Ta. Tha. Ka. Tip. Scia. Ja. Si. Cha. Ve: Pema. [k] mha. lhi. nhi. Xacha. [l] O ſumma ac veneranda dignitas Magnæ Gokarenſis! *Na-ma* ҫ *Sam-tha Pou-ttrha nha n*: Ihbu. Kha. Ta. nt'cha. [m] Pho. tha. jah. Xacha. [n] O ſumme pura & immaculata eorum omnium qui in terris habitant!

g *De* Trol-mò Lhamiſſa, *deque* Dro-gnier, *natis altera quidem ex* dextero, *altera ex* ſiniſtro *oculo* Cenreſi *vide pag* 233. E lacrymis Achamoth maria, flumina, fontes, liquidamque omnem, & humidam fuiſſe fabrefactam eſſentiam, *una erat ex millenis Valentinianorum fabulis. Manichæi pluvias e ſolutis membris Principum tenebrarum, vel ex eorum ſudore derivabant. Fieri autem non poterat, quin oculi primum ceu vehicula majora eſſent, per quæ uberior copia pluviæ deflueret. Sic enim turpe illud & obſcenum Manichæorum ſyſtema, de quo egimus P.I.Alph., neceſſario ferebat. Utra magis an Valentiniana, an Manichaica fabula materiem præbuerit Geneſi* Trol-mò, *&* Dro-gnier, *declarare nequeo. Sunt &* Virgines luminoſæ, *in quarum numerum aptius fortaſſe adſcriberentur filiæ oculorum* Cenreſi. *At nos certis ad id diſcernendum caremus indiciis. Nam longa nimis & nugatoria commenta, quæ tanquam divina de iſtarum genealogia a Tibetanis tradun-*

duntur, Miſſionarii noſtri deſcribere renuerunt. Neque enim tam putidas, futileſque dementias ſcitu, ac memoratu dignas exiſtimarunt.

h Ihhu-sho. *Iſtud equidem multo explicatius apparet nomen* JESU, *quam alterum illud jam obſervatum N.* e. *Utrumque ad* Xacham *refertur. Grandi certe arcano inſolita gemini hujus monoſyllabi forma non caret. Et quamquam* ཤ་S *cum infraſcripto* ◁ *pronuncietur ut* X, *in magicis tamen characteribus*, ◁, *non habet ſemper vim mutandi naturam & ſonum litteræ, ſed nota eſt vocis aut peregrinæ, aut myſticæ, & operatricis. Si Bayeri pronunciationem ſequaris, leges* Ihhushuo *affine Hebr.* Jehoſua. *Sin legere velis* Hihuſoh, *tene aut Æthiopicum* ኢየሱስ Ijaſus, *aut Muhamedicum* عيسى Aiſi. *Nam ex his etiam nominis corruptio oriri potuit. Accedit quod vocalis* Sciap-kiu *ſonum quandoque reddit ſimilem Græcæ υ; adeo ut ſi vox* Hihyſoh, & Hihyſou *efferatur, Græcum nomen* Ἰησοῦ *videri facile queat.*

i *Magna* Dro-gnier. *Vide not.* g.

k *Senti de me quicquid libet, ac lubet. Dic me viſa in ſomnis cernere, omnia feram, dummodo id unum patiaris, ut judicio tuo expendendum objiciam conjecturæ, ac ſi vis etiam, nudæ ſuſpicionis genus, quod mihi verſatur in animo. Nomen* Mariæ *Sinico ore corruptum in hac voce ſedet. A Sinis enim partem* Xacaicæ *fabulæ Tibetanos accepiſſe, iidem ipſi, ut noſti, affirmant. At* Mariæ *nomen* Sinice *effertur:* Ma-li-ya: *quemadmodum diximus C.* IX. *n.* I. *Si autem vetus nomen Hebr.* מִרְיָם Miriam, & ם mem *in* ן nun *Chaldæorum more mutato:* Mirian: [*unde* Mariamme *aut* Mariamne, *ævo* Joſephi Hebræi, *dicebatur,*] *Sini pronunciarunt* Ma-li-a-na, *Tibetanum* མཱ་ལཱི་ནཱ Ma-li-ha-nha *aliud*

pro-

profecto eſſe non poterit niſi Marianne, *ideſt* Maria. *Sic etiam* ማ-ሪ-ሃ-ሜ Ma-ri-ha-me *B. Virginem nuncupatam affirmant Æthiopes. Nec Manichæis ignotæ erant ſcripta quædam veterum, licet apocrypha, quæ* Annam *&* Joachim *tamquam Deiparæ Virginis Parentes commemorarent. Ea objecit Fauſtus apud S. Auguſtin. L. XXIII. contra eundem C. IX. Quidni & illud ſuſpicari poſſumus in* Ma-li-ha-na *vocabulo Matris* Hannæ *nomen,* [*Sin.* Ya-na,] *latere inſertum?*

Itaque dum orant: Pe-ma Mha-li-ha-nah Xa-cha: *quemadmodum fit in ea vulgari precatione:* Ma-nì pema: *indicare volunt* Nymphæam *florem* Mariam, *&* Xacham, *ideſt* CHRISTUM *ex ea editum. Ut enim ex* Loto, *ſive* Nymphæa, Deum, Horum, *&* Solem *natum effinxere Ægyptii Mythologi, ita ex* Mahlihanha Xacham *emiſſum fabulantur Buttantes. Quæ certe inſania a Gnoſticis* Docetis *derivata, aucta deinde eſt a Manichæorum deliriis. Illud etiam fortaſſe accidere potuit, ut ad occultandum* Mariæ *nomen, non admodum Manichæis acceptum, in aliud ſimile verterint, quod eſt Syr.* ܡܗܠܠܘܢܐ Mahalono, *& ex eo* Mahlhinhi, introitus, porta, *quaſi flos ipſe* Pemà *janua illa fuerit, per quam egreſſus eſt* Xaca. *Sic etiam Mater* Xacæ metaphorice *deſcriberetur iis ferme characteribus, quibus Valentiniani Sanctiſſimam Chriſti Matrem deſcribebant.*

l Go-kar *Regio omnis intelligitur, quæ ſita eſt trans montes. Hinc* Gokaros *appellant Europæos. Vid. p.* 588. 654. *Quæ autem* Diva *hoc in loco extollitur, & celebratur, alia eſſe nequit, quam mox invocata* Mah-li ha-nhi. *Dicitur* Gokarenſis, *quia* extera *eſt &* peregrina.

m Pho-tha *Sinica voce dictus* Budda. Jah, *quod additur,* Jao *interpretor, magnum ſcilicet, & ineffabile illud Dei nomen* Jehova *a Gnoſticis & Baſilidianis corruptum, & in* Jao *improbo ingenio mutatum. Si cognita fuiſſent* Tyr-

boni *nomina magica, quæ* Budda *Præceptor Manetis invocare ſolebat, inter ea fortaſſe reperiretur* Jao. *Nam & apud Paganos Nomen hoc Dei Sanctiſſimum erat. Quod quidem Eruditis omnibus compertum eſt.* Fewardentius & Galaſſius *animadverſ.* in S. Irenæi *libros factum putant ex Hebr.* יה Ja *cum addito* o, Jao. *Samaritani, teſte Theodoreto, & adnotatore Grabio in eumdem Irenæum,* Jabe *illud appellaſſe dicuntur, Judæi vero* Aïà Aja, *quod eſt Hebraice* יה Jah, *Tibetice pariter* ཡ Jah. *In his igitur vocibus* Phota Jàh, *nominatus cernitur* Xacha *tamquam magnus ille Lhamarum, & Bonſiorum* Deus Buta.

n དྲིན Drin. *Chaldaica vox eſt; & ea quidem in C. II. Daniel. v.* 18. דארין Daarin *ſignificat* habitantes. *Hinc* מדורך Medorach, habitatio tua *Dan. IV.* 22.: *& eſt a radice* דירה Darah, *quo etiam nomine deſignatur* terra & ſeculum. *Syriace pariter* ܡܕܪܐ Medro *dicitur* terra, *uti & Æthiopice* ምድር Medry, *& inde Tibetanum* མདྲིན Madrin *coaleſcens in monoſyllabum* drin. *Quare quum* ཏམ Tam *Tibet. & Hebr.* תם Tam, perfectum, integrum, caſtum, & immaculatum, *atque adeo* תמה Tamma, puram, & immaculatam *denotet, per eam laudationis ſpeciem,* Tam, *vel* Tama, [*ſi vox integra efferatur,*] *extollunt Buttantes* puritatem *ſummam & intemeratam* Mha-lhi-ha-ne. *Nam Matrem Xacæ* Lamo Khju prul, Lamiſſam Cæli, *ſive* felicitatis, admirabilem, *tamquam Virginem maxime integram & immaculatam prædicant.*

Hucuſque Divas omnino tres *commemorari audivimus:* Trol-mo, Dro-gnier, Mah-li-ha-ne, *eaſdem, ut ego opinor, quæ ceu divinæ* conſortes *laudantur in Oratione Liturgica pag.* 164.

ཏེ་ནས་བྱང་ཆུབ་སེམས་དཔའ་ས་ཡི་སྙིང་[o]པྟ་ཏོར་ཆེ་མི་

སྡིགས་པ་ཏོག་པའི་ཡུལ་ཞེས་བྱ་བའི་ཏི་ཏེ་འཛིན་ལ་སྙོམས་

པར་ཞུགས་ནས་གསང་སྔགས་སྨྲས་པ། ནམཿསམནྟ་བུདྡྷ་ནཱཾ།

ཧ་ཧ་ཧ་སུ་ཏ་ནུ་ཀྵ་ཤ།། ས་ཡི་སྙིང་པོའི་ཧོ།།

Te ne *Cjang-cihub-ſem-bha* Sahi Gning phtha Tor'cihe mi ſik-ba tok-behi jul ſcihe-cja-behi ti-te la gnios par ſgiuk-ne ſang-nga mre-pha । *Na-ma*ཿ *Sam-tha Pou-ttrha nhan* ।। Ha. Ha. Ha. Su. Tha. Nu. Xacha ।। Sahi Gning-Pohi ho ।। Ille item *Cjang-cjub-ſem-bah* Terræ Rex Moderator clementiſſimus miſeris hominibus in regno dolorum & anguſtiarum jacentibus virtute efficacis invocationis vitam, & [p] agnitionem tribuit per occultam magiam, dixit: *Na-ma*ཿ *Sam-thaPou-ttrhanhan*: Ha. Ha. Ha. Su. Ta. Nu. Xacha. O quam ſumma & auguſta eſt dignitas Pii Regis terræ!

o *Nota infraſcripta littera* པྟ *in characteribus* legalibus *infrequens eſt*, & *inuſitatæ formæ. Illius figuram exhibet* Bayerus *inter* Bramhanicas *Tab. XVI.* Elem. Bram. Tang. Mongal., *quæ eſt XXXVI. T IV. Act. Ac. Petrop. p.* 289. *Eique ſubjungit* ཏ primum magicum. *Re tamen vera* nonum *potius videtur*, ཐ Thah. *At vero monoſyllabum* པྟ *ſeu* པཐ *interpretor* Pthah; *quod eſſe poteſt* ⲫϯ Phti *Ægypt.* Deus, *vel* ⲫⲑⲁ Phtha Deus *item* conditor & ordinator *a* ⲫⲑⲁϣ Phthaſc, *de quo vide plura in P. I. Alphab. Adde quod*

Phthà *optime etiam convenit cum* ཁོན་ Khon, *cum illo ſcilicet Dei nomine, quod item derivatum a* כון Kun *ſignificat* ordinare, diſponere, *ac* ſtabilire. *Unde* ኰነነ Chanana *Æthiopibus* gubernare *dicitur*, judicare, adminiſtrare. *Et quamquam* མཆོག་ Macihok *in* ཁོན་མཆོག་ librum *exponant, quaſi ab Æthiopico* መጽሐፍ Ma-zych-fa *per aphæreſin* ſcriptura, *& Ægypt. pronunciatione* ⲥⲁϧ Sach *ob alternantes* c, s, *&* ཆི་ cih, ſcriptura *pariter &* liber; *video tamen nomen eſſe metaphoricum, quo mentem* decernentem *indigitare volunt. Hoc certè ſenſu* Deo illi uni *ac* vero, *quem in Chriſtianis precibus invocavimus, tribui apprime potuit; & reapſe tribuimus. Ne vero diſſimili pronunciatione vocum deceptus analogiam amittas, quæ eſt* Ma-cihò *Tibet.*, *&* Ma-zyh *Æthiopice, adverto* Joannem Potken *Præpoſitum Eccl. S. Georgii Colonienſis in Syllabario* Æthiopico, *quod* Chaldæum *appellat, Romæque edidit in Appendice ad Pſalterium Davidicum An.* MDXIII., *vocalem* ſextam *ſemper pronunciare per* o *breve. Ob hanc cauſam inter exempla pronunciationis illud profert, quod eſt* ክርስቶስ Chroſtos *pro* Chriſtus. *Sic* Marojam *pro* Mariam. *Has loquendi leges ab Æthiopibus ipſis, quorum plures Romæ erant, accepit* Potken.

Quid porro ſit iſte Phtah To-r-cje *Tibetanorum adhuc ignotum eſt. Fortaſſe alius non eſt, quam idem* Cjen-re-ſi, *eo quoque nomine ſic appellatus, aut* Xaca *ipſe, aut certe* Demiurgus *Valentinianorum, & Manichæorum*.

p *Niſi corrupta ſit vox* ཉོས་ Gnios, *& legi debeat* ཉོམས་ Gniom *tam ſæpe in his Carminibus uſurpata: profecto* Gnios *cum ſuperaddita nota* ~, *quæ eſt indicium magni alicujus arcani, eadem ipſa eſt Græca vox* γνῶσις gnoſis, agnitio. *Hac vero tantopere delectati ſunt* Gnoſtici, *ut*

ex

ex ea denominationem ſumere magnæ ſibi gloriæ duxerint. Tantaque ambitione ſuam hanc γνῶσιν oſtentabant, ut ei uni perfectæ redemtionis, *&* inſtaurationis *opus per* Chriſtum *&* Servatorem *perficiendum tribuerent. Inde ſemetipſos beatos, ſpirituales, perfectos*, albos, intellectores, *puræque divinitatis* contemplatores, [*quos jure dixeris* Cjang-cjub,] *incredibili audacia venditabant. Illa plane beata γνῶσις eſt, quam expectant ab hoc tam benigno & miſericordi* Sahi-gning Phtha To-r'cjhe, *dum* Xacæ, CHRISTI *ſcilicet* ſimulati *opem & agnitionem implorant. A Syris, Chaldæis ea vox* Gnos *derivari potuit. Syris enim* ܓܢܣ Ganes *idem eſt ac* oſtendit, *&* demonſtravit. *Hinc Indorum* Ganeſſa, Sapientiæ *Deus. In* Sota *vero, teſte* Caſtello, גניסי γνῶσις, notitia. *Et quoniam* ܓܢܣ Gnes *ejuſdem thematis generationem, nativitatem, & originem denotat, per illud* gnos *Tibetani Gnoſticos, & Manichæos ſecuti indicare volunt regenerationem & reſtitutionem ſuam ad* originem, *unde manarunt. Idem ego ſentio de voce* Gnom. *Eam equidem perpetuo vertimus*, ſuavitatem, *moti tum auctoritate FF. Fourmontiorum, tum etiam Tibetanæ dictionis uſu. Sed quum ambigua ea ſit, & multiplicis ſignificationis, rectius nunc video ad normam Valentinianæ, & Manichaicæ* Gnoſeos *exponi oportere. Aut certe, quoties* vitam, *&* ſuavitatem *in hac noſtra interpretatione audiveris, eam tu explica, quæ ſita eſt in conjunctione ſpiritus cum origine, nimirum cum* Sang-khje, *divinaque ipſa natura in* Taje-khje, *quod eſt juxta Sinos* Æonum *unio, & origo. Nam &* γνῶσις, σωέσις coitio in unum, *&* γνώμων, σωετὸς *apud Heſych.*, *qui* coiit, *aut* coire poteſt in unum. *Huc ſpectant* nuptiales thalami, *quos parabant* Marcoſii *in Ritu arcanæ inſtaurationis.*

q *Litteræ ſonum dedimus nudæ aſpiratæ* h; *eſt ille tamen* ch, *ſimilis Æthiopicæ* ሐ. *Hinc* Bayerus, *ut ante docuimus, eam pronunciat* cha. *Porro, ſi me audias, invocatio*

cha

cha cha cha Su-ta-nu : *ex Chaldaico* סיעות נא Siu-t-na, *Tibetice* Su-ta-nu, *hunc plane ſenſum refert*: Eja, Eja, Eja, Auxilium, & ſuſtentaculum (*abs Te*) quæſumus, Xacha.

ད་ཉས་བྱང་ཆུབ་སེམས་དཔའ་འཇམ་དཔལ་གཞོན་ནུར་གྱུར་
པས་ས་ཏས་ཀྱི་བྱིན་བྱིས་བརླབས་ནམ་པར་འཕྲུལ་པ་ཞེས་བྱ་
བའི་དདེ་དེ་འཛིན་ལ་སྙོམས་པར་ཞུགས་ནས་རང་གི་སྙིང་པོ་
སྨྲས་པ། ཉམཿསམཉ་བུ་ད་ཉཉ། ཧེ་ཧེ་ཧེ་ཁུ་མ་ར་ཀ་བི་མུ་ཀི
ད ད འ འ ཏ
ཊ
འ
ས་ཐའི་ཐི་སྨ་ར་སྨ་ར་པྲ་ཏི་ཛ་ཉ་སྭ་ཧ། འཇམ་དཔལ་ཧྲི་ཧོ།།
ཐ འ འ

Te ne *Cjang-ciub-ſem-bah Giam-phel* Gnion nur khiur-ve ſa-te khji cjhen kji r'lap Nam vare Brul-pha Scihe-cja-behi ti te zin la gniom-vare ſgiuk-ne rang khj gning-phò mre-pha. ། *Na-ma*ः *Sam-tha Pou-ttrha-nha n* ། *He. He. He. Khu. Mha. Ra. Kha. Vi. Mu. Thi. Sa. Tha. Thi. Thi. Ma. Ra. Ma. Ra. Phra. Thi. Cha. Na.* XACHA ། Gjam-pel khji hò ।। Ille pariter *Cjang-cjub-ſem-bah* [r] *Gjam-pel*, qui in [s] lucis atque ſplendoris thalamo inhabitans explicat ſpirituum cœtui propitiatricem illam, & benedictam orationem miraculorum effectricem, infundit afflictis, & jacentibus vitam, ac ſuavitatem, beatam *ſcilicet* agnitionem, *cumque origine ſua conjunctionem*, ſecundum miſericordis, indulgentiſque Regis pietatem, dixit: *Nama* ः *Sam-tha Pou-ttrha-nhan* ། *He. He. He. Khu. Mha. Ka. Kha. Vi. Mu. Thi. Sa. Tha. Thi. Thi. Ma. Ra. Mha. Ra. Phra. Thi. Cha. Na.* XACHA ।। O quam auguſta & veneranda eſt dignitas Gjam-phel!

r Gjam-phel ſapiens mirificus, *quaſi* חכם, *Syr.* ܚܟܡ Kam פלאי Peli, *vel* Giam פלא Pele, Sapientiæ Miraculum

lum, *aut etiam* Arcanum. *Idem proculdubio eſt, quem* Gjam Cjang Sapientem canorum *&* harmonicum *vocant, alteram Tibetanæ Trinitatis perſonam. Diverſum nihilominus faciunt: Eumque collocant in fabuloſo monte* Ri-vo-tzha-nga *Regni Sinorum* Sciam-phala. *Vid. pag.* 473. Sciam-phala *vero interpretor* Syriam fluminum, *vel ab Hebr.* פלג, *vel ab Æthiop.* ፈለገ Fala-g *per aphæreſin* Phala, flumina; *præſertim quum* Sciam, *quemadmodum &* Cyn, (*licet idem fere videatur ac* Sina,) Syriam, *obſervante Bayero, deſignet in Lexico Sin. Quanquam proprium, & integrum iſtius* Cjang ciubii *nomen ſit* Pak-Gjam-phel; *in eoque* འཕགས་ Pak *oriatur a* פקח Pakach, *Æthiop.* Facha-ra aperire, exponere, declarare, *&* revelare. *Hinc* Pak-gjam-phel Revelator *eſt* ſapientiæ mirabilis *&* arcanæ. *Arab.* فقه Phachiah *Sapiens & rerum divinarum peritus dicitur. Quin & hoc nomine appellatur etiam* Presbyter Muhamedicæ Religionis, *interprete Caſtello.*

s གཉོན་ནུར་ Gnion nur, [*ſic enim legi debet, quamvis* Sgihon, *dum quis ita legere malit in Tab. Lipſ. nihil differat a* Gnion,] *conſonum eſt* τῷ ܓܢܘܢ ܢܘܗܪܐ Gnun nuhro, Thalamus Solis, *ſive* Tabernaculum lucis *apud Caſtellum ex Pſ.* XIX. 6., *& ex Off. Mar. Qua etiam ex re colligimus Xachaicas ſuperſtitiones ex ipſis quoque corruptis Syrorum Chriſtianorum lacunis fuiſſe derivatas. Neque nos præterit* Manichæos *in primis* CHRISTI JESU *ſedem in Solis & Lunæ thalamis, Patremque ſummum in lucis inacceſſibilis* penetralibus *collocaſſe. Nam &* penetralia *Samaritani vocant* ࠂࠍࠅࠍࠉࠌ Gnuni *ejuſdem fere ſignificationis cum Syr.* Gnun.

དེ་ནས་གསང་བ་པའི་བདག་པོ་ཕྱག་ན་རྡོ་རྗེས་མི་ཕམ་པ༔
ཞེས་བྱ་བའི་དིད་ཏེ་འཛིན་ལ་སྙོམས་པར་ཞུགས་ནས་རང་
གི་སྙིང་པོ་འཁོར་དང་བཅས་པ་སྨྲས་པ། ནམཿས་མནྟ་བཛྲཱ་ཎཾ
ཙཎྜ། ཙཎྜ་མ

Te-ne Sang-va behi tak-pò Cjha-na To-r'cihe mi pham-bha ſcihe-cja-behi ti-te zin la gniom vare ſgiuk-ne rang-ki gning phò gor tang Cihe-va Mre-pha.] *Na-ma* ꣳ *Samt-tha Tzbra ntha nha*.] *Tzha*. *Ntha*. *Ma*.]

Sic ſuſpenſus manet orationis ſenſus in extremitate paginæ.

Ille iterum Princeps, & [t] Cuſtos reconditi theſauri *Ciha-na-to-r'cjhe* terribilis ille Ignis urens & purgans, virtute efficacis orationis infundit vitam, ſuavitatem, ac beatam agnitionem afflictis, atque jacentibus ſecundum propriam clementis, & pii Principis commiſerationem, tribuitque bonæ tranſmigrationis curſum, & ipſam quoque *regenerationem*, dixit: *Na-ma* ꣳ *Sam-tha*, pure & immaculate inclina quæſo majeſtatem tuam: *Tzha*. *Ntha*. *Ma*.

t Sang-va *ductum puto a* ཟག་པ Zag-ba congregavit, recondidit, theſaurizavit. *Inde* Ma-zag-ba theſaurus; *&* *loco præfixi* མ ma *adhibito* ག k, *itemque* ག ga *per* ང nga *pronunciato*, Zang-va. *Sic etiam eſt* ཟབ་པ Zag-ba, *indeque* Zang-ba, plenus. *Eo vero nomine aliud plane nihil intelligunt Xachaitæ, quam id, quod intelligebant Valentiniani, quum* Byton, vacuum, profundum, *&* pleroma *nominabant*. *Proprie venit* congregatio *&* collectio æonum contemplatorum, *quorum cuſtos, & vindex creditur* Cihana Tor-cihe.

Tak-po, Principem, *ac* Dominum *vertimus. Hanc enim ſignificationem habet apud Tibetanos. Illius originatio eſt a Syr.* ܬܩܝܦܐ Taki-po validus, *atque* potens. *Hinc* תקף Taka-p *Hebr.* validum *eſſe. Verum aliud quiddam, quod vel per Æthiopicam* ጠቀበ Tyk-by ſutor, *&* refector, *vel per Hebr.* תקף Takof, *&* תכב Takab conjunxit, *exponatur, voce iſta Tibetana* Tak-bou *denotari opinor. Tum vero ſtatim agnoſcimus* Salvatorem *Gnoſticorum, qui ad* abſconditum, *ſive* ignotum Patrem *errantem animam ducit, eam reficit, & inſtaurat tanquam conjugationum doctor, & pleromatis coagmentator.*

u *Sic equidem* Ciha-na To-r'cjhe *interpretantur, quaſi* ῥαβδοῦχον manu gerentem To-r'cjhe. *Jam id multo ante monuimus.* [illegible] Manus *originem agnoſcit ſuam ab Ægyptia* ϫⲓϫ Gig, *vel* Gjaigja, *cui analoga eſt* Cjak, *& tacito* k, Cja. Кикс *etiam* rimas manus *apud Kircherum appellant Ægyptii; atque uti ex Arabica interpretatione colligo,* lineas in manu exaratas, volamque *ipſam, &* pugnum, *quo ſtricto res tenemus, intelligunt. Conſentit præter Arab. Syriaca* ܟܘܗܐ Kuho, *aut etiam* Kyho.

x To-r'cjhe. *Neque heic prætermittam quid ego de hoc vocabulo ſentiam. Virgam & baculum emendationis in eo intelligo. Idque proprium eſt æqui & juſti Judicis. Sed cujus naturæ illud ſit, & quam arcanam habeat ſignificationem, non ſatis apparet. Arbitror ſic eſſe dictum a* Cruce *&* Ventilabro, *quod Horo*, Horotheti, *&* Carpiſti *tribuebant Valentiniani*. Ventilabrum *Ægyptiis dicitur* ϧⲁⲓ Chæ, *& Æthiopibus* ሠ Se, Thar *vero* purificare, mundare. *Inde* Tu-r'cjhe Ventilabrum mundans, *atque* purificans. *Huc ſpectare poteſt* Γασδάριος *[fortaſſe* πάσσαλος, *vel* πασσάλιον*]* Claviculus ligneus, *ſeu* paxillus ςαυρὸς *apud Heſychium* Crux. *Vide jam, & agnoſce in* Ciha-na To-r'-

 cjhe

cjhe *illud idem Johannis teſtimonium Luc. III.* 17., *quod ad* Crucem *&* Chriſtum *ſuum impie traxerunt Valentiniani*. Τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ ἀυτοῦ, Ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream, & colliget triticum in horreum ſuum, paleam autem comburet igni inextinguibili. *Nam* τὸ πτύον (καθαρῶν) ἐν τῇ χειρὶ ἀυτοῦ *reſpondent exactiſſime Tibetanis hiſce* Ciha-na To-r'cjhe. *Rurſus quia* σταυρὸς Crux *pro* Vallo *accipiebatur, quo veluti pleromatis integritas ſervabatur, & Enthymeſis inde ejecta retinebatur, hoc idem* σταυροῦ *munus exprimere viſi ſunt Tibetani per vocem* To-r'cjhe, *quæ ducta a Chald.* תריסא, *Samaritanis* Turſa, *Arab.* Turſi-oun, repagulum, vectem ac munimentum, *&* vallum *optime ſignificare poteſt. Eo item nomine veniunt clypeus, & omne armorum genus, quod ad tutelam, & protectionem faciat. Avos, apud Caſtellum*, pœnas divinas *interpretatur. Unde etiam ſit cur bellicum, & magicum inſtrumentum* To-r'cjhe *appellent, &* Torcim, *unum ſit ex veteribus nominibus, quibus Perſæ* Regem *antiquitus ſalutabant. Conficitur ex his* Ciha-na To-r'cjhe *exemplum Numinis eſſe deſumtum ab Horo, & a Redemptore, quod idem eſt ac a Chriſto Valentinianorum*.

y Mi-Pham-ba, Ignis iræ exardeſcens ac furens. *Quid & unde vox* mi, *ignem & ipſa ſonans, manarit, multo ante tradidimus. At* Pham-ba *Æthiopica eſt* ፍሕም Fham, prunæ, carbones *vivi & ardentes. Idem etiam eſſe poteſt ac* פעם Paam, ictus, pulſus, concuſſio, terror, *ac* ſtupor. *Sed Ægyptium* ⲡⲉⲙ̀-ⲃⲟⲛ Pem-bon *propius ad Tibetanum* Pham-bha *accedit. Eſt autem* ⲡⲉⲙ̀ⲃⲟⲛ *cum alibi, tum præſertim* Nahum I. *v.* 6. *ter uſurpatum in Verſ. Copt., reſpondetque Hebr.* חרון, *&* חמת ira, furor, excandeſcentia, & ὀργῇ, *ac* θυμῷ LXX. *Interpr. Ex eo derivatum apparet* Pem *Sinicum*, coquere, *ac* liquefacere metalla. *Conſpirant hæc cum poſtremis illis verbis ſententiæ S.* Jo. Bap. illæ

apud

apud Lucam: paleas autem comburet igne inextinguibili. *Quæ quidem ad Chriſtum iidem ipſi Gnoſtici, ac Valentiniani referebant. Neque ab iis disjungendi ſunt* Borboritæ *ſic dicti ab Ægyptia voce* Βορβερ projicere. *Nam & hi erant, qui* Magnam Matrem *ſuam extra pleroma ſeſe in immenſum projicientem fœtum abortivum projeciſſe fabulabantur. Iſtæc obiter dicta accipiat celebris Ille* Beauſobrius, *qui concoquere neſcit* Borboritarum *nomen in SS. Patrum voluminibus tamquam indicium horribilis turpitudinis exſecratum.*

Vix equidem credibile ſit monſtrum adeo horrendum cujuſmodi illud eſt, quod exhibet effigies Cjha-næ To-r'cjhe *Tab. IV. f.* 3., *potuiſſe a Tibetanis fingi tamquam divinitatis ſignum. At nihil eo credibilius videri Tibi poterit, dum ſemel ad memoriam revoces* Abraxæas *Baſilidianorum, aliaſque id genus Gnoſticorum Imagines &* Amuleta. Sunt eæ, *inquit Montfauconius*, mera monſtra . . . . ſæpe figuram radiatam effingunt capite leonino, ſerpertino corpore . . . . quandoque canino capite, ſerpentino corpore, quandoque ſerpentino capite, humano corpore. *Nec deeſt* flagellum, *quod hæ figuræ dextera manu tenent.* Solem *iis repreſentari Vir Ille Doctiſſimus pro re certiſſima tradit L. II. Palæogr. pag.* 178. & 179. *Sed* Solem, *quod jam obſervavimus*, quidam ex hæreticis hujuſmodi, pro Chriſto habebant. *Horum ſimulacrorum formam ab Ægyptiis acceperant, apud quos* Horus, Harpocrates, & Pan *flagrum intendebant Typhoni genio malefico. Eo refert Jablonskius P. I. Panth. L. II. C.* 7. *carmina, quæ* Proclus *ex Gnoſticorum ingenio* Solem *alloquens cecinit*:

„ Te vero metuunt, TUA ſi quid FLAGRA minentur,
„ Inviſi nobis genii, ſemperque feroces
„ Qui miſeris moliri animis mala millia norunt.

Flagrum Cjhanæ To-r'cjhe *ex anguibus conſtat, idemque ipſe* Loto *ſuper* Solem inſidens, *flammis undique cinctus, iramque, & indignationem ſpirans, malis geniis, & peccatoribus terribiles ictus infligit. Sic tantam monſtri deformitatem juſtæ ultionis ſymbolum eſſe volunt. Eo enim tam tetrico vultu quantum malos malique naturam exſecretur, oſtendit. Ob hanc cauſam tamquam* Sanctorum Tutorem *eum venerantur & colunt. Quod certe munus Chriſto ſuo* Gnoſtici, *&* Spiritui potenti *adſcribebant Manichæi. Inde eſt, cur huic Numini beatæ tranſmigrationis, &* regenerationis *gratiam acceptam referant Xacaitæ. Sunt enim duo illa, quæ ſummum hoc beneficium exprimunt* Gor *&* Cjheva, Rota, *&* Generatio. *Id utrum idem ſit ac* ſpiritus *attrahi, & duci ad* Taje-khje, *an aliud quiddam huic ſimile, nec ego ipſe perſpicere, neque vero ſatis exponere valeo. Hoc unum ſcio vocabulum* Taje *commune eſſe Sinis, & Tibetanis. Sini vero* Taje *dicunt* generationem *&* ſeculum, *Græce* Αἰὼν Aeon; *ut nemini mirum videri debeat, ſi una cum Gnoſticorum* Æonum *fabulis idem ipſum vocabulum* Taje *pro* generatione, *&* ſeculo *uſurpatum a Sinenſi* Aſciang contemplatorum *ſectæ Parente, vix e vivis ſublato Manete, inductum, aut certe explicatum eſt in Tibeto.*

Quod ſi ſcire cupias, quibus moribus Egregii iſti Contemplatores *vivant, aſpice, inquit* Pinnabillenſis *noſter, impiam illam, & ſimulationum omnium Matrem,* Quietiſtarum *ſectam ſuperiori ſeculo in Europa natam. Eo ſcilicet ſanctitatis fuco probi ſimulatores excellunt, quo ſe in Manichæorum, & Gnoſticorum diſciplinis mirifice inſtitutos, & exercitatos oſtendant.*

Ecce abſolutas jam habes noſtras haſce qualeſcunque obſervationes in Appendicem III.; ſicque totum denique Alphabetum Tibetanum *ad umbilicum perduximus.*

Huc

Huc me paullo ante urgebat JOSEPHUS CARDINALIS SPINELLIUS, *neve diutius rem ego differrem inſtanter monebat. Quid iſtud erat, Bone Deus! niſi divina quadam futuri eventus præſenſio? Pauci, ut probe memini, effluxerant dies, ex quo mearum adnotationum ſchedas ſuiſmet oculis perluſtrare voluit, quum* VI. *Idus Aprilis vergente Sole ad occaſum, poſtquam diu ſe in tam variis graviſſimiſque miniſterii ſui negotiis expediendis defatigaverat, acuta febri repente correptus, ac pene viribus fractus lecto decumbere cogitur. Quam grande infortunium ex eo caſu ſibi imminere Boni omnes præſenſerint, publicus mœror, qui mox per Urbem late fuſus increbuit, teſtabatur. Ille unus interea nihil mœrens ac trepidans, morbi vi cognita, ſe morti proximum ſenſit. Qui enim ita ſemper vixerat, ac ſi horis ſingulis ex hoc mortali corpuſculo migraturus eſſet, omnia ad ultimum illud beatæ immortalitatis iter comparata habuit & expedita. Et jam nullo prorſus longioris ævi deſiderio percellitur, ſed quicquid de ſe Supremus vitæ neciſque Dominus conſtituiſſet, id unum in votis ſibi eſſe integre religioſeque denuntiat. Itaque totus in Deum erectus, & Redemptionis noſtræ Sacramentis ad ultimum illud, ac terribile certamen magno cum ſpiritus ardore munitus, incredibili virtute & conſtantia deceſſit pridie Idus Aprilis* MDCCLXIII. *Hic dies tantam cum univerſæ Eccleſiæ, tum vero maxime Sac. Congr. de Propag. Fide, & Auguſtiniano Ordini jacturam attulit, quantam non una modo eaque humilis Magni Auguſtini Familia, non modo Præneſte, Velitræ, Neapolis, ac Roma ipſa Urbs Imperii Chriſtiani Princeps, ſed ne ipſi quidem Evangelicæ Prædicationis Miniſtri per totum terrarum Orbem propagati dolere ſatis & lamentari queant.*

Sed ſi quid eſt, quod efficere poſſit, ut CARDINALIS SPINELLII *deſiderium a nobis omnibus moderate feratur,*

totum

totum id a duobus Ampliſſimis Patribus, CLEMENTIS XIII. *Pontificis Maximi prudentia in Deceſſoris locum auſpicato ſuffectis, certiſſime expectamus.*

Quid enim ſollicitudinis, & adjumenti ad Apoſtolicarum Miſſionum profectum, & incrementum Sacræ Congregationi de Propaganda Fide nunquamnon ſperare licebit, quamdiu ſapientia ſua maxima Illi præſit JOSEPHUS CARDINALIS CASTELLUS *eximiæ integritatis, & ingenuæ virtutis exemplum cum veteribus comparandum?*

Quid dicam de NICOLAO CARDINALE ANTONELLO, *cujus peregrinæ eruditionis, ſolidæque doctrinæ copiam Litteraria Reſpublica tamdiu ante admiratur, & celebrat? In eo Auguſtinianus Ordo Patrem & Patronum ſuum revixiſſe ſentiet. Et ſi jamdiu eſt, quum eo Duce, & Auctore florent in Collegio de Prop. Fide ſcientiarum omnium ſtudia, ſi eo Præſide Orientalis Eccleſiæ Codices priſcæ fidei reſtituuntur, nunc addita ſibi Typographiæ Præfectura efficiet, ut Sanctæ Religionis noſtræ inſtitutiones ac monumenta variis linguis impreſſa ad cæcarum nationum lucem, & eruditionem per omnem terrarum Orbem quam longiſſime fluant, ac propagentur. Sic certe lætiſſima auſpicia ferunt.*

Illud tamen meminiſſe oportet, quod Paulus Apoſtolus I. ad Cor. C. III. 7. ait: Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat DEUS. *Ille Ille orandus eſt, ut tot tantiſque laboribus, & ſollicitudinibus, quibus Sanctiſſimus Iſte Purpuratorum Patrum Senatus Catholicam Fidem inter barbaras gentes amplificare ardentiſſime ſtudet, optatum fructum impertiat. Nam, ut olim cecinit S.* PROSPER *Inſignis ille Beatiſſimi* AUGUSTINI *diſcipulus in* Carm. de Ingratis:

. . . . Percurrat Apoſtolus Orbem,
Prædicet, hortetur, plantet, riget, increpet, inſtet
Quaque viam verbo reſeratam invenerit, intret:

Ut

Ut tamen his ſtudiis Auditor promoveatur,
Non Doctor, neque Diſcipulus, ſed GRATIA SOLA
Efficit, inque graves adolet plantaria fructus.
Hæc ſemen fidei radicem adfigere menti,
Eque ſinu cordis validum jubet edere germen.
. . . .
Fidem quis dat niſi GRATIA? . . .

FINIS.

ERRA-

ERRATA		CORRIGE.
Pag. 20. l. 30.	ཤཱུ་ འ	ཤཱུར་ འ
28. l. 26.	བྲཁ་སྨིན་མོ་	བྲག་སྨིན་མོ་
34. l. 11.	མ་ཚོ་མ་	མ་འཚོ་མ་
l. 14.	ཏུག་	བཏུག་
51. l. 19.	ཁོང་སྐྱེ་བ་	ཀོང་སྐྱེ་བ་
91. l. 21.	དཔ་ལ་	དཔལ་
l. 29.	ཉམ་ཁའི་	ཉམ་མཁའི་
105. l. 20.	पुत्रुम	पुत्रूम
107. l.	मनुम	मनूम
141. l. 9.	रतन	रतान
l. 22	सक्षं	संक्ष
146. l. 33.	करतु	कयतु
154. l. 16.	ཕདག་པོ་	བདག་པོ་
160. l. 9.	ग्येज	जग्य
l. 29.	དགོན་མཆག་	དཀོན་མཆོག་
161. l. 12.	བོད་ཡིད་	བོད་ཡིད་
175. l. 12.	མཆིག་	མཆོག་
17. l. 18.	འཇམ་དཔྱངས་	འཇམ་དབྱངས་
182. l. 15.	ཉབང་བྲེ་	དབང་བྲེ་
l. 20.	དགེ་རྒྱང་	དགེ་རྒྱང་

P. 182. l. 23.	ཞིན་ཏུ་མཚོབ་	ཤིན་ཏུ་མཐོ་བ་
183. l. 5.	སྐྱེ་ཆེན་	སྐྱེ་ཆེད་
l. 14.	མ་ནར་མེད་	མནར་མེད་
184. l. 14.	གསེར་	གསེར་
l. 20.	ཞལེ་	ཞེལ་
l. 22.	བེ་དས་ཡ་ འ ཇུ	བེ་དར་ཡ་ འ ཇུ
l. 33.	... རྡ་ཡབ་གཞན་	... རྡ་ཡབ་གཞན་
185. l. 2.	ག་ཡོན་སྣན་	གཡོན་ལྷན་
212. l. 12.	དག་སློང་	དགེ་སློང་
l. 16.	རྡུ་རྗེ་	རྡོ་རྗེ་
214. l. 21.	ལྷ་མ་ཡིན་	ལྷ་མ་ཡིན་
219. l. 9.	བསྒྱུར་བའི་	བསྒྱུར་བའི་
l. 9.	འཕར་	འཁོར་
l. 13.	འགོར་	འཁོར་
220. l. 6.	བསྒྱུར་བའི་	བསྒྱུར་བའི་
221. l. 25.	འགོར་ & འཛིགས་	འཁོར་ & འཇིགས་
222. l. 31.	རྒྱུད་སྡེ་	རྒྱུད་སྡེ་
224. l. 23.	མོ་ཏ་བྱུབ་	མོ་ཏ་ཕྱུ་པ་
23[illegible]. l. 21.	ཤྲེབ་	ཤྲེ་པ་
242. l. 23.	བཀའ་འགྱུར་	བཀའ་འགྱུར་

in 245. l. 22	དག་སློད་	དགེ་སློང་
248. l. 4.	སྨེས་པའི་ཞེ་ཉེན་	དགེ་བའི་ [illegible]
250. l. 11.	དབྱར	དཔྱད་
252. l. 10.	འདམ་	འདམ་
254. l. 21.	खेखाई	खेकाई
l. 26.	राह्मनी	राह्मनी
256. l. 27.	जोटीसुरुप	जोटीसुरुप
266. l. 14.	པད་ཆེན་པོ་ མ	པདྨ་ཆེན་པོ་
273. l. 11.	དཀོན་མཆོག་adde	གི་མཆེན་ཉིད་།
274. l. 19.	ཉེན་	ཉིད་
278. l. 3.	རྒྱན་ཌུ་ཐུ་གས་པ་	རྒྱུན་ཌུ་ཐུག་པ་
l. 19.	པཆོག་	མཆོག་
l. 20.	ནམ་ཁའི་	ནམ་མཁའི་
335. l. 8.	སྟེ་པ་ཀླ་བྲུ་ར་	སྟེ་པ་ལྷ་བྲུ་ར་
339. l. 14.	དཁོན་ཁུ་ཞབ་	དཀོན་པོད་ཞབ་
344. l. 12.	མགན་འགས་	མགན་འགིས་
365. l. 5.	མཆག་	མཆོག་
465. l. 18.	མེ་བོ་	མེ་མོ་
498. l. 31.	ལ་སློལ་	ལས་སློལ་
505. l. 13.	འདིད་ན་	འདི་ན་

P. 510.

P. 514. l. 1.	བིཞིའ་	བཞིའི་
516. l. 13.	དན་ཡིན་ནོ།	དོན་ཡིན་ནོ།
l. 21.	བིཙོ་	བཙོ་
518. l. 7.	པདད་དབ་ད་	པ་དད་དབད་
519. l. 17.	དཔལ་བཟད།ཞིས་	དཔལ་བཟད་ཞིས་
559. l. 20.	ནཔལ་བཟད་	དཔལ་བཟད།
572. l. 3.	ན་མཿསམན་བྲད་ ད ཧ འ	ན་མཿསམན་བྲད་ ད ད འ ཧ འ
587. l. 22.	འབྲེ་བྲ་	འབྲེས་བྲ་
611. l. 7.	ཞི་སྣད་	ཞེ་སྣད་
612. l. 2.	བཉེན་	བཞེན་
640. l. 1.	བསྡུ་ཐམས་པ་	བསྡུ་ཐམས་པ་
l. 15.	རྒྱ་དད་རྟར་	རྒྱ་དད་རྡུག་རྟས་
643. l. 7.	མཆོ་ཊ་	མཆོན་ཊ་
645. l. 20.	སད་རྒྱས་	སཾ་ག་ ད
646. l. 11.	གྲིསྐྱ་... ཨ་པོ་དོ་ལི་ ས	གྲྀ་སྐྱ་... ཨ་པོ་སྐྱོ་ལི་
647. l. 4.	གྲི་སྐྱོ་	གྲྀ་སྐྱོ་
648. l. 19.	སད་རྒྱས་	ས་ཁོ་ཏམ་ ད

ERRATA CORRIGE.

Præf. x. l. 9. Incolalarum — Incolarum
xix. l. 22. & — *dele*
xx. l. 20. Tibetani — Tibetanis
l. 22. ducendis .... intercepti — ducendis .... interceptis
xxv. l. 13. Prolixa — prolixam
xxxii. l. 30. *poſt vocem*: veritatis: *adde*: eamque ſubſequitur liberatio,
xlv. l. 6. didita — dedita
Pag. *12. l. 18.* טממסא — טרמסא
14. l. 4. *Moſchi* — Muſchi
l. 13. Cyrach — Cyrah
21. l. 11. מביא — מכיא
25. l. 21. a Phœniciis — apud Phœnicios
26. l. 16. Ἰσαακυ — Ἰσαάκυ
l. 17. Iſaaci — Iſæaci
27. l. 23. pœne — pene
29. l. 5. portentonſæ — portentoſæ
31. l. 11. dotatos — donatos
37. l. 6. Sceth — Scheth
38. l. 19. Ἐγυπτίοις — Αἰγυπτίοις
48. l. 20. ديوات — ديوار
50. l. 21. οἶφιν — ὄφιν
73. l. 10. ⲠⲒⲀⲚⲒⲀⲤ — ⲠⲒⲀⲚⲀⲤ
77. l. 3. imago, & ſimulacrum Solis : *dele*.
l. 4. tanquam : *adde* tanquam imago, & ſimulacrum Solis.
80. l. 25. صر — مر
82. l. 1. cum — , ut cum
l. 2. concurrent — concurrerent
85. l. 28. ſolum — ſolutu
87. l. 4. minos — minois
Ibi & menſis. — *dele*.
88. l. 9. v'nam — r'nam
l. 16. v' — r'
l. 21. העידבים — העירבים
l. 28. נר — גר
90. l. 1. ⲘⲈⲚⲒⲀⲤ (*Jablonsk. in Pant. reſtituere*t) ⲘⲈⲚⲒⲐⲎⲀ
l. 11 Ζευς — Ζεὺς
102. l. 15. Græcis — Græcis, &
120. l. 7. ac proinde : — *dele*.
136. l. 15. Ευωχος — Ἐυωχος.
140. l. 17. αἰδοῖαν — αἰδοῖα
154. l. 16. Dak-po — Tak-po
155. l. 8. quæ — qui
173. l. 9. id — *dele*.
180. l. 13. & alibi, abs — a
186. l. ult. noſtrum — noſtram
190. l. 4. ſive continentes — ſive orbes continentes
N. LXXXII. l. 16. ſignificant — ſignificantes.
Pag. 211. l. 15. Indieæ — Indicæ
212. l. 3. *ante vocem* : nuncupatum : *adde* : a Chald. חרם oblatio, ſacrificium.

ERRATA CORRIGE.

Pag. 214. l. 23. Animalium : *adde* : vel afflictorum, miſerorumque viatorum locus.
215. l. 20. Dre : *adde* : vel rectius Viatores.
218. l. 15. Rivozengnag — Rivotzhenga
240. l. 26. Triſrogng Tehatezenden — Triſrong Te hu tzhē
242. l. 9. in eos — in Manichæos.
l. 23. Changhiur — Khaghiur
243. l. 6. vicet — vicerit.
l. 23. communi munita — communita
262. l. 6. aninimoque — animoque
263. l. 28. Auguſtino : *adde* : Lib. XXIV. c. Fauſt. & ab ipſis Manichæis Fauſto, Fortunato in Act. Diſput. I. & II. apud eundem S. Doctor. Felice, aliiſque.
300. l. 23. Tghon — Tzhong
303. (*an.*) 60. — (*an.*) 260.
304. (*an.*) 60. — (*an.*) 260.
311. l. 31. nihil — nihilo
337. l. 27. & alibi ab — a
356. l. 1. Stracus : *adde* : Rem confirmat תורانשא *Turanſca* apud *Caſtellum* ſic dictus *Rex* illius *tractus terræ, quæ ultra Oxum a Caſpio Mari in Oriente exporrigitur*.
358. l. 18. alterum : *adde* : illud dixero.
366. l. 29. tribui — tribuit.
377. l. 23. divinam — quaſi divinam
l. 24. accenſionem, — ſulphur
386. l. 11. ܕܘܚܠ — ܕܘܚܠܐ
389. l. 17. צבע — צבע
398. l. 26. & alibi, Adamantus — Adimantus
441. l. 27. 1754. — 1740.
476. l. 19. *Poſt vocem* : Sinæ : *adde* : Deguignes H. G. Hun. T. III. ad an. 1264. obſervat *Kanbaligh* nomen eſſe Arabicum ſignificans *Aulam Khani*, quod Arabes ipſi variis urbibus, ubi Principis ſedes eſſet, impoſuerunt.
478. l. 10. Par-to : *adde* : Deductum fortaſſe a ברת שבע *Be-rat*, ſive *Pe-rat Seba*, *arbor*, uti in Bereſ. r. traditur, quæ in Paradiſo poſita *ſeptiduum luctus attulit*.
497. l. 17. Monteſalconiū — Monfauconium
505. l. 24. aliam — una
527. l. 29. Crucis Japonicæ figuram hic prætermiſſam Vide pag. 725.
584. l. 12. *Poſt vocem* : nominari : *adde* : ſpiritum aſperrimum ח, quæ uti Hebr. ע apud LXX. reſpondere videtur Græc. γ, & χ. Γ vero facile mutatur in K.
l. 32. Indicum — Indica

ERRA-

ERRATA	CORRIGE.
Pag. 585. l. 12. Æthiop. [illegible]	[illegible]
645. l 32. Sang-kje	Sank-ta
648. l. 20. Sang-kje	Sank-to-rum.
665. l. 17. oportunis	opportunis
666. l. 12. bombyt	bombyx.
680. l. 6. a Jon-den-pel-ſang., *adde*, verius ab Nga-vang.	

Nomina Tibetana, quæ ob affinium litterarum ſonum, aliter quam ferat rigida orthographiæ ratio, præſertim in P. I. Alph. quandoque ſcripſimus, reſtitue ad normam legendi traditam in P. II. C. VI. Sic ubi ſcripſimus e.g. *Chor*, *Ghiel*, lege *Khor*, vel *Ghor*, *Khiel*, & alia, quæ his ſimilia occurrerint.

INDEX

INDEX

RERUM, ET VERBORUM.

A

A Littera Tib. Vas pretioſum ab ea factum. 163. 131. ultima in Alphab. Tibetano. 232. 579. 582. ornamentum capitis Magiæ. 232.
A Tibetani figura, ſimilis A Samarit. in Mſs. 386. Similis Syr. Eſtrangh. *ib.* Similis Hebr. *ib.*
A Tibetanum conſonans etiam cum vocali conjunctum, numquam proprium ſonum amittit. 601.
ABDIAS Babylonius. 366. 689.
ABLUTIONES ſacræ, & ſalutares in aquis Gangis. 153.
ABORTIVI fœtus e Principibus tenebrarum delapſi, originem juxta Manich. præbuerunt animantibus. 23. 214. an iidem, qui *Rakas* Bramhanum, & monſtra marina Tibetanorum? 24.
ABRAHAM transformatus in Herculem Patrem Agathyrſi, Geloni, & Scythæ. 37. An Synchronus Pharaoni Men-cheres? 70.
ABRAXEA monſtra Baſilidianis vindicata. 491. 492. 493. 494. 495. Ex Muſeo Capelliano. 742. Ea Solem, & in Sole Chriſtum repræſentabant. 755.
ABROTONUS. Eo amiciuntur Cruces Nekpalenſ. 203.
ABULPHARAGIUS. 207.
ACADEMIÆ Petropolit. Acta. 10.
ACATHYRSUS. *V.* Agathyrſus.
ACEN-CHERES, Ægyp. R. 72.
ACHAD. *V.* Had.
ACHAMOTH Magna Mater Valentinianorum. Ejus æſtus, & efferveſcentia. 107. quid? 724. 725. 726.
ACHORDAN. *V.* Nechordan.
ACCIPITER ſymbolum Oſiridis. 50. Is, & Aquila aves Soli & Ætheri ſacræ. 128.
ACSOU montes. 347.
ACTA Eruditorum Lipſiæ. 557. 566.
ACTA Lamæ Max. Lo-ſang-rin-cihen-tzhang-cjang-khiam-tzo. 250. 251. 252.
ACTA Xacæ. 31. 32. 33. 34.
ACULEUS Solis Japonici, quid? 149.
ADAD. Sol. *V.* Had.
ADAM. Inſtrumentum cupiditatis animarum deſcendentium 235. Machina ad trudendas animas in corpora, a Manete inventa. 235.
ADAM, & Eva Manichæorum ex abortivis Principibus tenebrarum in firmamento crucifixis. 201. 202. ex Principibus fumi. 216.
ADAMANTES in Sym. *V.* Sym.
ADAMANTEUS Heros belliger Manichæorum. 172.
ADERCAND. *V.* Ardoukend.
ADI-POURUS Ind. primus homo, quis? 274.
ADONIM pro *Adonis* in Hebr. litteris. 51.
ADULTERII pœna in Tibeto, quæ? 359.
ÆDICULÆ frequentes Xacæ, ubi? 436. cujus formæ? 431. 442.
ÆGYPTII metempſychoſis auctores. 41. 42. An Xacaicæ ſuperſtitionis Parentes? 43. Deum a tota natura creata diſtinctum perpetuo cognoverunt. 67. quo ſymboli genere, Deum Creatorem repræſentarint? *Ib.* quid per *Amun Spiritum* intelligerent? 67. Hebræorum res in fabulas converterunt. Plutarchi teſtimonium. 71.
ÆGYPTII Catholici cur priſcis temporibus ſedem variam tribuerint diei natali Chriſti? 493.
ÆGYPTUS Indiæ nomine a Veteribus appellata. 714.
ÆLIANUS. 77. 125.
AEON Samanæorum apud Sinos, Chi. 704. An Khje Tibetanorum? *Ib.*
AEONES Patris apud Manichæos. 703. Tibetanorum, Samanæorum, Perſarum, Manichæorum, an iidem? 703. 704. 705. Aeones Tibetani an ordines IV. contemplatorum incorporeorum? 704. 705.
AEONUM collectio, & origo, Taje-khje. 749. Sang-khje. *Ib.* Sang-va. 752. illius cuſtos Cihana-Tor'cihe. *Ib.*
AER Manichæorum conſubſtantialis Spiritui Sancto. 169. Sedes ejuſdem Spiritus S. *Ib.*
AER igneus, ubi khadromæ, an ignis quadrupedum Manetis? 205.
AERIA, Ægyptus & Æthiopia. 347.
ÆTAS Mundi Tib. II., quot annos vitæ daret? 200. III., quot? *ib.* IV., quot? *ib.* V., quot? *ib.*
ÆTAS Mundi ſuperioris, quæ? 484.
AETHERIA. *V.* Aeria.
ÆTHIOPS Biſnu. 348.
ÆTHIOPIA Aſiatica, & Africana. 346. Aſiana, quam late in Tartaria ad Sinos uſque fuſa? 347. Chus. 345. 347. Aſiatica an confuſa cum Libyca in H. Apoſtol. Abdiæ. 689.
ÆTHIOPICÆ linguæ utilitas ad Tibetana vocabula intelligenda. 687.

ÆTHIO-

ÆTHIOPICUS vultus fingitur Deo Creatori Japonico. 150.

ÆTHIOPUM litteræ primi ordinis innatam habent vocalem A. 599. In eo ſimiles conſonis omnibus Tibetanis. *ib.*

AFFLICTIONIS humanæ exordium, Manetis ſententia, unde? 202.

ΑΓΑΠΗΤΟΣ Veteribus, Primogenitus. 240.

AGAND Piſcator occiſor Kriſnu. 260. in cælum ſalvus convehitur. *ib.*

AGAR tranformata ab Ethnicis in Echidnam Virginem Matrem Agathyrſi, Geloni, & Scythæ. 36. 37.

AGAST ſtella, an phaſim exhibeat Virginis luminoſæ Manetis? 210.

AGATHODÆMON Ægyptiorum, quid? 490. 497.

AGATHYRSUS & Scytha idem. 36. In eo adumbratur Iſmael, Idem qui F. Herculis, Frater Geloni, & Scythæ. 35. nomen, quid? *ib.*

AGGR Ind., Angelus. 255. illius oraculum de Kriſnu Salvatore, 96. deque illius nomine in toto terrarum orbe propagando. *ib.*

AGHEUS S., primus Cathajæ Apoſtolus. 353.

AGHINI Idolum Ignis Indici. 160. gemini ſexus Numen. *ib.*

AGIODA Regnum in act. Kriſnu., an Regnum Juda? 254. 255.

AI diphthong. vertunt Copti quandoque in E ſimplex. 74.

ΑΓΑΣ. *V.* Γι-ἀπάς.

AIA, quid? 746.

AKAKUHUN Bramhanum, an fumus Manetis? 215. 216.

ALALA & Calala Magiſtri Ticchæ Tunkinenſium. 24.

ALEANDER. 136.

ALEM Arab., Sinice Chi, & Tibet. Khje. 704.

ALEXANDER Magnus filius Jovis. 102.

ALEXANDRI Magni ævo Indorum Dii unus Sol. 158.

ΑΛΗΘΕΙΑ ornamentum Sacerdotum, & Principis Senatus apud Ægyptios. 716.

ALLEGORIARUM ſyſtema ad Manichaica phantaſmata vindicanda inducit Beauſobrius. 167. 172.

ALTARIA Indorum pyramidalis, conicæ, & triangulæ formæ. 120.

A & Ω in Apocalypſi S. Joan. 231. his impie abuſi ſunt Baſilidiani. *ib.*

A & Ω in Abraxeis Baſilidianorum. *ib.* earum arcanum apud Marcoſios, & Tibetanos. 735.

ALPHABETI litteræ, earumque myſteria interpretatur Puer Jeſus in Pſeudev. Inf. 385.

ALPHABETI a Marco Mago compoſiti elementa XXX. 7 2. litteræ XXIV totidem emanationes divinæ. *ib.* litteræ duplices ſenarium numerum exhibentes, imagines conjugii trium elementorum cum tribus virtutibus. 733. ſyllabæ quatuor divinæ. *ib.* vocales ſeptem, imagines hebdomadæ ſuperioris. *ib.* conferuntur cum litteris Alph. Tibetani. 734. 735.

ALPHABETUM Bengalicum in S.C.D.P.F. 15.

ALPHABETUM Græcum apud Marcoſios ſacrum, & ad magiam detortum. 732. 733. 734. 735. comparatur cum Alphabeto Tibetano. *ib.*

ALPHABETUM Indicum. Illius litteræ conſonantes trigintaquinque. 378. diſtributæ in ordines octo. *ib.* ordines hi in quo differant a Tibetanis. *ib.* vocales ſexdecim. 594. an idem ſemper fuerit, dubitatur. 586.

ALPHABETI Tibetani litteræ majores a quo primum Europæis indicatæ? 557. in Mercurio Gallico quo anno accuratius enuntiatæ? *ib.* earum figuræ quo anno certius agnitæ in exemplis excerptis ex Manuſcriptis Codicibus inter rudera ad Mare Caſpium repertis, & in Act. Eruditor. Lipſiæ impreſſis? *ib.* editæ ex Muſeo Lacrozii, mendoſæ formæ. *ib.* productæ ex editione prima Tartariæ Vitſenii rejectæ in editione ſecunda. 557. 558.

ALPHABETI Tibetani accentus, qui? 577. litterarum tonos, & vim ſignificandi immutant. 576.

ALPHABETI Tibetani litteræ conſonantes dictæ Selcè. 575. cur? *ib.* & 576. tamquam rivuli, & emanationes divinæ lucis habentur. *ib.* ſimplices, quæ? *ib.* triginta numerantur. 578. in ordines octo diſtribuuntur. 579. earum origo inveſtigatur. 583. 584. 585. conſonantes compoſitæ, quæ? 576. vocales dictæ Jang. 592. cur? *ib.* quatuor tantum mumerantur. 592. 593. 595. earum origo a Syris. *ib.* ſexdecim a Bayero ſtatutæ, accomodatæ ſunt, non propriæ linguæ Tibetanæ. 594. vocalis A natura ſua inſita conſonantibus. 592. 499. ſæpe mutatur in E. 611. 612. litteræ, quæ ſonum nativum mutant in compoſitione ſyllabarum. 608. 609. eliſæ. 610. 611. eliſæ ſimul & ſonum mutantes antecedentium. *ib.* 612. in ſonum mere aſperum convertendæ, quæ? 613. Ka finalis. *ib.* Ra finalis. *ib.*

ALPHABETUM Tibetanum. Num XXX. litterarum ordo fuerit in eo inverſus? ſuſpicio eſt. 232. littera A, ultima. *ibid.*

ALPHABETUM Tibetanum a Deo ſapientiæ dictatum. 291. 298. a Sam-than-pou-trha exaratum traditur Tibetanis. *ibid.* a Bayero primo editum, mendoſum. 558. mendoſius a Coeleſero prolatum. *ib.* Genuinum in Sina impreſſum. a Meſſerchmidio oblatum Bayero, & a Bayer. in Act. Ac. Petrop. recuſum 558.

558. Romæ editur omnium accuratius. 559. illius exemplum ab Apoſt. Miſſionariis e Tibeto allatum, omnino germanum, & probatiſſimum. *ib.* ab Uſtkum ſigno invocati ſapientiæ Numinis exorditur. 579. ſic Alphab. Indicum. 568. Sacrum eſt. 549. in ordines litterarū octo diſtributum. 579. quodnam? *ibid.* cantando recitari debet a Xacaitis, cur? *ibid.* Romæ editum cum duobus Lacrozii, & Bayeri Alphabetis confertur. 581. 582. quid in ejus litterarum pronunciatione a Bayero tradita obſervandum? 580. 582. 583. Litteræ in eo cum triangulo ſubſcripto, quæ? 591. earum pronunciatio. *ibid.* uſus. *ibid.* & *ſeq.* ſuperſtitioſæ plerunque ſunt, & magicæ. 592. Litterę in eo deficientes, quę? *ibid.* ſupplentes, quę? *ibid.* quid in ſupplentibus obſervandum? 589. 590. ſupplentium exempla. 588. & *ſeqq.*

ALPHABETUM Tibetanum ad Latini formam accomodatum. 597. illius conſonantes *jata* affectę, quæ? 614. *rata*, quę? 615. Litteræ ejus quieſcentes, quotuplicis generis? 617. laterales quieſcentes in principio ſyllabæ, quę? *ibid.* in medio, quę? 618. in fine, quę? *ibid.* quieſcentes ſupernę quotuplicis generis? *ibid.* R ſupernum quando quieſcens, quando mobile? 619. 620. ſupernę in columnaribus quieſcentes, quę? 621. mobiles, quę? 633. Litterę illius columnares, quę? 621. in iis efferendis ratio quam varia? 622.

ALPHABETUM Tibetanum Litterarum minorum. 735. 636.

ALPHABETUM Tibetanum Magicum. 633. 634. 635.

AM Jupiter. 88.

AM & Duam Tunkinenſium, quid? 226. idem ac *Yn*, & *Yam* Sinenſ. *ibid.*

AMBROSIUS S. Mediol. Ep. 707.

AMENTI Ægypt., quid? 83. Pluto *ibid.* Oſiris *ibid.* Indicus Iſuren. 152.

AMIDA Deus Japon. flori *Tarata* inſidens. 65. Deus Liberator. 131. Idem ac Anubis. 130. 131. Aureus eſt. 144. an altor, & nutritor exponi perinde queat? 131. ejus effigies. *ibid.* in illius honorem Japonenſes ſe devovent aquis. 132. an Horus Ægyptius? *ibid.*

AMIDA Japon., & Canon Deus idem. *ibid.* ejus vultus fœmineus. *ibid.* altera ejus effigies. *ibid.* Deus, Deave Marina. *ibid.* ejus ſtatua e Sina in Japoniam translata. 150. quo ær. Chriſt. ſeculo? *ibid.* cui ſimilis? *ibid.*

AMIDÆ pectus an ſquamoſum, an vero magis mammoſum? 132. 133.

AMITOE Ægypt., ſumma beatitas. 131.

AMPELIUS Lucius. 52.

AMPHICTIONA alias Perictiona, aut Potona Virgo Mater Platonis. 56.

AMPSA. *V.* Anſer Bramhæ.

AMMIANUS Marcellinus. 77. 79. 347. 356.

AMMUS. *V.* Am.

AMRIT Ambroſia Deorum e mari. 141.

A, M, S, Matres vitæ apud Kabbaliſtas. 231.

ΑΜΜΟΝΟΔΟΤΟΣ, Myrthæus. 82.

AMUN Ægyptius, Deus occultus, an ſpiritus omni prorſus materia exutus? 62. Ægyptiis intellectus opifex. 116.

ANAITIS Dea, an Luna Mithra, & *Nahid* Perſarum? 92.

ANAMII Ægyptiis margarita, & natura. 139.

ANARÆI montes, & populi Scythiæ. 418.

ANASTASIUS Bibliothecar. 541.

ANATHEMATISMI Eccl. Gr. adv. Manich. 24. 173. & *alibi*.

ANDERABA dictum etiam Ezraba, an Arabion Caſtellum? 354.

ANDRADA, P. Antonius. 154. 211. 222. 524.

ANDROGYNI ſtatua, ad illius exemplum Mundum condidit Dei filius. 100.

ANEMONTA Ind. Simius, Vector Biſnu. 128.

ANGELI Manichæorum innumerabiles: geniti de ſubſtantia Dei. 168. Mediatores, & ſequeſtri pacis inter Deum bonum, & malum. 217.

ANGELI, ſi corpora quandoque formarunt, fecerunt id poteſtate a Deo accepta ac definita. 230.

ANGELICA Salutatio Tibetice. 645.

ANGELUS confirmans in fide. Hujus benedictionem ſibi precantur Tibetani. 164.

ANGELUS Cuſtos. Hunc a Deo ad cuſtodiam ſuam quotidie mitti precantur Tibetani. 164.

ANGHIAVATI, Dea tutelaris apud Bramhanes. 193.

ANI Tib., ſanctimonialis. 200.

ANIMA Davidis. XV.

ANIMA. Ejus ſymbolum, palma. 138.

ANIMA opinione Manichæorum, quid? 202. an eadem ac Laharum anima oppreſſa tenebris. *ibid.* in ſyſtemate Manetis Jeſus patibilis. 239. tranſmigrans in hominem, juxta pſychologiam Tibetanam, mereri poteſt. 263. in reliquis tranſmigrationibus demereri tantummodo poteſt. *ibid.*

ANIMÆ e Cælo deſcendentes in ſyſtemate Manetis. 235. in ſyſtemate Tibet. Lahæ. 181. 199.

ANIMÆ ſalus, & vita in ſyſtemate Manetis, Jeſus patibilis. 239.

ANIMÆ tranſmigratio. *V.* Metempſychoſis.

ANIMANTIUM origo, juxta Manichæos, a fœtibus abortivis Principum tenebrarum. 213.

ANIMARUM aſcenſus ad ortivam partem Rikhjel in ſyſtem. Tibetan. 228. in ſyſtemate Manetis, ad ſubſolanam. *ibid.*

ANI-

ANIMAS in cimices, pulices, & pediculos revolvi credunt Tibetani. 269. nec eos propterea occidunt. 270. an id ipſi quoque Manichæi crediderint? 269. 270.

ANIMAS duas, bonam & malam in uno homine Manichæi, & Tibetani collocant. 249. 250. 251.

ANIMATUM corpus hominum ex floribus & plantis oriri, credunt Tibetani. 66.

ANNI ſymbolum apud Ægyptios & Sinenſes. 144.

ANNIΣ, quid? 396.

ANNUS apud Ægyptios, Iſis. 137.

ANOBRET Saturni uxor. 18. an Rhea? an *Saram* Abrahæ uxorem adumbret? 19.

ANSER Bramhæ vector. 110. Avis, quibus Diis ſacra? *ibid.*

ANTARI Mamaja magna mater Bramhanum. 194.

ANTICHRISTUS. De eo apud Lyddam interficiendo commentum. 685. Ind. & Tib. Kalanki. 546. hunc in Tibeto naſciturum Bramhanes tradunt. *ibid.*

ANTIPODAS nunquam agnovit Manes. 190. 191. 194. 195. 196. 197.

ANTONELLUS Card., Nicolaus. XLIX. 758.

ANTONII S. Monachatus. XXXV.

ANTONIUS pater Simonis Magi. XXIV.

ANTRA ſubterranea cur Soli ſacra? 83.

ANUBIS Ægypt., Amida Japon., & Hecate, Numen idem. 130.131.143. Horizon. *ibid.* ex auro conflatus. 144. Idem atram aureamque faciem alternans. *ibid.* Illius nomen Ægypt. *ibid.* veterum quorumdam ſententia Saturnus. *ibid.*

ANUS nutrix Manetis, an Caroſſa mater? 381. nutrix pueri Manetis in act. Archel., an Anì Tibetana? 396.

APAS, Vulcanus. 71.

APCIARA Ind., quid? 210.

API Malaice, ignis. 76.

APIS Ægyptius igne cæleſti ſine maris & fœminæ conjunctione divinitus generatus. 56. Illius nomen, an ab igne cæleſti? 76. Oſiris. *ibid.*

APIS Bos Oſiridi ſacer. 77. item Soli & Lunæ ſacer. *ib.* Epaphos græc. *ibid.*

APIS & Mnevis Boves ab Hebræis Idololatris culti. *ibid.* ambo ab igne cæleſti, ac divino ſic nuncupati. 89.

APHITAB Perſis, fons Solis. 90. aqueus ſplendor. *ibid.*

AΦPΩ, Venus. 25.

APOCRYPHA ſcripta de rebus geſtis Chriſti. 34.

APOPHTHEGMATA Manetis de ſuppliciorũ genere analogo culpis comparantur cum diſtributione penarum pro varietate peccatorum in Theologia Tibetanorum. 266. 267. 268.

APOLLO Platonis genitor. 56.

APOLLO, vel Horus lotiger in nummis Hadriani, & Antonini Pii. 64.

APOLLO Mileſius. Donaria ei oblata ab Antiocho & Seleuco Regibus. 138. Sminthe͡us, an Kubel Nekpallenſium? 148.

APOLLONII Scholiaſtes. 135.

APOLLONIUS Thyanæus, an Indorum, Sinenſium, & Tibetanorum Xaca? 363. 364.

APOPHIS Phœnix. 47.

APOPIS frater Solis. 46.

APOSTOLI Perſiæ, & Scythiæ SS. Simon & Judas apud Abdiam. 689.

APOSTOLUS maximus, titulus magni Lamæ Sgigatzhenſis. 241.

APOSTOLUS Jeſu Chriſti, titulus Manetis. *ibid.*

APOSTOLUS Cathajæ, quis? 353.

APULEJUS. 23. 81. 144.

AQUA & arena duo rerum conditarum principia in Ægyptiorum philoſophia. 145.

AQUA divina fluens e corona precatoria Cenreſi. 176. eadem in vaſe ejus æneo. *ibid.*

AQUA bona. Ex ea luna Manichæor. & Tibetanor. 232.

AQUA luſtralis ad aras proſeucharum Tibetenſium. 442. in Sacrificiis Buddiſtarum, an ab inſtituto Manetis? 446.

AQUÆ lacus Iſuren apud Indos, quantæ virtutis ad peccata delenda? 153.

AQUILA, & Accipiter aves Soli & ætheri ſacræ. 128.

AQUITANUS, S. Proſper. 758.

ARA Bramhanum, triangulum. 194.

ARABIONIS Caſtellum, refugiũ Manetis. 354. in Meſopotamia Syriæ ignoratur. *ibid.* in una Meſopotamia Caſcharenſi illius veſtigia exſtant. *ibid.* an Anderaba? 354. 355. an Caſtrum ad Sarabum fluvium? 356.

ARAM. XLI. F. Sem. 27.

ARAM Naharaim, Meſopotamia. 342.

ARAMÆA, ſeu Syria altera in Scythia apud Sacas, & Tibetanos. 27.

ARBOR creationis Mundi viſibilis, & inferioris in Theologia Japonica. 142. Kalp-birc Indicè dicta. *ibid.* Palmæ Ægyptiæ ſimilis. *ibid.*

ARBORIS Japonicæ vis plaſtica, conſervatrix, altrix, & ſalutaris toti naturæ. 238.

ARBOR diſſenſionis inter Lahas, & Lhamain. 486. 487.

ARCHELAI Ep. cum Manete diſputatio in urbe Caskar, quo anno ſcripta? *ib* & 360 Illius Interpres, vel Hegemonius tranſtulit diſputationem habitam Caskaræ in Meſopotamia Cathayæ ad Caſchar in Meſopotamia Syriæ. 362.

ARCHELAUS S. Ep. Caskarorum in Meſopotamia Cathajæ. XL. 342. In iis quæ de Scythiano ſcripſit a Peauſobrii cenſuris defenditur.

286. 287. 288. Illius cum Manete diſputatio tanquam genuina defenditur. 342. & *ſeqq.* cum Manete primum diſputat in Urbe Caskar. 257. ſecundo in Vico Diodori. *ib.* acta ſolius Caskarenſis diſputationis Syriacè ſcripſit. 360. 361. ſed ea aut interpres, aut Scriptor Diodorenſis diſputationis alicubi vitiavit. 355. 356. 357. 360. 361. 362. ipſius teſtimonium de Budda ex Virgine nato, & ab Angelo in montibus enutrito. 370.

Arcus & ſagitta Cenreſi. 176.

Ardoukend, Caskar. 354.

Argamaz. *V.* Solaria.

Argiun in actis Krisnu, an Joannes? 256.

Aria, montes Caſii. 347. iidem ac montes Æthiopiæ Aſiaticæ. *ibid.*

Arimi montes a Simiis. 27. In his *Hercules*, & *Echidna* genitores Scytharum. 35. ab *Aram* nuncupati an in ſola Syria? 27. an etiam in Scythia, & in regione Sacarum? *ibid.* montes plures ſic dicti. 28.

Arithmeticæ notæ Tibetanorum ſimiles Indicis. 637. & *ſeqq.* notæ vulgo Arabicæ nuncupatæ ab Indis inventæ. *ib.*

Arrianus. 355. 356.

APPINEΣ Simii. 27.

Arsaphes Dionyſus. 56. F. Oſiridis, & matris virginis Iſidis. *ibid.*

Arteng liber picturarum Manetis. 389. idem qui Manes. *ibid.*

Artes lucidarum virtutum in purganda & liberanda ſubſtantia Dei a membris Principum Crucifixorum in firmamento, ſpurciſſimæ, & horribiles. 206. eas Manes Deo, Deique virtutibus dignas prædicabat. 207. cur? *ibid.*

Arzeng. *V.* Arteng.

A S. Catarina, P. Vincentius Maria. 95.

Ascanimia montes. 356.

Ascatancæ, ubi? 418.

Ascetæ Tibetani. Quam innumerabilis eorum multitudo? LVII.

Aschdot Hebraicum, quid? 171. *V.* Eſchdot.

Asciang idem ac Hô Sciang Sinenſis. 162. 305. Inſtituti contemplatorum Tibetenſium auctor. *ibid.* quo anno? *ibid.*

Assemanius, Simon. XLI. 146. 162. 291. 293. 352. 353 358. 362. 363. 382. 394. 557. 567.

Astronomi Tibetani. 189. 459.

Astronomia Tibetanorum, ſuperſtitioſa. 470. ab Idololatriæ fontibus duce Manete accepta. *ibid.*

Astronomiam Indi didicerunt a Samanæis. 464.

Atergatis, unde ſic dicta? 123. Babyloniæ effigies. 125. Babylonia cur Sagena, & Rete dicta a S. Propheta Habacuch. 125. 126. Salambus 123. Dea Syria, & Heliopolitana Derceto. *ibid.* Hecate. 124. 125.

Atheismi ſuſpicio de Tibetanis. 222. 223. 224.

Athenæa, nomen Minervæ & mulieri cuicumque commune. 139.

Athenæus. 266.

Atiscia Lama inſignis ex India in Tibetum a Rege Lhate vocatus Xacæ religionem mire erexit. 312. an Ada, & Adimantus? *ib.*

Athyr Ægypt., Bos. 124.

Atlas. XIII. an Jeſus Manichæorum? 168.

Atomi terreæ, unde formatus eſt orbis terraqueus Tibet. 184. quadruplicis generis, unde Rikhiel. *ib.*

Attis ex auro conflatus. 144.

A Turre, Philippus. 80. 81.

Atzala, libri IV. Iſuren. 152.

A Valle, Petrus. 101. 285.

Auctor diſſ. de Priſc. Gr. ac Lat. lit. 584.

Avesta, an a Zoroaſtris dialecto? 691.

